THESAURUS LINGUAE LATINAE

This file contains a part of the *Thesaurus Linguae Latinae* (ThLL), published in print in Leipzig *et al.* 1900–. Please check on our website (www.thesaurus.badw.de) whether you have the latest version of the file (the version is indicated in the last line on this page).

The **abbreviations** used in the ThLL are explained in the *Index librorum*, which has basic information on all Latin texts from Antiquity (incl. chronology and editions). It is regularly updated and can be consulted on our website: www.thesaurus.badw.de.

Navigating in this file

This file has a **bookmark for every headword**, including those in the *Addenda et Corrigenda* (in vols. VII/2, IX/2, X/1, X/2, *Onomasticon* C & D). You can use the list of bookmarks for fast navigation and to get an overview over the entries. Please note that the list of bookmarks=headwords may not (yet) be complete.

Searching in this file

You can search through the bookmarks/headwords in many pdf-readers after activating the option 'include bookmarks' (or similar) in the search menu.

The file includes an uncorrected OCR text, which may be useful for copying short phrases. **You can search through the text, but may not find what you are looking for – even if the information is contained in the printed volume.** Due to the complexity of the typeface and the age of the print the searchable text (*behind* the page on the screen) is only partially correct and thus may differ from the digital reproduction (= what you see on the screen). **The text of the print** (and its digital reproduction) **is the only authentic version of our dictionary**.

For full-text searches you can use the ThLL-database published by *De Gruyter*™ (available in research libraries).

License and limitations of use

This work is offered to you under a *Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs CC BY-NC-ND* license (explanation here). In addition, you are not allowed to print or modify (parts of) this file or to upload it to a public website (**no file-sharing**). We kindly ask you to respect these restrictions. Instead, please refer fellow researchers to our website. Continued access to this version of the ThLL depends on your acceptance of these conditions. Please also leave this page and the watermark in the file.

Further information

We are enthusiastic about cooperation with academic researchers anywhere in the world. Please include references to the ThLL in your publications where relevant. If you have a lexicographical question about the Latin of Antiquity which cannot be answered from the published volumes of the ThLL, please contact us; contact information is on our website: www.thesaurus.badw.de.

Enjoy working with the Thesaurus Linguae Latinae!

Michael Hillen, General Editor and Project Leader
Munich, February 2019

version 1 (6 February 2019)

THESAVRVS LINGVAE LATINAE

EDITVS IVSSV ET AVCTORITATE
CONSILII AB ACADEMIIS SOCIETATIBVSQVE
DIVERSARVM NATIONVM ELECTI

VOLVMEN VII

PARS ALTERA

SECTIO II

L—LYXIPYRETOS

LEIPZIG

MCMLXX—MCMLXXIX

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

L

*l. *littera undecima* (*decima*). 1 *de genere: neutr.*: PAVL. FEST. p. 85 unum (293 POMP. gramm. V 286, 34. *adde l. 4*). *fem.*: ? PLIN. *l. 18.* DIOM. gramm. I 424, 30 semivocalis liquida. MAR. VICTORIN. *l. 13.* CONSENT. gramm. p. 16, 10 N. duae ll (*seq.* unum l). *cf.* l littera: PAVL. FEST. p. 124. 147 CHAR. gramm. p. 6, 12 B. DIOM. gramm. I 452, 30 CONSENT. gramm. p. 21, 1 N. MART. CAP. 3, 241. *al.*
2 *forma* (*sc.* L) *explicatur allegorice*: GRAMM. suppl. 304, 9 scribitur semiobliqua, quae typum Iudaeorum ostendit, quia semiobliqua fuit (*vix sanum*). 306, 26 humiliatio figuratur virtu⟨ti⟩s Christi (*affertur Phil. 2, 7*). 3 *de pronuntiatione: quomodo fingatur in ore*: TER. MAVR. 230 sqq. adversa palati supera premendo parte obstansque sono quem ciet ipsa lingua nitens validum penitus nescio quid sonare cogit *eqs.* (MAR. VICTORIN. gramm. VI 34, 10 l, quae v. n. q. partem palati, qua primordium dentibus superis est, lingua trudente, diducto ore personabit). MART. CAP. 3, 261 lingua palatoque dulcescit (*inde restituendum* GRAMM. suppl. 307, 30). *quomodo sonet* (*cf. l. 48*): PRISC. gramm. II 29, 8 l triplicem, ut PLINIO (dub. serm. frg., *cf. l. 42*) videtur, sonum habet: exilem, quando geminatur secundo loco posita, ut 'ille ...', plenum, quando finit nomina vel syllabas et quando aliquam habet ante se in eadem syllaba consonantem, ut 'sol, silva, clarus ...', medium in aliis, ut 'lectum, lectus' (*item fere* MART. CAP. 3, 241). CONSENT. gramm. p. 16, 16 N. pinguius *debet proferri ante b c f g m p* ..., exilius *in initio verborum et in geminatione. de vitio q. e.* labdacismus *v. s. hac voce.* 4 *nominatur* el: PROB. inst. gramm. IV 49, 31 SERV. gramm. IV 422, 16 frg. Prisc. gramm. II 8, 18 POMP. gramm. V 101, 16. *ἴλλε*: PAP. Corp. 58 (*Antinoe, aet. inc.; iuxta* ἴφφε f, ἴμμε m, *sim.*). 5 *inter semivocales est*: TER. MAVR. 825 (*cf.* GRAMM. suppl. 304, 7). MAR. VICTORIN. gramm. VI 6, 20 *inter s. liquidas* (*cf.* DIOM. gramm. I 424, 30 PRISC. gramm. II 10, 5. GRAMM. suppl. 224, 19 l et r ... liquescunt [CARM. de alphab. 32 per carmina saepe liquesco *ego l*]). 6 *de usu in vocibus et syllabis*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 6, 18 immutabiles *inter semivocales* quattuor, l m n r, dictae sunt, quia in masculinis et femininis nominibus per nominativum casum positae in omnibus declinationibus manent (PRISC. gramm. II 21, 5 l n r *tantum*). FIN. METR. gramm. VI 229, 12 l et r, cum in eadem syllaba consonantibus postponuntur, ut 'clarus, frater', saepe deficiunt. PRISC. gramm. II 10, 5 l r, quae modo longam modo brevem post mutas positae in eadem syllaba faciunt syllabam. 21, 15 in verborum ... praeteritis perfectis solent omnes *consonantes* modo mutari modo manere exceptis l p s x (*afferuntur* caelavi, dolui, volui, mollivi). 7 *de similitudine et permutatione cum aliis litteris*: d: *v. vol. V 1, 1, 40 sqq.* r: PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 172, 1 B. (*ex Romano*) si r littera praecesserit in quacumque syllaba, sequi debet l, ut 'augurale', contra si l praecesserit, sequi debet r, ut 'molare'. DIOM. gramm. I 452, 30 *commutantur inter se* (*e. g.* leriquias *pro* rel-). PRISC. gramm. II 29, 14 *transit* in r, ut 'tabula, taberna'. *v. etiam l. 35. 37 et cf. Plut. quaest. Rom. 54 p. 277 d* (*derivatur* macellum *a μάγειρος*) τὸ λάμβδα ... τοῖς ἀπολισθάνουσι τοῦ ϱ δι' ἀμβλύτητα τῆς γλώττης ὑπόκειται τραυλιζόμενον. s: VARRO ling. 5, 138 (*derivatur* pistrinum *a* pilum) l (*trad.* r) et s inter se saepe locum commutant. x: PRISC. gramm. II 29, 13 transit in x, ut 'paulum, pauxillum'. 8 *nota est: variorum vocabulorum*: CHAR. gramm. p. 6, 17 B. cum sola ponitur, Lucium significat, item numerum, cum quinquaginta significat (*al.*; PRISC. gramm. III 407, 1 *adicitur* teste Apollonide et Lucio Tarrhaeo). *cf. indices* CIL. *puncti cuiusdam in figura geometrica*: VITR. 9, 7, 5. *B.*

labadeon *v.* lib-.

labandāgo, -inis *f. orig. inc. significat instrumentum decapitandi, fort. securim bipennem* (*c.* λάβρυς *confert Usener, Kl. Schr. II 353*): LVCIF. moriend. 14 p. 314, 3 nihil refert, utrum ... an securi caput auferas ..., -e magnis viribus conatus uno vastissimo ictu longe a me meum caput excutias an ... sagitta ... in meo corpore ludas.

labanter *v.* labo.

labarum, (-ī) *n. et* (*p. 762, 17, cf. p. 762, l. 13*) **-us,** -ī *m. orig. inc., fort. gall., cf. Walde-Hofmann I 737 et Egger, SBWien 234, 1, 1960, 14 sqq. cum* 2. labor *conferre videntur Greg. Naz. orat. 4, 66 καμάτων λυτήριον ὃν τε καὶ κατὰ Ῥωμαίους ὀνομαζόμενον* (*sc. σύνθημα*). *Sozom. 1, 4, 3 ταῖς καμνούσαις φάλαγξιν ... παρεῖναι ἐκέλευσε* (*sc. τὸ λάβωρον, sicut veriloquii gratia scribit* [*var. ll.* -ουρον, -ορον, *cf. l. 76*] 1, 4, 1. 9, 4, 6). *gen. pl.* -um COD. Theod., Iust. GLOSS. bandus vel sceptrum. -a: forte signa sunt et vexilla. vexilla et -um idem sunt. *servatur in sermone graeco aetatis Byzantinae.*

1 *usu originario significat vexillum a Constantino factum secundum illam visionem, quam habuit ante pugnam ad pontem Milvium commissam* (*v. Grosse, RE XII 240 sqq. et Egger l. c.*): EVSEB. (?) vita Const. capit. 1, 31 ἔκφρασις σταυροειδοῦς σημείου, ὅπερ νῦν οἱ Ῥωμαῖοι -ον (λάβορον V^1) καλοῦσιν. RVFIN. hist. 9, 9 p. 829, 9 signum, quod in caelo sibi fuerat demonstratum, in militaria vexilla transformat ac -um, quem dicunt, in speciem crucis dominicae exaptat (*om. gr.*). PRVD. c. Symm. 1, 487 Christus purpureum gemmanti textus in auro signabat -um (*var. ll.* lavarum, lavacrum). SOZOM. 1, 4, 1 ἐκέλευσεν ἄνδρας ἐπιστήμονας χρυσῷ καὶ λίθοις τιμίοις εἰς σταυροῦ σύμβολον μετασκευάσαι τὸ παρὰ Ῥωμαίοις καλούμενον -ον *eqs.* (*inde* CASSIOD. hist. 1, 5, 3 transformare signum, quod -um vocabatur).

2 *transfertur ad alia vexilla*: AMBR. epist. 40, 9 huic *comiti* vexilla committes victricia, huic -um hoc est Christi sacratum nomine ... ? COD. Theod. 6, 25, 1 (= Iust. 12, 18, 1; *cf. utrobique* tit.) praepositi -um (laborum *var. l.*). SOZOM. 9, 4, 6 θάτερον δὲ τῶν σκήπτρων, ὃ -ον Ῥωμαῖοι καλοῦσι, ... λαβὼν *sc.* Στελίχων. PS. FVLG. RVSP. serm. 60 p. 930^{CD} super -a fulget terreni regis triumphus martyris *Laurentii* ...; o -um dominicae crucis, quem portabat cervicibus suis ...; -um ... non gemmis infixis pannum habebat purpureum, sed cum vulneribus salvatoris in sanguine uvae pallium purpuratum. ACT. Archel. 41, 10 rex adveniens ad urbem suam praemittit ... signa, dracones, -os.

labāsco, -ere *et* **-or,** -ī. *a* labare; *cf.* MACR. exc. gramm. V 650, 22 PRISC. gramm. II 428, 7. 429, 2 III 471, 9 EVTYCH. gramm. V 470, 7. *cum* labi *iungit* DIOM. gramm. I 343, 7. *non leguntur nisi formae praesentis, cf.* PRISC. gramm. II 560, 3. *depon.* (*cf.* labi *necnon* labesci, labisci): VARRO *l. 30, vix etiam* ACC. *l. 29* (*utrumque locum affert* NON. p. 473, 6 '-o[r]' pro labor). [*in codd. dett. variat c.* labesco.]

1 *usu originario fere i. q. labefactari, labare incipere*: PLAVT. Rud. 1394 (*servus de lenone, qui cum domino litigat*) leno -it (*sim.* TER. Ad. 239 -it [DON.: inchoativum verbum est, μεταφορᾷ ab arbore ... facta *eqs.*]). TER. Eun. 178 -it victus uno verbo quam cito (SCHOL. p. 97, 30 mollescit. SCHOL. Bemb.: labi incipit, nutat). ACC. trag. 684 nullum est ... cor tam ferum, quod non -at (-atur *vel* labescat *codd.*) lingua, mitiscat malo. VARRO frg. Non. p. 473, 10 vidit misericordia -i (-ere *Müller*) mentem infirmam populi. LVCR. 1, 537 quo quaeque magis cohibet res intus inane, tam magis ... temptata -it (*530* labare). 4, 1285 quod crebro tunditur ictu, vincitur in longo spatio tamen atque -it. GELL. 15, 2, 7 neque mentem animumque eius consistere, sed vi quadam nova ictum -ere (*cf. 15, 2, 4* labefacere). SYMM. epist. 4, 34, 4 -it fides. HYMN. Ambros. I 9, 12 ut culpa quam nox intulit, lucis -at munere. AVG. quant. anim. 24, 46 munitio illa definitionis -it. CYPR. GALL. Ios. 268 (*antea*: pavet). SIDON. epist. 5, 10, 2 corporis decoramenta currentis aevi profectu defectuque -unt. CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 37, 9 non inpendio emolienda sunt, quae per se -unt. 2, 3 p. 109, 21 ne ... sententia tibi placita -at. ENNOD. epist. 6, 32, 1 p. 167, 16 qui nullo -it incerto. opusc. 1, 29 p. 269, 17 -it fortium conscientia. 2 *abusive fere pro verbo q. e.* labi: ITALA Sirach 19, 16 (Ps. Orig. in Iob 2 p. 494^{A}) est qui -it (*i. peccat*) in verbo vel in ore et non ex corde (*gr.* ὀλισθάνων, *Vulg.* labitur, *Ps. Orig. in explicatione* lapsus est). RVFIN. Orig. in Rom. 9, 32 p. 1233^{B} -entibus quotidie diebus.

compos.: collabasco.

?**labātōrium** (lāb-?), -ī *n. orig. inc. genus ornamenti muliebris* (*cf.* amictorium, cinctorium, fibulatorium): CASSIOD. hist. 10, 20, 3 milites ... praedam circa mulierum ornamenta faciebant zonas aureas, dextralia, monilia, -a (lib- *recc.*, lav- *edd.*), anulos, diademata *eqs.* (*Sozom. 8, 23, 3 ὅρμους καὶ ζώνας χρυσᾶς καὶ περιδέραια καὶ στρεπτούς*).

AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 1, 1 **labd** (*var. ll.* labehd, labda *sim.*) littera duodecima *alphabeti Hebraici* incipit, cuius interpretatio 'cor' vel, ut alia habet interpretatio, 'servo'.

labda *indecl. n. et* **-a,** -ae *f.* (*l. 62. 77, cf. l. 74*), λάβδα. *litt. graecis* TER. MAVR. *et per notam* AVSON. *scrib. etiam* lapda; lauda *vel* lauta (GROM., *in var. l.* BOETH., ISID., *cf. p. 763, 2; sec. gr.* λαύδα *i.* lavda, *cf. Schwyzer I 198 litt. β*); *praeterea* lambda (IREN., MART. CAP. *al.*; *sec. gr.* λάμβδα, *cf. Schwyzer I 140, 2*) *vel* lamda.

1 *cum certo respectu*: **a** *usu obscaeno*: VARRO Men. 48 [i]psephistis dicite -[e]ae (*i.* λαικίζετε, *fellate, cf. Heraeus, Kl. Schr. 222, 1*). AVSON. 87, 8 p. 344 P. cui ipse linguam cum dedit suam, Λ est. **b** *notae*: *in arte gromaticorum*: GROM. p. 322, 19 casa per Λ -a nomen habens. *in arte musica*: MART. CAP. 9, 943 quae *chorda* ... -a supinum (*v. app. crit.*) pro nota habebit (BOETH. mus. 4, 3 p. 310, 16). BOETH. mus. 4, 3 p. 310, 14 iota et -a iacens (p. 310, 17 conversum. p. 312, 4). *designat ordinem monachorum*: PALLAD. hist. mon. I 19 p. 296^{D} saluta zetha vel -a *ordinem*. *in re militari*: ISID. orig. 1, 24, 2 cum ... inperitiam significare vellent, -a (*i.* λιποτάκτης *vel* λείπων, *cf. Watson, JRS 42, 1952, 62*) littera usi sunt *in breviculis*. *ponderum*: ISID. orig. 16, 27, 4 -a Graecum per medium sui I Latinum adiectum significat libram. 16, 27, 6 T Latinum in fine habens -a Graecum (-am graecam *K*) significat talentum.

2 *in univ.*: QVINT. inst. 1, 11, 5 rho litterae *neglegenter pronuntiatae* ... -a succedit. TER. MAVR. 262. 336. 339. IREN. 1, 16, 2 (9, 2 H.) M litera ex duobus -is ΛΛ consistente.

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

labdacismus, -ī *m.*, λαβδακισμός. *litt. graecis l. 14.* *scrib.* lauta- *in codd.* CONSENT. (*cf. Niedermann, RevPhil. III 22, 1948, 14*). *de variis elocutionis vitiis* (*cf. Cousin, Etudes sur Quint. II 99*): 1 *definitiones*: DIOM. gramm. I 453, 8 -i *sunt* ..., si lucem prima syllaba vel almam nimium plene pronuntiemus. SERV. gramm. IV 445, 12 -i fiunt, si aut unum ⟨l⟩ tenuius dicis [solocismum], ut Lucius, aut geminum pinguius, ut Metellus (*cf.* POMP. gramm. V 286, 34 CONSENT. gramm. p. 16, 5 N. *paulo aliter* ISID. orig. 1, 32, 8 -us est, si pro uno l duo pronuntientur, ut Afri faciunt [*cf. l. 21*], sicut 'colloquium' pro 'conloquium' *eqs.*). MART. CAP. 5, 514 *compositionis* vitium maximum est ... iotacismos, -os et myotacismos non vitare; ... -us *est*, ubi l plurimum dissonat, ut si dicas: sol et luna luce lucent alba leni lactea. 2 *exempla* (*inter vitia*): QVINT. inst. 1, 5, 32 vitia oris et linguae: ἰωτακισμούς ⟨et μυτακισμούς⟩ et λαβδακισμούς ... feliciores fingendis nominibus Graeci vocant. SACERD. gramm. VI 454, 25 (nattacismi *trad., rest. Keil, v. app. crit.*). DON. gramm. IV 393, 1 sunt ... malae conpositiones ..., quas non nulli barbarismos putant, in quibus sunt myotacismi, -i, iotacismi, hiatus, conlisiones (*cf.* SERV. gramm. IV 445, 27 non erit barbarismis adplicandus iotacismus et -us). DIOM. gramm. I 453, 4 SERV. gramm. IV 445, 7 MART. CAP. 5, 514 POMP. gramm. V 286, 7. 287, 5 -is scatent Afri *eqs.* (*cf. l. 9*). CONSENT. gramm. p. 14, 20 N.

labdea *v.* labda *p. 762, 62.*

labdoīdēs *adi.*, λαβδοειδής. PS. SORAN. quaest. med. p. 366, 1 quae *consutio* ... in occipitio est super cervicem, lapdoitis.

labe, λαβέ. VARRO Men. 498 δὸς καὶ λαβὲ fervit omnino. CIL XIII 10018, 108 (*in vase potorio*) -e.

labea (labia), -ae *f.* [*cf.* 1. labium, 1. labrum *necnon* lambo; *cum lat.* lab- *coniungendum videtur quamvis repugnante vocali a germ.* lep- *in theod.* Lippe; *ceterum v. Walde-Hofmann I 738 sq. L.*] *de genere*: NON. p. 210, 26 -ea ... feminini *generis* (*opp.* labium). -ia *probatur vix ante* APVL. (*exempla cetera formae* labiis *potius ad* 1. labium *traximus, dubitamus de forma* labia⟨s⟩ NOVIO *vindicata p. 776, 54*); *nom. sg. cum n. pl.* labia *confundunt* ITALA, ORIBAS., GLOSS. NOT. Tir. 78, 48 -ia (*nisi n. pl., sed antea*: labrum, labellum). *de notione*: CHAR. gramm. p. 131, 6 B. deminutio labella, non -iae (*Keil*, -ios *N*, -ias *C*), ut quidam volunt. DON. Ter. Eun. 336, 2 (*v. p. 774, 62*) -eae (*Klotz*, labrae *codd.*) asinorum proprie dicuntur (*cf. infra l. 71 sqq. et* SCHOL. Bemb.: quantum Donatus commentator V⟨e⟩rg⟨ilii⟩ refert, -eae dicuntur inferiores). GLOSS. III 555, 64 cilis (*i.* χεῖλος, *nisi* χελλη): -ia (620, 22). *legitur inde a* PLAVTO; *v. p. 774, 52 sqq.*

fere i. q. labrum (*metonymice l. 67*): 1 *significatur extrema pars oris animantium*: a *hominum* (*iuxta* labrum *l. 53. 55*, rostrum *l. 46; in fabulis Atellanis fortasse de labris insignibus bucconis, sed apud* APVL. *etiam de labris mulierum*): PLAVT. Stich. 723 tibicen, ... refer ad -eas tibias. LVCIL. 336 rostrum -easque (*Bentinus*, labe atque *codd.*) ... percutio dentesque ... discutio. 584 Zopyrion -eas caedit utrimque secus (NOVIVS Atell. 51 homini -eas pugnis caedere). TITIN. com. 172 -ea[t] semper facito rictu rideat. POMPON. Atell. 144 tibi cum tunderem -eas lubens. 156 rictum et -eas cum considero. 158 qui nondum -eas lirarit mihi. NIGID. frg. Gell. 10, 4, 4 'vos' cum dicimus, ... -eas (*var. ll.* -ias, labra *sim.*) sensim primores emovemus ...; at contra cum dicimus 'nos', ... *non* proiectis labris pronuntiamus, sed -eas quasi intra nosmet ipsos coercemus. CARM. Gell. 19, 11, 4 anima ... cucurrit ad -eas (-ias Macr. Sat. 2, 2, 17) mihi (*infra*: labra). GELL. 18, 4, 6 rictu oris -earumque (*var. ll.* -iorum, labrarum) ductu contemni a se ostendens ... rem. APVL. met. 1, 19, 9 necdum satis extremis -iis summum aquae rorem attigerat (9, 23, 1 inchoatum gustum e. -iis contingebat adulescens). 2, 24, 3 inlibatae -iae *mortui*. 10, 22, 1 -ias *matronae* ... modicas ambroseo rore purpurantes tam amplo ore ... saviari. 10, 28, 4 semihiantes adhuc compressit -ias et ... exanimis corruit *uxor medici*. VVLG. Sirach 26, 28 non iustificabitur caupo a peccatis -iae (*var. ll.* labii, labiorum, *cf. p. 774, 77; gr. deest*). GREG. TVR. in psalm. p. 876, 44 quod ipse *deus* -iae nostrae tribuat. ORIBAS. eup. 4, 57 La p. 574 ut neque -ia neque facies ab hieme scindatur (*nisi n. pl., cf. Aa*). TAB. devot. Audollent 135^A os bucas dentes -ias (*cf.* labras *iuxta* labra *in defixione CIL* I^2 *2520*). *metonymice i. q. lingua, vox* (*cf.* 1. labium): ITALA gen. 11, 1 (Chron. Alex. chron. I p. 94, 22) fuit omnis terra -ia et vox una omnibus (*cf.* 11, 6 [*ibid.*] ecce -ia et vox omnibus una. *utroque loco gr.* χεῖλος, *al. cum Vulg.* labium; *n. pl.* labia *11, 9* [*ibid. et al., cf. Vulg.*]). b *asini* (*cf. supra l. 38*): APVL. met. 3, 24, 5 iam facies enormis et os prolixum ... et -iae pendulae (7, 3, 4 quanquam nimia rutunditate p. vibrassem -ias). 3, 25, 1 postrema deiecta -ia ... ad illam tacitus expostulabam (10, 16, 9 contorta in modum linguae p. -ia ... calicem ... perduxi). 3, 27, 3 nimium ... porrectis -iis ... corollas adpetebam. 3, 29, 6 -iis undantibus adfecto *rosas*.

2 *significatur margo rerum*: CATO agr. 20, 2 (*in descriptione trapeti*) -eam bifariam ... habea⟨n⟩t *cunicae* (*de re v. Hörle, Catos Hausbücher 191 sq.*). ORIBAS. syn. 4, 40, 5 Ab p. 42 -ia vasae spungia est detergenda (*gr.* χείλεσιν, *La* labris).

epitheta notabiliora (*cf.* 1. labium, 1. labrum): extrema *l. 58*, postrema *l. 73.*

deriv.: labeo, labeosus. *cf.* labeonia.

lābebundus, -a, -um. *a* labi. *i. q. labens, labundus*: TIBERIAN. carm. 1, 14 fluenta -a (-bib- *Baehrens*) guttis ibant lucidis.

lābēcula, -ae *f.* *a* labes *deminutive.* *i. q. macula ignominiosa*: CIC. Vatin. 41 cum ... clarissimo viro nonnullam laudatione tua -am adspergas (*cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 152, 3 -am: notabile ⟨ὑποκοριστικόν⟩).

labefacio, -fēcī, -factum, -facere. [*a* labare *et* facere. *L.*] *de accentu*: GRAMM. suppl. 177, 10 '-is' ... accentum habet paenultima, licet sit brevis. *de formis v. l. 16.* NOT. Tir. 68, 63 -it. 68, 64 -ecit. 68, 65 -ctum. *de notione*: SYNON. Cic. p. 435, 31 (*mire inter intrans., fortasse confusa lemmatum serie*) nutat. labat ... -it. labitur. labefactat *eqs.* GLOSS. δλισθοποιῶ. -fio: δλισθαίνω. -it: commovet, concutit, convellit. subducit. -ere: dissolvere. -ecit: loco movit, vitiavit. *legitur inde a* TER.; *de ratione intercedente inter voces q. s.* -ere *et* labefactare: *1) auctorum usus*: labefactare *praefert* CIC. (*ca.* 50^{ies}, -ere *ter in oratt.*), -ere TAC. (6^{ies}, labefactare *semel*); *ceteri fere rationem infra descriptam sequuntur.* *2) formarum distributio* (*ad rem v. Leumann, Kl. Schr. 279; respiciuntur omnia exempla usque ad* APVL.): *in stirpe perf. praevalent* -feci (8^{ies} *inde a* TER., -factavi *quater apud* CIC.) *et* -factus (26^{ies} *inde a* CIC. [*bis*], CAES., -factatus *rarius excepto* CIC. [8^{ies}, *sed hic illic var. l.* -factus]); *in stirpe praes. praevalet* -factare (75^{ies} *inde a* PLAVTO, *maxime in prosa*; -facere *quinquies inde a* SEN. *phil., sed* collabefio *iam* LVCR., CAES.). *3) notionum in usu differentiae infra apparent; nota p. 765, 84.*

i. q. statu concusso infirmare, corrumpere sim. (*unde quis moveatur, indicatur per abl. separ. l. 71* [*e sermone gladiatorio?*], de *l. 81*, ab *l. 54; ceterum accedit ad p. 765, 14, acc. graecus* animum *p. 765, 1*): 1 *proprie et in imagine*: a *generatim, sc. inclinando, evertendo, subruendo sim.*: α *vario usu*: TER. Ad. 244 omnes dentes -ecit mihi. LVCR. 5, 653 sol ... suos efflavit languidus ignes concussos itere et -ctos aere multo. CAES. civ. 2, 22, 1 deiecta turri, -cta magna parte muri (*cf.* SEN. dial. 2, 6, 4 munimenta incussu arietis -fieri). OV. met. 2, 402 moenia caeli circuit, et ne quid -ctum viribus ignis corruat explorat. 3, 70 *hastile*, ubi vi multa partem -ecit in omnem, vix tergo eripuit. 8, 774 -cta ... ictibus ... arbor corruit (*cf.* 12, 329 -cta ... robora *quercus*). fast. 2, 59 cetera *templa* ne simili caderent -cta ruina (*de aedificiis ut*: TAC. ann. 1, 75, 2 mole publicae viae ductuque aquarum -ctas aedes. SVET. Nero 38, 1 bellicis machinis -cta *horrea* [*imitatur Oros. hist. 7, 7, 5* insulae ... labefactatae]). VAL. FL. 8, 357 fluctu puppis -cta reverso solvitur. TAC. ann. 4, 13, 1 motu terrae -ctis *civitatibus* (*nisi pertinet ad 2*). SVET. Cal. 57, 1 simulacrum Iovis ... tantum cachinnum repente edidit, ut machinis -ctis opifices diffugerint. AVSON. 368, 14 p. 94 P. si quid numero minuatur, summa *mundi* vacillat convulsaeque ruunt -cto corpore partes. PROB. Verg. georg. 2, 478 *terrae motu* fundamenta quassantur et his -ctis (labefactatis *V*) superiora continuantur. *in imagine*: LVCR. 3, 593 (*de defectione animae*) saepe aliqua tamen e causa -cta videtur ire anima ac toto solvi de corpore velle. 4, 1114 in Veneris compagibus haerent, membra voluptatis dum vi -cta liquescunt (*cf.* VERG. Aen. 8, 390 medullas intravit calor et -cta [calefacta *R*] per ossa cucurrit [PRVD. psych. 329]). β *c. respectu solvendi, dissolvendi sim.* (*notio imprimis poetica, quae ex usu Lucretiano fluxisse videtur, v. l. 45*): VERG. georg. 2, 264 optima putri arva solo: id venti curant gelidaeque pruinae et -cta movens ... iugera fossor. OV. Pont. 3, 7, 6 quid portet iam nostis epistula, quamvis charta (*var. l.* cera) sit a vinclis non -cta suis (*var. l.* meis). SEN. nat. 4, 5, 3 *nivem* teneram et -ctam (*opp.* fixam et duram). SER. SAMM. 602 -cta ... saxa *vesicae* remittet *caprae umor*. PRVD. perist. 11, 119 scissa minutatim -cto corpore frusta carpit spinigeris stirpibus hirtus ager (*de homine ad equos alligato et per agros tracto*). b *speciatim, sc. infirmanda valetudine*: SIL. 1, 256 *Hannibalem* nec pulvere fessum agminis ardenti -ecit Sirius astro. TAC. hist. 2, 93, 1 obnoxia morbis corpora ... aestus impatientia -ecit.

2 *translate* (*hic illic imagine servata*): a *vario usu* (*argumentis l. 75, cf. p. 765, 76 sqq.*): CIC. Manil. 19 haec fides ... pecuniarum, quae Romae ... versatur, inplicata est cum illis pecuniis Asiaticis ...; ruere illa non possunt, ut haec non eodem -cta motu concidant. har. resp. 6 *Carthaginem* a multis imperatoribus obsessam oppugnatam -ctam (*var. l.* labefactatam) paene captam ... solus evertit *Scipio*. 60 (*de rei publicae statu*) haec si undique fulciamus iam -cta. SALL. or. Lep. 24 quibus *rebus secundis* -ctis. LABER. mim. 104 quem ... nulla auctoritas movere potuit in iuventa de statu: ecce in senecta ut facile -ecit loco ... *Caesaris* oratio (*locutio e sermone gladiatorio translata esse videtur, cf. p. 765, 9. 766, 13*). TAC. ann. 4, 60, 2 *Drusum sperare principis locum*, si *Neronem* priorem aetate et iam -ctum demovisset. 6, 29, 3 nihil hunc amicitia Seiani, sed -ecit ... Macronis odium. ARNOB. nat. 2, 56 quibus *argumentis* et sua decreta confirment et aliorum ... -ant scita. PRVD. ham. 207 exitium subverso praeside *homine* mundus sortitur mundique omnis -cta supellex (*cf. 215* lapsus). perist. 3, 106 te ... -cta domus (*sc. parentes*) prosequitur. CYPR. GALL. iud. 425 faciles ... dabat *Iudaea* -cta triumphos. MIRAC. Steph. 2, 3 quid ageret ita (*sc. vino in vasis corrupto*) rei -ctae suae dominus ... ? EXC. barb. chron. I p. 283, 160 Nero de imperio -ctus est. VITAE patr. Iurens. 1, 17 p. 142, 11 *diabolus* more solito -ctus ad aerias sese contulit auras. b *spectat ad statum vel iudicium animi*: CIC. Sest. 101 quem numquam ulla vis, ullae minae, ulla invidia -ecit (*opp.* restitit. *cf. l. 70*). VERG. Aen.

[*Flury*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 395 Aeneas ... animum -ctus amore (*cf.* SIL. 3, 557 Venus ancipiti mentem -cta timore). OV. met. 10, 375 ut ... securi saucia trabs ..., quo cadat, in dubio est ..., sic animus vario -ctus vulnere nutat *sc. amore* (SEN. epist. 76, 17 cetera, quae cupiditates nostras inritant, deprimunt quoque animum et -unt. *cf.* Tro. 950 -cta mens succubuit. GELL. 15, 2, 4 -ere et inminuere hominum mentes solet *ebrietas*). VAL. MAX. 4, 3 ext. 3 Phryne pulchritudine sua nulla parte constantissimam eius *Xenocratis* abstinentiam -ecit. VAL. FL. 7, 175 quīs *cingulis Veneris* mota loco -ctaque cessit *Medea.* TAC. ann. 15, 51, 1 primores ... -ere et conscientia inligare conisa est *Epicharis.* GELL. 17, 15, 1 instantiam vigoremque mentis. PS. LACT. opif. interpol. 19, 8 § 3 ut concussa et -cta firmetur *virtus.* DON. Ter. Hec. 108, 2 (*de persuasione servi*) quasi ex parte -ctus est. CLAVD. 3, 14 -cta cadebat relligio. AVG. quaest. hept. 7, 50 dissolutio disciplinae ... ad ea *immunda* manducanda eos -erat. VITA Amator. (BHL 356) 9 p. 54B graviter vulnerata sum ac -cta contumeliis.

deriv.: labefactio, labefacto, labefactor (?).

compos.: collabefio, illabefactus.

labefactātio, -ōnis *f.* *a* labefactare. 1 *vi passiva i. q. vacillatio*: PLIN. nat. 23, 56 *acetum* inhibet ... dentium -em. 2 *vi activa i. q. eversio, debilitatio*: QVINT. inst. 8, 4, 14 (*de Cic. Catil. 1, 3; v. p. 766, 28*) mediocris -o *rei publicae.* COD. Theod. 4, 9 (8), 5, 5 non erit inpunita -o (*var. l.* -factio) adque oppugnatio libertatis. ENNOD. opusc. 5, 1 p. 394, 1 -o nostra caelestem hominem ... conponit ad frugem spiritus. CHRYSOST. hom. V 913D *cum Ninivitarum civitas* a cunctis expectaretur terribili -e deleri (*antea*: labefactari).

labefactio, -ōnis *f.* *a* labefacere. 1 *i. q. eversio, destructio*: OROS. hist. 7, 41, 8 quandoquidem, etsi cum -e nostri, tantae gentes agnitionem veritatis acciperent. AVELL. p. 580, 13 in -em eorum (*sc. dogmatum*) videtis haereticos ... pugnare (*gr.* ἀνατροπήν). GREG. M. moral. 14, 43 de multimoda -e ecclesiae ... adiunxit (*Iob 19, 10*): 'destruxit me undique *eqs.*' 2 *abusive fere i. q. labes*: VITA Roman. rec. (BHL 7306) 1 p. 178, 21 *spiritus sanctus* corda purificat et ab omni -e peccati custodit.

***labefacto,** -āvī, -ātum, -āre. *a* labefacere (-factus). *formae notabiliores*: -arier TER. Eun. 509, -arat CIC. Verr. II 3, 47, -asse LEX met. Vipasc. frg. 2, 33 SCHOL. Cic. Bob. p. 141, 5 (*non inveniuntur formae perfecti longiores*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 433, 15 lacessere ... -are. convellere *eqs.* p. 435, 31 (*inter intrans., v. p. 764, 10*). GLOSS. -at: ἀνατρέπει, σαλεύει. subvertit aut foedat. -are: circumvenire, conquassare vel evertere. -ari: corruere, infirmari sive corrumpi. temptari, sollicitari. *v. etiam l. 53.* *legitur inde a* PLAVTO; *v. p. 764, 14sqq.* [*variat in codd. cum* labefacio (*maxime p. p. p.*). *dub. trad.*: IVL. VICT. rhet. 6, 2 p. 399, 3 (male facere *coni. Halm*). AMM. 26, 7, 16.]

I *fere i. q. labefacere* (*plus valet quam* temptare *l. 78. p. 766, 48, minus quam* evertere *p. 766, 21. 32. 41,* pervertere *p. 766, 18. 33,* movere *l. 55,* funditus tollere *p. 766, 2,* -ari *minus quam* concidere *sim. l. 70. p. 766, 30. 68; c. abl. separ. l. 60. p. 766, 65,* ab *l. 74; in lusu verb.* 'ad labem -are' *p. 766, 84*): A *incorporaliter*: 1 *statu animi vel morum infirmando*: a *aliquem*: PLAVT. Merc. 403 (*pater filio persuadens secum loquitur*) -o paulatim. TER. Eun. 509 me video ab ea astute -arier (SCHOL. p. 104, 7 pro nihilo duci vel seduci vel decipi). CATVLL. 69, 3 si illam *feminam* rarae -es munere vestis aut ... deliciis lapidis. CIC. ad Brut. 1, 10 (9, 18 Sj.), 5 ita multi -ant *Octavium*, ut ne moveatur interdum extimescam. IREN. 5, 12, 6 (5 H.) a malitia ... -tum (*var. l.* labefactum) *hominem.* HEGES. 5, 46, 2 plurimi *hostium* coepere graviore victorum indignatione -ari. CONC.S I 3 vers. Tur. p. 41, 23 sequimur quae ab eo sunt iudicata, formidantes ne tantorum communione -emur (*gr. I 1, 1 p. 92, 28* ἀπολισθεῖν τῆς ... κοινωνίας). *cum colore terrendi*: SVLP. SEV. dial. 3, 11, 3 totis animis -ti mussitare et trepidare coeperunt. b *aliquid*: CIC. Cluent. 194 fidem pretio -are (LIV. 24, 20, 15 TAC. ann. 13, 21, 4 TERT. bapt. 2 p. 201, 17. resurr. 36 p. 78, 1 resurrectionis [*cf.* 31 p. 69, 18 fiduciam r.]. CYPR. epist. 67, 8 f. pariter ac veritatem. *aliter p. 766, 51*). Phil. 4, 13 *virtus* numquam vi ulla -ari potest, numquam demoveri loco (AVG. civ. 1, 31 p. 48, 23 D. -andam enervandamque). fin. 3, 70 utilitates poterunt eas -are atque pervertere *sc. iustitiam et amicitiam* (Lael. 34). fam. 5, 13, 2 quae cogitatio cum mihi non omnino excidisset ..., vi tamen tempestatum ... erat aliquantum -ta atque convulsa. FRONTO p. 164, 18 v. d. H. (= p. 173 N.) ad iustitiam iudicis -andam vel de vera sententia deducendam. CYPR. Fort. 10 p. 334, 4 nec mentem -et humana infestatio, sed corroboret fidem divina protectio (GREG. M. moral. 22, 1 a spei fiducia m. suam -ari considerat *Iob*). AVSON. 434 p. 386, 7 P. Iuno ... vigilias eius *Iovis* uxoriis -at illecebris. *al.*

2 *sententiis sim. debilitandis* (*maxime disputatione*): RHET. Her. 2, 20, 31 adversariorum argumentationes ... in omnibus partibus temptare et ab aliqua parte -are. CIC. Cluent. 6 si eam *opinionem mentibus comprehensam* ratio convellet, si oratio -bit, si denique veritas extorquebit. part. 95 dissuadentibus ... utilitas -anda est. 103 ad -andam rationem (AVG. mag. 5, 15). fin. 1, 43 ne invidia verbi (*sc. voluptatis*) -etur oratio mea. ac. 1, 33 Aristoteles ... primus species (*sc.* ἰδέας *Platonis*) ... -vit. 2, 10 *causa* etsi hesterno sermone -ta (*var. l.* labefacta *usu ab illa voce alieno praeter p. 764, 75*) est, mihi tamen videtur esse verissima. 2, 16 definitiones (AVG. c. acad. 1, 9, 24 p. 22, 13). 2, 36. div. 1, 8 disputatio Cottae quamquam -vit sententiam meam, non funditus tamen sustulit (EPIST. pontif. 294 Migne 20, 505A [*gr.* μειοῦν]. AVELL. p. 21, 3). LVCR. 1, 694 *Heraclitus* contra sensus ab sensibus ipse repugnat et -at eos, unde omnia credita pendent (*aliter infra l. 56*). QVINT. inst. 2, 13, 14 (*de praeceptis universalibus*) raro ... reperitur hoc genus, ut non -ari parte aliqua et subrui possit. ARNOB. nat. 2, 10 alter alterius -ant destruunt convelluntque decreta. 2, 56 -are, dissolvere studio contradictionis. 7, 46 -amus et destruimus veritatem (*cf. p. 765, 65*). FIRM. math. 1, 1, 2 quasi per cuniculum quendam ad -andam hanc totam scientiam ... inrepere. *al.* *oratorem ipsum* (*per translationem e sermone gladiatorio factam, cf. p. 764, 70*): CIC. div. in Caec. 44 numquam ingenio me suo -are atque infirmare conabitur *adversarius* (*ibid.* opprimet, pervertet *al.*).

3 *qualibet oppugnatione, machinatione sim.*: a *spectat ad rem publicam eiusque acta vel instituta*: RHET. Her. 4, 39, 51 aliorum caput obpugnans, aliorum domum ... perfringens, rem publicam funditus -ans (CIC. Mur. 90 Sest. 28. Vatin. 19 non -tam [*var. l.* labefactam] r. p. ... neque conquassatam civitatem, sed captam hanc urbem atque perversam. fin. 1, 43 *cupiditates* universas familias evertunt, totam etiam -ant saepe r. p. Cato 20). 4, 53, 66 quam *Romam* ... Kartago ... -are non potuit, eam patimini nunc ab homunculis deterrumis proteri atque conculcari? (*inde* DECL. in Catil. 85). CIC. Caecin. 70 leges ac iura (dom. 80 iura *sancta.* LIV. 3, 64, 2 iura plebis -ta [*var. l.* labefacta]. 5, 10, 11 -andae legis. DECL. in Catil. 72 leges nostras atque auctoritatem senatus crudeliter -antem). Cluent. 57 rem ... iudicatam (*cf.* Sull. 64 iudicium). Rab. perd. 3 auxilia rei publicae -ari convellique. Catil. 1, 3 Ti. Gracchum mediocriter -antem statum rei publicae (FLOR. epit. 3, 23, 3 conpositae civitatis. PANEG. 4, 6, 6 *Romae.* OROS. hist. 5, 17, 1 status imperii Romani ... ita -tus [*var. l.* labefactus] est, ut paene ... concideril). dom. 109 ea (*sc. religionibus tuta et sancta*) iste non solum ... -vit, sed etiam ... evertit. rep. 2, 7 -tam diu et Carthaginem et Corinthum pervertit *dissipatio civium.* off. 2, 78 fundamenta rei publicae. *al.* LIV. 38, 30, 3 morem. VAL. MAX. 2, 2, 1 taciturnitatem *senatorum.* VLP. dig. 49, 18, 2 immunitatem. *al.* b *usu vario*: CIC. inv. 1, 3 malitia pervertere urbes et vitas hominum -are assuevit (Cael. 28 ut nullius vitam -ent, nullius domum evertant *cupiditates.* COD. Theod. 9, 16, 5 [= Iust. 9, 18, 6]. *cf.* CIC. fin. 5, 12 sitne ea *sc. vita beata* tota sita in potestate sapientis an possit aut -ari aut eripi rebus adversis). Q. Rosc. 13 cum ad iudicem causam -ari animadvertunt, ad arbitrum confugiunt. Verr. II 3, 47 -arat ... vehementer aratores iam superior annus, proximus vero funditus everterat. 3, 182 *scribarum* commoda a me -ari atque oppugnari iura. Catil. 4, 22 coniunctionem ... et ... conspirationem ... confringere et -are. dom. 27 isdem machinis sperare me restitutum posse -ari, quibus antea stantem perculerunt (*cf.* Sest. 127. leg. 3, 21 de statu nostro -ando [parad. 17]). Rab. Post. 44 ad -andam illius dignitatem. Mil. 34 Milonis consulatus, qui vivo Clodio -ari non poterat, mortuo ... temptari coeptus est. *al.* SEN. contr. 10, 5, 13 *opinionem* (*i. famam*). VAL. MAX. 7, 2 ext. 3 *bona* domicilio mentis inclusa. SVET. Vesp. 4, 3 prope -ta (*var. l.* labefacta) iam fide *pecuniarum* (*aliter p. 765, 63*). ARNOB. nat. 4, 22 quod -et aut destruat ... auctoritatem. FIRM. math. 3, 3, 16 patrimonium. COD. Theod. 9, 25, 1 pudorem virginum sacrosanctarum et castimoniam viduae -are scelerosi raptus acerbitate. *al.* c. *colore decipiendi* (*cf. p. 765, 54*): LVCR. 4, 435 ne leviter credas -ari undique sensus (*aliter supra l. 5*). ANIAN. Chrysost. hom. 7, 3 *Herodes* speravit magorum -ari posse scientiam.

B *corporaliter* (*in imag. p. 767, 2. 11, cf. sub A*): 1 *generatim, sc. subruendo, destruendo, solvendo sim.*: CIC. Verr. II 4, 94 demoliri signum ac vectibus -are conantur (*cf. 95* labābat). nat. deor. 2, 116 ut ... nihil interrumpat (*sc. partes terrae*), quo -ari possit tanta contentio gravitatis et ponderum. Tim. 17 coagmentatio corporis vel caloris ⟨vi⟩ vel frigoris vel aliqua impulsione vehementi -atur (*gr.* λύει). LVCR. 1, 492 -tus rigor auri solvitur aestu. 6, 798 multa ... languentia membra per artus solvunt atque animam -ant sedibus intus (HIL. trin. 10, 11 *ut* non dissoluto corpore -ta a. decedat). OV. am. 2, 13, 1 -at onus gravidi ... ventris *Corinna abortione.* LIV. 35, 21, 6 saxum ... sive imbribus seu motu terrae ... -tum ... ex Capitolio procidit. VAL. MAX. 9, 12 ext. 10 nimio et subito incursu aquae -ta ea *spelunca* ac ruente. SEN. nat. 6, 4, 1 (*de terrae motu*) quid sit ..., quod tantum onus vi sua -et (*cf.* 6, 23, 4 [*Callisth. 124 F 19 Jac.*] terram -at *spiritus*). COLVM. 4, 17, 7 frequentibus aquis vitis -atur (*opp.* firmanda est). 4, 29, 11 ne vento surculus -etur. PERS. 4, 40 quinque palaestritae licet haec plantaria vellant elixasque nates -ent forcipe adunca, non tamen ista filix ullo mansuescit aratro (*i. nates solvunt capillis vellendis sicut terram rustici sariendo, cf. p. 764, 52*). SIL. 12, 242 Mulciber ... -at murmure montes. LEX met. Vipasc. frg. 2, 33 puteum vitiasse -asse decapitasse aliutve quid ... fecisse, quominus is puteus firmus sit. HEGES. 3, 7 p. 199, 8 resistentes supremo ... excidio (5, 13, 1 p. 316, 5 *urbem*). 4, 16, 1 p. 265, 22 vicos ... eorumque incolas conprehendens maxima strage -vit. PRVD. psych. 31 *Fides* hostile caput ... altior insurgens -at et ora ... solo adplicat. COD. Theod. 10, 19, 14 ut ... cuniculis alienarum aedium fundamenta -ent (*var. l.* labefaciant). CIL X 6811, 16 (*a. 238*) litus ... adsiduis maris adluentibus fluctibus ad labem ruinae -tum.

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

XI 3572 aram vetustate -tam. *al.* *in imag. de passione Christi*: GREG. M. moral. 13, 27 cum ... filius -retur in terra, erat ei testis in coelo (*infra*: morientem in carne). 2 *speciatim, sc. infirmanda valetudine, vulnerando*: COLVM. 2, 2, 22 in opere boves arte iunctos habere convenit, quo ... minus colla eorum -entur (*cf. Plin. nat. 18, 177* sic minime colla contundunt). 6, 5, 1 ne quis morbidus interveniat, qui contagione ceteros -et (*var. l.* labefaciet [*vel* -ciat], *quod praefert Svennung, Eranos 26, 1928, 154*). PLIN. nat. 29, 86 morsus *araneae* genua -at (*var. l.* labefacit). DECL. in Catil. 29 vires ... perpetua voluptatum intemperantia -tae (*var. l.* labefactae) sunt. *in imag.*: PACIAN. (?) sim. carn. p. 114, 9 illa *inimicorum venena* animum -are nituntur, hae *febres* ... corpus tantum viribus reddunt effetum.

II -ari *fere i. q. elabi, evadere* (*cf.* labisci, labi *p. 788, 57*): ITALA II par. 16, 7 (Op. imperf. in Matth. 1 p. 623) -ta est virtus Syriae de manu tua (*gr.* ἐσώϑη, *Compl.* salva facta est, *Vulg.* evasit).

deriv.: labefactatio. *compos.*: collabefacto.

?GLOSS.[L] II Abav. LA 3 **labefactor** praedator. *a* labefacere, *si recte traditum.* praedator *aut corruptum esse aut conferendum c. Petron. 85, 3* p. corporis *olim putavit Hildebrand, v. etiam p. 766, 54*; lavator *pro* -r *coni. Heraeus, Herm. 21, 1886, 426, 1.*

lābella *v.* libella.

1. labellum, -ī *n.* *a* 1. labrum *deminutive.* *de orig.*: CHAR. gramm. p. 131, 5 B. labra et labia ... et deminutio -a. SCHOL. Verg. ecl. 2, 34 (ClPh. 24, 1929, 275) diminutivum est a labro. -elis *l. 38.* *? nom. pl.* -i *l. 29.* NOT. Tir. 78, 47 -um. *de notione*: SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 336 *v. p. 774, 66.* GLOSS. χειλάριον. *legitur in versibus inde a* PLAVTO (*in hexametris semper ita, ut versum claudat*), *in serm. ped. raro inde a* CIC. (*de infante*). *cf. tabellam s. v.* 1. labium *adiectam.* [*e coni. dub.* -i (*sc. porci*) *pro* lib- APIC. 7, 259 (*Schuch, André*).]

i. q. (parvum) labrum (*metonymice l. 61*): I *hominum*: A *vi deminutiva plus minus servata*: 1 *praevalente colore*: **a** *blando* (*maxime in serm. amatorio; opp.* labra *viri* -is *mulieris l. 36. 40* [*aliter l. 39*], rostrum *l. 50. 55*): PLAVT. Asin. 668 compara -a cum -is. 797 tu -um *amicae* apstergeas (CATVLL. 99, 7 multis diluta -a abstersti guttis). Mil. 1335 labra a -is aufer. Pseud. 67 teneris -is molles morsiunculae (OV. ars 1, 667 t. ... rapta -is *oscula*. CIL IV 5296 t. oscula ferre -is [*scrib.* -elis, *metro poscitur* labris]). 1259 ubi amans complexust amantem, ubi ad labra (l. ad *Camerarius*) -a adiungit. LVCIL. 303 amplector, labra -is fictricis conpono. CATVLL. 8, 18 quem basiabis? cui -a mordebis? 63, 74 *Attidis* roseis ... -is sonitus ⟨citus⟩ (ANTH. 712, 7 [*Apuleio tribuitur*] clemente morsu r. -a vellicent [*defendit S. Mariotti, Parola del passato 2, 1947, 347 sq.*, labia *Riese*]. DRAC. Romul. 2, 7 r. ... est orsa -o *Venus. cf. l. 63 et* OPT. PORF. carm. 27, 10 me roseo terit ore deus *Attis* mollique -o). 64, 104 tacito succepit vota -o *Ariadne*. LVCR. 4, 1080 dentes inlidunt saepe -is osculaque adfligunt. VERG. ecl. 2, 34 calamo trivisse -um (*cf.* NEMES. ecl. 1, 4 calamos inflare -o. *similiter* labrum *Lucr. 4, 488. 5, 1407*). CIRIS 496 multis optata -a *Scyllae* et ... frontis species concrescere in unum coepere et gracili mentum producere rostro (*cf. Prop. 1, 13, 17* optatis ... labris). PROP. 2, 13, 29 oscula ... in gelidis pones suprema -is. OV. am. 1, 7, 41 inpressis ... livere -is et collo ... dentis habere notam. 2, 5, 57 tota -is lingua tuast nostris, nostra recepta tuis. 3, 14, 23 purpureis condatur lingua -is. epist. 17, 17 (*loq. ad epistulam*) admotis ... tangēre -is (ENNOD. carm. 2, 30, 2 ut a. suspendat *taurus* rostra -is *Pasiphaes*). ars 1, 575 primus rapias illius tacta -is pocula (*cf. l. 70*). 3, 284 summos dentes ima -a tegant. PETRON. 79, 8 transfudimus hinc et hinc -is errantes animas. MART. 7, 95, 8 me ... basiet nec uxor blandis filia nec rudis -is. APVL. met. 2, 16, 3 relictum (*sc. in poculo*) pullulatim -is minuens *Photis*. MART. CAP. 9, 916 *puellam* deus premit -is. *metonymice de puella amata*: PLAVT. Poen. 366 meus ocellus, meum -um *eqs.* 383. 385. 388 huius cor, huius -um, huius lingua *eqs.* **b** *acerbo, ironico*: CATVLL. 80, 1 (*de fellatore*) rosea ista -a (*infra*: labra. *cf. l. 41*). PERS. 3, 82 silentia rodunt atque exporrecto trutinantur verba -o. PETRON. frg. 10 obtorto valgiter -o (*explicat* FVLG. serm. ant. 46 valgia ... sunt -orum obtortiones in supinatione factae). MART. 2, 41, 18 laxat perspicuo -a risu. 10, 72, 1 frustra Blanditiae venitis ad me adtritis miserabiles -is. 12, 55, 10 ne ... clusis aditum neget -is *meretrix* (IVV. 3, 185 ut te *salutantem* respiciat c. Veiento -o). IVV. 5, 128 quando propinat Virro tibi sumitve tuis contacta -is pocula? (*cf. l. 56*). 6, 276 *uxoris* fletum ... -is exorbes. 9, 35 quamvis te nudum spumanti Virro -o viderit. 14, 325 rugam trahit extenditque -um. FRONTO p. 150, 9 v. d. H. (= p. 144 N.) alter pudice pranderit. alter -is gesticulatus erit (*antea*: labris). APVL. apol. 6 (vers.) restrictis ... si -is riseris. SIDON. carm. 9, 342 iocum refutans rugato Cato tertius -o narem rhinoceroticam minetur.

2 *praevalente respectu parvitatis*: **a** *de infantibus*: CATVLL. 61, 220 Torquatus volo parvulus ... rideat ad patrem semihiante -o (APVL. flor. 15 p. 54 [*de statua adulescentis*] canticum ... ore tereti s. in conatu -is eliquare). CIC. div. 1, 78 Platoni cum in cunis parvulo dormienti apes in -is consedissent (*2, 66* labris. *cf.* VAL. MAX. 1, 6 ext. 3). PERS. 2, 32 cunis exemit puerum frontemque atque uda -a ... expiat. MART. 11, 91, 8 nec data sunt nigris tota -a rogis. ENNOD. carm. 1, 9, 94 vix primaevus erat ..., genetrix cum forte saporem ... querulis infundit ... -is. **b** *de anibus*: CATVLL. 64, 316 lanea ... aridulis haerebant morsa -is *Parcarum*. PETRON. frg. 21 anus recocta vino trementibus -is. TERT. nat. 1, 8, 7 (*de nutrice, cui lingua exsecta erat*) exarticulatum sonum ... sine modulatu -orum ... cogi licet.

B *vi deminutiva evanescente*: IVV. 1, 160 digito compesce -um. VERS. metr. Fortun. gramm. VI 290, 15 docuit patens -um ... iugare. TER. MAVR. 120 supero tenus -o (*103 al.* labra). 134 rotundis. 144 coeuntibus. 188 comprimi. 191. 193. 227 imum. PHYSIOGN. 37 si genae ... et -a commoveantur *in ridendo*. MART. CAP. 3, 262 (vers.) quas *litteras* modulatio linguae gignant et pulsu rupta -a suo. ENNOD. carm. 2, 140 heu quotiens calidis vitis sine fruge -is inlusit.

II *animalium*: SVEIVS carm. frg. 2 *pulli* -is morsicatim lusitant (*cf.* 1. labium *p. 776, 83*). *non constat de* APIC. *p. 767, 29.*

deriv.: collabello.

2. lābellum, -ī *n.* *a* 2. labrum *deminutive, cf.* ISID. orig. 20, 6, 8 labrum ..., cuius diminutivum -um. GLOSS. λουτηρίσκος. ὅλκιον. [*it. vet.* avello, *tusc.* avello, *aemil.* lavel, *langob.* lael, navèl, *ligur.* lavelu, *march.* lavela; (> *germ. vet.* labal). *cf. M.-L. 4804. Battisti-Alessio I 377. G.*]

i. q. (parvum) vas (*a* 2. labrum *distinguit* CATO, *aliter* COLVM. *l. 30*): CATO agr. 10, 2 (*inter instrumenta olearia*) -um pollulum I (*cf. 10, 4* labra, labrum). 13, 2 in cellam oleariam haec opus sunt: ... -um I (*antea*: labra). 88, 2 eam muriam in -a vel in patinas in sole ponito. AFRAN. com. 187[a] -a, lines (LABER. mim. 38 cum provincias despoliavit, columnas monolithas, -a, l.). CIC. leg. 2, 66 *Demetrius* super terrae tumulum noluit quod statui nisi columellam ... aut mensam aut -um (*v. Kirchner, Antike 15, 1939, 95*). COLVM. 12, 28, 3 gypsum et medicamentum in -o permisceto. 12, 38, 3 in -o mustum de ... seria sumitur. 12, 44, 1 -um fictile novum impleto paleis ... et ita uvas superponito; tum -o altero adoperito (*infra*: labra). PLIN. nat. 29, 34 cinerem ... in -is aqua addita confricant. CIL XIV 2215, 18 (*inter res fanis traditas*) -um marmoreum cum columella. 4190 ad balneum vetus ... -a IV. PAP. Corp. 207, 13 (*inter res dotales*) -um po⟨n(do)⟩ XXX.

?**lābenter** *v.* labanter (labo).

labeo (labio), -ōnis *m.* *a* labea (1. labium); *cf.* chilo. *de orig.*: CHAR. gramm. p. 131, 10 B. (*ex Verrio Flacco*) labia ... inmodica *esse* et inde -es dici. DON. Ter. Eun. 336, 6 'labiis demissis': maiora labra, unde -es. -io CHAR. *et in var. l.* PS. CYPR. *declinationem negant gramm., v. vol. VI 2, 1690, 13 sqq.* [*lig.* lağun; *cat.* (*bal.*) l'evió. *cf. M.-L. 4805. Battisti-Alessio III 2151. G.*]

i. q. labrorum formatione notabilis: ARNOB. nat. 3, 14 esse ... quosdam *deos* ... -es. *nomen piscis*: PS. CYPR. cena 121 intulerunt pisces; sustulit itaque asellum Iesus, -em Moyses *eqs.* *fere adi. de herba* (*cf.* labeonia *et v. André, Lex. des termes de botan. 337*): PS. DIOSC. Vind. 4, 94 p. 252, 17 γαλέοψις ... Ῥωμαῖοι ουρτίκαμ λαβεώνεμ (*Sprengel*, λαβωνέμ *codd.*).

deriv.: labeonia. *cf. Onom.*

labeōnia, -ae *f.* *a* labeo, *cf.* labea. *nomen herbae*: PS. DIOSC. Vind. 3, 105 p. 116, 14 πράσιον ... Ῥωμαῖοι μαρρούβιουμ, οἱ δὲ λαβεώνια.

labeōsus, -a, -um. *a* labea, *cf.* labrosus. *i. q. labris grandibus praeditus*: LVCR. 4, 1169 *mulier* -a philema *vocatur* (*cf. 1168* mammosa).

laber *v.* laver.

luxuriosus ... **laberi**⟨...⟩ SYNON. Cic. p. 432, 19 *obscurum.*

laberna *v.* laverna.

***lābēs,** -is *f.* *a* labi; *duas voces eiusdem formae, quarum una a* labi *derivata 'lapsum' sim., altera incertae originis 'maculam' sim. significaverit, exstitisse putant Ernout-Meillet[4] 333 et alii, sed cf. Walde-Hofmann I 737 sq. et v. infra p. 770, 9.* *de formis: dat. sg. non invenitur nisi* CIC. Sest. 20 (-ei *vel* -i; *sec. V. decl.? cf.* labēcula *Cic.*), *vix etiam* IVVENC. *p. 769, 25; abl. sg.* -e *passim* (-ĕ *certum inde a* PROP., OV.), -ī LVCR. 5, 930 (Q^1, -o O^1, -e *recc.*). *inter feminina semper singularia* CHAR. gramm. p. 33, 7 B. haec -s ὁ ὄλισϑος (DIOM. gramm. I 327, 21 EXC. Bob. gramm. I 548, 8. *cf.* PHOC. gramm. V 427, 26 GLOSS. II 382, 14. V 571, 58). *attamen non raro invenitur plur., maxime nom. acc.* -es *inde a* TRAG. inc. 84, CIC. (5^{ies}); *dat. abl.* -bus *habent* CIC. nat. deor. 2, 14 (*e coni.*). MIN. FEL. 26, 8 LACT. inst. 4, 26, 11. 7, 27, 2 ira 19, 3 FIRM. math. 6, 11, 5 INSCR. Afr. Gsell I 3875; *gen. non exstat.* *de notione*: PAVL. FEST. p. 121 -s macula in vestimento dicitur, et deinde μεταφορικῶς transfertur in homines vituperatione dignos (*v. p. 770, 53. 773, 3*). SERV. Aen. 2, 97 '-s' ... ruinam significat, a 'lapsu' (*cf.* SCHOL. Stat. Theb. 8, 34 *p. 773, 16*). ISID. orig. 4, 6, 19 *pestilentia* et lues a -e et luctu vocata. SYNON. Cic. p. 433, 21 lues. tabes. -s *eqs.* p. 436, 17 obprobrium ... macula. -s *eqs.* (*sim.* p. 439, 25). GLOSS. λύμη. ὄλισϑος. ruina. macula, crimen. eversiones aut morbus aut aegritudo aut interitus. pernicies, calamitas. exitium. ignominia, turpitudo, derisiones. pestilentiae. -e: sorde. *legitur in precatione p. 770, 17 et inde a* PLAVTO, ENN., TRAG. inc., LVCIL., CIC. (*praeter epist.*); *deest e. g.* CAES. *et script. sacris. sermoni elatiori adscribunt Ernout-Meillet l. c., incertum an recte.* [*val.* laie (> *gr.* λάγια, *alb.* laj(ë)); *dalm.* labe; *langob., trident.* laf, *tosc.* (*Lucca*) rave, *neap., calabr.* lave (> *it.* lava); *prov. alp.* lava, *langued., vasc.* lau; *cat.* allau. *cf. M.-L. 4806. Battisti-Alessio III 2185. Wartburg V 100. Corominas I 174 sq.*

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

G.] [variat in codd. c. tabes (p. 771, 10. 20. al.), labor (p. 772, 83, cf. p. 772, 7).]

I *significatur actio labendi*: A *incorporaliter*: 1 *i. q. pernicies, exitium, calamitas sim.*: PLAVT. Capt. 903 quanta pernis pestis veniet, quanta -s larido, quanta sumini absumedo, quanta callo calamitas. ENN. ann. 279 certare abnueo; metuo legionibus -em. TRAG. inc. 84 naufragia, -es generis ignorat senex. CIC. Flacc. 24 innocentiae -em aliquam aut ruinam. dom. 53 -em atque eluviem civitatis (QVINT. decl. 329 p. 295, 12. *cf.* CIC. Pis. 83 -es imperii tui stragesque provinciae. VAL. FL. 5, 236 regnorum -s luctusque). 68 similis a re publica -s in posterum demovebatur. Sest. 56 mitto omnem domesticam -em (*cf.* SIL. 8, 21 internae -es et civica ... invidia). leg. 2, 39 *Plato* valde hanc (*sc. musicae*) -em veretur. Lael. 41 in tabella ... quanta sit facta -s. PS. QVINT. decl. exc. Par. 13 p. 415, 25 leges in -em truditis. FRONTO p. 196, 26 v. d. H. (= p. 207 N.) militaris disciplinae. CYPR. ad Donat. 8 p. 10, 7 morum *in spectaculis* (AVG. civ. 2, 22 p. 84, 30 D. ago de -e m., quibus primum paulatim decoloratis, deinde torrentis modo praecipitatis ... facta est ruina rei publicae. 5, 12 p. 214, 5 POMER. 3, 10, 1 BOETH. mus. 1, 1 p. 180, 24). PANEG. 10, 4, 2 ad restituendam eam *rei publicae navem* post priorum temporum -em (*cf. p. 772, 29*). ARNOB. nat. 1, 3 dicitur invectam esse -em terris *illata religione Christiana*. 2, 43 homines *mala* -em machinantur in mutuam. 2, 59 in varias -es perniciesque. 7, 50 inclinata est res summa et ad ultimae -is periculum venit (HEGES. 3, 1, 2 u. -is futura excidia. *cf. l. 31*). IVVENC. 4, 113 falsi surgent populorum -e (*abl. potius quam dat.*) profetae. FIRM. math. 3, 2, 2 -em patrimonii (3, 5, 17). AVR. VICT. Caes. 20, 13 publicam. 33, 2 Mursina (*sc. clades*). SYMM. or. 1, 5 fortunae (AMM. 15, 5, 15 fortunarum. CASSIOD. var. 4, 41, 1). AVG. pecc. mer. 2, 12, 35 p. 106, 25 ut *anima* ... nequaquam in -em mortemque nequitiae verteretur (*cf. l. 48*). *al.* *c. gen. explic.* (*nisi subest notio irruendi*): VERG. Aen. 2, 97 hinc mihi prima mali -s ([*cf.* SERV. *p. 768, 72 et vol. VIII 234, 32 sq.; 'lapsum in malum' intellegit Austin*]. IVST. 17, 1, 5 *iuxta* initium inpendentis ruinae. HEGES. 1, 3. 4, 6, 2 malorum. *cf.* PS. PROSP. carm. de prov. 33 si toleranda m. -s. *aliter p. 770, 39. 772, 67*). OV. Pont. 2, 3, 22 ut torrentibus undis communis vitii te quoque -e trahi (*cf. infra l. 75 sqq.*). COD. Iust. 4, 65, 8 (*a. 231*) si qua -e (*var. ll.* albae, alvee, lue) tempestatis (-tateve *Krüger*) vel alio caeli vitio damna accidissent. FIRM. math. 6, 9, 9 infortuniorum -e. 2 *i. q. error, lapsus* (*cf. Löfstedt, Verm. Studien 101*): APVL. met. 2, 14, 5 sensit imp⟨r⟩udentiae suae -em (8, 8, 3). 5, 8, 5 ne qua sermonis procedentis -e consilium tacitum proderetur. IREN. 1, 16, 1 (9, 1 H.) circa XII numerum cum -s quaedam facta fuisset (*gr.* σφάλματος). *de apostasia*: AVELL. p. 11, 20 non contentus ruina et -e decem legatorum (*cf. p. 772, 45*). 3 *de tempore labente, praetereunte*: CIL V 7989, 18 (*a. 235/238*) viam ... longi temporis -e corruptam (AVELL. p. 623, 15 -e t. aboleri. ENNOD. epist. 1, 7, 1 p. 15, 23 rerum statum, qui -e t. aut meritorum nostrorum nebulis obsolevit). AVG. pecc. mer. 2, 21, 35 p. 106, 21 *lignum vitae* per aetatum -em mutari ... corpora ... non sinebat (*cf. l. 29*).

B *corporaliter*: 1 *labitur mundus, aedificium sim.*: LVCR. 2, 1145 moenia mundi expugnata dabunt -em putris⟨que⟩ ruinas (*cf.* AVSON. 368, 3 p. 94 P. tantae nullam moli [*sc. mundo*] intercedere -em). ITIN. Alex. 29 *de Athenarum eversione*. PANEG. 9, 9, 4 schola est instauranda, ne fana ... pulcherrima -s media deformet. 9, 18, 1. IVST. 30, 4, 3 motus terrae Rhodum multasque alias civitates gravi ruinarum -e concussit (CLAVD. DON. Aen. 8, 355 p. 165, 25 oppida quae r. -em murorum dissipatione testantur. CIL X 6811, 15 [*a. 238*] litus ... adsiduis maris adluentibus fluctibus ad -em ruinae labefactatum. INSCR. Afr. Gsell I 2101, 4 [*a. 364*] ⟨therm⟩as ... r. -e deformes). AVR. VICT. Caes. 9, 6 urbium. SYMM. epist. 4, 68, 2 *horreorum*. AVG. civ. 17, 10 p. 228, 30 D. templi (*antea*: eversionem ... Hierusalem). CIL X 6922, 12 (*a. 214*) l⟨a⟩be agge⟨res c⟩adent⟨es⟩. INSCR. RevA. V 32 (1930), 2 p. 371 n. 114 quod erat humo copert(um) et in -e conl(apsum) et princ(ipia) et bal(neum) rest(ituta) (V 34 [1931] p. 356 n. 82).

2 *labitur terra* (*cf. p. 770, 18*): CIC. nat. deor. 2, 14 -bus (*codd.* lapidibus) aut repentinis terrarum hiatibus *animi terrentur*. div. 1, 78 tantos terrae motus ... factos esse, ut ... multis locis -es factae sint terraeque desiderint *eqs.* 1, 97 -e agri Privernatis, cum ad infinitam altitudinem terra desidisset. LIV. 42, 15, 5 dextra pars -e terrae in aliquantum altitudinis derupta erat. LABEO dig. 19, 2, 62 si rivum ... -s corrumpit. GROM. p. 351, 6 terra a tempestatibus vel turbinibus plerumque -e movebitur. CIL IX 5947, 10 (*a. 111*) *Traianus* ⟨s⟩ubstructionem con⟨tra l⟩abem montis fecit. INSCR. Afr. Gsell I 3875, 10 (*a. 152*) viam ... vetustate inter⟨r⟩uptam ... -bus confirmatis restituit. 3 *labuntur liquores* (*per comparationem supra l. 17. 35*): NEMES. cyn. 285 venam ... feri veteresque labores effluere aspecta nigri cum -e cruoris (tabe *Barth, sed cf.* PAVL. NOL. carm. 19, 216 ut saniem suffusa -e coactam exprimeret *medicus*). ARNOB. nat. 5, 40 -em imbris e caelo (RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 177, 17. *cf. supra l. 37*). AVSON. 325, 7 p. 110 P. tacitos sine -e lacus, sine murmure rivos. RVFIN. hist. mon. 20 ut etiam naturalem humorem per multam ieiuniorum abstinentiam ... superent fluxamque eius -em ... restringant (*seminis ut* PRVD. apoth. 565 nullo quod semine terrae germinat, immundum quod non de -e virili sumit principium [*'peccatum' interpretatur Lavarenne*]. *cf. p. 770, 51*). MAR. VICTOR aleth. 2, 393 *ut pontus in diluvio cuncta* tumidi convolvat -e profundi. 4 *labuntur animantia*: SOL. 49, 9 contraria (*i. noxia*) est -s ambulantibus *camelis Bactrianis* nullo favente praesidio ad nisum insistendi (*cf. Plin. nat. 11, 254* fatiscunt). AVG. in psalm. 39, 9 l. 18 equos ... sine -e atque offensione currentes.

II *metonymice fere i. q. vitium vel res vitiosa integritatem destruens, contaminans, polluens* (*probatur notio destruendi maxime iuxta voces q. s.* eversio, ruina, lacuna, pernicies *p. 771, 7. 84. 772, 10. 773, 5 et in reddendo gr.* ὄλεθρος *p. 773, 1; sed praevalet notio polluendi infra l. 48 sqq. 65 sqq. et in usu incorporali inde a* CIC. *p. 771, 2. 772, 3. 4 passim, maxime apud recentiores, cf. usum vocis q. e.* macula *vol. VIII 26, 21 sqq. et coniunctionem vocabulorum l. 40. 53. p. 771, 38. 49. 74. 772, 4. 23; affinitas notionum apparet e. g. p. 773, 3 sqq. et ex iuxtapos.* pestilentia, pestis *l. 46. p. 771, 6. 7. 772, 58. 773, 9 sq., v. etiam p. 769, 5*): A *de rebus*: 1 *corporaliter*: a *de vitiis pestiferis, morbi similibus*: α *significantur morbi, menda sim.*: CARM. Fest. p. 210 avertas morbum, mortem, -em, nebulam, impetiginem (*sim. Cato agr. 141, 2. -em terrae interpretatur Pease ad* CIC. nat. deor. 2, 14, *sed cf.* PS. QVINT. decl. 12, 4 non vulgaris illa -s frumenti fuit [*opp.* nova et inaudita ... lues]. VLP. dig. 19, 2, 15, 2 si -s facta sit omnemque fructum tulerit [*sed cf. p. 769, 36*]). LVCR. 5, 930 *priscum genus humanum non capiebatur* -i corporis ulla (SVET. Aug. 38, 3 *equitibus* senio vel aliqua c. -e insignibus. GELL. 1, 12, 3 [*ex Labeone*] lingua debili sensuve aurium deminuta aliave qua c. -e insignita *virgo Vestalis*. TERT. resurr. 57 p. 117, 17 *opp.* substantiae integritatem. LACT. *p. 771, 50*. COD. Theod. 8, 4, 16, 1 [= Iust. 12, 57, 7, 1]. SALV. gub. 7, 3 ubi aut cremata aut desecta fuerit vitiatorum c. -s. *cf. l. 36. 38 et* TER. MAVR. 10 corpoream). OV. met. 15, 130 victima -e carens et praestantissima forma (*cf.* fast. 4, 335 sine -e iuvencam mactarunt. *aliter l. 61*). GRATT. 366 gravis. 371 (*antea*: lues, morbi). 468 praecipitem. 495 fatorum -es exire minasque (*sed cf. p. 769, 27*). COLVM. 6, 34, 2 illa pestifera -s, ut ... equae subita macie et deinde morte corripiantur. SIL. 14, 596 serpere -s Tartarea atque ... populari castra (*cf. 582* lues inimicaque pestis). STAT. silv. 5, 3, 258 segnis -e (tabe *Gronovius*) senili exitus. TERT. anim. 25, 9 *Plato monet* cavere, ne vitiatio seminis ... -em corpori et animae sapparet. 44, 2 valetudinis. SER. SAMM. 1009 (*de morbo comitiali*). ARNOB. nat. 1, 8 halitus, quibus corruptus aer iste ... corporibus -em ferat. IVVENC. 3, 28 cedit cui -s victa malorum (*aliter p. 769, 31*). FIRM. math. 8, 19, 11 strumaticus exulcerata macularum -e possessus. AMM. 14, 6, 23 (*syn.* aegritudo). 19, 4, 6. 23, 6, 24. PASS. Macc. 15, 17 membrorum. *de putredine cadaveris* (*cf.* tabes): TERT. anim. 51, 2 cadaver ... longo tempore sine ulla -e ... servatum (*Plat. rep. 10,* 614^{b} ὑγιής). PAVL. NOL. carm. 28, 242 morbiferam de -e cadaveris auram. *v. etiam infra l. 69.* β *significantur variae res*: SIL. 14, 308 Vulcanus ... gliscentem ... trahens turris per viscera -em *sc. ignem* (*304* pestem). VEG. mil. 4, 35 materies ... interna vermium -e exesa in pulverem vertitur.

b *de notis extrinsecus effectis vel superficiei tantum inhaerentibus i. q. macula* (*testimonia grammaticorum v. p. 768, 70. 75. 76*): α *in malam partem* (*sc. c. respectu sordium, cf. l. 65*): LVCIL. 1248 permixi lectum, imposui pede[m] pellibus -es (*cf. p. 769, 82*). HOR. epist. 2, 1, 235 tractata notam -emque remittunt atramenta. OV. ars 1, 514 sit ... sine -e toga (*cf.* IVVENC. 3, 766 pro vestis maculis et -e). PERS. 3, 25 purum et sine -e salinum. APVL. apol. 6 ne qua visatur taetra -s sordium *in dentibus*. CYPR. epist. 72, 1 p. 775, 12 apud haereticos et schismaticos profanae aquae -e maculati. FIRM. err. 27, 8 tauribolium ... scelerata te sanguinis -e perfundit (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 3, 40 p. 267, 13 ne manus tuas ... inexpiabili -e commacules. PRVD. psych. 103 abolens baptismate -em *sanguinis gladio aspersam*). AVSON. 363, 6 p. 90 P. (*in imag., cf. Hor. sat. 2, 7, 87*) externae ne quid -is per levia sidat.

β *in neutram partem* (*usus Ovidianus, quem cum exemplis supra l. 28. 53 allatis coniungere possis*): OV. ars 1, 292 *taurus* signatur tenui media inter cornua nigro: una fuit -s, cetera lactis erant. met. 2, 537 totas sine -e columbas.

c *de quibuslibet sordibus, luto sim.* (*cf. l. 50; iuxta* sordes *etiam p. 772, 24, iuxta* caenum *p. 773, 7. 8*): SIL. 4, 578 -e tenaci *ripae* haerent devincti gressus. MIN. FEL. 3, 5 naviculae substratis roboribus a terrena -e suspensae (POTAM. tract. 1 JThSt. 19, 1918 p. 299, 16 de t. -e confectus *Lazarus*. AVG. gen. c. Manich. 2, 7, 8 quare de limo fecit deus hominem? an defuerat ei melior et caelestis materia, unde hominem faceret, ut de -e t. tam fragilem mortalemque formaret? EPIST. pontif. 321 Migne 20, 585^{B} t. -is et mundani corporis ... errores. PETR. CHRYS. serm. 61 p. 369^{A}. 120 p. 529^{A} *syn.* vilitate. *cf. p. 771, 67*). TERT. anim. 54, 4 *inferos* Plato velut gremium terrae describit in Phaedone, quo omnes -es mundialium sordium confluendo et ibi desidendo exhalent (*gr.* 109^{c} ὑποστάθμην). SALV. gub. 3, 38 *ut*, sicut ... pulveris -em in se oculus non reciperet, sic vita nostra -em ... impudicitiae non haberet. 7, 74 caenum quasi ex omni platearum et cloacarum -e collectum.

d *de congerie lapsu effecta, strage sim.*: SOL. 47, 1 (*cf. Plin. nat. 6, 43*) saxa ... exundant umorem ..., qui constrictus vi caloris velut in aestivam glaciem corporatur: ita -s invia accessum negat. INSCR. RevA. VI 4 (1934) p. 275 n. 172 (*s. IV; de mole basilicae collapsae, cf. p. 769, 50 sqq.*) tantae stragis -e avectā tripertita porticus ... perfecta ac dedicata est.

[*Flury*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *incorporaliter*: **a** *vigente vi morali*: **α** *generatim*: (I) *in universum*: CIC. leg. 2, 24 animi -s nec diuturnitate evanescere nec amnibus ullis elui potest (parad. 33 ceteras a. -es repellat [*enumerantur antea* libidines, voluptates, iracundia, avaritia]. SEN. dial. 6, 22, 2 *opp.* morbi *corporis*. GELL. 1, 2, 4 morborum vitiorumque fraudes animorumque -es, pestilentias. AVG. civ. 1, 33 p. 50, 9 D. hanc a. -em ac pestem, hanc probitatis et honestatis eversionem. *al.*). off. 3, 85 *Caesarem* tu quas conscientiae -es in animo censes habuisse, quae vulnera? VERG. Aen. 6, 746 donec longa dies ... concretam exemit -em (tabem *R*) purumque relinquit aetherium sensum. OV. epist. 4, 32 ille prior, quo me sine crimine gessi, candor ab insolita -e notandus erat. 9, 8 laeta ... vitae -e noverca tuae (LACT. inst. 6, 24, 5 prioris [7, 5, 22]. *cf.* OV. epist. 16, 14 dum ... tenor vitae sit sine -e meae. trist. 1, 9, 43 morum seu vitae -e carentis. Pont. 1, 2, 145 praeteritos sine -e peregimus annos. 2, 7, 49. CYPR. ad Donat. 4 superioris aevi. CE 1133, 5). Pont. 4, 8, 20 mores ... nostri ... -e carent. LIV. 45, 5, 11 qua perpetrata ... caede subiit extemplo animum, in se ... receptam -em, quae Euandri fuisset. SEN. Phaedr. 668 respersa nulla -e et intacta, innocens. dial. 10, 7, 1 in ventrem ac libidinem proiectorum inhonesta -s (*dett.*, tabes *A*, *quod praefert Grimal*) est. 12, 3, 5 ab omni -e mens vacans (*cf.* epist. 4, 1 mentis ab omni -e purae et splendidae). PS. QVINT. decl. 13, 16 abest ... voluptas castis sine -e corporibus *apium*. CYPR. ad Donat. 5 p. 8, 6 ut quis expiatus et purus nulla incursantis inimici -e capiatur. zel. 14 p. 428, 10 terreni corporis infesta -s (FIRM. err. 4, 2 impuri et inpudici. HIL. in Matth. 7, 2 [*in allegoria leprosi*] *turba* vitiosa -e c. contaminata. *al. cf. infra l. 64*). ANTH. 900, 5 (*verba Lucretiae*) *corpus* fodio, qua cruor inflictam -em lavet. ARNOB. nat. 3, 27 quicquid -is et criminis ab insania proficiscitur tali (*sc. ab amore*). 7, 42 -is ... et foeditatis. *al.* LACT. inst. 6, 23, 36 etsi corpus nulla sit -e maculatum, non constat tamen pudicitiae ratio. IVVENC. 1, 524 si te ... oculi dextri laqueaverit error, auctorem miserae ... convellito -is (*cf. Vulg. Matth. 5, 29* si oculus ... scandalizat te, erue eum. *v. etiam l. 56. p. 779, 67*). 3, 167 mentem ... aspergine -is polluere. *et passim.* (II) *c. gen. explic.* (*personae l. 40*): CIC. Cael. 52 ad L. Luccei sanctissimi hominis atque integerrumi -em sceleris sempiternam. parad. 23 quamcumque in domum stuprum intulerint, eandem esse -em lubidinis (FIRM. math. 7, 25, 13. 8, 4, 10. 8, 19, 7 inpudica). OV. am. 3, 5, 44 maculae sub pectore nigrae pectus adulterii -e carere negant (*cf.* AVELL. p. 37, 8 adulterinae communionis. SALV. gub. 4, 28 numquid *servus* multarum uxorum -e polluitur ...?). LIV. 40, 8, 7 aut conficti aut admissi criminis -em (PRVD. cath. 7, 76 CONSVLT. Zacch. 1, 15 p. 19, 17 SERM. Caspari Anecd. p. 327, 14). LVCAN. 5, 103 (*de Apolline*) hoc ... numen ab humani solum se -e furoris vindicat. GELL. 2, 1, 5 a voluptatum -e cavisse (*cf. p. 772, 38*). CYPR. epist. 55, 10 p. 631, 13 nulla illum libelli ... -e maculatum esse. ARNOB. nat. 4, 22 (*de Iove*) cuius eum notetis probri? cuius criminis constituatis auctorem? vel quas in eum -es flagitiorum, quantas coacervetis infamias? ([*cf. p. 772, 1*]. FIRM. math. 5 praef. 3 AMM. 28, 4, 5. SALV. gub. 3, 50 *syn.* vitiorum probrositas). LACT. inst. 4, 26, 11 peccatorum -bus ac vitiorum maculis inquinatos ([*antea*: -es et maculas inquinatorum corporum]. 6, 13, 3 HIL. in Matth. 8, 7 AMBR. Ioseph 3, 13. *al.*). 7, 27, 2 subtractum his -bus terrae proficisci ad illum aequissimum iudicem (*cf. l. 67*). ira 19, 3 se vitiorum -bus inquinaverunt (FIRM. math. 3, 6, 27. 8, 20, 3 AVR. VICT. Caes. 15, 1 AMM. 31, 14, 6. SCHOL. Cic. Bob. p. 141, 18 [*fortasse ex oratione Catonis, sed cf. Jordan p. 53*]. *al.*). IVVENC. 3, 12 erroris laqueos -emque (3, 38. *cf. p. 772, 53 necnon supra l. 31. p. 769, 38*). FIRM. math. 4, 19, 25 profusionis. 6, 11, 5 inpudicae inpuritatis -bus polluuntur (7, 25, 19). 6, 15, 4 inlicitae. AMM. 27, 9, 4 delictorum immanium. RVFIN. epist. Clement. 7 ne ... fornicationis -s ... tamquam venenum pessimum serpat in vobis (*gr.* ἵνα ... μὴ ἡ πορνεία ... ἐμβάλῃ λοιμόν). PRVD. perist. 14, 54 (*de Agnete in lupanar tradita*) sub profani -e periculi. psych. 304 culparum. AVG. civ. 2, 21 p. 79, 17 D. morum pessimorum ac flagitiosissimorum -e ac dedecore. 10, 30 p. 452, 23 desiderare animas corruptibilium corporum -em (21, 3 p. 491, 3. *al. cf. l. 24. 50. 75*). spir. et litt. 28, 48 in anima humana imago dei terrenorum affectuum -e detrita est (VAL. CEM. hom. 8, 5). *al.* (III) *c. adi.*: terrena (*cf. l. 52. p. 770, 68*): MIN. FEL. 26, 8 spiritus ... a caelesti vigore t. -bus et cupiditatibus degravati. LACT. inst. 7, 20, 9 *impiae animae* ineluibilem quendam fucum trahant -emque t. ira 5, 7 deum ... ab omni -e t. submotum (*cf.* 24, 9 sanctis et incorruptis mentibus, quae se a vitiis et ab omni -e t. integras inviolatasque conservant). SACR. Leon. 631 (*antea*: diabolicae fraudis). CASSIOD. in psalm. 101, 15 mundandi erant, qui t. -e sordebant. CE 704, 23 omnes t. vicit -es purgatior aethrā, vitarum maculas puro qui decoquit igni. 783, 2 caelestes animae ... t. metuunt -es. corporea *sim.* (*cf. supra l. 64*): FAV. EVL. 25, 5 W. (= p. 19, 3 H.) musica disciplina purgatos animos faciat -e c. PRVD. ham. 961 quia sic pro -e necesse est c., tristis me sorbeat ignis Averno. PASS. Macc. 1, 6 corporales ... -es, dolorem ... et timorem (*opp.* quae mentem occupant vitia).

β *de infamia, dedecore sim.* (*transeunt huc l. 7. 11. 19sq. al.; plur. de factis ignominiosis p. 772, l. 43*): (I) *in univ.*: CIC. Verr. I 40 illam -em, ignominiam calamitatemque totius ordinis (Manil. 33 -em atque i. rei publicae. Rab. perd. 27 mortis. *adde p. 772, 37*). Flacc. 5 frg. Mediol. cum privatarum rerum ruinas, cum domesticas -es, cum urbanam infamiam ... protuleris (Cael. 42 ne probrum castis, -em integris, i. bonis inferat. *cf. p. 771, 47*). Vatin. 15 ex tua summa indignitate -s illius dignitati aspersa. Balb. 15 est ... haec saeculi quaedam macula atque -s, virtuti invidere (COD. Theod. 9, 40, 17). Phil. 7, 15 quanta ... rei publicae turpitudo, quantum dedecus, quanta -s (APVL. Socr. 21 p. 169 quas *artes* quivis bonus vir ... sine t., sine -e [labore *codd.*, rubore *Lütjohann*] contempserit. ARNOB. nat. 4, 30 quae ... -is et t. aliquid et maiestati eorum *deorum* concilient et decori [*cf.* 5, 32]). PROP. 4, 8, 20 famae non sine -e meae (*cf.* OV. epist. 16, 69 perpetuo famam sine -e tenebo. GELL. 1, 3, 23 -s et quasi lacuna famae ... solidatur). 4, 11, 42 nec ... -e mea vestros erubuisse focos. LIV. 4, 32, 7 qui *censores* ... -em secundae dictaturae suae inposuerint ([*4, 24, 8* ignominia]. perioch. 54 p. 66, 11 rebus ... prospere gestis -em imposuit. *cf. infra l. 69*). OV. trist. 2, 110 parva ... periit, sed sine -e domus (*cf.* IVV. 14, 69 sanctam ... omni ... sine -e domum vitioque carentem). SEN. Phaedr. 893 -em hanc pudoris eluet noster cruor (VAL. FL. 7, 386. COD. Iust. 2, 11, 15 [*a. 239*] -em p. contrahit. 5, 62, 17 [*a. 265*]. *cf.* TERT. apol. 50, 12 pudicitiae). SIL. 7, 710 -em hanc pellamus (*sc. ductoris mortem petentis*). 10, 613 quam restare viro -em (*sc. Varroni*). 12, 283 quando hanc quantoque cruore hostili -em eluerim? 13, 17 procul hanc expellite gentis femineam Tyriae -em (*i. ignaviam*). PS. QVINT. decl. 3, 1 aeterna (*cf.* LACT. inst. 4, 26, 12 quos ... voluptates ... dedecorum maculis inustos -e adficiunt sempiterna). FIRM. math. 1, 7, 5 sordes ac -em generis ... protegere. HIL. coll. antiar. p. 154, 13 in adsumtione hominis corruptioni potius gloriam intulerit, quam -em aeternitati (*cf.* PS. PHOEBAD. fid. 8). CLAVD. 22, 308 *fasti* -em texisse (*var. l.* tersisse) laborent. AVG. ord. 2, 4, 12 constitue *meretrices* matronarum loco, *omnia* -e ac dedecore dehonestaveris. COD. Theod. 15, 14, 12 quos tyrannici temporis -s specie dignitatis infecerat (*an ad p. 769, 20?*). COD. Iust. 2, 7, 9 (*a. 442*) post peractam integre ac sine ulla opinionis -e administrationem. *al.* (II) *c. gen. explic.*: CIC. Sull. 88 ne hanc -em tanti sceleris in familia relinquat (*ibid.* nota nefariae turpitudinis). dom. 102 -em turpitudinis et inconstantiae poterit populi Romani dignitas sustinere ...? (ARNOB. nat. 3, 10 o pura, o sancta atque ab omni t. -e disparata atque abiuncta divinitas! NOVELL. Theod. 18 pr. existimationem rei publicae ... pudendae t. -e atque ignominia liberasse). leg. 1, 60 quom animus ... voluptatem ... sicut -em aliquam dedecoris oppresserit (*cf. p. 771, 44*). TAC. hist. 3, 24, 1 abolere -em prioris ignominiae, ... reciperare gloriam. MIN. FEL. 16, 1 conviciorum amarissimam -em verborum veracium flumine diluamus. FIRM. math. 3, 6, 29 infamiae -em ... decernit (3, 6, 30 *mulierem* i. -e possessam. 8, 20, 7 i. ... -e polluti. 8, 27, 2. *cf.* SALV. gub. 6, 50 agi nunc illas ludicrorum infamium -es). OROS. hist. 4, 5, 2 turpissimam rupti foederis -em.

γ *de pravitate haeretica* (*cf. p. 769, 43*): NOVATIAN. cib. Iud. 1 sincerum evangelium et excretum ab omni perversae -e doctrinae (*cf.* AVG. in psalm. 7, 7 sincera fides et ab omnium pravarum opinionum -e purgata). HIL. coll. antiar. p. 149, 7 iudicium (*i. fides*) -is istius. p. 153, 24 haereticae pravitatis (*cf.* ad Const. 1, 8 quosdam ... haeretica -e pollutos. LEO M. epist. 151 Conc.S II 4 p. 139, 5 haereticorum. AVELL. p. 39, 12 haereseos). AMBR. paenit. 1, 7, 30 quos iterati baptismatis -e inquinavit *Novatianus*. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 8, 1 superstitiosi erroris (*cf. p. 771, 55*). AVG. bapt. 5, 17, 23 p. 281, 25 schismatis. SVLP. SEV. chron. 2, 49, 7. CONSVLT. Zacch. 2, 13 p. 77, 28 sectae inexpiabilis. PS. PHOEBAD. fid. 1 qui elogio Arianae -is addicti sunt (3. *cf.* COD. Theod. 16, 5, 6 Fotinianae -is contaminatio. DIONYS. EXIG. Conc.S I p. 235, 17 Nestoriana). EPIST. pontif. 892 Migne 66, 44D pestilentiae *Arianae* -e pollutos. AVELL. p. 21, 26 perfidiae. p. 27, 17 praevaricationis. p. 91, 18 sceleratorum. p. 493, 3 (*syn.* venenis). ISID. Goth. 55 chron. II p. 290, 55 ut ... ecclesiarum praedia, quae paterna -s fisco adsociaverat, ... restauraret.

b *vi morali plus minusve attenuata de quibuslibet malis, damnis sim.* (*saepe in imag. morbi, pestilentiae sim.*): LIV. 2, 44, 8 (*de seditionibus*) id unum venenum, eam -em civitatibus opulentis repertam. 7, 38, 7 in urbe insidentem -em (tabem *var. l.*, *quam praefert Dutoit, Mus. Helv. 5, 1948, 117*) crescentis in dies faenoris. 39, 9, 1 (*de Bacchanalibus*) huius mali -s (tabes *recc.*; *cf. p. 769, 31*) ex Etruria Romam veluti contagione morbi penetravit. CVRT. 7, 7, 30 quae subinde nuntiata sunt regi, continuae felicitati rerum eius inposuerant -em (*cf. supra l. 12*). LAVS Pis. 128 (*de contemptu amicorum pauperum*) ista procul -s, procul haec fortuna refugit ... tuam ... domum. VAL. FL. 3, 377 (*de segnitie*) causas -emque docebo (*syn.* lues *373*). IVV. 2, 78 (*de luxuria*) dedit hanc contagio -em et dabit in plures, sicut grex totus ... unius scabie cadit. TER. MAVR. 300 vitare -es et carere sordibus *in carmine*. FIRM. math. 6, 9, 6 omni -e prioris malitiae *Martis* sopita. HIL. trin. 2, 5 mihi ... his *haereticis* respondenti in curis aestus est, in sensu -s (*i. torpor?*), in intelligentia stupor est. RVFIN. apol. Orig. praef. p. 546C in alios ... novi furoris morbus et inauditae -s incessit insaniae. AVG. doctr. christ. 1, 13, 12 cogitatio ... apud se manens integra, formam vocis ... sine aliqua -e suae mutationis adsumit (c. Parm. 3, 2, 13 hoc s. -e pacis et unitatis ... fieri potest. ENNOD. dict. 1, 25 p. 430, 11. 11, 7 p. 460, 18 disciputi elegantia adsertio est s. -e doctoris. 19, 8 p. 480, 20. epist. 5, 10, 1 spem s. -e [labore *P*, *ed. pr.*] ... obsecutus). LEO M. epist. 106, 1 Conc.S II 4 p. 60, 1 continentiae optineatur in-

[*Flury*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tegritas; cuius prima est -s superbia (*gr. II 1, 2 p. 56, 28* ὄλεθρος). *al.*

B *maledice de animantibus* (*cf. p. 768, 71*): PLAVT. Persa 408 (*in lenonem*) -s popli (*406* lutum lenonium, *407* sterculinum publicum). CIC. Verr. I 2 -em atque perniciem provinciae Siciliae. dom. 2 illa -s ac flamma rei publicae (*de Clodio ut*: 107. 133 o nefanda et perniciosa -s civitatis. har. resp. 46. Sest. 26 caenum illud ac -s). Sest. 20 habeo quem opponam -ei illi atque caeno *sc. Gabinio* (Vatin. 25 illam -em pestemque). Pis. 3 cum hac me nunc peste atque -e confero (*cf.* 56 o scelus, o pestis, o -s!). VAL. MAX. 9, 11, 4 (*de Marcelli interfectore*) divini beneficii interceptor, publicae religionis ... acerba -s. VAL. FL. 2, 239 *feminae Lemniae* Thressas -em causamque furoris diripiunt. SIL. 8, 255 *Varronem* fastis -em suffragia caeca addiderant. 12, 404 pelleret Hostus si tantam -em (*sc. hostem exitiabilem*). STAT. Theb. 8, 34 *Amphiarao ad inferos deiecto* offensus luce profatur *Dis*: 'quae superum -s inimicum impegit Averno aethera?' (SCHOL.: violentia sive ruina; '-s' a labendo dicta. *hic inserendum putavimus adducti imitatione* CLAVD. 5, 498 [*Minos ad Rufinum*] huc s. -s, huc insatiabilis auri proluvies). PANEG. 4, 33, 7 (*de Maxentio*) illa monstrosa -s. TREB. Gall. 14, 5 ut -em inprobissimam ... a gubernaculis humani generis dimoverent. IVVENC. 4, 262 *Iesus in iudicio supremo* iustos ... de -e malorum secernet. AVELL. p. 8, 5 (*de Ario*) ne *Christus* illam -em in ecclesia pateretur intrare.

C *peculiariter ap.* IREN. *ad redd.* ὑστέρημα *gnosticorum* (*'a labendo; in sensu obstetricio' Harvey ad* 2, 1, 1): IREN. 1, 16 (9 H.), 3 qui factorem caeli et terrae ... ex -e (*sc. Achamoth*), et ipsa ex altera -e (*sc. Sophiae*) facta, emissum dicunt: et sic iam ... esse eum emissionem tertiae -is. 1, 17, 2 (1, 10 H.) quod *demiurgus* fructus sit -is (2, 3, 2 [1 H.]. 2, 4, 3 [2, 3, 4 H.] -is f. ... et erroris operam. *al. cf. 2 praef. 1* postremitatis. *2, 1, 1* extremitatis). 1, 18, 4 (1, 11, 3 H.) mysterium passionis -is (*cf.* 1, 21, 4 [1, 14, 3 H.] quae sunt de ignorantia -is et passione facta [*verborum graecorum ordinem male intellexit*]. 2, 17, 5 [2, 22, 1 H.] -s ... eius, quae est secundum ignorantiam, passionis [*infra*: in ignorantiae -e]). 2, 2, 4 (2, 2, 3 H.) neque aliqua -e neque ignorantia *indigebat deus*, ut ... homo fieret (5, 18, 1 quae ex i. et -e facta sunt [*opp.* ex sapientia et virtute]. *al.*). 2, 12, 6 (14, 1 H.) Sophia sine coniuge -em generavit. 4 praef. 3 (2 H.) fabricatorem ex -e sive defectione emissum (*ibidem iterum*. 4, 33, 3 [4, 51, 2 H.]). *al.*

deriv.: labecula, labosus.

labēsco (lāb- *?*), -ere *et* **-or,** -ī (GLOSS.). *cf. c.* labi, labascere (-i), labisci. GLOSS. -it (lav-): movet, convellitur. movetur vel compellitur. convellit. commovetur. fortunam (qui) perdit. -itur: movetur. convellitur. [*falsa lectio* CIRIS 450 (livescunt *G*). *cf. p. 762, 23.*] *i. q. delabi*: CONC.[S] I 3 Rustic. p. 155, 16 cur incredulus es ad rationem humanam -ens? (*gr. I 1, 2 p. 83, 26* καταπίπτων, *vers. Tur.* cadens).

labia *v.* labea. **lābibundus** *v.* labebundus.

lābidus (lāb- *?*), -a, -um. *a* labi *vel* labare, *cf.* solidus. *fere i. q. instabilis, incertus*: VITR. 6 praef. 2 qui ... felicitatis praesidiis putaret se esse vallatum, -is itineribus vadentem non stabili sed infirma conflictari vita. CHALC. comm. 328 cum diversae hominum memoriae, tenacioris et -ae, causas exprimeret (*cf. Plat. Theaet. 194ᵉ* ἐπιλήσμονες).

lābilis, -e. *a* labi. *nec compar. nec superl. invenimus.* GLOSS. lubricus. *inde a* TER. MAVR., ARNOB.

1 *fere i. qui (facile) labitur, instabilis (proprie vel translate)*: **a** *in univ.*: *α generatim*: TER. MAVR. 307 (*de metro trochaico*) -i versu. 2395 (*de septenario iambico*) fine molli -e *metrum*. ARNOB. nat. 2, 59 (*de pluviis*) ut ... suspensa aqua teneatur, natura res -is et ad fluorem ... prona (*item de aqua*: AVG. c. adv. leg. 1, 13, 17 quoniam -is et mobilis ei species data est. in euang. Ioh. 80, 3 fluxo et -i ... elemento. gen. ad litt. 3, 7 p. 68, 26 in unda -i [*opp.* in aura flabili]). AMM. 26, 8, 9 *testudo* ideo figuratur hac specie, ut missilium ictus atque saxorum per decursus cadentium -es instar imbrium evanescant. SERV. Aen. 5, 84 'lubricus anguis' -is (*imago serpentis subesse videtur etiam* CASSIOD. inst. 1, 33, 3 ita -is per desideria humana diffunditur *diabolus*, ut ... nullo ... consilio sentiatur). AVG. civ. 19, 27 p. 403, 13 D. si non facili operatione, certe -i locutione aut volatili cogitatione peccetur (*cf.* CASSIOD. in psalm. 55, 9 [7] quando ... non ... aut verbis offendimus aut -i actione peccamus?). CAEL. AVR. acut. 2, 37, 216 *cibus* cuiusdam -is qualitatis. *β cum colore inconstantiae, infirmitatis*: ARNOB. nat. 1, 28 cum sint *dei* -es solubilesque natura. 2, 50 animas esse ... -es et infirmitate ad vitia proclives. 2, 53 esse animas hominum ... parvarum et -ium virium. 3, 8 res caduca et -is *sc. corpus* (*cf.* 3, 12 quicquid ... tale [*sc. corporeum*] est, mortale esse ... et -e). 7, 4 *deos* velut animal vile ... dulcedinis -i⟨s⟩ volucri titillatione mulceri. FVLG. aet. mund. p. 143, 13 *in amore meretricum* fructus -is. AVG. in euang. Ioh. 124, 5 ad emendationem -is vitae. SCHOL. Ter. p. 80, 28 *ingenium* 'proclive': caducum et -e, non fixum. CASSIOD. in psalm. 76, 6 (5) *dies* isti temporales atque caduci sunt et -i varietate fugitivi. 148 concl. p. 1047[B] error. var. 2, 3, 4 fortuna. MVTIAN. Chrysost. hom. 9, 5 p. 303/4 quid ... sunt humanae res? ... aer solutus ac -is (*gr.* διαῤῥέων). CAES. AREL. serm. 158[A] -e est quod tenes. *de gradu instabili*: AMM. 31, 13, 6 humus rivis operta sanguineis gressus -es evertebat (CASSIOD. in psalm. 124 praef. p. 921[B] infirmitatis humanae).

b in *aliquid i. q. pronus*: ARNOB. nat. 2, 45 tam mobiles animas ..., in vitia -es, in peccatorum genera universa declives (*cf. p. 773, 71*). PS. HIER. epist. 5, 4 p. 65[C] quos ... infelix felicitas in interitum pronos et -es ducit. CAEL. AVR. acut. 1, 1, 30 ut -es in passionem aegros pronuntiemus, quos Graeci eunosus (*i.* εὐνόσους) ... vocant (*cf.* 1, 2 tit. in phreniticam passionem proni ..., quos -es diximus).

c ex *aliqua re i. q. elabens*: AVG. c. Iulian. op. imperf. 6, 27 p. 1575 cum hos nodos quaeris evadere et fieri ex nostris manibus -is, contra paradisum stabis immobilis.

2 *i. q. ubi facile laberis, lubricus*: AMM. 15, 10, 5 hieme ... humus crustata frigoribus et tamquam lēvigata ideoque -is. 22, 8, 48 (*de glacie*) ut ... nec per infidum et -e solum gressus hominis possit ... firmari. 27, 10, 11 per -em limum.

adv. **lābiliter.** *i. q. labenti modo*: AVG. gen. ad litt. 2, 11 p. 50, 14 aqua ... est -r fluxa, terra stabiliter fixa. 3, 3 p. 66, 6 quidquid ... aquarum sive -r undosum ... est sive vaporaliter tenuatum.

lābīna, -ae *f.* *a* labi, *cf.* ruina. *de orig. et notione*: ISID. orig. 16, 1, 4 '-a', eo quod ambulantibus lapsum inferat, dicta per derivationem a labe. GLOSS. lapsum (*vel* labrum) inferens (*in aliis additur* hoc est sepulchrum *vel* limum terrae). GLOSS.[L] I Ansil. LA 82 aquae per viam (pervium *codd.*) alluviones. 83 terra aquosa et mobilis in qua labitur. lav- AVG. (*var. l.*), GLOSS. [*trident., tusc.* lavina, *aemil.* laveina, *it. mer.* lavina; *raet. occ.* lavina (> *theod.* Lawine); *delph.* lavine, -o, *prov.* lavina; *francoprov.* (*immixta voce indigena q. e.* *klappa *'assula saxi, lapis planus sim.'*) łavəna, łavęna, łapina, łavẽ *etc. cf. M.-L. 4807. Battisti-Alessio III 2187. Wartburg V 101sq. de formis mutatis* -ĭnca, -anca *v. Wartburg V 101. Battisti-Alessio III 2186. G.*]

fere i. q. lapsus, ruina: ITALA psalm. 114, 8 (Aug. in psalm. 85, 24) exemisti ... pedes meos a -a (*al. cum Vulg.* lapsu, *gr.* ὀλισθήματος). PS. HIER. epist. 5, 3 p. 63[D] *deus* odit mala opera, quibus fabrica (*i. homo*) urgetur in lapsum et cogitur in -am. AVG. in psalm. 36 serm. 3, 12 liberat a -a verbum dei in corde. *de statu pavimenti parum solido*: PS. HIER. epist. 5, 4 p. 65[C] gradientem repentino casu aut marmoris lēvitas aut -a pavimenti subversa pedum tutela contorsit.

[**labini** SERV. auct. Aen. 3, 162 *corruptum.*] **labio** *v.* labeo.

labiscor (lāb- *?*), -ī *et* **-o,** -ere (GLOSS.). *cf. c.* labi, labascere (-i), labescere (-i). DIOM. gramm. I 344, 22 inchoativum -or, principale ... est labor. GLOSS. IV 532, 40 laviscit: fortuna⟨m⟩ perdit. 533, 2 -it: commovet vel convellitur. GLOSS.[L] V Aa L 26 -itur: discurrit, diducitur (GLOSS. V 505, 2 d. d. convellit). *i. q. elabi, evadere*: SERM. RevBén. 59, 1949 p. 201, 58 *Ioseph* adprehensus relictis indumentis -itur (lav- *cod.*) fuga (*cf. p. 788, 82*).

1. *labium, -ī *n.* [*v. s.* labea *et* lambo. *L.*] *de orig.*: ISID. orig. 11, 1, 50 -a a lambendo nominata (diff. 2, 58). VIRG. gramm. epit. 14 p. 86, 24 -a ex labore loquendi dicuntur (= frg. Mediol. p. 101, 15), sive quod per (*an* per ea *?*) verba labuntur de lapsu. *scrib.* lav- ORIBAS. *p. 777, 30 et alibi var. l.*, lap- HIER. interpr. Iob 8, 21. *de genere*: NON. p. 210, 24 -um neutri [est] generis (*opp.* labea). -us ORIBAS. eup. 4, 57 Aa p. 573 (*infra*: ad -a). *v. etiam p. 776, 63.* *? gen. pl.* -um CE 480, 8. *de notione v. l. 54sqq., adde* PS. SORAN. quaest. med. p. 367, 7 -a ... dicuntur eminentes pupulae, quae dentes tegunt. GLOSS. χεῖλος.

legitur inde a PLAVTO (-is, *v. l. 72*). *de ratione intercedente inter voces q. s.* -um, labea (labia), 1. labrum, 1. labellum *praemonenda putaverimus haec: 1) doctrinae grammaticorum*: PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 131, 5 B. labra et -a indistincte dicuntur ...; Verrius autem Flaccus sic distinxit, modica esse labra, -a autem inmodica (*affert* TER. *p. 776, 52 et* PLAVT. *p. 775, 36. cf.* DON. Ter. Eun. 336, 6 '-is demissis': maiora labra). AGROEC. gramm. VII 116, 5 -um superius dicitur, labrum inferius (*sim.* ISID. diff. 1, 336. 2, 58. orig. 11, 1, 50 i., eo quod grossior sit, labrum. SCHOL. Verg. ecl. 2, 34 [ClPh. 24, 1929, 275]. GLOSS. V 629, 42 -um: labellum s., orificium oris. *contra* DON. Ter. Eun. 336, 2 labra sunt superiora, -a inferiora [*sim.* 336, 6 ISID. diff. app. 95 GLOSS. IV 532, 18], labeae [*Klotz*, labrae *codd.*] asinorum proprie dicuntur). SERV. ecl. 2, 34 inanissimam quidam temptant facere discretionem, ut virorum labra, mulierum -a dicantur (*inde* ISID. diff. 1, 336. *cf.* SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 336 labellum pueri ⟨h⟩abent ...; labrum iuvenes ...; -a mulieres sive senes). ISID. diff. 1, 344 inter -um et labrum: -um oris; labrum vasis. DIFF. ed. Beck p. 67, 10 inter -a et labra et rostra: -a hominum sunt, labra ferarum, rostra non nisi quae incurvata sunt. GLOSS.[L] II Abav. LA 77 -um: labellum. GLOSS. V 421, 33 labris: -is (*?*, -ris *trad.*). *2) auctorum usus: vocem* -um, *dummodo exempla formae ambiguae -is praeter* APVL. (*v.* labea *p. 763, 32*) *recte huc trahantur et librariis fides habeatur, singulis locis adhibent* PLAVT. (-is *p. 775, 36*), TER. (-is *p. 776, 53*), NOVIVS (-a *p. 776, 54*), CIL IV (-i *p. 775, 38*), PLIN. nat. (-orum *p. 776, 55*), SEPT. SER. (-um *p. 776, 58*), FRONTO (-is *p. 775, 51*), APVL. (-a *p. 776, 59*), CAPER (-orum *p. 776, 60*), TER. MAVR. (-is *p. 775, 67*), *passim script. sacrae* (labrum *non invenimus nisi p. 776, 68. 76, ?* labia *p. 763, 63*) *et eccl.* (labrum TERT. *p. 775, 68 et ap.* ARNOB., LACT. *al.*), *hic illic etiam pagani recentiores velut* FIRM. math. (*p. 776, 76*), IVST., QVEROL., PHYSIOGN., LEX Visig., *medici (iuxta* labrum CELSI *et* PLINII *proprium); ante christianos fere* labrum *praevalet, ceterum in Atellanis* labea (POMPON. *ter*), *in sermone amatorio* labellum (*maxime ap.* PLAVT. *aliosque poetas*), *vocabulis sic variatis*:

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

	labea	-um	labrum	labellum
Plavt.	1	1	11	10
Cato	1 (*metaph.*)	—	8	—
Ter.	—	1	1	—
Lvcil.	2	—	3	1
Novivs	1	? 1	—	—
Cic.	—	—	8	1 (*infantis*)
Nigid.	2	—	1	—
Catvll.	—	—	1 (*fellatoris*)	7
Lvcr.	—	—	6	1
Verg.	—	—	5	1 (ecl.)
Prop.	—	—	5	1
Ov.	—	—	1 (met.)	7 (*carm. amat.*)
Petron.	—	—	9	3
Plin. nat.	—	? 1	21	—
Mart.	—	—	16	5
Ivv.	—	—	6	6
Fronto	—	? 1	3	1
Carm. Gell. 19, 11, 4	1	—	1	—
Apvl.	11-ia(met.)	1 (apol.)	1 (apol.)	3

[*plur*. -a: *it. vet.* labbia (> *sard.* labbįu, *hisp.* labia, *cat.* llabia, *port.* labia, laiva '*loquacitas*'); *prov. vet.* labias, lavias, *langued.* labio, láβyo (*f.*). *cf. M.-L. 4808. Battisti-Alessio III 2143. Wagner II 18. Wartburg V 103. Corominas III 1sq. Machado II 1280. G.*] [*in codd. variat c.* labrum *saepius; restit.* ilia Chiron 448 (*Grevander*). *ex corruptela textus hebr. ortum est* Itala iud. 5, 16 (Lugd.) habitas in medio -orum (*Vulg.* inter duos terminos).]

fere i. q. labrum (*metonymice p. 776, 22sqq.; gr. resp.* χεῖλος, *nisi aliud notatur*): **I** *significatur extrema pars oris animantium*: **A** *hominum*: **1** *cum certo respectu*: **a** *osculandi* (*fellandi? l. 38*): Plavt. Mil. 93 meretrices -is (labris *Char., v. p. 774, 57*) ... ductant eum *militem* (*i. osculum -is simulantes alliciunt, cf. Naev. com. 78* labris). CIL IV 8380 *phallus est* dos -i. Min. Fel. 2, 4 manum ori admovens osculum -is pressit. Itala prov. 24, 26 (Aug. spec. 7 p. 66, 21 = Vvlg.) -a deosculabitur, qui recta verba respondit. cant. 4, 11 (Ambr. in psalm. 118 serm. 13, 23, *cf.* Vvlg.) favum distillant -a tua (*cf.* 5, 13 [Ambr. *l. c.* 18, 22, 3 = Vvlg.]. *sed* prov. 5, 3 [Lucif. non conv. 6 p. 14, 13, *cf.* Vvlg.] *potius cum respectu loquendi*). Ivvenc. 4, 518 *Iudas* attigit ... -is iusti ... ora. Hier. epist. 3, 1, 2 quam illud os ... inpressis figerem -is! Avg. serm. 227 -a tua ad -a fratris accedunt. Max. Tavr. serm. 98, 2 M. -is labra porrigit. CE 480, 8 nec poterit facili -um (*gen. pl.*, labsum *Bücheler*) oblivione perire *pignus amoris sc. maritus* (*opp.* est in corde).

b *edendi, bibendi* (*hic illic in imagine*): Fronto p. 56, 16 v. d. H. (p. 62 N.) satius esse numquam attigisse *philosophiam* quam leviter et primoribus, ut dicitur, -is (labris *Klussmann, cf. Cic. de orat. 1, 87. al.*) delibasse (Svlp. Sev. chron. 1, 20, 4 p. -is admotis carnibus interibant. *cf.* Ennod. epist. 2, 28, 3 p. 70, 11 epistulas ... summis -is vix libabat). Tert. pall. 4, 2 -is vacuerat ab uberum gustu *Achilles*. Cypr. laps. 25 p. 255, 17 os -is obdurantibus premere, calicem recusare. Ivvenc. 4, 696 inpressum -is ... potare saporem. Qverol. p. 39, 26 R. modum qualitatemque vini in vultu et -is *servi temulenti* ... videt *erus*. Vvlg. cant. 7, 9. Rvfin. Orig. in cant. 3 p. 181, 4 dulcia, quae non tantum in ore et -is suavitatem reddant (*opp.* interioribus ... faucibus). Mirac. Steph. 2, 3 merum applicuit iudicio -orum. Val. Cem. hom. 8, 5 aestuantia siti -a. Evstath. Basil. hex. 5, 8, 10 -orum sensui gustuique. Ennod. dict. 9, 6 p. 452, 2 arentibus -is ... guttam ... infundo (*cf.* epist. 1, 9, 1 p. 18, 9). *al.* Pallad. hist. mon. I 1 p. 253[B] panis ... ex ipsis -is oris cadebat (*gr. p. 17, 17 B.* ἐκ τοῦ στόματος). I 6 p. 272[B] -a ferinis uberibus ... apposui.

c *loquendi necnon tacendi*: **α** *usu originario*: Ter. Mavr. 96 non -is hiscere, non sonare lingua (*cf. 112 al.* labra). Tert. apol. 16, 10 *adorantes* ad solis ortum -a vibratis (*nat. 1, 13, 2* labra). test. anim. 5 p. 141, 17 in ipsis quodammodo -is parta *verba*. Itala lev. 5, 4 (Aug. quaest. hept. 3, 2. *al.*) anima quaecumque iuraverit distinguens -is ([i. et protulerit -is Vvlg.]. *cf.* psalm. 65, 14 [Veron. *al.* = Vvlg.] vota mea, quae distinxerunt -a mea. 105, 33 [*ibid.*] distinxit in -is suis). num. 30, 13 (Lugd.) quae prodierint a -is eius ([Aug. loc. hept. 4, 99 exierint ex -is, *Vulg. aliter*]. *cf.* deut. 23, 23 [Lugd.] quae exeunt per -a tua [Vvlg. egressum est de -is]. psalm. 88, 35 [Veron. *al.* = Vvlg.]. Vvlg. Ier. 17, 16). I reg. 1, 13 (Cypr. domin. orat. 5 = Vvlg.) loquebatur in corde suo et -a eius movebantur et vox non audiebatur (Vvlg. Iob 16, 6. *cf.* Iudith 13, 6 -orum motu in silentio dicens). psalm. 16, 4 (Veron. *al.* = Vvlg.) verba -orum tuorum (21, 2 [Sangerm.]. 58, 13 [Veron. *al.*; Sangerm. *al.* sermones, *cf.* Vvlg.]. *cf.* Sirach 39, 20 [Aug. spec. 23 p. 151, 15 = Vvlg.] confitemini illi in voce -orum vestrorum, in canticis -orum. Vvlg. Is. 28, 11 *deus* in loquela ... -i et lingua altera loquetur. *sim. al.*). 30, 19 (*ibid.*) -a dolosa, quae loquuntur ... iniquitatem (Is. 59, 3 [Cypr. testim. 2, 4, *cf.* Vvlg.]. Vvlg. Iob 33, 3. *al. cf.* -is *vel* in -is l.: Itala psalm. 21, 8 [Veron. *al., cf.* Vvlg.]. I Cor. 14, 21 [cod. d *al., cf.* Vvlg.]. Bachiar. fid. l. 295. *v. et p. 775, 82*). *saepe.* Favstin. trin. 1, 14 summis -is et, ut ita dixerim, superficie sola verborum ([*infra*: non -is, sed et toto corde]. Hier. epist. 125, 14, 2 non levi ... sermone et, ut ita loquar, s. -is ..., sed toto mentis ardore. Oros. apol. 11, 7 [*sec.* Vvlg. Is. 29, 13, *ubi* -is *tantum*]). Ps. Ambr. symb. p. 189 -is mendacibus credere se confitentur *haeretici deum* (*opp.* factis, *ut*: Avg. in psalm. 57, 2 l. 3. 57, 4 l. 44 in vita vestra inveniantur verba vestra; in f. vestris cognoscantur -a vestra). Hier. epist. 52, 6, 4 trementibus ... -is ... sciscitantur (Svlp. Sev. dial. 3, 15, 4). 53, 5, 2 cum ... verba ... lingua volveret, -is personaret (*cf.* Avg. anim. 3, 14, 20 si non in -is ista sonuisti, sed intus ... in corde sensisti. Nicet. vigil. 9 p. 67, 4 ut, quem -is sonamus, corde teneamus *sc. Christum*). in Ezech. lib. 6 praef. p. 167[A] -a ... tantum melle circumlinunt et ... mollierunt verba sua *haeretici*. in Matth. 6, 6 p. 42[B] -is ... compressis oremus (Vvlg. prov. 17, 28. *cf.* Val. Cem. hom. 5, 6 obductis -is). in Tit. 3, 9 p. 595[B] supercilium Iudaeorum solutis -is et obtorta lingua et stridente saliva ... gaudentium (*cf.* p. 596[C] spumantibus -is et latratu garrire canum). Vvlg. Iob 2, 10 (*cf.* Hier. interpr. Iob) non peccavit Iob -is (*var. l.* in -is). Sirach 21, 28 -a inprudentium stulta narrabunt. *al.* Avg. in psalm. 57, 3 l. 9 cum ... audiret omnium voces et intenderet omnium -a. Comm. instr. 2, 31, 7 (*de garrulo*) luxaris -a. *et passim.* **β** *metonymice* (*exempla certiora; usus scripturarum sacr. proprius sec. vocem hebr. q. e.* śapā, *exempla eccl. huc transeuntia v. l. 6sq. 21sq.*): (I) *fere i. q. lingua, sermo, vox* (*sing. praeter l. 30. 32*): Itala gen. 11, 1 (Aug. civ. 16, 4 p. 129, 11 D. *al., cf.* Vvlg.) erat omnis terra -um unum et vox una omnibus (11, 6 [*ibid.* p. 129, 22. *al.* = Vvlg.]. *cf. p. 763, 69 et* Avg. civ. 16, 10 p. 141, 3 D. -um unum, id est loquella una. loc. hept. 1, 32 p. 512, 22 usitate nos dicimus 'lingua una'). 11, 9 (*ibid.* p. 129, 29. *al.*) confudit dominus -a (-um *R*) omnis terrae (Vvlg. confusum est -um). Vvlg. Iob 12, 20 commutans -um veracium et doctrinam senum auferens (*cf.* Hier. interpr. Iob 12, 20 permutat -a fidelium). Hier. psalt. sec. Hebr. 81, 6 -um quod nesciebam audivi (*Vulg.* linguam *sec. gr.* γλῶσσαν). (II) *fere i. q. verba* (*plur. praeter l. 36. 41; de mala fama l. 40. 41*): Itala psalm. 11, 3 (cod. 421 = Vvlg.) -a dolosa in corde et corde (*i. duplici* c.) locuti sunt (Hier. psalt. sec. Hebr. -um subdolum *eqs.*; -a *pro acc. graeco accepit Kaulen, Handb. z. Vulg. 273; sententiam aliter distinguere videntur* Veron. *al. post* sunt *addentes* mala). thren. 3, 62 (Ambr. in psalm. 118 serm. 21, 4, 1 = Vvlg.) audisti opprobrium eorum ..., consilia eorum ..., -a insurgentium mihi et meditationes eorum adversum me (*cf.* Vvlg. Ezech. 36, 3 ascendistis super -um linguae et opprobrium populi). Vvlg. psalm. 62, 6 -a exultationis laudabit os meum (-is *recc., cf.* Hier. psalt. sec. Hebr. -is laudantibus; Veron. *al.* -a e. laudabunt nomen tuum, *cf.* 62, 4 -a mea laudabunt te). *huc fortasse* Itala Iudith 9, 13 (Sangerm. 15. *al.*) percuties eos ex -is suasionis meae (Vvlg. ex -is caritatis meae).

d *spirandi, flandi*: Itala Is. 11, 4 (Ps. Vigil. Thaps. trin. 12, 92 rec. II. *al.*) spiritu per -a interficiet impium (Vvlg. spiritu -orum suorum). Avg. gen. ad litt. 7, 1 p. 201, 22 sicut non manibus corporis finxit *hominem*, ita nec faucibus -isve sufflavit *deus*. Ennod. carm. 1, 8 praef. 2 fistulam -is admovere.

2 *in univ.*: Ter. Eun. 336 adcurrit ad me ... incurvos, tremulus, -is (labris *A¹*) demissis, gemens (Physiogn. 118. 119). Novivs Atell. 16 artivit linguam in palatum, coepit -a (labias *Quicherat, Lindsay*) sugere. Plin. nat. 29, 46 membrana ... -orum fissuris medetur ([labrorum *Mayhoff, cf. p. 775, 19 et 28, 188* labrorum f.]. Plin. med. 1, 12, 3 [*var. ll.* labrorum, laborum]. Plac. med. 4, 18 rec. α [*4, 14 rec. β* labrorum]). Sept. Ser. carm. frg. 12 -um ... insigne revellit. Apvl. apol. 59 (*in descriptione ebriosi*) salivosa -a. Caper gramm. VII 97, 18 chilo *est* modum -orum excedens (*cf. Vel. ibid. 74, 15* chilones ... improbioribus labris). Tert. paenit. 11, 2 siquid coacti ruboris *est*, [in] -a aut genas urgeat (*cf.* Hier. epist. 54, 7, 1 *purpurissus* ruborem genarum -orumque mentitur). Frg. apoc. p. 154 signa antichristi: ... -um inferiorem maiorem (Physiogn. 118. *al. cf.* Physiogn. 87 superioris [Cael. Avr. chron. 2, 1, 7. *al.*]). Ivst. 1, 10, 15 nasum, aures et -a sibi praecidi *iubet* (*cf.* 15, 3, 4 Lex Visig. 6, 5, 13). Plin. med. 1, 12, 2 gingivarum et -orum vitia (Misc. Tir. p. 55, 7). Vvlg. IV reg. 19, 28 ponam ... circulum in naribus tuis et camum in -is (labris *var. l., quam praefert ed. pont.*) tuis (*sim.* Is. 37, 29). prov. 16, 30 mordens -a sua perficit malum. Ps. Rvfin. in Os. 2, 3 -is quasi in superficie fecisse *purgationem*. Cass. Fel. 14 p. 21, 6 -a hiantia sive crepula (*cf.* Oribas. eup. 4, 57 Aa p. 574 -a crepata). Pallad. hist. mon. I 6 p. 267[D] circa -a tantum erat *barba*. *al.*

B *animalium* (*sidereorum l. 76sq.*): **1** *variorum*: Itala Iob 40, 21 (Priscill. tract. 1, 12) pertundes -a ipsius *draconis* (Hier. interpr. Iob 40, 26 -um, *cf.* Evagr. vita Anton. 24 -a [*Vita Anton. 24 p. 39, 7* labra]; *Vulg.* maxillam). Firm. math. 6, 30, 15 si Luna in -is (labris *Ziegler*) Arietis ... fuerit inventa vel Tauri -a (*var. ll.* labra, libra) ... possederit. Veg. mulom. 1, 29, 3 febriens iumentum ... erit ... -is demissis (*item* Chiron 115, labra laxiora *Pelagon. 33*). 2, 39, 1 (*cf.* Chiron 562) -a (labra *L*) eius *iumenti aegroti* et maxillae ... depravantur. 2, 39, 2 (*cf.* Chiron 563). Lex Visig. 8, 3, 17 si -a pecoribus vel aures ... inciderit. *v. etiam supra l. 68.* **2** *avium* (*cf. p. 768, 12*): Avg. bapt. c. Don. 46 -a columbae tenentis ramum tamquam duo sunt testamenta *eqs.*

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *significantur margines varii:* **A** *rerum inanimarum:* 1 *maris, fontis, fluminis sim.* (*v. etiam infra l. 13. 14*): ITALA gen. 22, 17 (Aug. in psalm. 109, 17 l. 31. *al.*) sicut arenam quae est ad -um maris ([*Vulg.* in litore]. iud. 7, 12 [Aug. loc. hept. 7, 33 p. 625, 10; *Lugd.* litus, *cf. Vulg. et* AVG. *l. c.*]. Ps. PHILO antiq. 10, 4). AVG. serm. 180, 3, 3 *ambulare* super finem terrae in -o praecipitii. CARM. de Iona 23 litoris in -o ... urbs ... Ioppe. LIB. pontif. p. 55, 8 in -o fontis baptisterii agnum aureum fundentem aquam (*antea*: in medio fontis). GROM. p. 365, 17 aliquotiens super -um de ipso rivo terminum finalem constituimus. CASSIOD. var. 2, 39, 2 (*de Apono fonte*) fornaces anhelantium aquarum circumducto tereti -o ... coronatas. 2 *variorum vasorum:* ITALA II par. 4, 2 (Complut. = VVLG.) mare fusile decem cubitorum a -o usque ad -um (VVLG. III reg. 7, 23). 4, 5 (*ibid., cf.* VVLG.) -um eius *maris* sicut -um calicis sculptum in modum florentis lilii (*cf.* VVLG. III reg. 7, 24 scalptura subter -um circumibat. 7, 26). IVVENC. 2, 143 completis -is lapidum (*i. vasorum*). GREG. TVR. Franc. 4, 12 p. 143, 20 inter ipsum *opertorium* ac -um sepulcri (*i. sarcophagi*). 8, 14 p. 380, 7 *navis* usque -um impleta. *cf. p. 763, 80.* 3 *mensae, altaris:* VVLG. exod. 25, 24 facies ... illi *mensae* -um aureum per circuitum (*sim.* 37, 11. *hebr. utrobique* zer, *quam vocem alibi voce q. e.* corona *interpretatus est Hier.*). 25, 25 et ipsi -o coronam interrasilem *facies* (*sim.* 37, 12. *hebr. resp.* lô). Ezech. 40, 43 -a earum *mensarum* palmi unius, reflexa intrinsecus (*hebr.* śapā, *cf.* HIER. *ad l.* p. 390A). 43, 13 definitio eius *altaris* usque ad -um eius et in circuitu palmus unus (*hebr.* śapā). 4 *instrumenti medicorum quod dicitur* cucurbita (*cf.* labrare, labrosus): CAEL. AVR. acut. 3, 17, 149 cucurbitas apponimus, sed eas quae sint osculo latiores atque -is flexis. CASS. FEL. 14 p. 21, 6 ut -a ipsius cucurbitae operias.

B *vulnerum:* ORIBAS. syn. 7, 1, 2 Aa (*cf.* La) p. 131 eversiones -orum *vulneris* ... adsumis ligaturis et adducis lavia in uno; nihil enim in vulnere intra -is aliqua sordis remaneat (*antea*: labrus *Aa*, labrum *La*). *de cunno v. s.* 1. labrum.

epitheta notabiliora (*cf.* labea, 1. labrum): primora *p. 775, 51*, summa *p. 775, 53. 776, 3.*

cf. labeo (-io), 2. labium.

2. lābium, -ī *n. per confusionem ex* 1. labium *et* 2. labrum *ortum. fere i. q. vas:* ROMVL. epist. Aesop. 3 (recc. gall., vet., *soloece* rec. W) suscipe donum ut pretiosum -um saxis (saxi *vet.*) diversi coloris ornatum (*cf. Thiele ad l.*). *de* VVLG. exod. 30, 18. 31, 9 *v. s.* 2. labrum (-um *vix recte comprobant Rönsch, Semas. Beitr. 1, 39 et ed. pontif.*).

B in proverbiis, argutiis, facetiis sim. (cf. Otto, Sprichw. p. 183): 1 indicat similitudinem: PLAVT. Amph. 601 neque -c -is (-i codd.) magis est simile quam ille ego similest mihi (Bacch. 6. Men. 1089 neque aqua aquae nec -cte est -is ... usquam similius. Mil. 240). 2 pro minimo cibo est: PLAVT. Bacch. 1134 quae vetulae neque -c nec lanam ullam habent. VVLG. Ezech. 25, 4 comedent hostes fruges tuas et ... bibent -c tuum. 3 indicat initium eruditionis (cf. p. 816, 52sq.): CIC. Tusc. 3, 2 in omni pravitate versamur nati, ut paene cum -e nutricis errorem suxisse videamur (PRVD. c. Symm. 1, 202 errorem c. -e. GREG. M. in euang. 19, 1 p. 1155A potum praedicationis ... c. -e carnis. moral. 29, 77 c. -e matris ... virus erroris. cf. AVG. civ. 22, 6 p. 562, 9 D. superstitione in -e quodam modo matris ebibita [conf. 3, 4, 8 nomen salvatoris ... in ipso ... -c matris. c. Iulian. 2, 10, 37 fidem in -e suxerunt]. v. et l. 79. 80). QVINT. inst. 1, 1, 21 ut corporum ... educatio a -e cunisque initium ducit, ita eqs. RVFIN. Orig. in psalm. p. 1354A inter pueros, id est in primo statim -e (in prima s. lucta coni. Bulhart in schedis nostris). PRVD. perist. 10, 685 ut ... -c parvus hausi, Christum et hausi credere. cf. p. 850, 48. ferini -is alimentum causa crudelitatis habetur: VERG. Aen. 11, 571 equae mammis et -e ferino nutribat pater Camillam (VAL. FL. 2, 157 -e f. ... durata). PROP. 2, 6, 20 tu criminis Sabinarum raptarum auctor, nutritus duro, Romule, -e lupae (4, 1, 56 PLIN. nat. 8, 61). Ov. met. 9, 615 nec ... solidum ... in pectore ferrum aut adamanta gerit nec -c bibit ille leaenae. Ib. 229 Eumenides guttura ... imbuerunt infantia -e canino ..., perbibit inde suae rabiem nutricis eqs. trist. 3, 11, 3 natus es e scopulis, eductus -e ferino, et dicam silices pectus habere tuum. 4 in fabulis sim. signum ubertatis est (cf. p. 817, 68sqq.): HOR. carm. 2, 19, 10 vini ... fontem -is et uberes ... rivos atque ... mella (sc. appropinquante Baccho ut SEN. Oed. 495). Ov. met. 1, 111 flumina iam -is, iam flumina nectaris ibant aurea aetate. ITALA exod. 3, 8 (Lugd. al., cf. VVLG.) terram Canaan fluentem -c et mel (de eadem 3, 17 [ibid. ut 13, 5. 33, 3]. rem allegorice interpretantur TERT. adv. Marc. 3, 16 p. 402, 29 ⟨in⟩ vitae aeternae possessionem. resurr. 26 p. 63, 18 Ps. ORIG. tract. 11 p. 127, 5. al.). Ioel 3, 18 (Ps.Aug. spec. 120 p. 660, 5, cf. VVLG.) colles fluent -em finita captivitate. VVLG. IV Esdr. 2, 19 fontes fluentes -c et mel erunt in regno promisso. CLAVD. 21, 85 mellis ... lacus et flumina -is erupisse solo Stilichone Serenam in matrimonium ducente. rapt. Pros. 2, 352 Acheronteos mutato gurgite fontes -e novo tumuisse Proserpina Orcum intrante. CARM. de resurr. 234 -c etiam plenis manat potabile rivis in paradiso. 5 in iunctura q. e. -c gallinaceum: v. vol. VI 2, 1684, 28sqq.

C in comparationibus et metaphoris: 1 praevalente vi corporali: a c. respectu coloris (cf. infra l. 48): ENN. ann. 352 erubuit ceu -e et purpura mixta. VARRO Men. 432 amiculam de -e et cera Tarentina ..., candidam, teneram eqs. PROP. 2, 3, 12 nec me tam facies, quamvis sit candida, cepit: ... ut ... rosae puro -e natant folia. Ov. am. 3, 5, 14 candida vacca ..., candidior, quod adhuc spumis stridentibus albet ..., -e. epist. 15 (16), 249 pectora vel puris nivibus vel -e ... candidiora (Pont. 2, 5, 37). ars 1, 292 una fuit labes tauro, cetera -is erant. GERM. 457 -is ei orbi color est ..., lacteus hic orbis ... notatur (Arat. 476 γάλα μιν καλέουσιν. AVIEN. Arat. 942 candentis speciem ... -is). PLIN. nat. 37, 162 galactitis ex uno colore -is est; eandem leucogaeam ... appellant ..., in attritu -is suco ac sapore notabilem eqs. (cf. PRISC. perieg. 452 albescit -e liquescens). PRVD. perist. 10, 700 tenerum ... tergum virginis secent, plus inde -is quam cruoris defluat. MAR. VICTOR aleth. 2, 124 candenti -e renidens ... argentum. al. b c. respectu aliarum qualitatum (cf. l. 33): LVCR. 5, 813 natura terram sucum venis cogebat fundere apertis consimilem -is, sicut nunc femina quaeque, cum peperit, dulci repletur -e (sec. Archel. frg. A 1 ἰλὺν παραπλησίαν γάλακτι. cf. Epicur. frg. 333). SCRIB. LARG. 191 dorycnion gustum ... habet -is. PLIN. nat. 15, 107 sapor pomorum quorundam peculiaris, ut in -c. 31, 37 ad viciniam -is accedens sapor aquae. ITALA psalm. 118, 70 (Veron. al. = VVLG.) coagulatum est ut -c cor eorum hominum superborum. MAXIM. eleg. 5, 37 dirigui ..., non -c sic durum permixta coagula reddunt eqs.

2 praevalente vi incorporali: a generatim: QVINT. inst. 2, 4, 5 ut teneras adhuc mentes ... mollius alant praeceptores et satiari velut quodam iucundioris disciplinae -e patiantur. ITALA Is. 1, 18 (Ps. Cypr. adv. Iud. 8 p. 142, 12) emundabit ... animas vestras super -em (gr. aliter, Vulg. peccata ... velut alba erunt). BOETH. cons. 1, 2, 2 W. nostro (i. philosophiae) quondam -e nutritus. ENNOD. epist. 7, 25, 2 p. 192, 21 de originario Symmachiani fontis -e (i. clementia) me pascere. opusc. 3, 133 p. 365, 11 (verba Theoderici regis) illos ... amplectitur -c gratiae, quos austeritas legis informat. b speciatim de doctrina Christiana (cf. RVFIN. Orig. in iud. 5, 6 p. 496, 20 [ad iud. 4, 19] -is cibus esse dicitur in scripturis sanctis prima haec moralis institutio, quae incipientibus velut parvulis datur. de Christo l. 70sqq.): TERT. scorp. 1 p. 146, 19 (ad psalm. 118, 103) si -e et melle promissio dei manat, hoc sapiunt quae illuc faciunt. ITALA I Cor. 3, 2 (cod. d al., cf. VVLG.) quasi parvolis in Christo -c vobis potum dedi et non escam solidam (cf. Hebr. 5, 12sq. inde e. g. HIER. epist. 96, 1, 2 -e infantiae derelicto eqs. RVFIN. hist. 4, 23, 8 ne ... cibo -is inhaerentes parvulorum vitam ... perducerent [gr. γαλακτώδεσιν ... λόγοις]. Orig. in num. 27, 1 p. 256, 5 cibus -is: apertior ... simpliciorque doctrina. ORIG. in Matth. 12, 31 p. 138, 10 expositionem sacrae scripturae ... -c appellari. al.). I Petr. 2, 2 (Aug. serm. 353, 1, cf. VVLG.) rationabile et innocens -c concupiscite (acced. adi. ut TERT. Scap. 4, 6 christiano. RVFIN. Orig. in Ios. 9, 9 p. 355, 12 euangelico. PRVD. perist. 10, 4 spiritali [CAES. AREL. serm. 4, 4 p. 26, 4 IVST. VRGELL. in cant. 6]. ENNOD. carm. 1, 9, 121 -e pio, quod ab ubere Paulus pressit. 2, 79, 10 apostolici [opusc. 3, 31 p. 338, 19]). IREN. 4, 38, 1 (= 4, 62 H.) ille Christus, qui erat panis perfectus patris, -c nobis semetipsum praestavit ..., ut quasi ... per talem lactationem assueti eqs. (AVG. in epist. Ioh. 3, 1 -c nostrum Christus. in psalm. 119, 2 dominus ... factus est -c). CYPR. unit. eccl. 5 p. 214, 15 illius ecclesiae fetu nascimur, ... -e nutrimur eqs. (in imag. ecclesiae quasi matris ut Ps. HIL. hymn. 2, 90 ZENO 2, 42 AMBR. virg. 1, 6, 31. al. cf. Plumpe, Mater Ecclesia 143). GAVDENT. serm. 16, 7 G. (affert exod. 3, 8 supra l. 10) cuius divinae gratiae purissimo doctrinae -e alimur (c. gen. explicativo ut: 17, 32 sapientiae caelestis. HIER. in psalm. 67 p. 56, 2 scientiae. RVFIN. Orig. in lev. 1, 4 p. 286, 12 verbi. PAVL. NOL. epist. 44, 1 p. 370, 2 pietatis. AVG. epist. 243, 8 fidei [in euang. Ioh. 18, 7]. sim. al.). AVG. serm. 32, 27, 27 anima ... regenerata per gratiam -is. al.

II per similitudinem de variis umoribus, sucis sim. (GLOSS. ὀπός): A herbarum: MAT. carm. frg. 15 -e diffluos grossos (PLIN. nat.

[Heine]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

13, 58. *cf.* Varro rust. 2, 11, 4 de fici ramo -c [Colvm. 5, 11, 9 arb. 26, 7 Plin. nat. 13, 57. 15, 68. 15, 82 sucus maturescentibus -is. 26, 64 Plin. med. 3, 29, 2. Macr. Sat. 3, 20, 5 -e proprie ficorum dicitur. Ps. Theod. Prisc. add. p. 299, 17 Plin. Val. 3, 42]. Colvm. 7, 8, 1 ficulneo [Plin. nat. 23, 118]. Scrib. Larg. 175 caprificus [Plin. nat. 15, 53. 23, 126. 23, 129 Chiron 998 Macr. Sat. 1, 11, 40]). Varro ling. 5, 104 lactuca a -e, quod olus id habet -ct ([*sim.* Plin. nat. 19, 126]. Cels. 2, 12, 1 A. 2, 32. 5, 7 Plin. nat. 20, 58. 20, 67 *meconidos* [*v. et l. 13*]. 26, 62 l. *caprinae* [*ad scripturam evanescentem idoneae, cf. p. 817, 52*]). Verg. Aen. 4, 514 *ad sacrificium* quaeruntur ... herbae nigri cum -e veneni ([Serv.: nigri -is, i. e. suci]. Prvd. apoth. praef. 2, 47). Ov. met. 11, 606 quarum *herbarum* de -e soporem nox legit (*cf.* Plin. nat. 19, 126 -is soporiferi *meconidos*). Nvx 95 lamina mollis adhuc tenet omne (*Wilamowitz,* os *trad.*) in -e, quod intra (*i. in nuce*) est. Scrib. Larg. 22 ex -e ipso silvatici papaveris capitum ..., non ex suco foliorum eius (*discernitur a suco ut* Plin. nat. 13, 124 incisa -e manat *herba thapsia,* et contusa s. *at cf.* 15, 81 sucum ... -is. 19, 45 sucum ceu -is. Ps. Apvl. herb. 124 l. 6 de s. eius *herbae,* i. e. -e. *cf. l. 11*). 166 peucedani. Plin. nat. 22, 82 *iasines.* 22, 88 fractus *sonchos* copioso -e manat; albus, cui e -e nitor, *eqs.* 23, 131 *erinei.* 24, 116 tithymalli (Ps. Apvl. herb. 109 l. 6 Plac. med. 9, 17 rec. *a* Cass. Fel. 20 p. 32, 12). 24, 168 plena -is *herba lactoris est.* 25, 178 *euphorbiae.* Sol. 27, 49 *laserpicium* dictum est primum -c sirpicum, quoniam manat in modum lacteum, deinde ... laser. Prvd. c. Symm. 2, 961 priusquam ... tenero solidaret *messis* -e medullas (*sim. de frumento*: Prosp. carm. de ingrat. 941 frumenta ... primo turgentia -e. Mar. Victor aleth. 3, 66 herba cibi ex calamis in frugem -e gelato reddit ... messem). Ps. Apvl. herb. 130 l. 15 *herba basilisca* -em habens aurosum. Gloss.^{L} III Abstr. ga 16 ferulae.
B *ostrearum*: Plin. nat. 32, 59 circa initia aestatis multo -e praegnatia *ostrea* (*cf.* 9, 160 umorem his fetificum -is modo effluere).
C *argillae*: Plin. nat. 37, 173 morocthos ... -e sudat. **D** *maris* (*ad rem v. vol. VIII 609, 14*): Gloss. III 436, 63 ἀφύη -c marinum.

cf. Onom. Lactantius, Lacturnus.

deriv.: lacellago, lactaneus, lactans, lactantina (-um), lactaris, lactarius, lactatus, lactens, lacteo, lacteris (-rida), lactes, lactesco, lacteus, lacticinus, lacticularius, lactilago, lactineus, lactinus, 1. lacto, lactoris, ?lactoronis, lactosus, lactuca. *cf.* lacticulosus.

compos.: collactaneus, collacteus, collacticius, collactis, delacto, delicus, elactesco, lacticolor, lactiger. *Heine.*

laca, -ae *f.* [*obscurum. Sch.*] *nomen muriae cuiusdam, ni fallimur* (*vix ad* 2. lacca *pertinet*): Ps. Theod. Prisc. add. p. 319, 8 -ae (-ę *b*) cyatos iii *inter medicamenta ad pthisicos et thoracis dolores apta.*

lacan (*var. l.* lucan) vel pulvinar templum Gloss. V 369, 28 ('lacunar?' *Goetz in Thes. gloss.*). *obscurum.*

lacana *pro* lachana (*gr.* λάχανα) Pap. Corp. 277, 15 (*iuxta* olera). *cf.* lachanizo, lachanodes.

? **lacatismus** laqueus, decipula Gloss. V 602, 58 (lactacismus *Janssonius, cf. Goetz in Thes. gloss.*). *obscurum.*

lactōrium *v.* laxatorius.

1. lacca, -ae *f.* [*orig. inc. Sch.*] [*it.* (*venet., aemil., tusc.*) lacca, *aemil.* (*Regium*) nakka. *cf. M.-L. 4818. Battisti-Alessio III 6. G.*]

nomen tumoris in cruribus iumentorum nascentis: Chiron 26 si -ae (latte *cod.*) in cambis fuerint ([*cf. indicem* 1, 9, *ubi* lauce *vel potius* lacce *trad.*]. *inde* Veg. mulom. 1, 27, 4). 692 quodcumque iumentum lacas [si] in gambis habuerit. Veg. mulom. 2, 83 -ae natae ... in gambis (*e Chirone, v. p. 820, 4*).

deriv.: ? laccosus. *cf.* laccanium.

2. lacca, -ae *f.* *gr.* λακχά, *cf.* laccar. *nomen herbae, quae alias audit anchusa: vol. II 26, 66. v. etiam* laca.

deriv.: ? laccatum.

?**laccanium,** -ī *n.* [*obscurum. Sch.*] *vox incerta ad redd. gr.* σφυρόν (*cf.* calcaneum, *quod forsitan restituendum sit*): Itala act. 3, 7 (cod. h) *vir claudus sanatus* stetit confirmatique sunt gressus eius et -a (crura *cod. d, gr.* σφυ(δ)ρά, *Vulg.* plantae).

laccar, (-is *n.?*). *cf.* 2. lacca *et ad formationem* baccar. *nomen herbae, fortasse eiusdem, quae est* 2. lacca: Plin. Val. 2, 17 *ad iecur sanandum datur* herba, quae dicitur -r, unde vermiculatae pelles tinguntur. *ibid.* -r reuponticum ad denarios ii. *dubitanter huc referamus* Anon. med. ed. Piechotta 184 -r (*pro* -ris?) scripula duo.

laccārius, -ī *m.* *a* laccus, *cf.* lacunarius. *i. qui cisternas facit*: Cod. Iust. 10, 66 (64), 1 (*a. 344*) architecti, medici ... ⌊lectarii seu⌋ ('*del.*' *Krüger*) -i *eqs.* (electarii seu lactarii *KI*). *Basil. vertunt* οἱ τὰ λακκία (*i.* λάκκους *parvos*) ποιοῦντες, *quam interpretationem probat Bücheler, Kl. Schr. III 56; Cod. Theod. loco gemino s. v.* 1. laquearius *citato artifices laquearium exhibentur.*

laccātum, (-ī) *n.* *fort. a* 2. lacca; *cf. Svennung, Compos. Lucenses 41 sqq.* *i. q. vinum lacca tinctum* (*in inscr. amphor., plerumque lectu difficillimis*): CIL IV 5640 -u(m) ... excelle(n)s. 5641 -u(m) tinctum (5642. 9373a). XV 4733 lacca(tum). 4734 laccat(um). Inscr. NSc. 1927 p. 83 (*Neapoli*) laccat(um). *forsitan huc*: CIL IV 5643 lacargve. 5646 lacarg. 5648 lac(catum?) ... vet(us) (9372).

Edict. imp. Diocl. III/IV 8, 5 pellis Tralliana, pellis Foenicea, pellis **lacchēna** (?, *trad.* laccitana *vel* lacceta, *emendatur sec. gr.* δέρματος λακχαίνου, *cf. Blümner ad l.; desideratur nomen geographicum*).

? **laccōsus,** -a, -um. *ab* 1. lacca, *si recte restituitur.* *i. q. ad laccam pertinens*: Chiron 46 si iumento natae fuerint -ae in cambis (*fort. subaudiendum* '*vesicae*'; lactosae *trad. ut* 1, 17, *correxit Oder in indice praeferens neutr. plur.* -a. *cf. p. 819, 55*).

?**lacculus** *v.* laecorus. *a* laccus *demin.*

laccus *v.* lacus.

lace *f.* (?) *indecl.* *orig. peregrin.* *nomen margaritae Persicae*: Plin. nat. 32, 21 (iace, iacae *var. ll.*).

lacebris *v.* lecebra. *B.*

lacellāgo *v.* lactilago.

***lacer** (-rus), -a, -um. [*cf.* lacinia, lancinare; *cognatum videtur c. gr.* λακίς, λακίζειν *etc. Sch.*] *de formis*: Char. gramm. p. 172, 10 B. (*ex Romano sec.* Caes. anal. *et* Valg.) '-r' an '-ris' (*coni.* -rus *Forcellini recte; forma falsa irrepsisse videtur ex antecedentibus* 'later' an 'lateris')? ut 'tener, puer'. Prisc. gramm. II 534, 7 *veteres* 'retus' pro 'retitus' dicebant, quomodo ... '-rus' pro 'laceratus'. III 479, 35 *nascitur* a 'laceratus' '-rus' vel '-r'. *nom.* -rus *exstat* Ven. Fort. Mart. 1, 116. 492, -ris *nusquam.* *compar. et superl. desunt.* *de notione*: Pavl. Fest. p. 118 -r, quod auribus curtatis est, et -um, quodcumque est in corpore imminutum (Gloss.^{L} V Abba la 43 = Aa l 38, *cf.* Gloss. V 505, 8; *respici videtur* Verg. *infra l. 67*). Ps. Ascon. Verr. p. 210, 24 -r dicitur amputatis corpore sensuum membris, hoc est auribus oculisve. Gloss. -um: πεπληγμένον. laniatum, debilem. conscissum (conciss- *var. l., an* concisum?), laceratum (*ex* Serv. Aen. 6, 495). *legitur in poesi inde a* Lvcr. (*semel*), Verg. (*ter*), Ov. (*19^{ies}*) *passim, rarius in prosa inde a* Sall., Liv., Sen. dial., Plin. nat., Ps. Qvint. (*singulis locis*), Tac. (*6^{ies}*). [*variat in codd. c.* laceratus Ivst. 21, 4, 7. 38, 8, 15.]

I *vi originaria i. q. laniatus, laceratus* (*per prolepsin q. d. l. 39. 55. p. 821, 34. al.; accedit acc. gr.* cornu *l. 45,* ora *sim l. 67,* membra *l. 77, abl. limit.* pede *l. 81*): **A** *proprie* (*in imag. l. 42. p. 821, 17 et sub 2*): **1** *strictius* (*peculiariter laceratio efficitur scabie l. 38. 64*):
a *vario usu*: **α** *de corpore eiusque partibus*: Lvcr. 3, 403 circum caesis -r undique membris truncus (Ivvenc. 3, 68 corporis *Iohannis decapitati*). Sall. hist. frg. 3, 98^{c} -um corpus semianimum omittentes (Ov. met. 6, 562 *lingua excisa.* 9, 195. 15, 532 *Hippolyti* [fast. 6, 744 Sen. Phaedr. 1256]. Liv. 1, 28, 10. Gratt. 408 deformi -um dulcedine c. *canis* persequitur scabies. Lvcan. 8, 737 *capite absciso.* Plin. nat. 2, 156. Sil. 1, 172 verbera ... -um scindentia c. [*cf.* Ivst. 21, 4, 7 verberibus]. Stat. Theb. 4, 569 Tac. hist. 2, 70, 1 Firm. err. 6, 8. Heges. 4, 14 [*gr. 4, 25* μέρη τοῦ σώματος]. *al. in imagine*: Avson. 408, 28 p. 244 P. *criticus* sacri -um collegit c. Homeri). Verg. Aen. 9, 491 artus avolsaque membra et funus -um *Euryali* tellus habet (*i. corpus, item* Stat. Theb. 7, 213 Avson. 240, 3 p. 80 P. *cf.* Stat. Theb. 5, 650 exequias). Ov. met. 9, 97 Achelous ... -um cornu ... caput abdidit (Sen. Oed. 978 *effossis oculis*). 9, 169 -os artus et grandia detegit ossa *vestis Herculis letifera* (Manil. 1, 911. 4, 185 *lanii* -os a. *pecudum* suspendant fronte tabernae. Sen. Oed. 442 Lvcan. 2, 165. 177 Sil. 3, 433 Stat. Theb. 5, 605. 12, 411 Mart. epigr. 7, 5 Tac. Agr. 37, 3. *al.*). Sen. Ag. 746 -a membra *Hectoris* (Sil. 3, 476. 12, 365. Sab. Gell. 4, 2, 15 -um laesumve. Ivst. 38, 8, 15). Herc. f. 977 Tityos ... -um gerens et inane pectus. Herc. O. 864 manus. Lvcan. 2, 122 -is pendentia canis ora *necati* (*cf.* Prvd. apoth. 621 sidus ... hirquinum -is marcescere villis *i. morbo hirsutis.* Clavd. carm. min. 53, 39 Phoebi -os divellere crines *in pugna*). 5, 669 cadaver (Salv. gub. 6, 84 Sidon. epist. 9, 16, 3 vers. 74 Drac. Romul. 9, 143). Sil. 2, 688 -os inter spatiatur acervos *pecudum leo.* 4, 613 -am *cuspidis ictu* ... frontem *elephanti.* 6, 49 nares (*seq.* morsu). 10, 276 ore (Stat. Theb. 1, 437 *ictibus*). Stat. Theb. 4, 417 visceribus (Apvl. flor. 3 p. 16 nudis et -is. Prvd. perist. 11, 136). 6, 35 reliquias *Archemori.* 12, 718 strage (*antea*: iacentum corpora). Mart. 3, 72, 5 inguen. Prvd. apoth. 980 palato. ham. 817 plumis (*sc. visco*). perist. 3, 46 pedibus. psych. 416 *Luxuria* sub axem labitur et -o tardat sufflamine (*i. impedimento sc. corpore*) currum. Clavd. 18, 136 *canis* scabie -as deiecit sordidus aures. **β** *de ipsis animantibus*: Verg. Aen. 5, 275 *serpentem* gravis ictu seminecem liquit saxo -umque viator. 6, 495 laniatum corpore toto Deiphobum ..., -um crudeliter ora, ora manusque ambas populataque tempora raptis auribus et truncas inhonesto volnere naris. Ov. epist. 1, 36 -r admissos (alacer missos *var. l.*) terruit Hector equos (*cf.* Stat. silv. 4, 4, 104). met. 3, 522 mille -r spargere locis (*de Pentheo, item* Ib. 533 Sen. Oed. 617). 11, 403 inhaerentem -ae cervice iuvencae *lupum.* Manil. 3, 10 *Absyrtum* (Sen. Med. 278). Sen. dial. 1, 4, 11 -os ac semianimes *liberos flagellatos.* Octavia 308. Val. Fl. 1, 49 umbra *Phrixi* (Sil. 12, 547. *cf.* Ps. Qvint. decl. 12, 28 -os video manes et truncas partibus suis umbras). Tac. hist. 2, 22, 2 pars *subeuntium molaribus* confixi et exangues aut -i. 3, 27, 3 exangues aut -os *lanceis contisque.* Heges. 5, 2, 1 p. 297, 17 *sacerdotes* deformi iacuerunt cadavere, ... membra -i. Mar. Victor aleth. 1, 507 *crebri nati* mortis -ae sint causa parenti (*i. partu violatae, scissae*). Boeth. cons. 3 carm. 2, 15 -r dente cruento *leonum* domitor. Ven. Fort. Mart. 1, 116 vir ... suppliciis -us (*cf. Sulp. Sev. Mart. 6, 4* publice virgis caesus). 1, 492 leprosus -us pede. Arator act. 1, 778 -um ... discrimine carnis *i. circumcisione.* **γ** *de navibus sim.*: Ov. epist. 2, 45 -as ... puppes ... refeci (Sen. Herc. O. 115 p. -ae fragmina. Octavia 324). ars 1, 412 -ae naufraga membra ratis (Ib. 277

[Montefusco]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ae ... fracta ... membra r. Pont. 3, 2, 6. SEN. Ag. 413 exiguas ... -asque. PERS. 6, 31 SIL. 2, 306). met. 11, 428 -as ... tabulas in litore. Pont. 2, 3, 28 -a nave (SEN. Ag. 503 FLOR. epit. 2, 2, 20). LVCAN. 5, 594 avolsit -os percussa puppe rudentis turbo (ARATOR act. 2, 1082). 8, 755 -ae fragmenta carinae (SIL. 1, 409). SIL. 6, 685 -ae ... fragmenta ... classis. 8, 67 velis (10, 324). δ *de variis rebus*: Ov. met. 2, 318 sparsa ... late -i vestigia currus. 11, 509 -as aries ballistave concutit arces. SIL. 1, 232 visceribus -ae telluris (*seq.* effosso ... auro). 5, 67 humo -a *signis revulsis*. 10, 564 fasces. STAT. Theb. 5, 254 ferro -as ... vestes. 9, 163 diademate. 10, 8 inhonora cohors -is insignibus aegras secernunt acies. 11, 9 -ae ... fragmina turris. TAC. ann. 15, 40, 2 pauca tectorum vestigia ... -a et semusta. PANEG. 3, 9, 2 -ae ... domus, sine tectis fora. ANTH. 941, 42 cantharus. NEM. cyn. 168 catulis ... vexare trabes -as aut mandere valvas mens erit. PRVD. cath. 5, 28 *lucem* nox cum -o victa fugit peplo. CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 136, 24 *male peritus* panniculos quosdam ex ... varia lectione concerpit eosdemque vilibus suis veluti quibusdam stuppeis adsuit -oque vestitu turpior nudis *eqs.* *peculiariter de flumine fisso*: SIL. 4, 644 (*ad Trebiam*) *te* -um per Gallica rivis dispergam rura.

b *de corpore vel veste maerentium*: EPIST. Sapph. 122 eram -o pectus aperta sinu (*de veste scissa, cf.* PETRON. 124 vers. 253 maerens -a Concordia palla. TAC. hist. 3, 10, 2 veste *supplicis*). SEN. Phaedr. 731 crinis tractus et -ae comae (LVCAN. 2, 31 -as ... fudere c. [VAL. FL. 3, 314]. FLOR. epit. 1, 1, 14). Phaedr. 1182 capitis exuvias ... -aeque frontis ... abscisam comam (*cf.* CLAVD. 15, 137 vertice). Phoen. 162 -ae ... fixis unguibus venae fluant. Tro. 99 solvimus ... -um multo funere crinem, coma demissa *eqs.* (STAT. Theb. 5, 235 CLAVD. 17, 169. SEDVL. carm. pasch. 2, 123 -os crines nudato vertice rupit [*cf. op. pasch. 2, 10 p. 210, 14* effusam ... comam dilacerans *eqs.*]. *cf. infra l. 59*). LVCAN. 1, 189 caesarie. 10, 84 Cleopatra ... veluti -os dispersa capillos (STAT. Theb. 3, 680 -is turpata c. MART. CAP. 7, 726 vers. 17). STAT. Theb. 11, 142 Argiae -am cum lampade maesta effigiem. 12, 109 manant -a ora cruentis unguibus. HIER. epist. 39, 5, 5 veste conscissa -um pectus invadere. BOETH. cons. 1 carm. 1, 3 -ae dictant scribenda Camenae et veris elegi fletibus ora rigant.

2 *latius* (*cf. imagines p. 820, 31*): a *de animantibus imminutis vel dissociatis*: SEN. Thy. 432 frater ... partem ... regni reddit et -ae (*sc. scelere et discordia*) domus *Atridarum* componit artus. LVCAN. 6, 315 agmine (*sc. multis necatis*). SIL. 15, 9 castris (*sc. Scipionibus caesis, cf. p. 826, 29*). *cautius*: PLIN. paneg. 39, 3 sparsas *iniquo hereditatis iure* atque, ut ita dicam, -as gentilitates colligere.
b *de regionibus turbatis, vastatis sim.*: CLAVD. 21, 282 utrimque procellae cum fremerent -umque alternis ictibus anceps imperium pulsaret hiems. 22, 202 fas est vexatum -i corpus iuvenescere regni. RVT. NAM. 1, 29 -is post ... incendia *belli* fundis. 1, 331 urbe.

B *translate*: SIL. 8, 25 -um curis et rerum extrema paventem *Hannibalem*.

II *vi deflexa*: A *fere i. q. lacerans*: Ov. met. 8, 877 Erysicthon suos artus -o divellere morsu coepit (*seq.* minuendo). CONSVLT. Zacch. 2, 16 p. 82, 12 doctrinae tuae ordo auctoris *Arriani* -am rabiem perditioni miscuit clientelae. CAEL. AVR. chron. 2, 7, 108 ex pulvere nitreo -a fricatio. ARNOB. in psalm. praef. p. 327^{C} ex sarculo oris nostri terram ... -o verberantes impulsu Davidicum laticem ... aperimus.
B *fere i. q. lacerando effectus* (*cf. p. 828, 9*): GRATT. 355 -i ... per ulceris ora (*antea*: qui *hostis* volnus fecerit). MAR. VICTOR aleth. 1, 241 quod ... Palaestinus -o flet vulnere ramus (*cf. Plin. nat. 12, 115* inciditur ..., sucus e plaga manat). C *fere i. q. lacerando demptus, abscisus* (*exempla certiora; ambigua v. sub I, ex. gr. l. 2. 10. p. 820, 47*): SEN. Tro. 800 -os ... crines excipe *sc. maerore evulsos* (LVCAN. 9, 57 -os exurere c. *cf.* STAT. silv. 3, 3, 133 pennis -is aut crinibus ignem spargere *Amores*). LVCAN. 8, 667 caput (*cf. p. 820, 38 et 674* cervice abscisa). SIL. 9, 154 -o ... ligare ... velamine vulnus. STAT. Theb. 9, 259 -i pronis volvuntur cursibus artus oraque et abscisae redeunt in pectora dextrae.
deriv.: lacero. *compos.*: semilacer. *cf. Onom.*

lacerābilis, -e. *a* lacerare. *cf.* illacerabilis. *i. qui lacerari potest*: AVSON. 362, 17 p. 88 P. senectus ... obicit innumeris corpus -e morbis.

lacerāmentum, -ī *n.* *a* lacerare. *i. q. particula rei laceratae*: PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 198 foeni veteris -a victui habebantur (*gr.* σπαράγματα).

°**lacerātio**, -ōnis _f._ _a_ lacerare. _legitur inde a_ CIC., LIV., CELS., SEN. _philos.; in poesi non nisi_ PRVD. _p. 822, 24_.
i. q. actio lacerandi vel status lacerati (*c. gen. rei lacerantis p. 822, 8. 9. 28, potius per explicationem p. 822, 25sqq. 33. 58. 60*):
1 *proprie* (*in imag. p. 822, 28sqq. et sub b*): a *strictius* (*lacerantur corpora vel corporum partes praeter p. 822, 11*): α *vario usu*: CIC. Pis. 42 (*41* turpitudinis notas) si te et Gabinium cruci subfixos viderem, maiore afficerer laetitia ex corporis vestri -e quam afficior ex famae? ([*V*, fama *E et recc., quorum pars praebet* infamia]. LIV. 7, 4, 2 *seq.* virgis caesis. 8, 24, 14 foeda [*postea*: praeciso medio]. 32, 38, 8 sine contumelia et -e c. SEN. benef. 4, 20, 3 aves, quae -e corporum aluntur. MIN. FEL. 35, 3 inexesa corporum -e nutritur *poenale incendium*. FIRM. math. 1, 7, 21. *al.*). LIV. 8, 24, 16 (*antea*: corpore ... mulcato). 41, 18, 3 captivos cum foeda -e interficiunt. SEN. dial. 4, 5, 2 verbera -esque. 4, 8, 3 *gladiatores* mutua -e satiantur. 5, 3, 6 -es membrorum *sc. in puniendo* (epist. 85, 27 vel per morbum vel per iniuriam). epist. 24, 14 (*antea*: excarnificandi particulatim hominis). 92, 35 cadaveris (SCHOL. Cic. Bob. p. 134, 24 *vulturius* animal ... cadaverum -bus pastum). 108, 18 (*doctrina Sextii, qui animalibus abstinebat*) in voluptatem ... adducta -o. CYPR. unit. eccl. 9 *columba* animal ... non unguium -e violentum (*inde* PACIAN. epist. 3, 21 p. 88). FIRM. math. 4, 4, 3 corpus ferri -e conciditur. *al.* β *de actibus maerentium*: CIC. Tusc. 3, 62 muliebres -es genarum, pectoris ... percussiones. VVLG. Esth. 14, 2 crinium. GREG. M. moral. 1, 52 p. 551^{B} exterioris decoris (*antea*: vestes scindunt). γ *conviciose de sectionibus, quales medici faciunt*: CELS. prooem. 44 *empirici docent* ne mortuorum quidem -em necessariam esse, quae etsi non crudelis, tamen foeda sit. SEN. dial. 6, 22, 3 incendia, ruinas, naufragia -esque medicorum ossa vivis legentium *eqs.* δ *usu christiano maxime de tormentis martyrum*: ITALA II Cor. 6, 5 (Pelag. *al.*) in plagis, in carceribus, in -bus, in laboribus (*aliter gr.* ἀκαταστασίαις, *Vulg.* seditionibus,' *cf. Eugipp. exc. Aug. p. 1090, 24* iactationibus). CYPR. laps. 13 -e corporis et dolore (LACT. inst. 6, 17, 7 execrabiles. 7, 22, 12 nefanda. PASS. Macc. 9, 7 CONC.^{S} II 5 p. 61, 18 CASSIOD. var. 11, 12, 3). LACT. inst. 5, 2, 6 (*ex auctore ignoto, qui Christianos impugnavit*) saevas membrorum -es (POMER. 1, 25, 2 PASS. Mar. Iac. 5, 1). 5, 13, 12 (*11* dilacerari ... tormentorum generibus). PRVD. perist. 3, 147 -o vulnifica. CHRYSOST. hom. III 832^{D} cum tenentur alii -e supplicii (*gr.* πασχόντων κακῶς. *cf.* PASS. Montan. 20, 6 tormenti alicuius vel levi -e. PASS. Tarach. 10 p. 473 a -e poenarum). PASS. Saturn. Dat. (BHL 7492) 20, 1 latera ... ungularum -e disrupta. *al.* *in imag.*: CYPR. unit. eccl. 23 divulsis -e visceribus *corporis ecclesiae*. LACT. inst. 7, 3, 9 ne arari quidem sine -e divini corporis (*i. terrae quasi dei*) potest (*cf.* 7, 3, 10). EPIST. pontif. 292 Migne 20, 489^{A} -is iniurias (*antea*: corpus *fidei*). ENNOD. opusc. 5, 4 p. 394, 19 ad virtutem ... pia -e nos reparas (*seq.* suffragio vulneris. *cf.* GREG. M. moral. 35, 49 p. 781^{A} -em vulnerum). *al.*
b *latius* (*cf. imagines supra l. 28sqq.*): α *de locorum vel hominum expilatione*: PANEG. 4, 11, 2 urbis funestam ... -em. OROS. hist. 7, 33, 9 ecclesiarum -es. CASSIOD. in psalm. 67, 6 depraedator ... *pupillos et viduas* impia -e contrivit (*cf.* var. 12, 14, 6 *regio* tanta excurrentium -e deteritur [*1* exactorum ... praesumptione]). 108, 11 ut *diabolus* obnoxii sui substantiam diripiat et ... de humana sibi -e satisfaciat.
β *de rei familiaris profusione*: FIRM. math. 3, 2, 11 quicquid ante quaesitum fuerat, misera -e deperdere (5, 3, 56). 3, 14, 5 patrimonium miseris ... -bus dissipari (4, 2, 1. 4, 11, 6. 4, 15, 5 [dissipationibus lacerat *M*]. *al.*). 4, 9, 5 substantiam varia -e dilapidat (4, 10, 5. *al.*). *et saepius in eodem opere.* γ *de medicamentorum acrium effectu*: CAEL. AVR. chron. 3, 4, 61 quod quaedam *medicamina* ob acrimoniam propriae virtutis -e quadam ... medeantur.
2 *translate*: a *de laesione verbis facta*: CIC. Pis. 42 *v. p. 821, 79*. SEN. dial. 7, 5, 3 pura mens ..., quae non tantum -es, sed etiam vellicationes effugit. MAR. VICTORIN. gramm. VI 79, 30 carmen aptum -i et conviciis. MAXIMIN. c. Ambr. 99 ne ... -o inferretur (*antea*: blasphemia). RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 5 p. 587^{C} (*seq.* invectio). 2, 12 p. 594^{B}. 2, 13 p. 595^{C}. 2, 27 p. 605^{C} pro contumeliis et -bus bonorum. SACR. Leon. 438 (= SACR. Gelas. 3, 67 p. 279) -bus ... iniustis (*opp.* adulationibus). 458 inepta -o superborum, ... miseratio lacerantium. CONC.^{S} II 2, 1 p. 23, 36 preces ... tumore plenas et superbia et -bus (*gr. II 1, 1 p. 39, 24* προπηλακισμῶν). CASSIOD. in psalm. 14, 3 ('opprobrium') ut ... famam mordaci -e non carperet (*antea*: increpatione). PS. PRIMAS. in Rom. p. 461^{B} iniuriarum -es et contumeliarum aculeos. GREG. M. epist. 1, 35 opinionis. moral. 5, 31 pro -e vitiorum virtutum praeconia proferuntur. past. 3, 4 p. 56^{A} se ... de tenuissima verbi -e reprehendunt. PELAG. defens. 6 p. 69, 30 memoriae. b *de laesione qualibet*: SEN. epist. 74, 18 *commoda* sine ulla nostri -e discedant. CLAVD. DON. Aen. 1, 370 p. 82, 11 cum magna animi -e respondet ([*seq.* dolore]. AVG. soliloq. 2, 7, 14. *pro* a. luctatione CAEL. AVR. chron. 1, 4, 115 *coniecit Schmid, Contrib. 105, 38*). CASSIOD. var. 1, 10, 6 veritatis ... crudelis ac foeda -o (*antea*: certissima confundere). GREG. M. moral. 27, 49 p. 428^{C} quia ad -em mentis (*cf. p. 836, 7 bis*) pertingere non potuit in redemptore nostro, ad mortem carnis anhelavit *diabolus*. past. 4 p. 125^{B} ut timoris -e se mordeat.

lacerātor, -ōris *m.* *a* lacerare. *i. qui lacerat* (*iuxta subst. l. 77, cf. l. 80*): HIER. in Ezech. 29, 1/2 p. 277^{C} '*Pharao*' interpretatur διασκεδαστής, interfector videlicet et -r et gladio cuncta concidens et dividens. AVG. mor. eccl. 1, 1, 1 doctorem potius eorum *librorum veteris testamenti* pium quam impium -em. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 3 quae contexuit -r naturalium (*sc. Aug. in op. de nupt. et concup.*). AVELL. p. 608, 1 -es rationabilis gregis Christi *haereticos*. CASSIOD. in psalm. 37, 21 ('qui retribuebant mala *eqs.*') ad amicos -es redit, qui ... detrahebant *eqs.*

f. **lacerātrix**, -īcis. EDICT. imp. Diocl. I 25 qui ... consectentur peculia et -es centensimas persequantur (*cf. Sen. benef. 7, 4, 10* sanguinulentae centesimae).

lacerātūra, -ae *f.* *a* lacerare. *i. q. vulnus lacerando effectum* (*t. t. med.*): CASS. FEL. 5 p. 12, 18 minutas vel densas scarifationis -t⟨ur⟩as dabis, quae Graeci amychas vocant (*v. app. crit.; emendatur*

[*Montefusco*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ex 18 p. 26, 17. 24 p. 41, 17). 75 p. 180, 16 crura per totum levioribus ac multis -is scarifare.

?**lacerdus** vadus GLOSS. I p. 84, 112. '*obscura*: sacerdos vates?' *Goetz, cf. eiusdem Thes. Gloss. ad V 629, 44* lacer dusclades inguinaria.

laceris *v. p. 820, 13.*

lacerna, -ae *f.* [*possis coniungere c.* lacer, lacinia. *Sch.*] -um, (-ī) *n.*: GLOSS. NOT. Tir. 97, 15. *de notione et origine addas* PAVL. FEST. *p. 824, 29.* DIFF. Suet. *p. 824, 33*): ISID. orig. 19, 24, 14 -a pallium fimbriatum, quod olim soli milites utebantur; unde et in distinguenda castrensi urbanaque turba hos togatos, illos lacernatos vocabant; inde autem -ae quasi amputatis capitibus fimbriarum neque ita laxis, ut sunt paenularum. GLOSS. ἐφεστρίς. ἐξαπτίς. φελώνη *vel* φελόνη (*i.* φαινόλη). filoninberin ('φελόνιν, βίρριν = birrus?' *Goetz*). stola vel vestis. genus cucullae (suptilis). cappa episcopi. *al.* *legitur inde a* CIC.; *omnia exempla dedimus praeter* GLOSS. [*variat in codd. c.* luc- HOR. sat. 2, 7, 55 PROP. *p. 824, 8. al.,* lat- PROP. *l. c.* LAMPR. Alex. 42, 1, -is *c.* lacertis IVV. 14, 287 (*item in nomine proprio* 7, 114). *dub.*: OV. carm. frg. 5 si contuleris e[ti]am *lanam fuco tinctam* -ae (Lacaenae *Housman, ClRev. 49, 1935, 167*), conspectu melioris obruatur. PASS. Cypr. 5, 2 se -a byrro exspoliavit (*cf. Ps. Aug. serm. ed. Mai 64, 2* expoliatur birrum, '*hinc etiam apparet nonnisi glossam esse in passione Cypriani* ... -a' *ed.*; -o birrum, -o byrro *var. ll., unde vocem compositam q. e.* lacernobirrus *intellegendam putat Heraeus, ALL 15, 1908, 564. opponitur* birrus *l. 82. p. 824, 4; aliter l. 40*).]

genus vestis: 1 *in corpore virili* (*significatur vestimentum quoddam fimbriatum sagi vel chlamydis simile, v. Lange, RE XIII 327 sqq.; plur. poet.* MART. *l. 41. al.* IVV. *l. 51. 70.* ENNOD. *p. 824, 2*): CIC. Phil. 2, 76 *redii* cum calceis et toga, nullis nec Gallicis nec -a; ... cum Gallicis et -a cucurristi (*cf.* GELL. 13, 22, 1 T. Castricius, rhetoricae disciplinae doctor, ... cum ... discipulos ... senatores vidisset die feriato tunicis et -is indutos et Gallicis calciatos: 'equidem' inquit 'maluissem vos togatos esse *eqs.*'). HOR. sat. 2, 7, 55 Romano ... habitu *proiecto* prodis ex iudice Dama, turpis odoratum caput obscurante -a. PROP. 3, 12, 7 iniecta tectus ... -a (*sc. militari ut*: 4, 3, 18 texitur haec castris quarta -a tuis. OV. fast. 2, 746. VELL. 2, 70, 2 *Cassius* -a caput circumdedit extentamque cervicem ... liberto praebuit [*Plut. Brut. 43, 8* χλαμύδας]. 2, 80, 3. OROS. hist. 6, 18, 31 *Caesar* collecta in laevum bracchium -a repellendo vitavit *tela. cf. supra l. 9*). SEN. epist. 114, 21 qui -as coloris improbi sumunt, qui perlucentem togam. PERS. 1, 54 comitem horridulum trita donare -a ([SCHOL. ed. Kurz: byrrum attritum]. MART. 9, 57, 1 nil est tritius Hedyli -is [-a *var. l.; sim. ibid.* 13]. *adde l. 54*). PLIN. nat. 18, 225 *negotiatores* augent -arum pretia (*sc. pluviosa hieme denuntiata, cf. l. 69 et* MART. 12, 29 [26], 11 decidit imber ... nec venit ablatis clamatus verna -is). STAT. silv. 2, 1, 130 brevibus constringere laenis pectora et angusta telas (*tunicam intellegit Vollmer*) artare -a. 4, 9, 24 caesis pillea suta de -is. MART. 1, 92, 7 cerea si pendet lumbis et scripta -a. 1, 96, 4 amator ... tristium -arum (*cf. 9* fuscos colores). 2, 29, 3 quae ... Tyron totiens epotavere -ae et toga *candida* (*cf.* 8, 10, 1 emit -as milibus decem ... Tyrias coloris optimi [9, 22, 13 ut lutulenta linat T. mihi mula -as. 14, 133, 2 *opp.* Baeticae. IVV. 1, 27 T. umero *vernae* revocante -as. *v. et Mart. 4, 28, 2* Hispanas Tyriasque coccinasque, *ubi Friedländer intellegit* '-as']. 2, 43, 7 Agenoreas. 10, 87, 10 Cadmi municipes). 2, 46, 3. 2, 57, 3. 3, 38, 9 gelidis (7, 92, 7 gelidasque ... tritasque). 4, 2, 2 spectabat ... nigris munus Horatius -is; ... nix cecidit ...: (6) albis spectat Horatius -is (14, 135 [137], 2 cum teget algentes a. -a togas. 14, 140 [139], 1 iungere nescisti nobis *cucullis Liburnicis* ... -as: indueras a., exue callaïnas). 4, 61, 5 milibus decem ... emptas (*cf. l. 49 et* 5, 23, 7 quadringentorum nullae sunt ... -ae *i. equitem non faciunt*). 5, 8, 5 Phasis purpureis ruber -is (5, 8, 12 p. et adrogantes iussit surgere Leitus -as. *cf.* 13, 87, 1 sanguine de nostro *i. muricum* tinctas). 6, 59, 5 -ae, tollere de scapulis quas levis aura potest (*opp.* gausapinas). 6, 82, 9. 12. 7, 86, 8 nec levis toga nec rudes -ae. 8, 28, 22 *opp.* Palatina ... toga. 8, 58, 1 crassae. 14, 131 tit. coccineae (*cf. l. 52 et* LAMPR. Alex. 42, 1 cocceam *sc. imperatoriam*). 14, 132, 1 totas cuperem misisse -as: nunc tantum *pilleum* ... mitto. IVV. 3, 148 si foeda et scissa -a, si toga sordidula est. 9, 28 pingues ... -as, munimenta togae, duri crassique coloris et male percussas textoris pectine Galli (SCHOL.: grossas ac per hoc pluviales). 10, 212 aurata. 14, 287 tunicis ... atque -is. 16, 45 ponente -as Caedicio (SVET. Aug. 40, 5 ne quem posthac paterentur *aediles* in foro ... nisi positis -is togatum consistere. CORIPP. Iust. 2, 294 posita de more -a. *cf.* SVET. Claud. 6, 1 assurgere et -as deponere solebat *ordo equester*). VOPISC. Car. 20, 4 matris tunicam dedit mimae, -am patris mimo. CAPITOL. Pert. 8, 2 (*de auctione rerum Commodi*) tunicas paenulasque, -as et ... chlamydes *eqs.* AMM. 14, 6, 9 *luxuriosi* sudant sub ponderibus -arum, quas in collis insertas iugulis ipsis adnectunt nimia subtegminum tenuitate perflabiles, †expectantes crebris agitationibus maximeque sinistra, ut longiores fimbriae tunicaeque ... luceant. AVG. serm. 161, 10, 10 si per hiemem illi *amanti* dicat *femina* 'in -a te amo', eligit tremere quam displicere (*antea*: nolo habeas ... byrrhum. *cf.* SVLP. SEV. dial. 1, 21, 4 vestem respuit grossiorem, indumentum molle desiderat ..., mandat ..., illa ut byrrum rigentem, haec ut fluentem texat -am). ENNOD. carm. 1, 1, 17 presserat aestivo corpus *viatoris* sub fasce -a (pressum erat ... -ae *temptat Vogel* *in exemplari manu adnotato*). 2, 57 tit. -a vestitus *Iovinianus* (*de eodem c. irrisione* 2, 59, 1 nobilibus tollis genium, male compte, -is). INSCR. Väänänen, Graffiti del Palatino n. 301 (*s. III ?*) -a divi (bivia *legerunt alii*), byrrus, -ae Canusini Mutines⟨es⟩. *vergit ad metonymiam* (*cf. p. 823, 60 sq.*): CASSIOD. var. 1, 26, 3 sufficiat possessori compendium pensionis: tributa sunt purpurae, non -ae (*i. debentur regi, non privatis*). ? **2** *in lecto*: PROP. 4, 8, 85 *Cynthia* imperat ... totas (*cf. p. 823, 65*) iterum mutare -as (luc- *N*, lat- *FP*[1]) ...; atque ita mutato per singula pallia lecto respondi (*v. Rothstein ad l.*).

deriv.: lacernatus, lacernula. *? compos.*: lacernobirrus. *cf. Onom.*

lacernātus, -a, (-um). *a* lacerna, *cf.* chlamydatus *et* PRISC. gramm. II 441, 24. *i. q. lacerna vestitus*: VELL. 2, 80, 3 cum inermis et -us esset *Caesar* (*seq.* lacerna). PETRON. 69, 5 *servus* -us cum flagello mulionum fata egit. IVV. 1, 62 *puer Automedon* lora tenebat ipse, -ae (*i. virili veste indutae*) cum se iactaret amicae. ISID. *p. 823, 10.*

?**lacernobirrus** *v. p. 823, 23.*

lacernula, -ae *f.* *a* lacerna *deminutive.* *i. q. lacerna vilis*: ARNOB. nat. 2, 19 nec existimarent *homines* quiddam magnificum se esse, quia ... fecerunt ... subuculas, suppara, laenas, -as, trabeas *eqs.*

lacernum *v.* lacerna.

lacero, -āvī, -ātum, -āre. *a* lacer. *de formis*: -bere AVSON. 362, 46 p. 89 P. -antum SACR. Leon. 458. *ex formis perf. breviores leguntur solae* -asti(s), -asse(n)t, -asse; *iuxta longiores* -arunt CIC. off. 1, 57 (-verunt *var. l.*). LIV. 43, 8, 3 (-verunt SEN. frg. 34. *al.*, -vere CVRT. 4, 15, 4 PLIN. nat. 34, 27), -arat OV. Pont. 3, 6, 19 (-verat, -verant SALL. Catil. 14, 2 RVFIN. hist. 3, 9, 4), -arit Q. CIC. pet. 10 (-verit SVET. gramm. 15, 2). NOT. Tir. 70, 50 -at. *de notione*: PAVL. FEST. p. 117 '-are' dividere, comminuere est; ex quo dictus est lanius, qui disci⟨n⟩dendo -at pecora; lacinia, quod pars vestimenti est; lacerna, quod minus capitio est *eqs.* DON. *p. 825, 81.* SYNON. Cic. p. 434, 36 mordet ... laniat ... -at *eqs.* (*cf.* p. 448, 31. 449, 2). DIFF. Suet. p. 277, 2 -at, qui partibus suis membra destituit (*opp.* laniat, lancinat. *cf.* p. 313, 17 Roth '-at' membra, unde etiam lacernae vestes, quod sunt extrema sui parte -tae. GRAMM. suppl. 282, 18 DIFF. ed. Beck p. 66, 4 ISID. diff. app. 76). GLOSS. σπαράσσω. saepius vulnero (*v. infra l. 69*). -at: laniat, laciniat (*vel* -nat, *pro* lancinat). -⟨ar⟩e: membra discerpere. -tum: quod vulgo laciniosum dicunt. con⟨s⟩cissum. *cf. p. 820, 24.* *legitur inde a* PLAVTO, ENN., CATONE, TER. [*confunditur in codd. c.* laniare (OV. epist. 6, 129 met. 2, 362 CYPR. Demetr. 12), lacessere (VAL. MAX. 5, 1 ext. 2 PRISC. gramm. II 438, 27), macerare (SEN. Oed. 629). *dub. vel falso trad.*: CARM. ad senat. 30 (*audacius Thomas, Stud. z. lat. u. gr. Sprachgesch. 74*). BOETH. cons. 3, 12, 23 W. (latrantem *Vallinus*).]

I *vi originaria fere i. q. dilaniare* (*indicatur finis per* in *p. 825, 26. 826, 20. 24. 827, 45* [*adde* RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 42], huc atque illuc *p. 827, 20; forma* '-tus *aliquid*' *p. 825, 50*): **A** *proprie* (*in imag. p. 825, 9 et sub 2*): **1** *strictius*: **a** *usu vario*: *α* *-antur animantia* (*exempla selecta*): PLAVT. Bacch. 780 ut ... virgis latera -entur probe (LIV. 3, 58, 8. 8, 33, 21. *al.*). ENN. trag. 58 -to corpore *Hectoris.* TER. Ad. 315 quibus illum *Syrum* -rem modis (OV. Ib. 187 mille modis. *cf.* LIV. 32, 38, 3 in servilem modum -ti atque extorti). CIC. carm. frg. 19, 7 B. (div. 1, 106) *aquila anguem* lanians rostroque cruentans ... -tum adfligit in unda. 32, 11 (Tusc. 2, 23) *aquila Prometheum* -ans unguibus ... pastu dilaniat fero (SEN. Oed. 968 manus ... u. -at cavos ... recessus luminum. *cf. l. 71 et* PLIN. nat. 8, 43 -to unguium acie utero. PORPH. Hor. epist. 1, 19, 46 *luctans* unguem imprimit ad -andum adversarium. AMM. 18, 7, 5 *leones oculos* unguibus crebro -antes effodiunt). 33, 7 (Tusc. 2, 20) *vestis illa furialis* morsu -at viscera *Herculis* (*Soph. Trach. 1053* ἐκ μὲν ἐσχάτας βέβρωκε σάρκας. *cf.* OV. epist. 9, 147 -bitur *Hercules* [*144* tunicae tabe perire]). 33, 29 (Tusc. 2, 21) eviseratum corpus -tum patris (-ti *V in ras. et pars codd.; cf. Soph. Trach. 1079* ἄθλιον δέμας, ... τὸν δύστηνον). Mil. 86 mortem *i. cadaver* ... -ari. de orat. 2, 240 (*solvuntur litterae parietibus inscriptae*) '-at lacertum Largi mordax Memmius'. Q. CIC. pet. 10 omni cruciatu (LIV. 24, 5, 11 LACT. epit. 47, 5. *cf.* CVRT. 6, 11, 15 per ... cruciatus). LVCR. 3, 887 -ari urive. MANCIA or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 ferro (HOR. carm. 3, 27, 46 VAL. MAX. 9, 2, 1. *al.*). VERG. ecl. 6, 77 (*inde* CIRIS 61) *Scyllam* nautas canibus -asse marinis (*cf.* GELL. 14, 6, 3). Aen. 3, 41 miserum *Polydorum* ... -as (SERV.: per membra disicis, nam '-are' est 'saepius vulnerare'). OV. met. 2, 362 (*359* ramos abrumpit) nostrum *i. Heliadum* -atur in arbore corpus. 3, 722 *manus* -ta est ... raptu. 8, 147 rostro (OBSEQ. 46 rostris unguibusque). fast. 2, 695 verbere (LIV. 8, 28, 5. 9, 31, 2. *al.*). LIV. 21, 2, 6 tormentis (FIRM. math. 8, 15, 3). 22, 51, 9 naso auribusque -tis (*seq.* laniando dentibus). 29, 9, 7 *legatum* hostiliter -ant et ... naso auribusque mutilatis relinquunt. 29, 9, 10 *tribunos* -tos ... suppliciis interfecit. VELL. 2, 119, 5 Vari corpus ... hostilis -verat feritas; caput eius abscisum *eqs.* VAL. MAX. 6, 9, 13 corpus ... carnificis manibus -tum (SEN. Oed. 629. *al.*). CELS. 2, 10, 6 *scalpellus* summam cutem -at neque venam incidit (*cf.* 8, 4, 8 *membranula* scalpro terebrisve -ta. CAEL. AVR. chron. 2, 4, 74 loca ... ferro -anda). PHAEDR. 1, 1, 13 iniusta nece. 1, 12, 11 morsibus (2, 3, 1 QVINT. inst. 8, 2, 20. *al. adde* CIC. *supra l. 57*). SEN. benef. 7, 20, 2 quos crudelitas eius *tyranni* -at (*cf.* QVINT. decl. 338 p. 333, 25 omni crudelitatis genere). clem. 1, 25, 1 dentibus (MART. epigr. 18, 3 PS. QVINT. decl. 6, 9 p. 119, 19. IVST. 28,

[*Montefusco*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 8 ferro, ... saxo, ... d. *al.*). dial. 2, 11, 2 crines matris turbavit -vitque infans. 5, 18, 1 per singulos artus (PRVD. perist. 9, 11. *cf.* APVL. met. 7, 26, 1 membratim [AMM. 31, 8, 8]. FIRM. err. 2, 2 artuatim. PROB. Verg. ecl. 6, 78 per membra. *sim. al.*). CVRT. 4, 3, 25 unci ... et falces ... aut propugnatores aut ipsa navigia -bant. LVCAN. 2, 124 truncos -vit Fimbria Crassos. SVET. Tib. 60 lucustā ... -ari os *piscatoris* imperavit (*antea*: perfricari *mullo*). TERT. adv. Marc. 2, 20 p. 363, 19 flagellorum contumeliosa atrocitate (*cf.* FIRM. math. 3, 5, 26 flagellis [VITA Fulg. p. 41 L.]). *et saepe.* *in imagine*: LVCR. 3, 993 Tityos nobis hic est, in amore iacentem quem volucres -ant *eqs.* CIC. nat. deor. 1, 27 distractione humanorum animorum discerpi et -ari deum. FIRM. math. 1, 7, 26 -tis patriae visceribus (INSCR. christ. Diehl 984, 5 p. -tum scismate corpus). *β* *-antur res*: ⓘ *variae*: VERG. Aen. 12, 98 loricam ... manu valida -are revulsam. LIV. 8, 32, 11 -antibus vestem lictoribus (CVRT. 5, 6, 5. *al. cf. l. 18*). 30, 9, 2 aurum in Capitolio corvi non -asse tantum rostris crediti, sed etiam edisse. CELS. 5, 26, 14 fascias. SEN. dial. 4, 26, 2 *librum* mendosum -vimus ut vestimenta, quae ... scidimus (*cf.* AVSON. 335 p. 197, 16 P. libellus ... vulgi lectione -tus *i. attritus*). nat. 1, 2, 9 *facies coronae solem cingentis* undique -ta et concerpta *sc. aëris impetu* (*antea*: intercisa). CVRT. 3, 13, 11 (*10* iacebant ... opes regiae) alia stirpibus -ta, alia in caenum demersa. 4, 3, 26 -tis omnibus, quis protegi poterant. COLVM. 4, 7, 1 *illud* -at matrem *i. vineam*, si revellere *palmites* coneris (*item plantas*: 4, 24, 21 plagae asperae *falcis* ... vites -ant. 10, 70 vomere ... -ate comas *i. herbas*. 12, 46, 2 ne ... corvis ... pomum -etur. PLIN. nat. 18, 364 porci alienos sibi manipulos faeni -antes. MART. 11, 31, 3 *cucurbitas* in partes -at secatque mille. PRVD. ham. 229 avibus discerpta ... -bitur uva). MELA 2, 49 Peloponnesi oram ... sinus et promunturia -ant. PETRON. 124 vers. 287 tecta. 136, 4 *anser* tunicam ... -at. PLIN. nat. 10, 23 *lupi* retia -ant. 10, 94 *insulam* ne -et amnis ..., muniunt opere. 34, 27 *statuas*. VAL. FL. 6, 401 ensibus uncis implicat et trepidos -at discordia currus. SIL. 12, 141 Mulciber immugit -taque viscera terrae mandit et exesos labefactat murmure montis (*cf.* 14, 15 pelagus -tae viscera terrae discidit *i. Siciliam ab Italia separavit*). STAT. Theb. 5, 366 obnixi -ant cava nubila venti. FRONTIN. aq. 106 ne aut rivi aut fistulae publicae ... -entur. TAC. hist. 2, 85, 1 -tis ... vexillis. SVET. Aug. 91, 1 lectica ... concursu hostium confossa atque -ta est. APVL. met. 3, 14, 2 lorus ... a me concisus atque -tus interibit. SYMPH. 184 *caliga* -ta, ligata, revulsa. AVSON. 325, 17 p. 110 P. Semele ... ambustas -ans per inania cunas. ENNOD. carm. 2, 150, 3 *ovum*. ⓘⓘ *naves sim.*: OV. Pont. 3, 6, 19 Neptunus navem -arat Vlixis (LIV. 29, 8, 10 naufragiis. OROS. hist. 6, 18, 26 *proelio navali*. *cf.* LIV. 30, 10, 19 -ti ... pontes *navium*). trist. 5, 7, 35 -ta est fluctibus *puppis*. LIV. 29, 18, 5 classis ... tempestate -ta (30, 39, 3 multae quassatae armamentisque spoliatae naves, quaedam fractae; ita vexata ac -ta c. *eqs.* SIL. 4, 246 FLOR. epit. 2, 8, 12. 3, 5, 19. *cf.* VELL. 2, 79, 3 partem classis ... vis Africi -vit ac distulit). 37, 24, 2 si qua *navis* ... proram -bat. CVRT. 4, 3, 18 navigia (9, 9, 24. *adde l. 5*). FLOR. epit. 2, 2, 36 -tae ... rates ... pelagus naufragio suo operuerunt.

b *de maerentibus* ('-tus *aliquid*' *l. 51. 55. al.*): PROP. 2, 13, 27 *Cynthia* nudum pectus -ta (SEN. dial. 6, 6, 2 ingerantur -to pectori manus. LVCAN. 7, 38 PETRON. 111, 9. CE 998, 3 sollicitum pectus -are dolore [*vix ad p. 826, 79*]. *al.*). OV. met. 11, 726 *Alcyone* ora, comas, vestem -at (APVL. met. 5, 11, 1. COMM. instr. 2, 32, 8 os -as, tundis pectus, vestimenta diducis). 13, 534 *Hecuba* -ta comas (SEN. Tro. 409 OCTAVIA 329. AVSON. 220, 3 p. 74 P. Virtus ... incomptas -ta comas [*Anth. Pal. 7, 145, 2* κειρομένα πλοκάμους]. *adde l. 53*). 14, 420 flere et -are capillos (IVV. 6, 490. IVVENC. 4, 306 scissos -ta capillos). trist. 3, 3, 51 parce ... -are genas nec scinde capillos (SIL. 2, 560 maestas -ta genas [AVIEN. Arat. 333 SIDON. carm. 5, 54]. ISID. orig. 11, 1, 123). SEN. Phaedr. 734 (*731* crinis tractus et lacerae comae) quid te ipsa -ans ... fugis? 826 crine -to (CVRT. 3, 11, 25. 10, 5, 19 PETRON. 133, 4. SIL. 4, 774 foedata genas -taque crinis. 6, 405 squalentem crinem et tristis -bat amictus. APVL. met. 4, 23, 3 cum veste. *al.*). CVRT. 4, 10, 25 gemens et veste -ta (5, 12, 12. *al. cf. l. 54. 64 et* SIL. 1, 673 -to tegmine vestis). SIL. 13, 389 pulsato -at violenter pectore amictus (*cf. l. 64*). PS. QVINT. decl. 10, 3 oculos (*cf.* APVL. met. 4, 34, 3 quid -atis in vestris oculis mea lumina?). FIRM. err. 2, 3 tundunt pectus, -ant lacertos. VVLG. Ezech. 23, 34 ubera. CE 2155, 5 quid mater ventrem -as? quid pectora plangis? *in ritibus sacris*: SEN. Ag. 687 tristis -et bracchia ... turba *lugens Attin* (MART. 11, 84, 3 cultris). VAL. FL. 7, 636 attonitos maestae Phrygas annua Matris ira vel exsectos -at Bellona comatos.

c *de scissoribus carnium, maxime altilium* (*cf. p. 824, 29*): PETRON. 36, 6 scissor ... -vit obsonium (*antea*: altilia et sumina leporemque). 40, 5 qui altilia -verat. 74, 5 *gallus* -tus ... ab ... coco. 137, 12 anserem -tum verubus confixit *Oenothea*.

1 *strictius i. q. particula*: **a** *extrema prominensque*: **α** *proprie*: ⓘ *textilium* (*vestimentorum praeter l. 39. 43*): PLAVT. Asin. 587 lacrumantem -a tenet lacrumans (*cf.* PETRON. 100, 5 -am duxi. SVET. Claud. 15, 3 -a togae retenta. APVL. met. 1, 23, 1 adrepta -a. 2, 13, 4 eum -a prehendit. 9, 17, 5 extremas manu prendens -as. VVLG. gen. 39, 12 adprehensa -a vestimenti. *huc fortasse pertinent l. 12. 14*): Merc. 126 (*interpol.?*) sume -am (*'pallii' Ussing*) atque absterge sudorem tibi. CIC. fil. Cic. fam. 16, 21, 7 te ... in -a servantem ex mensa secunda semina *sc. ut rusticum*. PAVL. FEST. p. 4 -a togae in humerum erat reiecta (*cf.* APVL. met. 11, 3, 5 deiecta parte -ae. SERV. Aen. 7, 612 una eius *togae* -a a tergo revocata). VELL. 2, 3, 1 circumdata laevo brachio togae -a ... hortatus est ..., se sequerentur (*cf.* APVL. met. 9, 37, 2 obvolutis ... -a laevis manibus). VAL. MAX. 2, 7, 9 (*inter ignominiae genera*) toga -is abscissis amictum (abscisis *var. l. et Kempf. cf.* ITALA I reg. 24, 12 [Lucif. Athan. 1, 14 p. 91, 13] accepi pinnam chlamidis tuae in manu mea et ... abscidi -am chlamidis tuae [*gr.* πτερύγιον *bis, Vulg.* oram ... summitatem]). PETRON. 12, 2 -am extremam (*cf. l. 19*) *pallii vendendi* concutere. 12, 6 detraxit ... umeris *rustici* -am *tuniculae* et diligentius temptavit (*cf.* APVL. met. 7, 4, 2 *aureos* insutu -ae contexerat). 14, 5. SVET. Cal. 35, 3 ita proripuit se spectaculis, ut calcata -a togae praeceps per gradus iret. Nero 19, 1 consurgenti ei ... -a obhaesit. APVL. apol. 19 *fortuna longa* nihil minus quam -a *tunicae* praependens impedit ac praecipitat. met. 2, 16, 4 paulisper inguinum fine -a remota. 4, 35, 4 vibratis hinc inde -is. 10, 3, 4 -a ... contegens faciem. PASS. Cypr. 5, 5 cum -as manuales ligare sibi non potuisset *i. capita manualis, quo oculi ligabantur* (*cf. Pass. Montan. 15, 2*). MACR. Sat. 2, 3, 9 *Caesar* ita toga praecingebatur, ut trahendo -am velut mollis incederet. PS. ORIG. tract. 12 p. 134, 13 vas lineum quattuor -is ligatum (*respicitur act. 10, 11* initiis). ⓘⓘ *variarum rerum* (*accedit* velut *l. 47. 50*): PETRON. 92, 9 habebat ... inguinum pondus tam grande, ut ipsum hominem -am fascini crederes. PLIN. nat. 5, 148 Craspedites sinus vocabatur, quoniam id oppidum *in promunturio situm* velut in -a erat. 8, 202 feminarum *caprarum* generositatis insigne -a ex corporibus e cervice binae dependentes (*cf. Varro rust. 2, 3, 2* mammulas. *Paul. Fest. p. 175* noneolae. *Colum. 7, 6, 2* verruculae). 15, 130 excrescente in medio folio *lauri Thasiae* parvola veluti -a folii. CHIRON 80 capillo claudes subtiliter eam verruculam, colligas, stringito et -as non longas e[t] capillo remittes. 92 (*constructione dubia*) -as ... -a *sc. papyri per fistulam in os iumenti iniectae* (*cf. Veg. mulom. 2, 13, 5* capita. *2, 61, 1* pars). APIC. 8, 402 *pulpam leporis* omento teges vel charta, colliges -as et surcula.

β *translate*: CIC. de orat. 3, 110 *rhetores de multa orationis civilis parte a philosophis quasi depulsi* illud alterum genus, quod est temporibus, locis, reis definitum, obtinent, atque id ipsum -a (*i. 'vixdum', cf. quae praecedunt et v. l. 17 sqq.*). FRONTO p. 202, 8 v. d. H. (p. 212 N.) si divisa generatim argumenta nectemus, ... ut praecedens sententia in sequentem -am aliquam porrigat et oram praetendat *eqs.*

b *quaelibet*: **α** *gregis, societatis* (*cf. supra l. 8*): COLVM. 7, 5, 3 *grex pecoris ovilli aeger* in -as colonis distribuatur, nam particulatim facilius quam universus convalescit. 7, 6, 5 (*de capris*) ut nec in pastione separatim -ae deducantur. CIL IX 5906, 4 pr(a)econi ex -a Cl(audi) Saturnini (*'-a videtur esse pars familiae gladiatoriae' Mommsen*). **β** *loci*: PLIN. nat. 36, 85 *portionem labyrinthi* non, ut in pavimentis puerorumve ludicris campestribus videmus, brevi -a milia passuum plura ambulationis continentem, sed crebris foribus inditis *eqs.* *t. t. grom.* in -is (*cf. Grom. ed. Lachmann II 296. 361*): LIB. col. I p. 209, 12 centuriae quadratae in iugera CC et cetera in -is sunt praecisa post demortuos milites. p. 229, 20 ager eius *Antii* in -is est adsignatus (230, 5 in -is et per strigas. 230, 22. 231, 2. 234, 5. 234, 13 pro parte in -is. 236, 8 in praecisuris, in -is et per strigas. 237, 13 pro parte limitibus intercisivis et in -is [*sim.* 239, 8]. *cf.* 236, 21 ager eius *Priverni* pro parte cultu in iugeribus e. a.: ceterum in -is vel in soluto remansit).

2 *latius per synecdochen significantur ipsa textilia sim., maxime exigua, vilia* (*subest usus supra l. 16 sqq. illustratus*): **a** *certa*: **α** *de variis pannis, taeniis sim.*: PLIN. nat. 19, 120 porrum ... serunt in -is colligatum (*cf. Colum. 11, 3, 33 semen* linteolo inliget *eqs.*). 28, 84 supposita ... calici -a tali (*i. panno menstruali*). APVL. met. 4, 11, 2 multis -is offulto vulnere. 6, 3, 4 -as auro litteratas ramis arborum postibusque suffixas *in luco Iunonis*. **β** *de vestimentis*:

[*Montefusco*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

APVL. met. 1, 7, 2 unam e duabus -is meis exuo eumque ... vestio (2, 8, 4 -as omnes exuunt, amicula dimovent. *cf.* 2, 17, 1 -is cunctis suis renudata. 3, 21, 4. 3, 24, 2 ZENO 1, 8, 3). 1, 7, 10 -as, quas ... latrones contegendo mihi concesserant (*cf.* 11, 14, 3 tegendo mihi linteam dari -am). 8, 5, 9 -as *Tlepolemi* ... laniavit *aper.* 10, 31, 2 *Venus* tenui pallio ... inumbrabat ... pubem; quam ... -am ... ventus ... reflabat. 11, 28, 4 -is tuis nequaquam parceres (*antea*: veste). AMM. 28, 4, 18 (*8* sericis indumentis) si ... -is sericis insiderint muscae. *teguntur mortui*: APVL. met. 3, 10, 2 (*3, 9, 7* abrepto pallio retexi corpora) ut ... illam -am prenderam. *γ de laqueis*: AMM. 20, 11, 15 *propugnatores* ferream frontem *arietis* ... inlaqueatam ... -is retinuere longissimis. 31, 2, 9 hostes ... contortis -is inligant (*seq.* laqueatis ... membris). *huc forsitan pertineant* TAB. devot. Audollent 252, 11 *ειvπλικατε λακινια* (*i.* -am) *Σαπαντούλο gladiatori.* 252, 36 *λακινια ιλλι ινπλικητουρ.* 253, 18 (*s. II?*) obligate, in⟨p⟩licate -a(m) Vincentζo.

b *incerta* (*collective*): APVL. met. 4, 23, 2 *latrones* remeant nullam ... sarcinam vel omnino licet vilem -am ferentes. 9, 24, 2 *viminea cavea* -as circumdatas ... inalbabat.

deriv.: laciniatim, laciniosus, *?* lacinius.

laciniātim *adv.* *a* lacinia *sec.* cuneatim *formatum, cf.* particulatim, membratim *sim.* *i. q. per lacinias* (*de ordine soluto, v. p. 834, 62*): APVL. met. 8, 15, 8 non -m disperso, sed cuneatim stipato commeatu.

lacin(i)o *v.* lancino.

laciniōsus, -a, -um. *a* lacinia. *scrib.* -cinos- PLIN. nat. 32, 60 (*var. l.*) *et* GLOSS., -cenos- GLOSS., *fort.* lanios- (*q. v.*) GLOSS. *superl.* -issimus HIER. *l. 52. 65*; *pro gradibus accedunt* magis, nimis, satis *l. 32. 55. 69.* GLOSS.^{L} III Abol. LA 16 -um: pannosum, laceratum (V Aa *P* 81 GLOSS. -um: p., l., unde corruptus sermo loquitur -um [*an* laniosum ?]). GLOSS. *πρoύνικος.* -um: longum. -a: vulnerata.

i. q. laciniis ornatus: **1** *proprie*: PLIN. nat. 5, 62 *Alexandriam* ad effigiem Macedoniae chlamydis orbe gyrato -am, dextra laevaque anguloso procursu. 25, 124 *folia alcimae* magis -a (*om. Dios gr. 3, 152, 1*). 32, 60 *ostrea praecipua habentur* nec fibris -a ac tota in alvo.

2 *in imagine et translate respicitur status multiplex, non expeditus*: **a** *de variis rebus*: APVL. apol. 21 animi ita ut corporis sanitas expedita, imbecillitas -a est. TERT. cult. fem. 2, 9 l. 6 faciem quidem frugi et expeditam ... exhibere, cetera vero corporis -is pomparum et deliciarum ineptiis occupare. adv. Marc. 4, 29 p. 521, 7 succingere debemus lumbos, id est expediti esse ab impedimentis -ae vitae et implicitae.

b *de dictis vel scriptis*: *α in malam partem fere i. q. copiosus, verbosus* (*de ipso oratore l. 53; minus valet quam* superfluus *l. 64*): TERT. adv. Marc. 4, 1 p. 424, 9 compendiatum est ... novum testamentum et a legis -is oneribus expeditum (*inde* HIER. in Philem. prol. p. 602^{C}. *cf.* in Abd. 1 p. 1100^{B} euangelicus ... sermo breviatus, -is legis operibus angustior est. in Gal. 5, 13 p. 408^{C} -ae legis [in Is. 10, 20–23 l. 50]. in Is. 30, 20 -is legis observationibus). virg. vel. 4, 6 naturaliter compendium sermonis et gratum et necessarium est, quoniam sermo -us et onerosus et vanus est (HIER. epist. 82, 9, 1 -us contra nos s. protractus est; ... breviter praeteriensque respondi. in Dan. 11, 21sqq. p. 566^{D} sermone -issimo [latissimo *var. l.*; *opp.* brevi compendio]). SCHOL. Cic. Bob. p. 120, 19 si -us sit *orator* (*antea*: cum mora protrahi *ficta*). p. 145, 18 haec ... oratorie perstringere maluit quam copiose iisdem detexendis immorari, sive quod nimis -um videbatur sive quod probare non poterat. HIER. in eccles. 12 p. 1105^{B} (*ibid.*^{A} quia longum est opinationes omnium recensere) quae, quia, ut supra diximus, -a (latiora *var. l.*) sunt et prolixa, strictim a nobis breviterque tangentur. c. Ioh. 8 p. 361^{C} longo sermone et -is periodis. 14 p. 366^{B} -ae disputationis labyrinthos ([*cf. p. 834, 68*]. adv. Rufin. 2, 15 p. 437^{B} -ae d. fastidia fugiens et in arctum verba compingens. ARNOB. in psalm. 126 p. 528^{B} [= Ps. ARNOB. confl. 1, 9 p. 251^{C}; *opp.* breviter strictimque]. POMER. 1, 25, 2 sermonem -ae [lacunosae *var. l.*] d. prolixitate produximus). in Is. 44, 6–20 l. 100 nec -am, immo superfluam expositionem. in Zach. 11, 12–13 p. 1506^{B} explanationem eorum -issimam taedet revolvere. praef. Vulg. Esth. verbum e verbo pressius transtuli; quem librum editio vulgata -is hinc inde verborum funibus (finibus *var. l.*, sinibus *edd. vet.*, *sed cf. l. 10sqq.*) trahit addens ea, quae *eqs.* ARNOB. in psalm. 104 p. 481^{A} -a satis narratio. VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 47 -am altercationis ... materiam. *β in neutram partem*: RVFIN. hist. 6, 13, 5 *Clemens* merito libros suos *Στρωματέας* appellavit, id est -a quadam et varia diversitate contextos (*inde* GLOSS., *in quibus* -a *variat c.* -e, lacunosum [*sc.* opus] *sim.*).

[*adv.* **laciniōsē** *l. 72 et e coni. vix recta Harduini Plin. nat. 16, 226 pro* lacunosa.]

lacinium *v.* lacinia. *?* **lacinius** *v. s.* limbunculus.

lacino *v.* lancino. *Montefusco.*

lacio, (-ere). [*vox prisca stirpis incertae videtur; a* 1. lax *derivat* PAVL. FEST. *cf. s. v.* laqueus. *Sch.*] PAVL. FEST. p. 27 adlicit ... dictum a verbo -it, id est decipit. 116 -it decipiendo inducit; lax etenim fraus est. 117 -it in fraudem inducit; inde est allicere et lacessere, inde lactat, illectat, delectat, oblectat. DON. Ter. Andr. 648, 2 lactare est inducere ..., a -iendo. GLOSS.^{L} V Abba LA 50 -it: captat, suadet, illicit, inducit (-dic- *trad. ut ibid.* Aa L 58).

deriv.: lacesso, 2. lacto. *compos.*: ad-, 2. de-, e-, in- perlicio.

lacos naves GLOSS. IV 533, 7. *obscurum; vix ad* lacus. *B.*

***lacrima**, -ae *f.* [*cognatum c. gr.* δάκρυ, *got.* tagr, *anglosax.* tēar *sim.*; *vix Latini ad significandam rem solitam mutuati sunt gr.* δάκρῦμα *'lamentatio sim.', cuius vocis mensura et usus fere poeticus repugnant. Sch.*] *de origine*: SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 67 -a dicta, quod mentis ⟨la⟩ceratione nascatur. ISID. orig. 11, 1, 41 -as quidam a laceratione mentis putant dictas (= diff. 1, 227); alii existimant ideo, quod Graeci δάκρυα vocant. *scripturae*: da-: PAVL. FEST. p. 68 dacrimas pro -as Livius saepe posuit, nimirum quod Graeci appellant δάκρυα (*inde restituitur* LIV. ANDR. carm. frg. 19). MAR. VICTORIN. gramm. VI 26, 3 communionem ... habuit l littera cum d apud antiquos, ut ... dacrimis et -is ...; est et communio cum Graecis, nos -ae, illi δάκρυα. GLOSS. dacrumis: -is ἀπὸ τοῦ δάκρυον. *coniecit Meursius* PLAVT. Pseud. 100 (drachmis *trad.*). -chr- (*cf.* CIC. orat. 160 sepulcra, coronas, -as dicimus *sine aspiratione contra communem loquendi usum*, quia per aurium iudicium licet. GELL. 2, 3, 3 *veteres* 'lachrumas' dixerunt): CIL I² 1222 (= CE 969, 2) lachrym- (*sed* lacrum- 1215 = CE 59, 13). VI 9792 (*ca. a. 200*) lachrim-. *et saepius in titulis promiscue cum* -cr-; *codices antiquiores* -cr- *tantum praebere videntur.* -crh-: CIL VI 30128 (= CE 601, 2). -gr-: CIL IX 648 (*iud.*) lagrem-. -im-, -um- (*cf.* CASSIOD. gramm. VII 150, 10 [*ex Cornuto*] lacrumae an lacrimae ... quomodo scribi debeant, quaesitum est; Terentius Varro tradidit Caesarem per i eius modi verba solitum esse enuntiare et scribere: inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam; sed ego in antiquiorum multo libris, quam Gaius Caesar est, per u pleraque scripta invenio): -im- CIL IV 4987 *et passim*, -um- *l. 18.* CIL IV 4966 (= CE 934, 3) *et saepius, imprimis in titulis antiquioribus. codices variant etiam vetustissimi.* -ym-: *l. 18.* CIL V 6183^{a} (= CE 1359, 9; *a. 475*). -em-: *l. 21.* CIL XII 481 (= CE 1447, 14; *aet. christ.*). XIII 2478 (*s. VII*).

de formis: *sg. usu strictiore raro legitur* (*cf.* GLOSS. II 266, 3 δάκρυα: hae -ae singularia non habet); *gen. et dat. non nisi apud medicos usu latiore invenimus; vulgariter nom. sg.* -as ORIBAS. eup. 2, 1 C 16 La. *usu latiore sub II B. C descripto formae decl. secundae in schedis occurrunt apud* MARCELL. med. 8, 20. 8, 199. 36, 54 (*fem. septies*), DIOSC. *passim* (*gr. plerumque* ὀπός; *usu strictiore p. 838, 19; fem. deesse videtur*), *?*CAEL. AVR. chron. *p. 839, 55*, ORIBAS. *saepius* (*fem. l. 33. p. 838, 21*). *adhibentur* -us, -um, -o *saepius*, -i DIOSC. 3, 92 p. 417, 21, -u (*abl.?*) DIOSC. 1, 115 p. 58, 21 M., -um (*gen. pl.*) DIOSC. 5 praef. *acc. pl.* -a: INSCR. Année épigr. 1957 n. 37, 6 (a)et(e)rnas -a(s). *notatur* lac CIL III 12032, 1. NOT. Tir. 74, 15 -ae. lacr- *producitur* HOR. carm. 4, 1, 34 epist. 1, 17, 60. *de notione*: HIER. epist. 106, 54, 3 sive ploratum sive planctum sive fletum sive -as dixerimus, unus est sensus. SYNON. Cic. p. 426, 6 fletus. conploratus. -ae *eqs.* GLOSS. δάκρυον. -am: electrum. -a arboris: gumen. *legitur inde a* LIV. ANDR., NAEV., PLAVTO, CATONE *per totam latinitatem.* [*val.* lacrămă; *it.* lagrima, lacrima, *it. sept. vet.* láirema, *pedem.* lerma, *venet.* ágrema, *tusc.* (*Pistoia*) grálima, *neap.* lacrema, larma; *sard. centr.* lákrima, lágrima *etc.*, *mer.* lámbriga; *raet. occ.* larma, *or.* lagrime; *francog. vet. et med.* lairme, lerme, *francog.* larme, *wall.* lâme, *pic.* laarm, *norm.* lerme, *pict.* esgreme *etc.*, *biturig.* grume, armes, *borbon.* égrume, *burg.* lairme, grûme, *camp.* lęrm, *lothr.* lārm, *comit.* laigre, laigrema *etc.*; *francoprov. vet.* grouma, *francoprov.* lāgœrm, lẹgrəma, larma *etc.*; *prov. vet.* lagrema, *prov.* lágremo, -a, lagríma, lagrémo, *langued.* grûmo, larmo, lagremo, lagrumo, (le)gremo, garlemo *etc.*, *alvern.* grimo, lármå *etc.*, *lemov.* grima *etc.*; *vasc.* legrémo, lagréme, lęrma, larme; *cat.* llagrema; *hisp. vet.* lágrema, *hisp.* lágrima, *astur.* llagrima, *arag.* glárima; *port. vet.* lágrema, *port.* lágrima. *cf. M.-L. 4824. Battisti-Alessio III 2152. Wagner II 3sq. Wartburg V 118sqq. Corominas III 14. Machado II 1288. G.*]

i. q. δάκρυον: **I** *strictius gutta aquae ex oculis animantium profluens* (*inter umores corporis* VITR. 8, 3, 26 SEN. nat. 3, 15, 2 LVCAN. 9, 811): **A** *usu sollemni*: **1** *-ae indicant affectum animi* (*cf. p. 837, 81 et* OV. trist. 1, 8, 28 CVRT. 5, 2, 19. 5, 10, 13): **a** *dolorem, timorem, pudorem, paenitentiam, miserationem, iram sim.*: *α exempla varia selecta*: ① *in vita humana* (*cf.* PLIN. nat. 7, 2 *natura hominem infantem* abicit ad ... ploratum, nullumque tot animalium aliud ad -as): LIV. ANDR. carm. frg. 19 -as de ore noegeo detersit *Vlixes.* NAEV. carm. frg. 4, 3 Troiad exibant ... flentes ambae, abeuntes -is cum multis. PLAVT. Cist. 58 noli ... -is tuis mi exercitum imperare. Merc. 591 ni ex oculis -ae defendant, iam ardeat ... caput *amantis.* ENN. scaen. 132 neque terram inicere ... mihi licuit neque miserae lavēre -ae salsum sanguinem (*cf.* ACC. trag. 578 salsis cruorem guttis -arum lavit. EPICED. Drusi 113 lavant gremium. APVL. met. 8, 8, 9 sanguinem ... -ae proluerunt). frg. var. 17 nemo me -is decoret nec funera fletu faxit. TER. Andr. 126 hinc illae -ae (CIC. Cael. 61 HOR. epist. 1, 19, 41. *cf.* IVV. 1, 168 inde ira et -ae). Phorm. 107 ipsa *virgo lugens* horrida, -ae, vestitus turpis. PACVV. trag. 355 -is lingua debiliter stupet (*cf.* AFRAN. com. 214 -ae linguam saepiunt. CIC. Sest. 123 ut vox ... -is impediretur. Planc. 104 plura ne dicam, ... -ae inpediunt [OV. met. 9, 328. 13, 745]. Mil. 105 neque ... prae -is iam loqui possum. LIV. 40, 16, 1 vocem intercluserunt. 44, 45, 10). RHET. Her. 2, 31, 50 nihil ... -ā citius arescit (*plura v. Otto, Sprichw. p. 184*). CIC. Font. 47 ne ille ignis *Vestae* ... sacerdotis vestrae -is extinctus esse dicatur (*cf.* PS. CIC. exil. 8 incendium perditorum hominum -is potius meis

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quam vestro sanguine restingui. PROP. 4, 4, 46. AMM. 17, 12, 21 ut . . . belli Quadorum reliquias . . . -ae vel sanguis extingueret. AVG. in psalm. 94, 10). Att. 9, 12, 1 non . . . prae -is possum reliqua nec cogitare nec scribere (*cf.* 11, 2, 2 -is scribere prohibeor. fam. 14, 1, 5 ad Q. fr. 1, 3, 10). fam. 14, 3, 1 *epistolas* -is prope delevi (*cf.* PROP. 4, 3, 4 e -is facta litura meis. OV. epist. 3, 3 trist. 1, 1, 14. 3, 1, 16 Pont. 1, 9, 2). PVBLIL. A 19 ab amante -is redimas iracundiam. C 29 crudelis -is pascitur, non frangitur. 44 contubernia sunt -arum, ubi misericors miserum adspicit. I 58 inimico extincto exitium (*i. exitum*) -ae non habent. M 35 muliebris -a condimentum est malitiae. VERG. ecl. 10, 29 *non* -is crudelis Amor *saturatur.* OV. met. 2, 341 inania morti munera dant -as (Pont. 1, 7, 29 -as, supremum in funere m. VAL. FL. 5, 13. 5, 30). *et passim.*
ⓘ *fere pro miraculo transfertur ad: deos (exempla notabiliora):* TIB. 2, 5, 77 simulacra deum -as fudisse tepentes (*cf.* AVG. civ. 3, 11 p. 109, 1 D.). PROP. 4, 11, 60 -as vidimus ire deo. OV. am. 3, 9, 46 sunt . . ., qui -as continuisse negant *Venerem* (*sim.* ars 2, 582). met. 2, 622 neque . . . caelestia tingi ora licet -is. 10, 45 tunc primum -is . . . Eumenidum maduisse genas (*cf.* STAT. Theb. 8, 59). 13, 622 dat -as *Aurora* et toto rorat in orbe. fast. 4, 521 ut -ae (neque enim lacrimare deorum est) decidit in tepidos lucida gutta sinus *Cereris.* EPICED. Drusi 466 -as elicui . . . deo (*i. Caesari*). MANIL. 5, 328 *lyrā* addidit *Orpheus* . . . Diti -as. SEN. *p. 842, 37.* TERT. nat. 1, 10, 39 -as eius *Iovis* super Sarpedonem excutit *Homerus* (*Π* 459 αἱματοέσσας . . . ψιάδας. *cf.* AVSON. 233, 3 p. 78 P.). adv. Prax. 16 p. 257, 15 *filius* etiam passiones humanas . . . et -as . . . erat subiturus (*item de Christo sec. Vulg. Luc. 19, 41 Ioh. 11, 35* [*cf.* Hebr. 5, 7]: HIL. trin. 10, 55 HIER. hom. Orig. in Luc. 38 p. 216, 12 AVG. civ. 14, 9 p. 22, 26 D. NICET. fid. 6). adv. Val. 15 p. 194, 16 ex -is eius *Achamoth* universa aquarum natura manavit (*similiter* p. 194, 18. *al.* PS. TERT. haer. 4 p. 221, 3 IREN. 1, 4, 2 [1, 1, 7 H.] *et saepius apud eundem*). OPTAT. 1, 2 p. 4, 4 nec . . . inconsolabiles deo -as facerent (*sec. Is. 22, 4 ut* 2, 2 p. 70, 2 in cuius *baptismatis* aquae iniuria indicat deus -as suas *eqs.*). *al.* *animalia* (*cf. p. 839, 14 et de hominibus in animalia versis* OV. met. 1, 647. 732. 3, 202. *in fabulis* PHAEDR. app. 19, 6 ROMVL. fab. 23, 2): PLIN. nat. 8, 52 a moriente *leone* . . . -am . . . leto dari. 8, 157 -as interdum desiderio fundunt *equi.* CLAVD. 20, 303 -is torvi maduere leones *Cybeles.* *flumina:* OV. met. 11, 47 -is quoque flumina *lugentia* dicunt increvisse suis. *aliter in veriloquio Cocyti* STAT. Theb. 8, 29 -is atque igne tumentes Cocytos Phlegethonque. CLAVD. rapt. Pros. 1, 86. 5, 468 volvit -as.

β iuxtaposita notabiliora: conclamationes: TAC. ann. 3, 2, 2. cura: PLAVT. Capt. 928. VAL. FL. 2, 161 (*plur.*). dolor: CIC. Verr. II 2, 10 Att. 11, 2, 2. ad Q. fr. 1, 3, 2 (*plur.*). PROP. 1, 9, 7 OV. met. 9, 328. *al.* fletus: CATO or. frg. 9 CIC. Verr. II 1, 76 Flacc. 106 Planc. 76 OV. met. 4, 140. trist. 5, 1, 55 (*plur. ut* SEN. contr. 9, 6, 8. *al.*). *et saepius, v. etiam vol. VI 1, 904, 54.* funus: OV. Ib. 163. MANIL. 1, 889 (*plur. ut* SEN. Oed. 78 SIL. 13, 387 STAT. Theb. 11, 270). HIER. epist. 60, 6, 2. gemitus: *v. vol. VI 2, 1749, 84.* labores: SEN. epist. 115, 16. lamentatio: PLAVT. Merc. 870. CIC. Verr. II 4, 76 (*plur. ut* APVL. met. 9, 21, 3 RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 50, 24. MVTIAN. Chrysost. hom. 23, 3 p. 381/2 neque -is . . ., sed l., magis autem luctu [*gr.* οὐδὲ δακρύων, ἀλλὰ θρήνων . . ., μᾶλλον δὲ . . . πένθους]). SEN. Phaedr. 851. lamenta: CIC. Tusc. 2, 48 LIV. 25, 38, 8 STAT. Theb. 12, 377. 794. *al.* luctus: CATO or. frg. 9. ACC. trag. 94 (*plur. ut* LVCAN. 7, 707 QVINT. decl. 321 p. 265, 21. *al.*). CIC. Verr. II 3, 207. *et saepe.* maeror: PLAVT. Merc. 848. CIC. Cluent. 13 *et saepius* (*oratt.*). BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 31, 23. maestitia: CIC. Phil. 13, 17 TAC. ann. 3, 12, 7. misericordia: CIC. Planc. 102 TAC. hist. 2, 70, 3. oscula: TIB. 1, 1, 62 OV. epist. 3, 15 met. 4, 117. *al.* EPIST. Sapph. 101 TAC. ann. 1, 22, 2. *al.* planctus: VAL. FL. 2, 299 (*plur.*). STAT. Ach. 1, 943. plangores: APVL. met. 5, 5, 4. preces: CIC. Sull. 19 *et saepius* (*oratt.*). BELL. Alex. 59, 1 OV. epist. 4, 175 LIV. 2, 40, 2. *al.* pudor: PLIN. paneg. 2, 8. querelae: LVCR. 3, 954 BELL. Afr. 26, 3 PROP. 4, 11, 57 LIV. 1, 10, 1. 1, 59, 4. *al.* querimoniae: CIC. Verr. II 3, 207 HIER. epist. 52, 1, 1. questus: SEN. Tro. 1042. OCTAVIA 915 (*plur. ut* SIL. 16, 437 STAT. silv. 1, 2, 196 TAC. ann. 1, 7, 1. 4, 68, 3. 11, 37, 4). STAT. Theb. 10, 66. sollicitudo: LIV. 22, 59, 16. SEN. epist. 99, 11 (*plur.*). QVINT. inst. 11, 3, 5. sordes: CIC. p. red. ad Quir. 7 fam. 14, 2, 2 TAC. dial. 12, 1. squalor: CIC. Verr. II 3, 6. *al.* (*oratt.*). SEN. contr. 1, 1, 17. 10, 1, 7 ASCON. Scaur. p. 23, 28 QVINT. decl. 292 p. 163, 11. sudor: SEN. dial. 1, 2, 5. terrores: AMM. 25, 4, 25. tristitia: LVCC. Cic. fam. 5, 14, 2. HIER. epist. 51, 3, 3 (*Epiphan.*).

b *gaudium* (*non constat de* VERG. Aen. 5, 343, *v.* SERV. *ad l.; fictam lamentationem gaudentis describunt* LVCAN. 9, 1038 APVL. met. 8, 7, 1): PLAVT. Capt. 419 ut -as excutiunt mihi. Stich. 466 ut prae laetitia -ae prosiliunt mihi. TER. Haut. 306 ubi dicimus redisse te . . ., -is opplet os . . . sibi. Ad. 536 homini ilico -ae cadunt quasi puero gaudio (BELL. Alex. 24, 5 profudisse. LIV. 5, 7, 11 manare [34, 50, 1 CVRT. 7, 8, 5]. 27, 19, 12. VELL. 2, 104, 4 elicitae g. -ae. APVL. met. 1, 12, 1 -ae saepicule de g. prodeunt. 5, 7, 5 redeunt prolectante g. PETR. CHRYS. serm. 46 p. 330^{A} sicut dolore . . . ita producuntur et g. *cf.* QVINT. inst. 11, 3, 75 -as iis *oculis* natura mentis indices dedit, quae aut erumpunt dolore aut laetitia manant). SEN. Thy. 968 an habet -as magna voluptas? PETRON. 57, 1 cum . . . usque ad -as rideret. 89 vers. 17 mentis . . . gaudium -as habet. 110, 3. STAT. Theb. 7, 493 *matrem* -is gaudentibus implet *Polynices.* 12, 794 gaudent lamenta novaeque exsultant -ae. TAC. ann. 1, 5, 1 multas illic (*in salutatione*) utrimque -as et signa caritatis. PLIN. paneg. 73, 4. 73, 5. CYPR. epist. 49, 11 p. 611, 6 gaudium pectoris -is exprimentes. QVEROL. p. 25, 1 R. (*interpretatio somnii*) -ae ad risum pertinent. PRVD. apoth. 600 gaudia concipiunt -as. CLAVD. 18, 385 gaudia paene moverunt -as. AVG. civ. 22, 8 p. 581, 21 D. SVLP. SEV. dial. 3, 2, 7 cum gaudio pariter et -is Martini genua complexus. OROS. *p. 842, 28.* ENNOD. carm. 1, 9, 114 -as quas promunt gaudia.

2 *-ae profluunt vi naturali* (*in re medicinali*): CIC. Att. 10, 14, 1 lippitudo sine ulla -a est. CELS. 1, 9, 5 si nec dolor nec -ae sunt *in lippitudine.* 6, 6, 1^{A} si simul et -a . . . et crassa pituita ⟨coeperint, si ea pituita⟩ -ae mixta est, si ea -a calida ⟨non⟩ est, . . . metus non est; at si -a multa et calida *eqs.* 6, 6, 1^{B}. 6, 6, 14 causa, quae -as excitet. *ibid. iterum.* COLVM. 6, 7, 4 *si* -ae . . . oculis *boum* et pituita nari profluent. 6, 9, 2 signa febricitantis *bovis* manantes -ae. 6, 30, 5 capitis dolorem indicant -ae *equi.* SCRIB. LARG. 24 cum tenuis abundansque fluit -a. 26. 27 epiphoras, quae cum tenui et acri -a consistunt. MARCELL. med. 8, 20 ad -as et tumores oculorum lippientium restringendos (*v. p. 840, 58*). DIOSC. 1, 79 p. 44, 9 M. -um extingit *resina* (*gr. 1, 71, 6* δακρύοντας ὀφθαλμούς). ORIBAS. syn. 1, 21, 1 La p. 50, 17 Mø. reumam oculorum quae cum calida -a . . . proveniunt.

B *locutiones ad metonymiam vergentes* (*usu maxime poetico, in prosa non obvio ante* SEN. *philos.*): 1 *ponitur pro verbis lacrimosis, lamentatione flebili:* CATVLL. 38, 8 paulum quid . . . allocutionis maestius -is Simonideis. VERG. Aen. 2, 145 (*antecedit oratio Sinonis*) his -is vitam damus (*cf. l. 51 sqq.*). QVINT. decl. 329 p. 296, 2 adiciamus et -as: '. . .' ITALA psalm. 38, 13 (cod. a *al.* = VVLG.) auribus percipe -as meas (*cf.* VITA Caes. Arel. 1, 39 si tales -as non audiret). HIER. epist. 52, 1, 1 epistulam plenam -is querimoniisque. CORIPP. Ioh. 4, 277 -as nullus per templa sacerdos pro populo iam ferre potest. MAXIM. eleg. 2, 73 (*in fine carminis*) his -is longos . . . flevimus annos.
2 *ponitur pro eis, quae lacrimas movent* (*exempla modo transeuntia, modo audaciora*): VERG. Aen. 11, 96 nos alias hinc ad -as . . . fata vocant (SERV.: ad aliam sepulturam). PROP. 4, 1, 120 incipe tu -is aequus adesse novis (*nisi pertinet ad 1*). OV. am. 2, 18, 22 scribimus . . . -as, Phylli relicta, tuas. fast. 3, 482 (*loquitur Ariadne*) in -as cognite Bacche meas (*cf.* CE 1161, 1 nata . . . in -as solum, dolor omnibus). VAL. FL. 1, 724 (*Pelias minatur vindictam Iasoni absenti*) sunt hic etiam tua vulnera, praedo, sunt -ae carusque parens. STAT. Theb. 3, 116 moenibus effusi . . . quisque suas . . . ad -as . . . currunt. CYPR. mortal. 5 p. 300, 8 amare pressuras et poenas et -as mundi. VOPISC. Aurelian. 7, 5 de praeda hostis, non de -is provincialium habeant *victum milites.* LVCIF. Athan. 1, 44 p. 145, 13 *eleemosynam* de -is das alienis (*i. de bonis, quae -is aliorum parta sunt. cf.* COMM. instr. 2, 24, 10 donas . . . de -is). CLAVD. 5, 91 quis nos . . . tantis solvet -is? rapt. Pros. 3, 420 (*per hypallagen*) cur . . . ascribimus illum his -is? COD. Iust. 3, 43, 1 pr. alearum lusus . . . prodiit in -as. 3 *in circumscriptione hominis lacrimantis:* PROP. 1, 3, 46 illa fuit -is ultima cura meis. 1, 6, 24 -is omnia nota meis. 1, 19, 18 cara . . . -is ossa futura meis. OV. Pont. 1, 2, 104 pro -is ora resolve meis. SEN. Phaedr. 1261 -is pars *corporis Hippolyti* adhuc nostris abest. Tro. 1168 quo meas -as feram? clem. 2, 6, 2 donabit -is maternis filium (*cf.* PLIN. epist. 1, 22, 9 dandum filiae -is, dandum etiam nobis amicis, ne *eqs.* TERT. adv. Marc. 2, 17 p. 358, 15 largiens spatium vitae Ezechiae -is. *v. etiam l. 26*). LVCAN. 5, 281 coniugis inlabi -is. STAT. Theb. 7, 521 liquistis . . . parvosque senesque et -as has quisque domi. Ach. 2, 23 -is comitata sororum. MART. 7, 47, 6 -is (*i. lugentibus, siquidem recte traditur*) iamque peractus eras. QVINT. inst. 6, 1, 25 in locum -arum eius *Milonis* ipse *Cicero* successit. PS. QVINT. decl. 10, 18 quid possunt videre libentius -ae? TAC. ann. 15, 62, 2 -as eorum . . . ad firmitudinem revocat. PLIN. paneg. 38, 2 -as parentum vectigales esse. CYPR. epist. 11, 2 p. 497, 6 pulsanti aperitur, si modo pulsent ostium preces . . . et -ae nostrae (*cf.* 68, 1 p. 744, 10). AVG. conf. 3, 12, 21 (*loq. episcopus quidam ad Monnicam flentem*) filius istarum -arum *non* pereat.

C *per prosopopoeiam:* CLAVD. 10, 80 -ae . . . rudes (*inter numina Veneris iuxta* Irae, Excubiae).

II *latius per similitudinem:* **A** *gutta variorum liquorum:* LVCIL. 307 laevā -as muttoni absterget (*cf.* MAR. VICTORIN. defin. p. 39, 4 *turpis translatio,* si quis patrationem definiens '-as' dicat 'Veneris fatigatae', quem 'sudorem' melius nominaret). VITR. 7, 8, 1 *minium* crebras emittit -as argenti vivi. PERVIG. Ven. 17 micant -ae *roris* trementes de caduco pondere. PRVD. cath. 5, 22 (*de lucerna*) nectar . . . guttatim -is stillat olentibus. MARCELL. med. 8, 199 (*de veneno viperae*) eam sic praecantabis, ne -us exeat, ne extillet, ne noceat (*infra:* sucus). *comparatione expressa:* VITR. 7, 13, 3 e . . . plagis *conchyliorum* purpurea sanies uti -a profluens. FRONTO p. 218, 3 v. d. H. (p. 229 N.) eius leti guttam . . . minimam, quanta dissimulantis -a esse solet. *ambigue* (*c. respectu originis; cf. deorum -as in rorem sim. versas p. 837, 18. al.*): SER. SAMM. 891 seminecis cervi -am (*cf. Scrib. Larg. 163* cervi . . . in oculi angulo . . . sordes. *significantur gramae, quas* -arum faeces *dixit* TERT. adv. Val. 24 p. 201, 7). VICTRIC. 26 gelatas -as beluarum *i. margaritas.*

B *gutta ex foliis, truncis, radicibus necnon fructibus plantarum stillans* (*ambigue in fabulis p. 839, 2. 5. 10; saepius iuxta* gutta *vel*

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sucus, *quo distincto fere singulae guttae -ae dicuntur l. 29. 38. 41. 47. 55; cf.* GLOSS. *p. 836, 45*): VERG. georg. 4, 160 Narcissi -am ... favis ponunt fundamina *apes* (SERV. umorem; quod autem ait ... '-am', allusit ad fabulam *eqs. cf. Richter ad l.*). OV. ars 1, 287 illius *Myrrhae* -is, quas arbore fundit odora, unguimur et dominae nomina gutta tenet (*sim. de murra*: met. 10, 501 flet ... et tepidae manant ex arbore guttae; est honor et -is *eqs.* 509. 514 COLVM. 10, 172 SOL. 33, 9. AVSON. 325, 73 p. 112 P. [*cum sucino confundi videtur ut* SYMPH. 159]. *cf.* PLIN. nat. 12, 33 spina -a pretiosa murrae simili). met. 2, 364 *e cortice* fluunt -ae *Heliadum* (*de sucino ut*: 10, 263 PLIN. nat. 37, 31. AMBR. hex. 3, 15, 63 p. 104, 11 -a virgulti [*gr.* ὀπὸν ... φυτῶν. *cf.* EVSTATH. Basil. hex. 5, 8, 8]. SIDON. epist. 1, 5, 3 arborei metalli -as. ISID. orig. 17, 7, 71. *cf. supra l. 8. p. 836, 45 et* PLIN. nat. 37, 40 *Sophocles electrum* fieri dixit e -is meleagridum avium *eqs.*). 15, 394 turis -is et suco vivit amomi *phoenix* (LACT. Phoen. 86 t. -ae guttaque pinguis. *item de ture*: PLIN. nat. 12, 61. TERT. apol. 30, 6 grana t. ..., Arabicae arboris -as). MANIL. 4, 780 -is radicis *silphii* (DIOSC. 3, 88 p. 415, 10sqq. [*gr. 3, 80, 2* ὀπός]). CELS. 3, 18, 12 sycamini -am (5, 18, 7[B]. *cf.* 3, 18, 13 mori nulla -a est; sic vero significatur -a arboris *sycomori*. MARCELL. med. 12, 18 mori -am [12, 19]). 5, 15 papaveris -a (6, 6, 3 conbustae. 6, 6, 5[A] frictae. *et saepe apud eundem.* CAEL. AVR. acut. 1, 17, 172 opium, hoc est p. -a. *cf.* DIOSC. 4, 60 p. 34, 1 -um *meconii* [*gr. 4, 64, 7* ὀποῦ]). 5, 18, 1 -ae aridae. 5, 18, 3 balsami -ae (*eiusdem*: PLIN. nat. 12, 118. 120. HEGES. 1, 15, 3 distillat humor -is [*Ios. antiq. 14, 54* ὀπός]. DRAC. laud. dei 1, 325. *cf.* DIOSC. 1, 18 p. 14, 8 M. opobalsamu ... -us est *eqs.*). COLVM. 10, 103 medicā panacem -ā (*cf.* DIOSC. 3, 50 p. 400, 10sqq. [*gr. 3, 48, 2* ὀπόν *vel* ἀποῤῥέον]). PLIN. nat. 11, 14 *apes faciunt* melliginem e -is arborum, quae glutinum pariunt. 12, 41 fructus *arborum* ... constat ... suco, -a *eqs.* 12, 77 in Arabia et olea dotatur -a (*eiusdem*: 23, 71. DIOSC. 1, 115 p. 58, 21sqq. M. [*gr. 1, 105, 6* δάκρυον]. *cf.* ISID. orig. 17, 7, 61 -a oleastri ... duplex *eqs.*). 12, 107 Africa hammoniaci -ā stillat ([-as *Mayhoff, sed cf. l. 24. 33*]. 20, 197. 24, 23. DIOSC. 3, 94 p. 419, 8 [*gr. 3, 84, 1* ὀπός]. *cf.* PLIN. nat. 12, 134). 15, 82 destillant cummium -ā *ficus* (*i. fructus. de suco arboris*: SER. SAMM. 527 THEOD. PRISC. eup. faen. 65. 66). 17, 72 e -a nasci aliquid (*cf.* 19, 162 e -a caulis sui nascitur *holusatrum*. 21, 24 lilia ... seruntur -a sua ut hipposelinum). 17, 191 exuri oculos *vitis* -a destillante (23, 3 -a v., quae veluti cummis est. 32, 70. 75). 20, 254 laudatissimus *feniculi sucus* in Hiberia e -is. 24, 79 -a hederae (SER. SAMM. 67 aut -is h. aut suco ... cedri. PLAC. med. 9, 17 rec. *a. al.*). 24, 128 qui et sarcocollam spinae -am putent. 27, 15 caulem *aloës* ... incidunt suci gratia ...; invenitur et per se -a adhaerens. *al.* EPIST. Alex. l. 345 H. *arbores Soli sacras* in eclipsi solis ... -is commoveri. AMBR. hex. 3, 15, 63 p. 104, 3 si ... discrepent ... inter se -ae arborum ...; aliam vim habet cerasi arboris -a, aliam lentisci, disparem ... balsami guttam *eqs.* (*gr.* δάκρυον τοῦ φυτοῦ καὶ ὀπὸς ... ἄλλο γὰρ τοῦ σχίνου τὸ δάκρυον καὶ ἄλλος ὁ ὀπὸς τοῦ βαλσάμου. *cf.* EVSTATH. Basil. hex. 5, 8, 7). 3, 16, 65 p. 105, 21 suci, -ae, surculi. AVG. quaest. hept. 6, 30 p. 448, 10 terebinthi ... lignum medicinalem -am exsudat. THEOD. PRISC. eup. faen. 58 lilii ... -a. 71 tithymali -am (CASS. FEL. 12. *cf.* DIOSC. 3, 92 p. 417, 16 plurimum -um habet *euphorbia eqs.* [*gr. 3, 82, 1* ὀποῦ]). DIOSC. 3, 84 p. 412, 20 sucu *spondylii* ... siccant sicut omne -um (*gr. 3, 76, 2* χυλίσματα). 3, 86 p. 413, 13 radicis -um plurimum virtutis habet a suco virgarum *eqs.* (*gr. 3, 78, 2* ἧττον ... ἐνεργεῖ τοῦ ὀποῦ ὁ χυλός). *al.* CAEL. AVR. chron. 2, 7, 104 persicae -ā (-o *var. l.*). 2, 13, 165 *herbarum* suci vel -ae. ORIBAS. eup. 4, 24, 12 Aa pupuli arboris -us (*gr.* ὀπῷ, *La* sucus). ISID. orig. 17, 7, 71 *resina* est ... -a sudore exhalata lignorum.

C *gutta ovi fere i. q.* albumen *(eo dici -am, quod medullae albuminisque separandorum causa ovum guttatim liquetur, censet Thomas, Mélanges Havet 516)*: MARCELL. med. 8, 20 pulverem ex ovi incocti albo, id est -o. 36, 51 -as ovorum (36, 54 -um, non medullam). PLIN. VAL. 3, 14 l. 143 -am ovi (ORIBAS. eup. 4, 36, 2 Aa [La albumen, quod est -um]. syn. 3, 137, 2 La [*Aa* albumen]. 7, 20, 8 Aa [*La* albumen]. *et saepius apud eundem, fere pro gr.* ᾠοῦ τὸ λευκόν *vel* ὑγρόν).

appendix syntactica et stilistica:

1 *iuncturae verbales potiores*: a *nom.*: *cadere, profluere sim.*: PLAVT. Stich. 466 prosiliunt (MART. 1, 33, 2). ENN. scaen. 206 guttatim cadunt (*v. vol. III 16, 27. cf.* EPICED. Drusi 276 decidere [STAT. silv. 2, 7, 106 PORPH. Hor. carm. 4, 1, 34]. VAL. MAX. 5, 7 ext. 2 exciderunt [*v. vol. V 2, 1235, 48*]. SEN. dial. 2, 17, 1 prociderunt [4, 3, 2]). LVCR. 2, 977 rorantibus (HEGES. 1, 15, 3. *cf.* OV. met. 9, 368 inrorant foliis). CIC. Att. 11, 7, 6 se subito profuderunt. VERG. Aen. 3, 492 -is adfabar obortis (*v. vol. IX 2, 144, 29. cf.* SEN. Phaedr. 886 coortas [SIL. 6, 415. 7, 547]. dial. 12 [11], 12, 3 suboriuntur oculis. SIL. 9, 65 ortae). 4, 449 volvontur (10, 790 per ora [HIER. epist. 1, 3, 3. 22, 35, 3. 60, 13, 3]). HOR. carm. 4, 1, 34 manat (*v. vol. VIII 320, 29. cf.* APVL. met. 8, 9, 1 emanantibus). PROP. 4, 11, 60 -as ... ire (*v. vol. V 2, 644, 69. cf.* APVL. met. 1, 12, 1 prodeunt. 5, 7, 5 redeunt. DIOSC. 3, 50 p. 400, 10 exiet). OV. am. 1, 7, 57 fluxere per ora (*v. vol. VI 1, 970, 18. cf.* CELS. 6, 6, 1[C] profluit [6, 6, 1[D] COLVM. 6, 7, 4. 6, 30, 5. *al.*]. HIL. trin. 10, 55 -as oculis effluere. *sim. al.*). epist. 7, 185 labuntur (met. 2, 656. 10, 263). 15, 239 venientibus (ars 1, 661). EPICED. Drusi 113 erumpunt (*v. vol. V 2, 838, 40. cf.* PLIN. epist. 3, 16, 5 prorumperent). CELS. 6, 6, 1[K] si quid -ae processit (APVL. met. 8, 6, 2). SEN. epist. 99, 18 vi sua latas. PLIN. nat. 17, 191 *vitis* -a destillante (23, 71). STAT. Theb. 11, 608 serpunt. 12, 794 exsultant. APVL. met. 3, 10, 3 promicantibus. *al.* *deficere, deesse sim.*: RHET. Her. 2, 31, 50 arescit (*v. vol. II 508, 73. adde* IVL. SEV. rhet. 24 p. 370, 4 HEGES. 5, 21, 3 p. 345, 1. *cf.* CIC. part. 57 exarescit [*v. vol. V 2, 1182, 25*]. CVRT. 5, 5, 11 inarescant [*v. vol. VII 1, 834, 31*]). CIC. Phil. 2, 64 consumptis. OV. ars 1, 661 deficient (VVLG. I reg. 30, 4). EPIST. Sapph. 111 deerant oculis (SEN. contr. 7, 4, 9 SEN. dial. 12 [11], 4, 2). SEN. Herc. O. 1686 haesere (STAT. Theb. 9, 36 paratae. CLAVD. rapt. Pros. 3, 151). Oed. 59 periere. dial. 12 (11), 5, 3 numquam desinentibus (12, 18, 6). epist. 99, 20 cessant. HOMER. 30 (= 849) quierunt. STAT. Theb. 12, 167 horruerant. QVINT. inst. 11, 1, 54 substiterint. *rigare sim.* (*v. etiam p. 836, 72*): TRAG. inc. 190 -ae peredēre ... genas. OV. trist. 4, 3, 42 sparsissent -ae corpora nostra. EPICED. Drusi 199 -is ... rigantibus ora (SEN. Med. 937 SIL. 17, 215). PETRON. 113, 9 inundavere pectus -ae. b *acc.* (*mediopassiva v. sub a*): *fundere sim.*: PLAVT. Pseud. 76 non queo *oculos* -am exorare ut expuant unam modo (*cf.* SEN. Herc. O. 1274 voltus ... -am expulit). CE 59, 13 fundere (*v. vol. VI 1, 1564, 44. cf.* CIC. Font. 48 profudisse [Planc. 104. BELL. Alex. 24, 5 *syn.* proiecerat. VERG. Aen. 12, 154. *et saepe*]. Planc. 101 effudisti [*v. vol. V 2, 216, 84*]. OV. epist. 2, 95 cum ... tuis -is -as confundere nostras. CLAVD. 15, 128 refusis). CIC. Planc. 101 reddere (Rab. Post. 47. VAL. MAX. 5, 1, 10 *mortuo* [*cf.* APVL. met. 8, 7, 1]. *cf.* dare: VERG. Aen. 4, 370. 9, 293. OV. epist. 3, 15 [*iuxta* oscula *ut* met. 4, 117]. rem. 129 *mortuo* [*cf.* met. 11, 669. 720. fast. 5, 472 manibus. *al.*]. *et saepius, extra poesin raro inde a* VAL. MAX. 6, 3, 6 PLIN. nat. 8, 52). VERG. Aen. 6, 455 demisit (*v. vol. V 1, 490, 59. cf.* OV. met. 11, 458 emisit [*v. vol. V 2, 507, 83*]. SEN. epist. 76, 20 mitteret [emitteret *dett.* DIOSC. 3, 50 p. 400, 13. *al. aliter l. 44*]). PROP. 1, 18, 16 deiectis (*cf. l. 19*). OV. epist. 5, 46 miscuimus (SEN. Ag. 664 -as -is. *al.*). met. 6, 312 -as ... marmora (*i. Niobe*) manant. Pont. 1, 9, 41 -as Celso libamus adempto. EPICED. Drusi 113 congelat ... -as duratque tenetque suspensasque oculus ... intus agit (SEN. contr. exc. 3, 5, 1 introrsus. TERT. paenit. 10, 6 super te). SEN. Tro. 1011 -ae ..., turba quas ... frequentat. LVCAN. 7, 617 inpendisse ... mortibus. PETRON. 111, 4 -as commodabat lugenti (DON. Ter. Andr. 109, 2 ENNOD. epist. 1, 4, 8 p. 6, 26. *cf.* CE 213, 7 accommoda). STAT. Ach. 1, 930 solvit (CLAVD. 5, 259). AVSON. 244, 8 p. 81 P. dolor ... perpetuas rigat ... -as. VVLG. Sirach 38, 16 in mortuum produc -as (PETR. CHRYS. serm. 46 p. 330[A]. *cf.* VVLG. Ier. 9, 18 deducant oculi ... -as [13, 17. *al. aliter l. 76*]). *al.* *tenere, pellere, compescere sim.* (*v. etiam l. 32*): PLAVT. Most. 822 vix ... continere -as (*v. vol. IV 708, 59. cf.* CIC. Verr. II 4, 39 vix tenere [5, 172. *al.* CAES. Gall. 1, 39, 4. *et saepe*]. OV. am. 2, 18, 7 vix ... retentis [met. 1, 647 SEN. Tro. 925 epist. 99, 15]). TER. Ad. 335 era, -as mitte (*aliter l. 28*). LVCR. 3, 954 aufer. VERG. Aen. 2, 784 pelle. PROP. 3, 10, 8 supprimat (EPICED. Drusi 427. SEN. contr. exc. 4, 1, 1 imperio. SEN. dial. 11 [12], 1, 1 *et* 18, 4. *cf.* Herc. f. 642 reprime [epist. 63, 1. STAT. Theb. 2, 355 *coniugis*. HIER. epist. 60, 14, 6]. dial. 12 [11], 15, 5 non potuisset ... -as alienas conpescere [*v. vol. III 2063, 38*], nisi ... pressisset suas. SIL. 15, 819 compressit [*aliter l. 65*]). OV. am. 1, 7, 57 suspensae (EPICED. Drusi 113 PRVD. cath. 10, 118). met. 13, 539 -as introrsus obortas devorat ipse dolor (fast. 4, 845). fast. 1, 367 siste (1, 480. 6, 154 SEN. epist. 116, 4 CE 541, 2). EPICED. Drusi 8 -as temperat ... tuas. SEN. Ag. 659 cohibete (*v. vol. III 1546, 15. cf.* Herc. O. 1945 meas inhibet -as fragor [CVRT. 10, 6, 3]). SIL. 9, 350 pone (TAC. Germ. 27, 1). STAT. Theb. 2, 315 -as incluserat ira (12, 318 dolor). TAC. hist. 2, 48, 1 suorum -as coercens. APVL. met. 5, 7, 5 sedatae. 8, 13, 4 abicite. PLAC. med. 29, 2 rec. β ad -as ... restringendas (MARCELL. med. 8, 20. *al. cf.* 8, 199 substringendas). *al.* *movere, elicere*: PLAVT. Capt. 419 -as excutiunt mihi (*v. vol. V 2, 1309, 84*). Cist. 112 mi excivisti -as (TAC. ann. 11, 2, 1. *cf.* VERG. Aen. 6, 468 ciebat [*v.* SERV. *et Norden ad l.*]). Trin. 291 eliciunt (*v. vol. V 2, 367, 19*). CIC. nat. deor. 2, 7 risus ... -as ... attulit (Att. 12, 13, 1 QVINT. inst. 11, 3, 5. *cf.* LIV. 6, 3, 4 Etruscis ... luctum -asque ferre). LVCR. 5, 1197 peperere (PETRON. 113, 9 dolore par[a]tae). BELL. Alex. 24, 4 compressis pueri -is Caesar ... commotus (*aliter l. 50. cf.* SEN. contr. 9, 6, 8 populi -as suis expressit [*v. vol. V 2, 1785, 8*]). TIB. 1, 10, 63 movisse (OV. epist. 10, 148. met. 11, 674 [*per zeugma*] -as m. atque lacertos. SEN. contr. exc. 8, 6, 4. *al. cf.* CVRT. 5, 5, 7 commovere [SVLP. SEV. dial. 18, 5]). OV. met. 11, 473 renovat ... locus ... Alcyonae -as. LIV. 1, 29, 5 conspectus aliorum ... integrabat -as. SEN. contr. exc. 4, 1, 1 inritantur (HIL. AREL. vita Honorat. 30 l. 6). 9, 6, 8 illi extorquebo -as. CELS. 6, 6, 14 quae *causa* -as excitet (*cf.* QVINT. inst. 11, 3, 8 concitasse). SEN. dial. 2, 5, 2 evocant (*cf.* MIN. FEL. 37, 12 provocat [DIOSC. 4, 105 p. 54, 11]). 5, 33, 4 quae nobis -as educunt (*cf.* VVLG. Sirach 22, 24 pungens oculum deducens -as [*aliter l. 40*]). epist. 115, 16 exigit *avaritia*. *simulare*: TER. Andr. 558 -ae confictae (*cf.* SEN. epist. 99, 20 finguntur [STAT. Theb. 7, 497. APVL. met. 10, 27, 1 fictas mentitasque. *al.*]). PVBLIL. P 39 paratae (*i. simulatae ut* PETRON. 17, 2 IVV. 6, 273 CYPR. GALL. iud. 683. *in neutram partem* STAT. Theb. 9, 36). VERG. Aen. 2, 196 coactis (*v. vol. III 1533, 20*). OV. am. 2, 2, 36 simulet (LIV. 38, 14, 14 simulatis -is [40, 12, 3 SEN. dial. 3, 2, 5]. *cf.* AVSON. 452, 3 p. 395 P. dissimulans). MART. 1, 33, 2 iussae. *detergere, siccare sim.*: LIV. ANDR. carm. frg. 19 -as ... detersit (*v. vol. V 1, 796, 55. cf.* LVCIL. 206 absterge [307.

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

v. vol. I 189, 41]. PETRON. 9, 2 extersit. CYPR. epist. 10, 4 p. 494, 3 tergeatis). PROP. 1, 19, 23 siccare (Ov. epist. 18, 25 met. 8, 469. 9, 395 fast. 3, 509. QVINT. inst. 11, 1, 6 iocis. *al. cf.* SEN. dial. 12 [11], 6, 5 adsiccandae sunt). STAT. silv. 2, 7, 106 *Calliope* decidentes abrasit -as ... plectro. *al.* c *dat.*: CIC. Tusc. 2, 48 si se lamentis ... -isque dedet (*cf.* LVCC. Cic. fam. 5, 14, 2 te tradidisti). Ov. met. 9, 142 indulsit (*v. vol. VII 1, 1252, 33*). LIV. 30, 20, 1 vix -is temperans (CVRT. 7, 2, 7 TAC. ann. 15, 16, 4 AVELL. p. 103, 21). SEN. Herc. O. 1507 parce (dial. 12 [11], 4, 1 OCTAVIA 646 SIL. 3, 133 STAT. silv. 5, 1, 179 CE 1358, 3). SIL. 2, 652 imperet. LVCIAN. Cypr. epist. 22, 1 p. 534, 2 non ... tantis -is incumberemus (*v. vol. VII 1, 1074, 9*). *al.* d *abl.: confici sim.*: PLAVT. Capt. 928 me ... -is maceravi. TER. Phorm. 975 -is si exstillaveris. CIC. Cluent. 13 consenescebat. Mur. 86 perditus. fam. 14, 3, 5 debilitor. 14, 4, 1 conficior. VERG. Aen. 2, 651 effusi. Ov. met. 5, 427 absumitur *Cyane* (*corporaliter ut* 9, 663 consumpta. *translate* VAL. FL. 4, 169 absumor). LVCAN. 9, 171 exhausta. PETRON. 110, 3 turbata. PS. QVINT. decl. 15, 12 resolutus. *implere sim.*: PLAVT. Pseud. 10 -is lavis *tabellas* (ENN. scaen. 311. ACC. trag. 420 vultum [Ov. met. 9, 680]. AFRAN. com. 322. Ov. ars 3, 744 vulnera ... lavat. CALP. decl. 24 *manum patris* puer lavi. TERT pudic. 11 p. 241, 4. *al. de usu disserit* FRONTO p. 58, 17 v. d. H. [p. 64 N.] -is ... genas 'lavere' dicam, non pelluere neque colluere. *cf.* Ov. Pont. 1, 9, 53 diluit. CYPR. epist. 43, 5 p. 594, 16 abluitis [59, 13 p. 680, 22. *al.*]). TER. Haut. 306 -is opplet os (RVT. LVP. 1, 21. *cf.* VERG. Aen. 4, 30 implevit [*v. vol. VII 1, 629, 39*]. Ov. met. 4, 140 supplevit. HIER. epist. 39, 1, 4 conplentur). CIC. Arat. 147 -is ... sparserunt *Heliades Eridanum* (LVCR. 2, 977 VERG. Aen. 11, 191 *et saepius in versibus. cf.* CIC. Planc. 99 conspersit. VAL. MAX. 5, 10 ext. 2 respersa). LVCR. 1, 920 umectent (CLAVD. 5, 259. *cf.* Ov. am. 1, 6, 18 uda sit ... facta. Pont. 1, 9, 2 umida facta. APVL. met. 8, 9, 1 cohumidat). 3, 469 rorantes ora (EPIST. Sapph. 97. *cf.* SIL. 2, 123 irrorat [*v. p. 442, 13*]). VERG. Aen. 1, 228 suffusa oculos (VAL. MAX. 2, 6, 8 PLIN. paneg. 2, 8. *cf.* VERG. Aen. 12, 64 perfusa genas [Ov. epist. 11, 115 te ... -is perfundere. *al.* CVRT. 5, 12, 8 PETRON. 91, 4 SIL. 3, 332. 3, 434. *al.*]). 9, 251 ora rigabat (Ov. Pont. 2, 11, 9 SEN. Ag. 922 LVCAN. 4, 180 VAL. FL. 4, 51 SIL. 6, 294 STAT. Theb. 3, 130 APVL. met. 10, 6, 1. *al.*). TIB. 2, 6, 32 madefacta ... serta. Ov. epist. 7, 186 pro -is sanguine tinctus erit (met. 2, 622. 9, 567 BOETH. cons. 2 carm. 6, 6). STAT. Theb. 9, 74 lubrica tabo ora ... tergit -is. TERT. coron. 12 l. 29 delibuitur. adv. Marc. 4, 18 p. 480, 15 inundaret (adv. Val. 15 p. 194, 18). *al.* *flere sim.*: PLAVT. Pseud. 100 nisi ... -is (drachmis *trad.*) fleveris argenteis (AVSON. 159, 2 p. 28 P. [*aliquem ut* 233, 3 p. 78 P. MAXIM. eleg. 2, 73]. VVLG. Tob. 10, 4 CE 969, 2. *cf.* SEN. Oed. 33 deflenda -is funera [RVFIN. hist. 5, 28, 12 CE 663, 1. 1183, 12]). Ov. met. 1, 732 queri. STAT. silv. 3 praef. cum lugeret veris ... -is ... patrem (CE 1375, 16). IVV. 13, 134 ploratur -is ... veris (VVLG. Mich. 1, 10). SVET. Claud. 36 -is ... miseratus est condicionem suam (HYG. astr. 2, 4 p. 36, 12). APVL. met. 8, 31, 2 lamentatus. ITALA Mich. 2, 6 (Weing.) lacrimari -is (*gr. rec. Luciani* δακρύετε δάκρυσι, *Vulg.* loquamini loquentes). CYPR. epist. 11, 1 p. 495, 15 et ieiuniis et -is ... ingemescamus. *madere sim.* (*v. etiam p. 839, 32*): PROP. 4, 7, 28 -is incaluisse togam. Ov. epist. 5, 56 umet harena (met. 10, 509. LIV. frg. 60 vix attollentes ⌊-is oculos humentes⌋ intueri ... poterant [*sic Müller,* -is o. homines *codd.,* prae -is o. homines *Gronovius*]). 10, 55 toro manante (BOETH. cons. 1, 4, 1 W.). met. 11, 418 genae maduere (*v. vol. VIII 33, 50. cf.* trist. 1, 9, 34 inmaduisse). STAT. Theb. 12, 488 altaria sudant. silv. 2, 1, 17 ora natant. *varia*: TIB. 2, 6, 43 -is oculos ... foedare (APVL. met. 4, 34, 3 ora. *cf.* Ov. am. 3, 6, 57 corrumpis ocellos [ars 1, 129]). Ov. epist. 8, 109 -is oculi funguntur. CVRT. 5, 4, 24 ut vix -is abstinerent. SIL. 6, 545 absiste. e *praepos.*: ab: VERG. Aen. 2, 8 temperet. ad: PLAVT. Bacch. 981 ad -as coegi hominem. CIC. Sull. 91 recciderunt. LIV. 44, 31, 13 effusus. SEN. epist. 63, 1 prolapsis. *al.* in *c. acc.* (*vi finali p. 838, 36*): VERG. Aen. 4, 413 ire ... in -as (*v. vol. V 2, 647, 39*). Ov. met. 15, 549 liquitur *Egeria*. fast. 2, 755 (*antecedit oratio*) desinit in -as (-is *var. l.*). Ib. 206 cogi. SEN. contr. 9, 6, 11 concitet. suas. 6, 19 solvit pectora omnium in -as (LVCAN. 8, 107 lumina. *cf.* HIL. trin. 10, 55 dissolvit). VAL. MAX. 4, 7, 4 profusus (9, 9, 2. *cf.* TAC. ann. 1, 11, 3 effundi [*v. vol. V 2, 226, 16*]. HIER. epist. 38, 1 fusus). SEN. dial. 9, 15, 5 excidentem. 11 (12), 14, 1 agat. VAL. FL. 3, 395 fatiscunt. *al.* *c. abl.* (*cf. etiam p. 842, 67*): CIC. fam. 14, 2, 2 iacere in -is et sordibus. *pro abl. instr. poni videtur*: GREG. M. dial. 3, 34 p. 212, 13 M. sese in -is afficit *anima* (*cf.* p. 213, 21 sese in -is ... adfligit). 4, 62 p. 325, 12 conflemus in -is duritiam mentis. BENED. reg. 52, 4 oret, non in clamosa voce, sed in -is et intentione cordis.

2 *iuncturae nominales selectae*: **a** -a *determinatur*: α *epitheta notabiliora*: ENN. scaen. 132 miserae (*cf.* IVST. 23, 2, 9 miserabiles [*v. vol. VIII 1111, 5*]). ACC. trag. 420 salsis (LVCR. 1, 125. 1, 920 CELS. 6, 6, 1C IREN. 1, 4, 4 [1, 1, 8 H.]). CIC. carm. frg. 28, 4 diurnis. Verr. II 1, 153 populares. p. red. ad Quir. 7 cotidianae (QVINT. decl. 267 p. 91, 21). fam. 4, 7, 6 assiduae (*v. vol. II 884, 28 et cf.* APVL. met. 3, 13, 1 -arum adsiduitas). VERG. Aen. 4, 449 inanes (*v. vol. VII 1, 824, 46. cf.* SEN. dial. 12 [11], 5, 4 inutilibus. APVL. met. 4, 34, 3 inefficacibus [*v. vol. VII 1, 1289, 5*]). 5, 343 decorae. HOR. carm. 4, 1, 34 rara. TIB. 1, 1, 62 tristibus (SIL. 13, 387 IVVENC. 2, 370. *cf.* BOETH. cons. 4 carm. 7, 12 maestis). 2, 5, 77 tepentes (*cf.* CELS. 6, 6, 1 [*quater*] calida [ORIBAS. syn. 1, 12, 1 La p. 50, 17 Mø.]) PROP. 1, 16, 4 supplicibus (CASSIOD. var. 4, 50, 1). 1, 16, 32 invitis. Ov. epist. 11, 115 iustis (LIV. 3, 58, 6). 14, 127 fidelibus. met. 6, 397 caducas. 6, 505 mites. 6, 535 piis (13, 622 trist. 4, 3, 42 AVG. in psalm. 83, 10. *al.*). LIV. 40, 12, 3 veras (STAT. silv. 3 praef. QVINT. decl. 342 p. 352, 17 IVV. 13, 134). SEN. contr. 2, 3, 4 intempestivae. 10, 1, 6 necessarias. SEN. dial. 11 (12), 14, 1 infinitas. epist. 63, 1 nimiae. SCRIB. LARG. 24 tenuis abundansque (27 tenui et acri. PLIN. nat. 12, 120 MARCELL. med. 8, 122). VAL. FL. 3, 371 dulcibus (*v. vol. V 1, 2191, 38*). SIL. 13, 312 turpi (STAT. Theb. 8, 59). STAT. Theb. 7, 497 molles. QVINT. decl. 247 p. 14, 14 uberes (IVV. 6, 273 APVL. met. 9, 21, 3. *al.*). APVL. met. 5, 7, 3 diutinis. 8, 13, 4 importunas (*cf.* CLAVD. 18, 268 ineptas). AVSON. 244, 8 p. 81 P. perpetuas (CE 1370, 12 *a. 525.* 1561, 3 *a. 474*). HIER. epist. 11, 4 amarae (*v. vol. I 1822, 63*). CLAVD. 14, 4 simplices. 20, 144 largis. CE 969, 2 parveis (1968, 7 minimae). *al.* β *indicatur obiectum: praepos.* (*post gen. subi.*): CIC. Verr. II 5, 109 patris -ae ... de fili periculo. SEN. contr. 10, 1, 6 miserrimi inter necessarias super occisum patrem -as ... inertiam (*cf. p. 837, 22*). *gen.*: VERG. Aen. 1, 462 sunt -ae rerum. 2, 784 -as dilectae pelle Creusae. CASSIOD. Ios. antiq. 4, 259 sufficiunt ... isti dies ... ad -as amatorum (*gr.* δακρύοις ... τῶν φιλτάτων). CE 1401, 5 (*vix ante s. VI*) -as tam mortis acervae. 1534A, 1 coniugis amissae -as ... me fudisse. γ *accedit gen. explic.* (*v. etiam sub II BC*): PLIN. nat. 11, 146 misericordiae -a. CYPR. laps. 36 p. 263, 14 paenitentiae (LEO M. serm. 49, 6 VAL. CEM. hom. 4, 2 p. 705A SERM. Caspari Anecd. p. 216, 9. *cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 32, 1 poenae). HEGES. 5, 21, 3 p. 345, 1 supremorum munerum (*cf. p. 837, 11*). AVG. in euang. Ioh. 111, 3 desiderii. OROS. hist. 2, 17, 14 gaudiorum. HIL. AREL. vita Honorat. 26 l. 4 pietatis.

i. q. aliquantulum lacteus (*fere de colore; de teneritate infantiae l. 25*): CATVLL. 55, 17 num te -ae tenent puellae? AVSON. 396, 46 p. 252 P. *musculus piscis* testae duplicis conditur in specu, quae ferventis aquae fota vaporibus carnem -i visceris indicat. PRVD. perist. 3, 165 columba . . . martyris os nive candidior visa relinquere . . .; spiritus hic erat Eulaliae -us, celer, innocuus. 11, 245 cum -is caulas compleveris agnis (*cf.* psych. 792 ovem). tituli 115 fumant -o parvorum *in Bethlehem caesorum* sanguine cunae.

***lacteris,** -idis *et* lacterida, -ae *f.*, λαθυρίς, *voci q. e.* lac *adaptatum. cf.* lactoris, lathyris. *scrib. in* GLOSS. *etiam* -tar-.

nomen herbarum: 1 *euphorbiae L.*: PS. THEOD. PRISC. add. p. 306, 22 -darum purgatarum (307, 1 mundatarum). ALEX. TRALL. 2, 153 -des (2, 225. 250). GLOSS. III 592, 20 -da (596, 3). 2 *thymelaeae*: GLOSS. III 556, 44 -das (557, 26). 559, 69 -da. *al.* 3 *cicerculae*: ORIBAS. (*v.* lathyrus).

lactēs, -ibus *f.* (*m. l. 37. 44*). *a* lac (*derivaturne a* labi *l. 57? cf. l. 46*). *de formis*: SACERD. gramm. VI 472, 4sqq. (*sim.* PROB. cath. gramm. IV 7, 9sqq.) *lac* declinatur numero tantummodo singulari, nam quod Plautus -es posuit genere masculino, numero plurali, non a nominativo hoc lac vel hoc lacte, sed hi -es numero semper plurali; sunt autem -es partes corporis in intestinis pinguissimae. PRISC. gramm. II 213, 3 hae -es partes sunt intestinorum a Graeco γαλακτίδες dictae, et servaverunt apud nos quoque idem genus, cuius *nominis* singulare haec -is est (*affert* TITIN., POMPON.; *cf. p. 817, 34*). GLOSS. II 359, 34 singularia non habet (*sim.* 361, 56). *acc.* -is: TITIN. *de genere (masc. testantur* SACERD., PROB. *ll. c.*, CONSENT. gramm. V 348, 24; *fem.* DIOM. gramm. I 328, 2. PRISC. *l. c.*): *fem. tantum exstare videtur.* [*val.* lapți. *cf. M.-L. 4828. G.*]

i. q. intestinum tenuius (EXC. Bob. gramm. I 549, 16 λοβοὶ τῶν σπλάγχνων, λεπτὰ ἔντερα. *sim.* GLOSS. II 359, 34. 361, 56. *adiecto* τῶν ἐρίφων GLOSS.[L] II Philox. LA 30. *v. etiam l. 39. 40*): 1 *animantium terrestrium*: PLAVT. Curc. 319 cibi vacivitate venio lassis -bus. Pseud. 319 qua opera credam tibi, una opera alligem fugitivam canem agninis -bus (TITIN. com. 90 -is agninas. *cf. l. 49*). POMPON. Atell. 61 oro te . . . per -es tuas. PERS. 2, 30 qua tu mercede deorum emeris auriculas? pulmone et -bus unctis? (SCHOL.: loca in lateribus sub umbilico pube tenus . . ., vel . . . membranae, quibus cohaerent inter se intestina. *v. etiam p. 853, 56*). PLIN. nat. 11, 200 ab hoc ventriculo *deorsum sunt* -es in ove et homine, per quas labitur cibus, in ceteris *animantibus* hillae, a quibus capaciora intestina ad alvum (1, 11, 79).
2 *piscium*: SVET. Vit. 13, 2 murenarum -es (*inter cibos exquisitos ut*: LAMPR. Heliog. 23, 8 m. -bus et luporum). TERT. resurr. 4 p. 30, 17 -bus (iact- *var. l.*) piscium.

lactēsco, -ere. *a* lac; *cf.* PRISC. *supra l. 1.* [*var. l. minus probab. pro* glaciescere PLIN. nat. 20, 230.]

i. q. lac vel lactentem fieri (*vis incohativa augeri vid. verbo* coepisse *l. 67*): 1 *respicitur lac animantium*: CIC. nat. deor. 2, 128 in iis animantibus, quae lacte aluntur, omnis fere cibus matrum -ere incipit ([*inde* MIN. FEL. 18, 2 ut ubera partu maturescente -ant et ut tener fetus ubertate lactei roris adolescat]. AVG. in euang. Ioh. 98, 6 l. 6 [*ad I Cor. 3, 2, v. p. 818, 59*] usque adeo non est lacti contrarius solidus c., ut ipse -at, quo possit esse aptus infantibus; *quae seq. v. l. 76*). PLIN. nat. 11, 236 asinae praegnates continuo -unt. AVG. epist. 150 p. 381, 18 *filiabus Christianis* est uberior . . . felicitas . . . non -ere pectore, sed corde candescere. *allegorice* (*acced.* quodammodo, velut): AVG. conf. 7, 18, 24 verbum caro factum est (*Ioh. 1, 14*) ut infantiae nostrae -ret sapientia tua *sc. dei* (in euang. Ioh. 98, 6 l. 9 [*cf. l. 69*] sicut fecit etiam mater ipsa s., quae, cum sit . . . angelorum solidus cibus, dignata est quodammodo -ere parvulis. GREG. M. in cant. p. 174, 18 quasi fecit *dominus* eam *s.* in carnis ubera -ere). pecc. mer. 2, 32, 52 miracula . . ., unde ipsa fides velut quibusdam primordiis -entibus germinaret et . . . coalesceret. in psalm. 33 serm. 1, 6 l. 14 ut mensa illa (*i. corpus et sanguis Christi*) -ret et ad parvulos perveniret; unde autem fit cibus lac? *eqs.* (*sim.* PS. AVG. serm. 149, 2 = CAES. AREL. serm. 202). 2 *respicitur sucus herbarum*: PLIN. nat. 17, 15 -entibus satīs (18, 281 est . . . in caelo qui vocatur lacteus circulus, etiam visu facilis — huius defluvio velut ex ubere aliquo sata cuncta -unt — duorum siderum observatione *eqs.* [*parenthesin del. Mayhoff, def. Kroll, Philol. 93, 1938, 190*]). 17, 222 -entes germinum oculos. 26, 60 linguae tactu -ens *scamonium.* CARM. de resurr. 22 ut . . . -ant hordea culmis. SERV. georg. 1, 315 (*e Varrone; v. p. 848, 66*). AVG. civ. 4, 8 p. 156, 3 D. florentibus frumentis deam Floram, -entibus deum Lacturnum, maturescentibus deam Matutam *praefecerunt Romani.*

***lacteus,** -a, -um. *a* lac. *scrib. in codd. hic illic* -ius (*litt. graec.* -ια) *p. 853, 11. 12.* *inde a* LIV. ANDR., CIC., LVCR., VERG. [*it. vet.* lazzo, *tusc.* (*Lucca*) erba lazza, *cors.* làzzu(lu); *port.* laço. *cf. M.-L. 4829, Battisti-Alessio III 2188sq. Machado II 1314. G.*] [*falsa var. l. pro* cereus *l. 42.* *confunditur c.* luteus: PLIN. nat. 25, 172 (*v. l. 62*). GLOSS.[L] III Abol. LA 14. *cf. l. 58.*]

i. q. ad lac pertinens, lactis speciem gerens sim. (GLOSS. -um γαλακτίζοντα. γαλάκτινον. *cf.* CAPER *p. 850, 12*): 1 *fere i. q. lacte constans* (*pro gen. identitatis*): LIV. ANDR. trag. 38 quem ego nefrendem (*i. infantem*) alui -am inmulgens opem. LVCR. 1, 258 candens -us umor uberibus manat distentis (OV. met. 9, 358. 15, 79. *cf.* TIB. 2, 3, 14c liquor. MIN. FEL. 18, 2 roris [*v. p. 851, 68*]. LACT. opif. 12, 17 fontibus -is fecundum pectus exuberat [HIER. in Is. 11, 6/9 l. 31 *de terra promissionis sec. exod. 3, 8*: stillabunt mella . . . -isque f. omnia complebuntur. *cf. l. 37*]). SEDVL. op. pasch. 1, 4 -i potus ubera (FVLG. RVSP. serm. 1, 1 p. 721[A]).

2 *fere i. q. lacte plenus, nutritus sim.* (*c. colore teneritatis maxime l. 33*): VERG. georg. 2, 525 ubera vaccae -a demittunt (FVLG. aet. mund. p. 177, 20. HEGES. 4, 1, 2 [*in imag.*] nemus . . . fluvio . . . nutrimenta . . . -is [laetis *var. l.*] uberibus infundit. DRAC. Orest. 567. *cf.* PAVL. NOL. carm. 20, 315 sumina. MART. CAP. 2, 126 papillam). MORET. 103 (*97* caseus adicitur) nec totus viridis *color moreti*, quia -a frusta repugnant, nec de lacte nitens *eqs.* SEN. Oed. 470 -a Massagetes qui pocula sanguine miscet (STAT. Ach. 1, 307 VIGIL. THAPS. c. Arian. 1, 10. *aliter p. 853, 5*). MART. 3, 47, 12 -um . . . porcum. 3, 58, 22 cingunt . . . -i focum vernae (*de hominibus ut* APVL. met. 10, 32, 1 teretes et -os puellos. MEROB. carm. 4, 13 prolem. *cf.* PS. AVG. serm. ed. Mai 82, 1 suscipiunt dura praesepia -um corpus *Christi.* 150, 2 dum ille *carnifex Bethlemiticus* -os artus . . . elideret). PRVD. ham. 479 (*de terra promissionis, cf. l. 20*) cui *solo* melle . . . glaeba fluens niveos permiscet -a rivos. ENNOD. opusc. 1, 11 p. 264, 17 (*in imag.*) nec virtutum messem -us (lactens *M*): . . . culmus attulerat (opusc. 6, 9 p. 404, 24).

3 *respiciuntur variae qualitates*: a *maxime color albus, candidus* (CAPER gramm. VII 98, 3 -a: candida *afferens* HOR. carm. 1, 13, 2 -a [cerea *codd. Hor.*] . . . bracchia): α *de galaxia* (*fusius* MACR. somn. 1, 15, 1—7 ISID. orig. 3, 46. 13, 5, 7): CIC. Arat. 249 candentem . . . circum, -us hic nimio fulgens candore notatur (*gr. 476* γάλα. *cf.* PLIN. nat. 2, 91 circuli. *al.*). 286 orbis ([*gr. 511* πολιοῖο γάλακτος]. rep. 6, 16. MANIL. 1, 753 CE 1438, 17). OV. met. 1, 169 via . . .; -a nomen habet, candore notabilis ipso. SEN. nat. 7, 15, 2 plagam caeli, cui -a nomen est (STAT. silv. 1, 2, 51 PAVL. NOL. carm. 14, 48). AVSON. 153, 38 p. 9 P. caeli semita. HIER. epist. 23, 3, 2 in -o caeli palatio. MACR. somn. 1, 15, 4 compagem. MART. CAP. 2, 207 fluminis. DRAC. Romul. 5, 325 axis. -us *fere pro subst.*: MACR. somn. 1, 12, 5 quo se zodiacus -usque contingunt. *al.* GLOSS. III 292, 67 γαλακτίας -us (495, 24. 512, 5). β *alia exempla*: VERG. Aen. 8, 660 -a colla auro innectuntur (SIL. 4, 154. 16, 519 NEMES. ecl. 2, 80 PAVL. NOL. carm. 31, 36 SIDON. carm. 11, 110. *cf.* VERG. Aen. 10, 137 cervix [APVL. met. 5, 22, 5 HIL. AREL. vita Honorat. 8 l. 6 MAXIM. eleg. 1, 93]. APVL. met. 3, 14, 2 cutem [SIDON. epist. 1, 2, 3]. CHALC. comm. 197 virgo [*sec. Empedocl. B 117, ubi* κόρη *tantum*]. *cf. l. 33sqq.*). PRIAP. 86, 12 luteae violae . . . -umque papaver pallentesque cucurbitae (*cf.* COLVM. 10, 188 punicea depexa coma, sed -a crure est *lactuca.* PLIN. nat. 21, 164 *phrenion* aut . . . phoenicium florem habet . . . aut purpureum aut -um [25, 172, *ubi* lut- *trad., corr. e Diosc. 2, 175, 1* γαλακτίζον, *unde pendet etiam* PS. APVL. herb. 8 l. 26]. VERS. metr. Mar. Victorin. gramm. VI 105, 15 -a sanguineis lilia mixta rosis. CASSIOD. or. frg. p. 481, 11 margaritarum . . . -ae coronae). OV. Pont. 3, 3, 97 neque mutatur nigra pice -us umor nec, quod erat candens, fit terebinthus ebur (PLIN. nat. 15, 80 *fici* [16, 181]. CENS. 11, 3 quod ex semine conceptum est, sex . . . diebus u. est -us, deinde . . . sanguineus [*cf.* 11, 5 -um . . . conceptionis fundamentum. 11, 10 *semen* -um . . . vocaverunt ἔκρυσιν]. VINDIC. med. 8 cibi . . . materies . . . in -um humorem mutata. *cf. l. 18*). PLIN. nat. 5, 16 *euphorbeae* -um sucum (15, 109 in capite ficis [23, 117 fici. *cf. l. 66*]. 19, 168 *papaveris nigri.* 20, 239 *sinapi. al. defluit ex orbe -o*: 18, 282 si . . . aer genitalem illum -umque s. transmisit in terras, *eqs.* [*cf. l. 42sqq. p. 848, 66*]). 10, 188 quae *sanies* -a ore *salamandrae* vomitur. 12, 52 id solum *Saribae regionis* e rubro -um traditur (*cf.* 37, 21 rubescente -o *colore murrinorum*). 35, 184 limpidum -umque *alumen.* 35, 194 Selinusiae *terrae* -i coloris (LACT. Phoen. 102 CASSIOD. in psalm. 44, 3. *cf.* PRVD. cath. 2, 70 candore [DRAC. Romul. 2, 66]). 37, 91 (*e Satyro*) onychem . . . varias . . . cum -is habere venas. MART. 8, 45, 2 gemma. APVL. met. 1, 19, 8 latice fontis -o (*de aqua ut* ZENO 2, 38 -i fontis lavacro. 2, 46 = 2, 47 sacri oceani -o profundo. *cf. l. 27*). PRVD. ham. 804 columbarum nubis. perist. 5, 32 minister altaris dei septem ex columnis (*i. diaconis*) -is. PAVL. NOL. carm. 18, 24 (*de nive*) -a . . . labuntur vellera caelo. MART. CAP. 1, 67 calymmate. 5, 514 (*versus*

[Heine]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

labdacismum illustrans) sol et luna luce lucent alba, leni, -a (*cf.* 6, 585 Luna. ENNOD. carm. 2, 128, 4 Cynthia per croceas fulgebat -a bigas). 7, 729 -i luminis facem. SIDON. epist. 4, 13, 2 -a dentium compage. 4, 20, 1 flammeus cocco, rutilus auro, -us serico. CASSIOD. var. 12, 4, 6 -o poculo (*aliter p. 852, 31*). VEN. FORT. carm. 5, 5, 37 -a canities. *al.* γ *in nominibus herbarum*: SER. SAMM. 1097 *ad verrucas tollendas adhibetur* herbae sucus, quae -a nomine fertur (*A*, fertur nomine lecher [*vel* lether *sim.*] *cett.*, lecther, lichen *edd. vett.*; *cf. p. 849, 65*). Ps. DIOSC. Vind. 3, 8 p. 14, 13 λάκτεα κάρδους (*v. vol. III 448, 11. 14*). 4, 164 p. 312, 21 τιθύμαλλος ἡλιοσκόπιος· . . . Ῥωμαῖοι ἔρβα λάκτια. 4, 168 p. 316, 16 πέπλιον· . . . Ῥωμαῖοι πορτούλακα μίνορ, οἱ δὲ λάκτια. δ *in comparationibus de genere dicendi factis*: QVINT. inst. 10, 1, 32 neque illa Sallustiana brevitas . . . captanda nobis est neque illa Livi -a ubertas satis docebit eum *iudicem*, qui . . . fidem quaerit (*inde* HIER. epist. 53, 1, 3 Livium -o eloquentiae fonte manantem. *vix significantur dulcitas, ubertas, cf. Quint. inst. 2, 5, 19* candidissimum). AVSON. 419, 18 p. 358 P. o mentis aureae dictum *imp. Gratiani* bratteatum, o de pectore candidissimo -i sermonis alimoniam (AMBR. bon. mort. 5, 20 [*ad cant. 5, 1* bibi vinum . . . cum lacte] -us s., purus et candidus. CASSIOD. inst. 1, 20 Ambrosius, -i s. emanator. *cf.* VINCENT. LER. 17, 6 tam amoena, tam -a, tam dulcis oratio *Origenis*. ENNOD. carm. 1, 8, 47 verba [*cf. l. 36*]). CASSIOD. inst. 1, 17, 1 per vicissitudines rerum . . . -o quidem sed cautissimo nitore decurrunt *historici ecclesiastici*.

b *vis nutriens spiritus ap. Christianos* (*fere sec. I Cor. 3, 2 p. 818, 59*): PELAG. Ps. Hier. epist. 7, 1 p. 105^C domini verba . . ., quae . . . tibi . . . parvulo . . . -a . . . porriguntur. PHILIPP. in Iob 38 p. 749^D doctrina (39 p. 767^C APON. 6 p. 115). AVG. c. adv. leg. 2, 2, 6 dedit *Paulus* . . . -a, non noxia, nutritoria, non peremptoria. in euang. Ioh. 97, 2 l. 2 alimentis -is indigetis (103, 2 l. 11 vera relig. 28, 51). SEDVL. op. pasch. 2, 17 p. 226, 9 -a . . . bibere primordia. FVLG. RVSP. serm. 1, 1 potus. CASSIOD. in psalm. praef. 14 p. 18^D de titulorum inscriptione . . ., unde velut uberibus expressis -us sensus divinae praedicationis emanet. *inde de ipsis hominibus nutriendis*: AVG. c. Faust. 22, 46 p. 638, 17 *puerorum* -um sensum. FAVST. REI. epist. 8 p. 208, 14 fratrum -am sinceritatem.

deriv.: lacteolus. *compos.*: collacteus.

lacthron *v.* leucethron.

? **lacticīnus**, -a, -um. *a* lac. *i. q. ad lac pertinens*: DIOSC. *l. 69*.

lacticolor, (-ōris) *adi.* *a* lac *et* color, *cf. aeque Ausoniana* atricolor, iricolor. *i. q. lacteo colore praeditus*: AVSON. 396, 54 p. 252 P. versibus oblinat furvam -r sphongia sepiam. VEN. FORT. carm. app. 1, 16 flammivomum vincens rutilans in crinibus aurum strata solo recubat -r amati (ʻa. *corruptum*, mulier *Mommsenus*ʼ *Leo ad l.*).

λιπογάλακτος **lacticulārius**, lacticulosus GLOSS. II 361, 33. *a* lac (*lacticulum?), *cf.* lacticulosus.

lacticulōsus (*fort.* -ĭc-), -a, -um. *ad* lac: *aut a* *lacticulum, *cf.* lacticularius, *aut sec.* febrĭculosus, metŭculosus *formatum; cf. etiam Heraeus, Kl. Schr. 76.* GLOSS.^L II Philox. LA 29 -us (-tigul- *trad.*) λιπογάλακτος (*item* GLOSS. *l. 46 et* II 585, 28 -us: lac desinens habere). GLOSS. III 179, 40 μαμμόθρεπτος -us (251, 65).

i. q. lacte uberius nutritus: PETRON. 57, 8 (*libertus quidam ad Ascyltum*) tu -us (laet- *trad.*), nec mu nec ma argutas *eqs.*

lactidiātus, (-a, -um). *partic. perf. pass. a* *lactizare *gr.* λακτίζω, *cf.* apolactizo. SCHOL. Pers. 2, 30 ʻlactesʼ sunt loca . . . adeo delicata, ut plagam ferre non possint, inde est quod -um dicimus, qui male est calce percussus.

lactiger, -a, (-um). *a* lac *et* gerere. *i. q. lacte plenus*: APON. 9 p. 181 quae *Maria virgo* mammas -as porrigendo iure dicitur mater.

lactilāgo, -inis *f.* *a* lac. *nomen herbae chamaedaphnae*: Ps. APVL. herb. 27 l. 6 Itali mustelago, alii -o. *restituitur* Ps. DIOSC. Vind. 4, 147 p. 289, 20 λακτ⟨ιλ⟩άγω. *huc pertinet* lacellāgo i. laurum GLOSS. III 567, 47.

lactineus, -a, -um. *a* lac *sec.* sanguineus. *scrib. in codd. etiam* -ten-, -ni-.

i. q. ad lac pertinens: VINDIC. med. 9 p. 214, 4 cibo . . . in sanguineum colorem mutato vel -um (DIOSC. 3, 49 p. 399, 20 [c. lacticino *var. lect., an recta? gr. 3, 47* γαλακτόχροα]. *cf.* 2, 162 p. 242, 20 albos et -os aut purpureos . . . flores [*gr. 2, 176, 1* γαλακτίζοντα]. VEN. FORT. carm. 8, 1, 27 regia *sc. purpurea* -o commutans pallia cultu. VITA Fulg. p. 81 L. nigello vel -o pallio). ORIBAS. syn. 5, 53, 22 La (*cf.* Ab) p. 92 tepidi . . . cibi et -i (*gr.* γαλακτώδη. *item respicitur tepor lactis recens mulsi*: 6, 33, 1 La p. 119 posca -a [tepida *G, gr. ut supra.* 9, 42, 1 Aa p. 350, *ubi gr. non respondent*]. 8, 10, 4 Aa p. 216 balneum ex aqua fluviali conpositum -o calore praeparatum [*La* de dulce aqua. *neglegenter verti vid. gr. 8, 9, 4* λουτροῖς γλυκέσιν· εἶτ᾽ ὀρῷ γάλακτος χρησάμενος κτλ.]). *neutr. pro subst.* -um *i. q. lac*: ORIBAS. syn. 4, 20, 3 La p. 23 (*Aa* lactes, *gr.* γάλα).

lactinus (*vix* -ī-) -a, -um. *a* lac, *cf.* lactaneus, lactineus. *i. q. lacteo colore praeditus, de vestibus et de ornamentis, quae in eis acu picta sunt* (*p. 851, 1*): CAES. AREL. reg. virg. 44 (*cf.* 55) indumenta simplici tantum et honesto colore habeant, numquam nigra, numquam lucida, sed tantum laia vel -a (*ibid.* tinctura . . . l. et -a. AVRELIAN. reg. mon. 26 vestimenta [reg. virg. 22]). 45 cruces aut nigrae aut -ae.

1. *lacto, -āvī, -ātum, -āre (lactor, -ārī *p. 851, 1*). *a* lactans *retrograde, cf.* lacteo, delacto. *perf.* -asti FVLG. RVSP. serm. 12, 4. *imper. pass.* -are AVG. in psalm. 130, 12 l. 47. GLOSS. *v. s.* lacteo. *legitur inde ab* ITALA, *nisi praecedit* CARM. *nutricum, fortasse priscum infra l. 81.* [*falso trad. pro* iactare: LVCR. 5, 1068 (*trad. def. West, ClQu. N. S. 15, 1965, 278 sq.*). CARM. adv. Marc. 2, 224 MVTIAN. Chrysost. hom. 8, 3 p. 295/6.]

i. q. θηλάζειν (*quod ubi respondet, non adnotavimus. cf.* lactantem esse *p. 848, 78. Cels. 6, 11, 3 Gell. 12, 1, 17 Cael. Aur. gyn. 1, 169*): **1** *-ant aliquem* (*obi. subauditur infra l. 63*) *lac praebentes* (*matres, ubera sim.*): **a** *proprie*: ITALA gen. 21, 7 (Ambr. Abr. 1, 7, 63, *cf.* VVLG. *et l. 21*) -at infantem Sarra (I reg. 1, 23 [Ps. Philo antiq. 51, 1 = VVLG.]. *cf.* II Macc. 7, 27 [rec. B] te *filium* . . . -vi [*cett. recc. et Vulg.* lac . . . dedi]. AVG. serm. 184, 3, 3 panem nostrum *Christum* illa *Maria* -bat. 243, 7, 6 parvulos. GREG. M. epist. 11, 56a, 8 p. 339, 7 quos gignunt. *al.*). Luc. 11, 27 (cod. e) *beatae* mammae, qui te -verunt (*Vulg.* ubera, quae suxisti). 23, 29 (aur. = VVLG.) ubera, quae non -verunt (*gr.* οὐκ ἔθρεψαν). IVL. VAL. 3, 12 -turam feminam. AMBR. Abr. 1, 7, 63 (*ad locum l. 14 citatum*) quos *filios* ipsae matres -verint uberibus suis (VVLG. Iob 3, 12 HIER. hom. Orig. in Luc. 9 p. 53, 24 AVG. in psalm. 21, 1, 10 serm. 185, 1, 1. *al. cf.* AVG. civ. 7, 14 p. 291, 28 D. -andos mamma . . . pueros. *in imag.*: AMBR. epist. 45, 2 *terra* pignora sua *flumina*, quasi pia mater, plenis -at u.). hex. 6, 4, 21 quasi -tura fetus residet *tigris* (*de bestiis etiam* VVLG. I reg. 6, 10 *vaccae* -bant vitulos. thren. 4, 3 lamiae . . . -verunt catulos suos [*interpr. alleg.* GREG. M. moral. 19, 27 p. 116^A ad impietatem nutriendo confirmant *parvulorum animas haeretici*]. AVG. quaest. hept. 2, 90 p. 152, 15. 20 *de ove.* ENNOD. carm. 2, 125, 2 *de equa.* PALLAD. hist. mon. II 10 p. 364^D *de leaena. al.*). AVG. serm. 272 p. 1246 infans -tus est *Christus*, nutritus est. SORAN. p. 38, 18 quotiens infans -ari debet (*gr. p. 81, 10 Ilb.* αὐτῷ . . . γάλα δίδοσθαι. *in re medica ut* CAEL. AVR. gyn. 1, 149 tit. quomodo vel quando -andus sit infans. ORIBAS. syn. 5, 6, 2 p. 52 infans sic -etur, ne *eqs.*). CONC.^S I 3 Rustic. p. 70, 22 -tus *Christus* (*vers. Tur.* nutritur, *gr. I 1, 2 p. 42, 4* τιθηνούμενος). MAR. MERC. Conc.^S I 5 p. 60, 34 pro corporis natura -ari *Christum* (*cf.* RVSTIC. c. aceph. p. 1246^C -tum secundum suam naturam). SIDON. carm. 7, 483 altrix te . . . -andum tolleret. VICT. VIT. 1, 49 infantulam, quae tunc -batur. PALLAD. hist. mon. II 10 p. 361^B -tus resumpsit vires. *al.* *in imag. respicitur divitiarum affluentia*: VVLG. Is. 60, 16 mamilla regum -beris.

b *translate de alimento spiritali* (*cf.* Ps. AVG. dial. quaest. 23 divina scriptura . . . quodammodo eos -ans, ut . . . cibum spiritualem capiant. *accedit* quasi *l. 61*): α *in bonam partem*: ITALA Hebr. 5, 13 (Aug. in euang. Ioh. 98, 4) facti estis opus habentes lacte, non solido cibo (*sec. I Cor. 3, 2*); omnis enim, qui -atur, inexpertus est verbum iustitiae (*gr.* μετέχων γάλακτος, *Vulg.* lactis est particeps. *huc et ad I Petr. 2, 2 spectant e. g.* PAVL. NOL. epist. 23, 28 parvulos Christi . . . teneris -bat alimentis. AVG. agon. 33, 35 fidei simplicitate . . . -ti nutriamur in Christo. Ps. PRIMAS. in Eph. p. 622^D sicut Corinthios -bat *Paulus* incontinentes). ZENO 2, 55 sacram legem qui spiritaliter accipit, . . . iste est, qui eius fructu -atur (*item de sacra scriptura quasi matre*: Ps. HIER. epist. 5, 9 p. 73^C qua *voce beati Iob* defectae vires ingenti nutrimento -antur. BACHIAR. repar. laps. 22 p. 1061^A natos . . . euangelii mamilla -vit. *al.*). PRVD. cath. 8, 19 nos amico -at hortatu (SCHOL.: blanditur, *cf.* 2. lacto). PAVL. NOL. epist. 8, 1 te . . . spiritalibus -are et enutrire domino . . . uberibus. AVG. in psalm. 49, 27 l. 39 (*ad I Thess. 2, 7*) *Paulus quasi nutrix filios* fovebat . . . et -bat. serm. 216, 7, 7 quia -aris *ab ecclesia*, lauda. 255, 5, 5 spes -at nos, nutrit nos *eqs.* LEO M. serm. app. 11, 1 miraculis quasi -vit infantes *Christus*. APON. 5 p. 93 lex . . . -at ecclesiam. 7 p. 127 *ecclesia* quotidie concipit, quotidie -at, et virgo est. VEN. FORT. vita Hil. 3, 7 sapientiā . . . -batur infantia. Ps. PRIMAS. in Rom. p. 431^A humanam . . . infirmitatem. ORIG. in Matth. ser. 43 p. 87, 29 (*ad 24, 19* sugentibus) animae . . ., quae -antur adhuc. *al.* β *in malam partem sc. falsis nutrimentis* (*cf.* 2. lacto): HIER. in Ezech. 39, 1 p. 364^C palpabitur sive -bitur. VVLG. Sirach 30, 9 -a filium, et paventem te faciet (*gr.* τιθήνησον). AVG. c. adv. leg. 2, 2, 7 fallit infirmos . . ., parvulos vanitatibus -at et esurientibus . . . mendaciorum virus infundit, ut nutriat. MAR. MERC. Conc.^S I 5 p. 60, 13 eos . . . spe vanae promissionis fovendos et -andos. GREG. M. moral. 13, 39 istos . . . *habet diabolus* quasi filios, quos promissionibus -at, ut ad peiora proficiant.

2 *-ant lac* (*liquorem quemlibet p. 855, 4*) *accipientes*: **a** *infantes*: α *c. obi.*: ITALA deut. *p. 848, 43.* cant. 8, 1 (Ambr. in psalm. 118 serm. 19, 25. *al.*) -antem ubera matris ([lactentem *var. l.*, *gr.* θηλάζοντα μαστούς, *Vulg.* sugentem u.]. HIER. epist. 39, 2, 3 u. materna -antes [Ps. AVG. serm. ed. Caillau 2 app. 21, 4]). FVLG. aet. mund. p. 176, 13 *Cleopatram* -andas praebere mammas serpentibus persuasit. β *nude*: SCHOL. Pers. 3, 16 (*nutricum cantilena*) ʻlalla lallaʼ, id est aut dormi aut -a, quod quasi irati infantes nolunt (id est *om. Jahn cantilenam usque ad* -a *continuans*). IVL. VAL. 1, 7 exegit *Alexander* spatia -andi (*i. primam infantiam*). AVSON. 249, 3 p. 85 P. infans -vit, pubes et virgo adolevit (SCHOL. Stat. Theb. 5, 150 etiam

[*Heine*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

trimos infantes -are posse. SORAN. p. 45, 18 si adhuc -at [*gr. p. 92, 15 Ilb.* μαστὸν . . . λαμβάνοντος αὐτοῦ]).
b *lumbrici*: CAEL. AVR. acut. 2, 4, 21 non valent ventrem vel stomachum -are atque fellare.
deriv.: 1. lactatio.

2. lacto, -āvī, -ātum, -āre. *a* lacio, *cf.* 1. lacto *p. 854, 66sqq.* *de origine*: PAVL. FEST. p. 117 lacit . . .: inde est allicere et lacessere; inde -at, illectat, oblectat, delectat. *v. etiam infra l. 26.* *perf. forma brevior* -asses *infra l. 23* (*inde* GLOSS.[L] V Abba LA 18 -asis), -asset *infra l. 42.* *inter verba in* to *desinentia I[ae] declin. habet* EVTYCH. gramm. V 483, 27 (*affert* TER. *bis*). *de notione*: NON. p. 16, 14 inducere vel mulgere, vellere, decipere (*affert* ACC. *bis*, PACVV., CAECIL. *necnon Varronem* [delectet], *Cic. Tusc. 4, 16, ubi* laetans *trad.*, *sed* NON. *legit* -ans). GLOSS. *p. 850, 12. 851, 4.* GLOSS.[L] IV Ps. Plac. I 45 -tus (iact- *trad.*): inductus, captus. *v. etiam l. 24sqq. 31sqq. 48.* SCHOL. Prud. *p. 854, 57.* *legitur inde a* PLAVTO *ap. scaenicos et apud* VARRONEM (Men.), *postea inde ab* ITALA. [*variat cum* iact- *infra l. 23. 31. 65, quae lectio vix iure reicitur* AMBR. in Luc. 8, 70; *c.* laet- *infra 39. 51. falso trad. pro* labefactare GLOSS. IV 104, 36 (*cf.* GLOSS.[L] III Abol. LA 25).]

i. q. illicere, inducere, decipere (ad *aliquid l. 60*): **1** -ant *homines* (*deus l. 22*): PLAVT. Cist. 217 me Amor . . . ludificat, . . . -at (iact- *trad.*), largitur; . . . deludit *eqs.* TER. Andr. 648 nisi me -asses amantem et falsa spe produceres (DON.: produxisses, oblectasses, induxisses, quae significatio frustrationem ostendit; -are est inducere in aliquam voluntatem a laciendo [-ando *codd.*, *corr. edd.*]. SCHOL. Ter. p. 89, 5 oblectasses vel deciperes tuis verbis, induxisses suasibus. *cf.* GLOSS.[L] I Ansil. LA 188 circum⟨venire⟩, fraude vocare [*affert* TER.]. V Abba LA 18 metaphora ab infantibus). 912 homines . . . imperitos . . . in fraudem inlicis? sollicitando et pollicitando eorum animos -as? ([*P et Don.*, iact- *cett.*]. DON.: quasi teneros animos; -are est dulcedine aliqua tenere, ad persuasionem inducere. EVGRAPH.: ⌊eorum ingenia⌋ fallis ⌊ac decipis. hoc est enim -are: quasi consueto nutrimento decipere⌋ [⌊ ⌋ rec. *β*]. *cf.* GLOSS. V 535, 60 -as: fraudulenter decipis). ACC. trag. 66 tanta (tenta *Bergk*, *alii alia*) ut frustrando -ans vanans protrahas. 414 nisi ut astu ingenium lingua laudem (*an* eludem?) et dictis -em lenibus. VARRO Men. 350 quibus suam delectet ipse amusiam et aviditatem *speribus* -et suis (HIER. epist. 60, 9, 1 quod . . . me . . . redeundi spe -veris [laet- *var. l.*]). ITALA prov. 24, 28 (Aug. spec. 7 p. 66, 23 = VVLG.) nec -es quemquam labiis tuis (*aliter gr.* πλατύνου). SYMM. epist. 5, 10 timeo, ne aures tuas existimer -are blanditiis (*cf.* CYPR. GALL. iud. 587 nisi me *Samsonem* blando -asset femina suasu. VAL. CEM. hom. 18, 4 [*ad II Macc. 7, 24*] pueriles animos -andos blandae adhortationis alloquio . . . aggreditur *rex*). 8, 58 si se amor . . . -ari laude pateretur. HIER. epist. 82, 8, 1 cum . . . nos . . . ficta pacis ostensione -verit. c. Ioh. 36 imperitorum -as animas *nomine resurrectionis.* in Os. 7, 11 p. 878[C] (*ad 7, 11* quasi columba seducta) ab Aquila et Symmacho θελγομένη vel ἀπατωμένη dicitur, id est: -ta sive decepta, et a Septuaginta insipiens sive insensata. psalt. sec. Hebr. 78, 36 -verunt eum in ore suo et lingua sua mentiti sunt ei (*cod. unus in marg.* seduxerunt, *Vulg.* dilexerunt). VVLG. Iob 31, 27 -tum (laet- *trad.*, *cf. adn. ed. comm. pont.*) . . . cor meum. prov. 1, 10 si te -verint peccatores, ne adquiescas (*explicat* GREG. M. moral. 4, 51 p. 663[B] p. . . . -ant, cum vel perpetranda mala blandimentis inferunt vel perpetrata favoribus extollunt; an non -antur, de quo . . . dicitur: *psalm 9, 24*?). 16, 29 iniquus -at (oblactat, oblectat *var. ll.*) amicum suum et ducit eum per viam non bonam. Os. 2, 14 -bo eam *gentem impiam*, et ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor eius (*de cibo mannae dici, sc. ad* 1. lactare *pertinere putat* PS. RVFIN. in Os. 2, 14/17 p. 977[D]. *cf.* 1. lactatio). CYPR. GALL. gen. 564 *Sara* ad secunda (fec- *L. Müller*) suum coepit -are maritum gaudia.

2 -ant *res* (*humanae*): CAECIL. com. 91 quod prolubium, quae voluptas, quae te -at largitas? (CYPR. GALL. gen. 234 sanctos *filios dei videntes filias hominum* -at terrena v.). PACVV. trag. 211 ne porro te error, qui nunc -at, maceret. 241 num me -ans calvitur aetas? AVG. in psalm. 93, 19 l. 47 nescioquid de carnis infirmitate -bat (iact- *omnes fere codd.*) mentem tuam. serm. 21, 1 tunc plenum gaudium *erit* (*sec. psalm. 63, 11*), ubi iam non spes -at, sed res nutrit. MART. CAP. 1, 34 Cyllenius Cypridis -tus illecebris.
in parechesi l. 37.
deriv.: 2. lactatio. (*plus minus*) *compos.*: al-, de-, il-, oblectare.

lactobriga est, qui urina humana dentes sibi fricare solet GLOSS. IV p. XVIII. *ad Lacobrigam oppidum coll. Catullo 37, 17sqq. 39, 17sqq. refert Goetz, RhM. 40, 1885, 325sq., cf. Gloss. I 129.*

lactoris, -idis *f.*, λαθυρίς, *voci q. e.* lac *adaptatum. cf.* lacteris, lathyris. *nomen herbae*: PLIN. nat. 24, 168 herba lanaria . . .; aeque nota -s vulgo est, plena lactis . . .; eandem hanc aliqui esse dicunt, alii similem illi, quam militarem vocant *eqs.* MISC. Tir. 57, 17 herba -idem quae appellatur.
? *deriv.*: lactoronis.

? **lactorōnis,** (-is?) *f.* *a* lac, *ni fallimur.* *nomen herbae*: VITAE patr. 3, 200 p. 704[D] unus . . . deferebat nuces, alius -es, alius dactylos . . ., tantummodo enim supra dictis herbis et pomis sustentabantur (lactopones *cod. unus*, *om. ceteri*, *correxit Rosweyde. cf. adnotationem in Mignii vol. 74, 457[B], ubi vox ad* lactoris *refertur*).

lactōsae *v.* laccosus.
γαλακτώδης **lactōsus** GLOSS. II 261, 12. *a* lac.

lactrinus (-ī-?) POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 19 *inter natantia.* [*orig. inc. Sch.*]

***lactūca,** -ae *f.* (lactūcus, -ī *m. l. 13*). [*a* lac, *cf.* albucus, eruca *sim. Sch.*] *de orig.*: VARRO ling. 5, 104 -a a lacte, quod olus id habet lact. *sim.* PLIN. nat. 19, 126 PALLAD. 2, 14, 4. ISID. orig. 17, 10, 11, *qui addit*: seu quia lacte nutrientes feminas inplet. *de scriptura*: lattu- EDICT. imp. Diocl. III/IV 6, 7. latu- *var. lect.* VVLG. exod. 12, 8 num. 9, 11. letu- PALLAD. vet. med. 3, 1. laptu- SORAN. p. 70, 18 *cod. h.* DIOSC. 2, 45 p. 195, 11. 4, 25 p. 20, 5. 4, 60 p. 33, 12 GLOSS. V 321, 12. 385, 36. *adde textus graecos* PS. DIOSC. Vind. 3, 64 p. 75, 2. 3, 101 p. 112, 15. *de formis: sg. nom.* -us GLOSS. III 578, 52. *gen.* -i ORIBAS. syn. 9, 38 Ab p. 341. -es *ibid.* 7, 1, 5 La p. 131: ?*pl. abl.* -ibus (*iuxta* agrestibus) VVLG. num. 9, 11 *var. lect.* *legitur inde a* LVCIL., VARRONE, MORETO, HOR. sat., *maxime apud artium scriptores.* [*val.* lăptucă; *it.* lattuga (> *sard. centr.* lattúkka, *centr. or.* láttua, *mer.* láttia), *pedem.* laitua, latšüva, *langob. alp.* latšüga; *anglonorm.* letuse, *francog.* laitue (*dial. wall., norm., occ., lothr., comit.*); *francoprov.* leitüva, laytüe; *delph.* lochuo, latsẅó, latśüa *etc.*, *prov.* latšügo, lachua, *langued.* lachugo, laitügo, letujo, lǫtsyo *etc.*, *lemov.* letüdźo, lẹ̄tüž *etc.*; *vasc.* laytüga, lẹytügo *etc.*; *cat.* lletuga; *hisp.* lechuga; *port.* leituga. [> *theod.* lattich]. *cf. M.-L. 4833. Battisti-Alessio III 2182. Wagner II 15. Wartburg V 124sq. Corominas III 62. Machado II 1315. G.*]

nomen herbae, q. e. θρῖδαξ (GLOSS.). *plur. indicat tam numerum singularum plantarum quam genera. praefigitur* herba PALLAD. vet. med. 3, 1. *genera congessit André, Lex. des term. de botan. s. v., ubi addas* CELS. 2, 20, 1 verna. 2, 32 aestiva (PLIN. nat. 20, 67). PLIN. nat. 8, 99 silvestris. MART. 10, 48, 9 sedens. GLOSS. III 568, 15 hortensis. *per ellipsin Mart. 5, 78, 4* viles Cappadocae. *de natura, usu sim. fusius* PLIN. nat. 19, 125sqq. 20, 58sqq.

exempla selecta: LVCIL. 1299 similem habent labra -am asino carduos comedente (*textu incerto, cf. Marx ad l. et Otto, Sprichw. p. 182sq.*). MORET. 74 grata . . . nobilium requies -a ciborum (*ferculum cenae est ut*: HOR. sat. 2, 4, 59 -a innatat acri post vinum stomacho. 2, 8, 8 acria circum rapula, -ae, radices. MART. 3, 50, 4. 11, 52, 5. 12, 19, 1. 13, 14 cludere quae cenas -a solebat avorum, . . . cur nostras inchoat illa dapes? 13, 53 cum . . . mihi turtur erit, -a, valebis. VVLG. exod. 12, 8 num. 9, 11. *al. pauperum cibus est*: APVL. met. 9, 32, 4 CAPITOL. Pert. 12, 2). PRIAP. 51, 19 cucurbitas . . . ocimum . . . cucumeres . . ., sessiles . . . -as, . . . caepas *eqs.* (*iuxta alias herbas hortenses ut*: CELS. 2, 18, 5 brassica . . . beta . . . porrum . . . -a . . . cucurbita . . . asparagus. 2, 22, 2 MART. 3, 47, 8). CELS. 2, 12, 1[A] -ae marinae lac (*5, 7. cf.* SCRIB. LARG. 138 suco [PLIN. nat. 8, 99 VEG. mulom. 1, 57, 2 MARCELL. med. 35, 10]. PLIN. nat. 20, 67 amara lactensque, quam meconidem vocavimus. *addas l. 61*). 2, 24, 2 *stomacho aptissima sunt* ex oleribus intubus, -a *eqs.* (*in re medica ut*: 2, 27 refrigerant . . . intubus et -a. 2, 29, 1 alvum movent . . . -a, anethum *eqs.* COLVM. 1 praef. 16 cruditatem -is excoquimus [laconicis *codd. det.*]. 6, 15, 2 admixto sale imponitur. PLIN. nat. 32, 101. MART. 3, 89, 1 utere -is . . ., nam faciem durum . . . cacantis habes. *et saepius*). 3, 21, 13 -ae marinae . . . *semen* (*5, 18, 14[A]* COLVM. 8, 14, 2. *al. cf. alias partes -ae*: COLVM. 8, 14, 8 foliis [11, 3, 25. *al.*]. 11, 3, 27 caules [*v. vol. III 652, 72sq.*]. PLIN. nat. 19, 127 radicis. 19, 129 thyrsos [APIC. 4, 123 CAEL. AVR. chron. 3, 2, 33]. SER. SAMM. 290 fronde. CASS. FEL. 61 p. 150, 7 [mur]turias *i. turiones, v. vol. V 2, 393, 79.* ISID. orig. 17, 10, 11 dorsum). 3, 22, 11 ex eodem *aceto* . . . -a (*sim. de ratione parandi*: 4, 16, 2 tinctae in aceto. PLIN. nat. 20, 66 in vino. *al.* SER. SAMM. 306 admixto . . . melle. APIC. 3, 104 cum oxyporio et aceto. CAEL. AVR. chron. 3, 4, 59 cocta vel incocta. *al.*). COLVM. 10, 179 salutari . . . -a *sapore* (SER. SAMM. 126. *cf.* PLIN. nat. 19, 126 pessimum . . . genus cum exprobratione amaritudinis appellavere πικρίδα. 19, 186 aquatiles *suci* . . . -ae. APVL. met. 9, 32, 4 in amaram . . . cariem exolescunt). 11, 3, 25sqq. *de serendi tempore et ratione* (*inde* PALLAD. 2, 14, 1sqq.). 12, 9, 1 -ae conditura (*cf.* PLIN. nat. 19, 128 servari etiam in alienos menses eas. PLIN. epist. 1, 15, 2 -ae singulae, cochleae ternae, ova bina (*cf.* LAMPR. Heliog. 22, 2 decem -as). TERT. spect. 30 p. 29, 18 ne -ae . . . frequentia commeantium adlaederentur. *al.*
v. Onom.
deriv.: lactucarius, lactucosus, lactucula. *cf.* Lactucinus.

lactūcārius, -ī *m.* *a* lactuca. DIOM. gramm. I 326, 13 *omnis vox in* arius *exiens* significat eum, qui eam rem aut praestat aut vendit aut emit, veluti . . . lactuca -us (*quae seq. v. s.* lactucosus).

lactūcōsus, -a, -um. *a* lactuca. DIOM. gramm. I 326, 17 (*quae praecedunt v. s.* lactucarius) *si vox in* osus *exit*, erit is locus, qui eas res multas habet, . . . lactuca -us θρῖδαξ πολύθριδαξ, θριδακώδης (*quae seq. v. s.* lactucula).

lactūcula, -ae *f.* *a* lactuca *demin.*; *cf.* DIOM. gramm. I 326, 20 (*quae praecedunt v. s.* lactucosus) eadem quoque diminutiva fiunt, si ante a u et l posueris, ut . . . lactuca -a (-tic- *M*). *i. q. lactuca parva, tenera*: COLVM. 10, 111 teneris frondens -a fibris (f. et lactula *SA et rec. unus*). SVET. Aug. 77 pro potione sumebat . . . -ae thyrsum (-tic- *var. l.*). PALLAD. 1, 30, 1 -as seremus alimento *anserum* (-tic- *et* lactucas *var. ll.*, *haec sec. Colum. 8, 14, 8*).

[*Heine*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lactūcus *v.* lactuca. **lactyris** *v.* lathyris. *Heine.*
lacua- *v.* laquea-. **lacūlāta** *v. s.* lacullata.

*?***lacŭlla,** -ae *f.* *a* 1. lacuna *demin., cf. Niedermann, MusHelv. 7, 1950, 155sq. necnon* lacus *et* lacullata *l. 14.*
i. q. lacuna modica menti: VARRO Men. 371 -a (sulla *trad., correxit Riese,* luculla *Bücheler coll. l. 19sqq.*) in mento impressa Amoris digitulo. APVL. flor. 15 p. 51 medio mento -a (lacullatur *F, corr. Müller, Rossbach,* lacullatus *Helm,* lacullatura *Heraeus, alii alia*).
deriv.: lacullata.

lacūlāta, -ae *f.* *a* lacŭlla; *a* lacus *derivari vid. l. 19.* 1 *nomen herbae*: Ps. DIOSC. Vind. 4, 184 p. 333, 12 πτερίς· . . . Ῥωμαῖοι φίλις ῥανάρια, οἱ δὲ λακουλάτα (λακουλλα *vel* λακουλα *trad., corr. Wellmann;* φιλίκουλα *André dubitanter*), οἱ δὲ φίλιχεμ *eqs.* 2 *nomen vestis*: ISID. orig. 19, 22, 11 -a est, quae lacus quadratos quosdam cum pictura habet intextos aut additos acu.

laculus CIL IV 2374 *contextu manco, obscuro.* *a* lacus? *B.*

1. lacūna, -ae *f.* [*sine dubio a* lacus *derivatum; qua ratione formatum sit, parum liquet. Sch.*] *de origine*: PRISC. gramm. II 78, 5 lacus -a. *scribitur in parte codd.* lu- *per assimilationem* (CIC. Arat. 428 LVCR. 3, 1031. 6, 538. 552 [*sed* 1, 115. 5, 794. 1261 lac- *omnes codd.*]. VERG. georg. 3, 365 CVRT. 4, 16, 14. PLIN. nat. 19, 84 [luca-]. *cf. p. 858, 84*), -gu- (LVCIL. 1162 OROS. hist. 4 praef. 7 ISID. nat. 41, 1). *de notione*: PAVL. FEST. p. 117 -a, id est aquae collectio, a lacu derivatur, quam alii lamam, alii lustram (*? cf. p. 858, 17*) dicunt. SERV. *p. 858, 7 et 9.* GLOSS. βόθρος. λάκκος. ὑδροστάσιον. collectio aquarum. fovea aquarum, quasi lacus in quo pisces latere possunt. -ae: fosse vel inluviae, stagna. GLOSS.^{L} I Ansil. LA 204 -ae [aquae]: lacus aquae; -a dicitur omnis aquarum congeries. *cf. p. 859, 19.* *legitur inde a* CATONE, *?* LVCIL. (*v. l. 35*), RHET. Her., VARRONE, CIC. [*venet.* (> *it.*) laguna; *langued.* laguo, *alvern.* lagúe, *vasc.* lagúe, lacúe, lacoue *etc., francog. med.* lagoue; *cat.* llaguna; *hisp.* laguna, *astur.* llagua; *suffixo mutato*: *legion.* lagona, *port.* (*dial.*) llagona, *port.* lagoa, alagoa. *cf. M.-L. 4835. Battisti-Alessio III 2152sq. Wartburg V 125. Corominas III 13. Machado II 1287. G.*] [*dub.*: LVCIL. 1162 suffocare -a (-as *var. l.; puteum dici putat Marx, lagoenas Müller; cf. Terzaghi, Lucilio 314, 1*). SALL. hist. frg. 4, 17 (*coni. Madvig*). INSCR. Année épigr. 1951 p. 30 n. 86 (*loco manco; cf. Guey, REL 29, 1951, 313sqq.*). Afr. Gsell. I 2102 (*v. p. 860, 17*).]

I *proprie i. q. locus cavus, cavitas sim.*: A *de quibuslibet cavernis*: 1 *variarum rerum* (*caeli* SEN.): CATO agr. 38, 1 si uno praefurnio coques, -am intus magnam facito, uti satis siet ubi cinerem concipiat. 38, 2 si duobus praefurnis coques, -a nihil opus erit. CIC. Arat. 428 *Diana* saxa *Oenopionis insulae* revellens perculit et caecas lustravit luce -as. LVCR. 1, 115 tenebras Orci . . . vastasque -as. 5, 1261 *homines* simili formata *metalla* videbant esse figura atque -arum fuerant vestigia cuique. VARRO rust. 1, 29, 3 qua aratrum vomere -am (*del. Ursinus, appositionem explicativam def. Keil*) striam fecit, sulcus vocatur. PROP. 3, 11, 61 Curtius expletis statuit monumenta -is. VITR. 7, 1, 4 testacea spicata Tiburtina sunt diligenter exigenda, ut ne habeant -as nec extantes tumulos. SEN. nat. 7, 20, 3 num aliquando -a secedentis retro aëris patuit et vastum in concavo lumen? APVL. met. 6, 14, 3 *fontes* foraminis -is editi. ITALA psalm. 118, 85 (cod. 136 Cas.) foderunt mihi superbi -as (*gr. et Vulg. aliter, Hier. psalt. sec. Hebr.* foveas). CHALC. transl. p. 44^{D} terrenarum -arum offensiones proclivitatis et item declivitatis (*gr.* γῆς ὕψη τε καὶ βάθη παντοδαπὰ ἐχούσης). PALLAD. 1, 17, 3 rimas et -as cisternarum . . . sarciemus. AVIEN. Arat. 1808 ne perruptis terrarum dorsa -is infodiant pecudes *eqs.* AMM. 15, 10, 4 per diruptas utrimque angustias et -as pruinarum congerie latebrosas descendentes. MARCELL. med. 17, 37 aqua, quae in arborum -is cavisque corticibus consistere consuevit (*cf.* ANTIDOT. Brux. 108 [107]). CAEL. AVR. chron. 1, 5, 150 (*de alienatione mentis*) ut nunc speluncas timeant, nunc -as, ne in easdem concidant. 2 *corporis animantium*: a *-ae naturales*: VARRO rust. 2, 7, 3 *equorum* supercilia cana et sub ea -ae (*inde* PLIN. nat. 11, 169). OV. ars 3, 283 *puellis* sint modici rictus parvaeque utrimque -ae *genarum.* LACT. opif. 10, 19 *labrum superius* sub ipsa medietate narium -a quadam levi quasi valle signavit *deus.* POTAM. subst. 29·Migne suppl. 1, 214 aurium . . . -as intremus: respice sinuatas . . . concas *eqs.* (CAEL. AVR. acut. 3, 3, 21). PRVD. cath. 9, 63 nescit esurire . . ., qui tuam (*sc. Christi*) sumit dapem, nec -am ventris inplet, sed fovet vitalia (*cf.* BOETH. cons. 3, 7, 4 W. *pecudum* omnis ad explendam corporalem -am festinat intentio). MAR. VICTOR aleth. 3, 312 nubila morborum . . . implicuere avida vitalis (*Petschenig,* victoris *codd.*) peste -as (*sc. internas; λαγόνας vix recte intellegit Schenkl*). b *-ae vulnere vel cicatrice factae*: PLIN. nat. 36, 145 *schistos* peculiaris explendis ulcerum -is (*Detlefsen,* oculorum -is *codd.; cf. Diosc. 5, 127, 2* κοιλώματα). MART. 8, 59, 2 aspicis hunc uno contentum lumine, cuius lippa sub attrita fronte -a patet? (*cf.* CYPR. GALL. iud. 698 ⟨orbibus⟩ effossis vacuas liquere -as). AVSON. 393, 34 p. 246 P. *venator* ostentat foedas prope turpia membra -as perfossasque nates . . . nudat. PRVD. apoth. 221 manuum . . . -as scrutati . . . cognovimus Hisum (*sec. Ioh. 20, 27*).

B *respicitur aqua collecta*: 1 *usu communi*: VARRO Men. 442 lympha . . . e -a fontium adlata. 531 in pavimento non audes facere -am, at in humu calceos (calces *Bücheler, v. vol. III 132, 27*) facis elixos. ling. 5, 26 lacus -a magna, ubi aqua contineri potest. rust. 1, 6, 6 *campester locus* fit propter -as aquosus. LVCR. 6, 538 terram . . . plenam speluncis multosque lacus multasque -as in gremio gerere (*cf.* APVL. mund. 5 flumina, fontes et maria, quae meatus et -as et origines habent in gremio terrarum [*gr. deest*]). 6, 552 in magnas aquae vastasque -as gleba . . . provolvitur. VERG. georg. 1, 117 cavae tepido sudant umore -ae (SERV.: fossae, in quibus aqua stare consuevit, ⌊id est quasi lacus minores⌋ [*add.* auct.]). 3, 365 totae solidam in glaciem vertere -ae (SERV.: fossae ad siccandos agros paratae). OV. met. 8, 335 concava vallis erat, quo se demittere rivi adsuerant pluvialis aquae; tenet ima -ae lenta salix *eqs.* VITR. 8, 1, 3 *iuncus, salix sim.* solent . . . in -is nata esse, quae sidentes praeter reliquum agrum excipiunt ex imbribus et agris per hiemem propterque capacitatem diutius conservant umorem; . . . quibus regionibus et terris, non -is, ea signa nascuntur . . ., ibi est quaerenda *aqua* (*inde* PALLAD. 1, 4, 1. 9, 8, 4). LEX colleg. aq. (CIL VI 10298) 14 ⟨ni quis⟩ . . . cretulentum exegisse velit, nisi in duabus -is p(opuli) R(omani) ius emet. PAVL. FEST. p. 120 lustra significa⟨n⟩t -as lutosas, quae sunt in silvis aprorum cubilia (*cf. p. 857, 24*). CVRT. 4, 16, 14 nec ulla adeo avia et sicca -a erat, ut vestigantium sitim falleret (MART. 4, 4, 1 quod siccae redolet palus -ae). 8, 14, 8 turbati equi non in voragines modo -asque, sed etiam in amnem praecipitavere curricula. PLIN. nat. 2, 232 Colophone in Apollinis Clarii specu -a est, cuius potu mira redduntur oracula (*cf. Tac. ann. 2, 54, 3* fontis arcani aqua). 19, 84 (*sec. Aristomachum*) *folia raphani* per hiemem . . ., ne -ae stagnent, accumulari (*cf. Theophr. caus. plant. 5, 6, 2* κατασάττοντες τὴν γῆν, ὥστε καὶ τὸ ὕδωρ ἀποστέγειν). STAT. silv. 4, 3, 54 siccant bibulas manu -as. SVET. Nero 48, 3 aquam ex subiecta -a poturus manu hausit. ITIN. Alex. 38 quicquid de fluviis vel rivis . . . in -is erat. FIRM. math. 4, 13, 6 aut . . . ex altis puteis . . . aquam levare . . . ⟨aut⟩ . . . -as cluacasque purgare. PALLAD. 1, 10, 3 *harenam maris* -a umoris dulcis inmergi. 1, 30, 1 si desit fluvius, -a formetur. 4, 11, 7 pluvialis aqua tepentes format -as. 5, 3, 2 *heleoselinon* nascitur in -is. AVR. VICT. Caes. 37, 4 ad siccandam -is ac fossa urbem *Sirmium* . . ., quae palustri solo . . . corrumpitur. ZENO 2, 59 (*affertur Itala Ier. 2, 13* lacus detritos, *cf. Vulg.* cisternas) ut *Iudaei* biberent detritis -is . . . coenulentum . . . laticem. AVIEN. orb. terr. 173 exesas inlabitur unda -as. AVSON. Mos. 122 lucius obscuras ulva caenoque -as obsidet. 392, 11 p. 255 P. quas vicinae suggessit praeda -ae, anites maritas. 398, 4 p. 226 *ostrea* muriceis scopulorum mersa -is. AMM. 16, 12, 59 -am palustribus aquis interfusam. 18, 8, 9 quidam . . . haeserunt, ubi vadosus est amnis, alii -ar[i]um hausti vertigine vorabantur. SERV. ecl. 2, 25 ('in litore') in aqua a fluctibus derelicta in -a litoris. Aen. 8, 696 *Isis* per situlam . . . ostendit fluentiam omnium -arum (i. e. fossarum in quas Nilus stagnans recipiebatur *add. D*). VVLG. Is. 19, 10 qui faciebant -as ad capiendos pisces (cf. *p. 857, 26 et* LVX. anth. 291, 1 verna clausas inter undas et -as regias . . . piscis). PRVD. tituli 49 (*ad exod. 15, 23*) aspera gustatu . . . -a tristificos latices stagnanti felle tenebat. CLAVD. carm. min. 26, 65 pigras (pingues *var. l.*) repetunt fessi sudore -as *Aponi fontis.* 37, 3 (*de aqua crystallo inclusa*) nonne vides, propriis ut spumet gemma -is et refluos ducant pocula viva sinus . . .? AVG. c. Cresc. 3, 48, 53 *Restitutus* in -a lutulenta volutatus (*cf. epist. 88, 6* in gurgite . . . caenoso. *105, 3* in aqua). in euang. Ioh. 15, 12 *aqua* colligitur de pluvia in -as aut cisternas (*cf.* EVAGR. vita Anton. 54 collectam pluviis -am). OROS. hist. 4 praef. 7 -arum dorsa obriguisse. CASSIOD. var. 8, 30, 2 *unda,* quae pulchre rivis exercitata ridet, quam deformis est in -is: palus enim nec visu grata nec iumentis accomoda. 2 *in stilo grandiore de mari*: RHET. Her. 4, 10, 15 (*specimen orationis sufflatae*) non satis subplicii dederit, si praeceps in Neptunias depultus erit -as. LVCR. 3, 1031 *Xerxes* pedibus salsas docuit super ire -as (5, 794). 3 *tropice*: PS. AVG. serm. ed. Mai 2, 1 (*ad Luc. 14, 2*) ut totum corpus in hydropis -am verteret et teneret *morbus.* OROS. hist. 7, 35, 15 lacrimarum -as.

II *translate i. q. detrimentum, iactura sim.* (*accedit* quasi *l. 66*): CIC. Verr. II 2, 138 ut illam -am rei familiaris explerent *censores* (VARRO rust. 2, 1, 28). Att. 12, 16, 1 vide . . ., ne quae -a sit in auro; . . . in collybo est detrimenti satis. GELL. 1, 3, 23 (*e Theophrasto*) minima . . . illa labes et quasi -a famae munimentis partarum amico utilitatium solidatur. SYMM. rel. 20, 3 sine -a imperialis aerarii. 25, 4 -am pecuniae publicae. COD. Theod. 13, 5, 32 si qui calculus modiationis dicatur . . . deperisse, . . . haec dispendii -a (iactura *Iust. 11, 6, 6*) in omne naviculariorum concilium . . . deferatur.
in parechesi c. lacus *l. 3.*
deriv.: *?*lacŭlla, 1. lacunar, 1. lacunatus, lacuneus, lacuno, lacunosus, lacunula. *cf.* lacunaris, lacunarius, lacunium.

2. lacūna *v.* 1. lacunar *p. 859, 12. 24.*

3. lacūna *v.* lagoena.

lacūnāmentum NOT. Tir. 100, 68^{a} (*post* lacunar, lacunaria). *a* lacunare.

1. lacūnar, -āris, *saepius* **lacūnāria,** -ium *et* -ōrum, *inde* (*in doctrina gramm.*) **lacūnārium,** (-ī) *n.* *a* 1. lacuna, *cf.* 1. laquear. *de orig.*: SERV. Aen. 1, 726 (*inde* ISID. orig. 15, 8, 6. 19, 12) principaliter 'lacus' dicitur . . .; diminutio '-r' facit . . .; inde fit alia diminutio '-um' et per antistoechon 'laquearium' facit (PRISC. gramm. II 118, 9. 127, 7 lacus lacūnar [*cf.* 222, 6 a lacu '-r -āris'. PS. PRISC. gramm. III 523, 22sq.]. GRAMM. suppl. 68, 12. 69, 27). *scribitur* lu- (*cf. p. 857, 19*):
[*Pecere*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CHAR. gramm. p. 44, 14 B. (*post* lucar). p. 60, 24. *in parte codd.* SEN. contr. 2, 1, 11 (*sequente* lucem *scrib.* lucan- *ut* SIDON. epist. 2, 13, 7. *cf. l. 80*). SVET. Nero 34, 2 SIDON. epist. 2, 2, 5. *de formis: sing. grammaticis exceptis* (-r *p. 858, 81. al.*, -um *l. 19. p. 858, 81 et fort. p. 860, 3, gen.* -is *p. 858, 83*) *notione sub 1 illustrata adhibetur a poetis* (*forma* -r) *pluralem metro vetante, in prosa raro inde a* CIC. (*abl.* -i, *cf. l. 57 et* laqueare *Culex 64*); *gen. et dat. desunt. plur.* (*prius* laquearia) -a *inde a* VITR., -bus *inde a* VAL. MAX., SEN. *philos. passim; gen.* -ium APVL. flor. 18 p. 83 (*cf. p. 858, 40 et* laquearium *Plin. nat. 12, 9*), -orum VITR. (*cf.* laqueariorum *CIL VIII 1183*); *abl.* -is VITR. (*cf.* laquearis *Amm. 29, 2, 4. al.*). *vulgariter l. 22. 24 et* GLOSS. III 313, 31 ὀροφαί: lacunas. V 505, 17 lacunarie: camere. NOT. Tir. 100, 67 sq. -r -ia. *genus neutr. affirmant* CHAR. gramm. p. 44, 14 B. DVB. NOM. gramm. V 583, 8 (*affertur* PRVD.); *soloece* GROM. *infra l. 71. 72. de notione*: ISID. orig. 15, 8, 6 laquearia sunt, quae cameram subtegunt et ornant, quae et -a dicuntur (19, 12 GLOSS.[L] IV Plac. L 25 GLOSS. V 80, 1. 112, 5). GLOSS. -r: ὀροφή. ὀρόφωμα. καλάθωσις. φάτνωμα. caelum templi. -a: φάτνωμα. aurata camera. tectum deauratum. camerae. GLOSS. II 387, 24 ὀρόφωσις: -um, laquearium. *confunditur c.* 1. lacuna (*cf. infra l. 70*): GLOSS.[L] II Abav. LA 23 -r (lacuna *Lindsay*): locus (*trad.* lacus) aquarum, quasi lacus (GLOSS. V 306, 6 -r: l. a., idem est et -ia. 306, 7 lacunasia: l. a. quales [?] aquaria). Philox. LA 33 -r: ὀρόφωμα. οὐροδόχ⟨ε⟩ιον (lacuna *ante* οὐρ. *inseruit c, Lindsay*). GLOSS. II 526, 57 -r: βόθρος. ?GLOSS. V 306, 30 lacunes (lacunareas *cod. Werth.*): aliquid de lacuna. *legitur inde a* CIC., HOR., VITR. [*de confusione c.* 1. laquear (lacuar) *facta v. sub hac voce.*]

c *iuncturae notabiliores ad a et b*: **α** *verbales*: ① *nom.*: CAECIL. com. 192 -a (letiale *codd.*) me mobilitat (*cf.* CIC. Verr. I 21 commovebat). POMPON. Atell. 141 mi inrepsere in sinum (*cf.* GREG. M. dial. 4, 61 p. 423, 6 M. menti ... subrepat). CIC. Marcell. 4 ventura sit ... pervenerit (QVINT. decl. 247 p. 14, 24 PLIN. paneg. 62, 1. *cf.* ITALA Bar. 4, 36 [Iren. 5, 35, 1] adventat tibi [*Vulg.* iucunditatem ... venientem]. CYPR. mortal. 2 p. 298, 9 gaudium ... et ... -a ... veniunt). leg. 1, 32 mentes pervagantur. Tusc. 4, 8 *-a et libido* si non cadent in sapientem. 5, 16 liquefaciunt. SALL. Catil. 46, 2 cura atque -a occupavere. LIV. 5, 7, 8 superfundenti se. *al.* ② *acc.* (*nom. in struct. pass.*): -am *adferre, facere sim.* (*pro subi. sunt tam res quam animantes*): PLAVT. Capt. 829 largitur (FIRM. math. 5, 3, 48). 872 fero (*cf.* TER. Hec. 816 optuli. CIC. Mil. 77 attulit [fin. 1, 55 Tusc. 4, 49 fam. 10, 5, 1. 10, 12, 1 ad Q. fr. 1, 1, 3 LIV. 34, 41, 4. *al.*]. FIRM. math. 4, 19, 19 conferatur). Merc. 72 pariet (Pseud. 705^a partas). Pseud. 705 dem (CIC. Planc. 103 SEN. epist. 59, 14. *al. cf.* LIV. 33, 38, 12 addidit. ITALA psalm. 50, 14 [Sangerm. *al.* = VVLG.] redde [COD. Theod. 15, 6, 1 = Iust. 11, 46, 1. *al.*]). TER. Haut. 186 obicerem (*cf.* TAC. ann. 4, 31, 1 intericitur). CIC. fin. 1, 25 facere (LIV. 4, 40, 2. 28, 26, 7. ITALA I Macc. 4, 58 [rec. L = VVLG.]. PANEG. 4, 1, 1 CAPITOL. Maximin. 24, 6. *al. cf. p. 878, 39*). Tusc. 4, 61 moveant (*cf.* CIC. Att. 11, 16, 2 commotam. COD. Theod. 16, 10, 17 [= Iust. 1, 11, 4] submoveri). BELL. Alex. 56, 2 exprimebat. LIV. 33, 33, 4 effusa est (*cf.* PANEG. 4, 32, 4 diffuderat). 42, 49, 6 praebituri. FIRM. math. 6, 38, 3 accommodat. *al.* *capere, habere sim.*: PLAVT. Capt. 872 accipe (*cf.* CIC. de orat. 1, 197 percipietis ... illam ex cognitione iuris -am ..., quod *eqs.* [rep. 1, 7 SEN. contr. 1, 1, 11 SEN. dial. 6, 12, 1. *al.*]. fin. 2, 96 capiebam memoria [fam. 3, 9, 2 ex tuis litteris de spe. *al.*]. HIRT. Gall. 8, 51, 3 praecipi [LIV. 45, 1, 1]. OCTAVIA 754 recipe [EPIST. pontif. 620 Schwartz p. 54, 14]). CIC. fam. 5, 12, 5 habent (FIRM. math. 5, 4, 11 ex muliere [5, 4, 18. 20]. IVST. 18, 1, 7. HIL. in Matth. 18, 6 in ... conservatione. CASSIOD. var. 11, 40, 9 de multorum afflictione. *al.*). SALL. Catil. 48, 1 agitabat (61, 9). Ov. met. 10, 444 sentit (LIV. 21, 56, 7). ITALA Is. 65, 18 (Iren. 5, 35, 2) invenient (*Vulg.* gaudebitis). *al.* *varia*: CIC. leg. 2, 22 moderanto (CVRT. 7, 1, 24. *cf.* LIV. 2, 54, 10 moderate ferre). Att. 14, 13, 2 apertissime tulimus (*cf.* OCTAVIA 705 habitu atque ore -am gerens. TAC. hist. 2, 65, 1 voltu ferens. SVLP. SEV. Mart. 27, 1 vultu praeferens). LIV. 5, 7, 9 voce manibusque significare (30, 17, 5 clamoribus. 35, 43, 9 plausibus clamoribusque. *al.*). ③ *abl.*: -ā *afficere, implere* (*pro subi. sunt tam animantes quam res*): PLAVT. Capt. 827 onerare. Poen. 1275 adfecistis (CIC. Pis. 42 Mil. 77 Tusc. 4, 66 Att. 7, 4, 2. *al.*). CIC. fin. 5, 70 perfundi (IVVENC. 4, 764 animos perfuderat. *cf.* TERT. adv. Val. 12 p. 191, 6 diffundebatur [ARNOB. nat. 7, 4]). VELL. 2, 103, 1 repleverat (CONC.^S II 3, 1 p. 97, 24 corda. II 3, 3 p. 193, 26 domus [*gr. II 1, 1 p. 187, 18* ἡδονῆς]. *cf.* ITALA act. 14, 16 [cod. e = VVLG.] inplens cibo et -a corda. *al.*). APVL. met. 3, 10, 1 delibuti. *al.* *efferri, exsultare sim.* (*reflexive vel active l. 40*): PLAVT. Stich. 279 abundat pectus. Truc. 701 differor. COM. pall. inc. 37 auctus sum (BELL. Afr. 34, 6). SISENNA hist. 50 sublatus (*cf.* CIC. Deiot. 26 elatum [fin. 5, 42 *et* Tusc. 4, 68 efferunt se. fam. 2, 10, 1 quae me -a extulerunt. *al. v. vol. V 2, 148, 55sqq.*]). CIC. Cluent. 14 exsultare (*v. vol. V 2, 1949, 60sqq.*). Catil. 1, 26 perfruere (PLIN. epist. 4, 15, 12. *al. cf.* CIC. Phil. 14, 1 frui [Ov. Pont. 2, 1, 12 SEN. epist. 72, 8. *al.*]). Sest. 120 flens. Phil. 14, 15 inflati. fin. 2, 14 gestiat (DECL. in Catil. 120). div. 2, 56 excitantur ... moverentur. LVCR. 3, 150 animus ... viget. VERG. Aen. 1, 514 percussus. PROP. 3, 6, 3 tumefactum. LIV. 23, 13, 6 occupati animi. SEN. Herc. f. 621 membra -a stupent. QVINT. decl. 352 p. 383, 13 solutos (*cf. infra l. 78 et* CYPR. epist. 63, 11 p. 710, 18 ut ... pectus ... resolvatur). TAC. hist. 4, 14, 2 incaluisse. APVL. met. 3, 15, 1 recreata. 9, 19, 4 percitus. ARNOB. nat. 7, 4 trepidat. AMM. 15, 6, 1 effervens. *al.* *laetari sim.* (*per periphrasin, aliter* CIC. fin. 1, 67 laetamur amicorum -a aeque atque nostra): VAL. MAX. 3, 2, 21 ovans -a (9, 3, 4). ITALA I Macc. 14, 11 (recc. LXB = VVLG.) laetatus est Israhel -a magna (VVLG. Ion. 4, 6. COD. Iust. 1, 1, 8, 26 [*sec. psalm. 97, 8*]. *cf.* VVLG. II Esdr. 12, 42 deus ... laetificaverat eos -a magna). MAR. VICTORIN. ad Iust. 3 elata -a gaudeo (PELAG. in II Cor. 8, 2 publica). ④ *c. praepos.* (*aliter p. 877, 69sqq.*): per: ATIL. *p. 875, 24.* in *c. acc.*: TER. Haut. 292 ne me ... conicias. LIV. 26, 37, 4 terrorem ... vertit (*homines*: 27, 43, 7 TAC. hist. 2, 29, 3 AMM. 21, 13, 16. *cf.* LACT. inst. 1, 21, 20 luctus ... mutatur [CLAVD. DON. Aen. 2, 685 p. 241, 24 pater]. PRISCILL. tract. 6, 96 ut ... populus ... transferretur). SEN. dial. 4, 20, 4 ingenia ... evocanda sunt. ITALA psalm. 105, 5 (*l. 70*). Ioh. 16, 20 (Cypr. mortal. 5) tristitia vestra ... veniet (*Vulg.* vertetur in gaudium, *gr.* εἰς χαράν). CYPR. laps. 1 p. 237, 4 mentes redeunt. PANEG. 3, 29, 1 laxatus est. IVST. 12, 13, 7 effusus (24, 3, 3). *c. abl.*: LIV. 8, 33, 20 esse (VVLG. deut. 16, 15 ARNOB. in psalm. 83 p. 447^B). ITALA psalm. 67, 4 (Veron. *al.* = VVLG.) delectentur (*gr.* ἐν εὐφροσύνῃ, HIER. psalt. sec. Hebr. gaudeant in -a). 105, 5 (Sangall. *al.* = VVLG.) ad laetandum in -a gentis tuae (*gr.* ἐν τῇ εὐφροσύνῃ, *Veron.* in -am). Luc. 1, 44 (cod. e) exultavit (*gr.* ἐν ἀγαλλιάσει, *Vulg.* in gaudio). VVLG. Soph. 3, 17 gaudebit (*item l. 68 et* SACR. Greg. 139, 1). ad: CIC. de orat. 2, 72 *iudex* est contorquendus. CAES. Gall. 7, 79, 3 animi ... excitantur. PORPH. Hor. carm. 3, 8, 17 solve animum. CYPR. mortal. 5 p. 300, 2 venire (PETR. CHRYS. serm. 160 p. 622^C EVGRAPH. Ter. Ad. 783. *cf.* SACR. Greg. 31, 3 pervenire). 7 p. 301, 5 proficisci. epist. 31, 6 p. 562, 3 provocavit (*cf.* HIER. epist. 21, 2, 7 convocavit). PANEG. 5, 8, 3 caluit in nobis ... animus. PEREGR. Aeth. 49, 1 qui non se ... tendat. ab: Ov. epist. 13, 116 solvar (*cf. l. 48*). cum: FIRMIL. Cypr. epist. 75, 3 p. 811, 16 exultavimus.

β *nominales*: ① *epitheta potiora* (*praeter adi. etiam participia quaedam afferimus*): PLAVT. Poen. 1275 tanta (TER. Haut. 680. *al. cf.* Hec. 816 quantam. *al.*). Pseud. 705 demeritas. POMPON. Atell. 141 insperatas. SISENNA hist. 50 nimia (CIC. Tusc. 4, 13 PANEG. 3, 29, 2). RHET. Her. 1, 8, 13 subitam (CIC. inv. 1, 27 Verr. I 21). CIC.

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Verr. II 4, 74 summa (Sest. 131 Att. 4, 19, 2. *al.*). Catil. 3, 2 certa. Sest. 120 recenti. Pis. 42 maiore (Mil. 77 maxima Att. 7, 4, 2 magna. *al.*). Mil. 77 diuturnam (NEP. Alc. 7, 1). Marcell. 4 minor. top. 86 exultantem (Tusc. 4, 66. 5, 16). leg. 2, 22 popularem. Tusc. 3, 23 inmoderata (DON. Ter. Ad. 409. *al. cf.* LIV. 30, 17, 5 inmodicam. TAC. ann. 4, 31, 1 modica). 3, 24 praeter modum elata (MAR. VICTORIN. ad Iust. 3. *cf. p. 875, 57*). 3, 27 gestiens (4, 8. *al.* PANEG. 3, 27, 4. 4, 1, 1). 5, 16 inani (fam. 10, 20, 2 PROP. 3, 6, 3). 5, 16 futtiles. 5, 17 inpotenti. Att. 4, 3, 4 mirifica. 16, 4, 2 miram. fam. 10, 5, 1 incredibilem (15, 12, 1 BELL. Alex. 77, 1 VELL. 2, 103, 1). CAES. Gall. 5, 52, 6 diutina. SALL. Catil. 46, 2 ingens (VERG. Aen. 3, 100 LIV. 3, 54, 6. *al.*). 51, 31 stultae (SEN. dial. 10, 3, 3). HOR. carm. 2, 3, 4 insolenti (LIV. 42, 60, 2). PROP. 1, 15, 14 longae. 2, 6, 32 tacita. OV. met. 12, 60 vana (LIV. 23, 12, 12. *al.*). LIV. 2, 21, 6 luxuriosa. 5, 7, 9 publicam (ACT. lud. saec. Aug. [CIL VI 32323] 111 ACT. Arv. a. 89 l. 36 PLIN. paneg. 79, 3 SVET. Cal. 14, 1. 17, 2 ACT. lud. saec. Sept. Sev. 2, 19. *al. cf. p. 878, 37. 71*). 27, 2, 2 brevem (TAC. hist. 1, 64, 2 AVR. VICT. Caes. 36, 2). 35, 43, 9 effusa (CVRT. 7, 10, 5). 45, 1, 4 repentinae. SEN. dial. 4, 6, 1 clara magnificaque. 7, 4, 4 alta atque ex alto veniens. 7, 22, 3 perpetuam (epist. 72, 7. *al.*). 12, 5, 4 adumbrata (TAC. ann. 4, 31, 2). epist. 72, 8 continua. CVRT. 8, 10, 17 fortuitam. MART. 8, 11, 4 novae. TAC. hist. 2, 45, 3 misera. 3, 38, 4 intempestiva. *al.* (ii) -a *animi, frontis sim.*: CIC. leg. agr. 2, 5 animi (fin. 2, 96 fam. 5, 12, 7. VAL. MAX. 1, 8, 6 animorum. VITA Anton. 36 p. 49, 8. *cf.* CIC. Tusc. 3, 41 mentis). SIL. 11, 287 frontis (*cf.* PHYSIOGN. 37 p. 55, 4 vultus). HIER. adv. Iovin. 1, 13 p. 229[D] nuptias ... carnis habere -am (PELAG. in Rom. 3, 20). VVLG. deut. 28, 47 cordis (cant. 3, 11. *al.*). (iii) *locutiones abundantes: forma* '-ae gaudium': CIC. p. red. ad Quir. 2 -ae voluptate (-a et v. *post Marklandum coni. C. F. W. Müller*). TERT. paenit. 11, 5 exsules a libertatis et -ae felicitate (*cf. l. 35*). FIRM. math. 2, 20, 9 -ae ... gaudium (6, 10, 7. 6, 37, 6. SCHOL. Stat. Theb. 8, 288 [gaudia *tantum Stat.*]. PALLAD. hist. mon. I 51 p. 335[A] gaudio -ae spiritualis [*gr. p. 159, 5 B. χαρᾶς tantum*]). AVG. civ. 22, 8 p. 580, 27 D. iucunditate -ae. *forma* '-a gaudii': FIRM. math. 5, 3, 48 serenitatis -am. 6, 7, 2 gratiae venustatis, ... -ae felicitatis (*sed v. l. 30*). 6, 31, 45 gratiae coniugalis. 6, 32, 30 venustatis. 6, 38, 3 gaudiorum (GREG. M. moral. 15, 4 p. 1083[D] gaudii). EPIST. pontif. 391 CONC.[S] I 2 p. 107, 8 alacritatis. (iv) *c. gen. explic. vel inhaerentiae* (*cf. p. 878, 52 sqq.*): VELL. 2, 103, 4 -am illius diei ... vix ... persequi poterimus (CYPR. epist. 51, 2. *cf. p. 878, 32 et* PLIN. epist. 6, 30, 1 *natalium*). ACT. lud. saec. Sept. Sev. 1, 26 pro temporum -a et felicitate ... p⟨rincipu⟩m. TAC. ann. 13, 16, 4 repetita convivii -a. ITALA psalm. 50, 14 (Sangerm. *al.* = VVLG.) salutaris tui (*gr.* τοῦ σωτηρίου σου). CYPR. mortal. 7 p. 301, 5 salutis aeternae. epist. 63, 11 p. 710, 18 divinae indulgentiae (COD. Theod. 12, 13, 4). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 185, 27 vini (Orig. princ. 2, 11, 2 p. 185, 13). COD. Theod. 6, 23, 4, 1[a] (= Iust. 12, 16, 3, 3) dignitatis. PETR. CHRYS. serm. 160 p. 622[C] ad mensam ... domini et calicis istius -am. GREG. M. moral. 2, 22 satietatis. NICET. fid. 7 p. 18, 4 dei. virg. laps. 44 psalmorum.

γ locutiones praedicativae: (i) -a (est): CIC. Att. 16, 4, 2 capto oppido miram -am commutationemque animorum concursumque undique. ad Q. fr. 1, 1, 9 esse quocumque veneris ... maximam -am, cum *eqs.* (VARRO AT. carm. frg. 14 quae m. divis -ast. CATVLL. 83, 2 illi fatuo. SALL. Iug. 102, 5 magna -a nobis est, cum *eqs.* LIV. 41, 5, 11 Romae magna ex necopinato -a fuit. SEN. nat. 4, 2, 11 maior ... est -a gentibus, quo minus *eqs.*). TERT. adv. Marc. 1, 16 p. 311, 15 proinde et in sensu nunc -a nunc anxietas *eqs.* (CYPR. zel. 15 p. 430, 6 si hominibus laetum est et gloriosum filios habere consimiles ..., quanto maior in deo patre -a est, cum *eqs.* CAPITOL. Max. Balb. 11, 4 tantum ... -ae fuit in Balbino ..., ut *eqs.*). ITALA Luc. 1, 14 (cod. e) erit tibi gaudium et -a (*gr.* ἀγαλλίασις, *Vulg.* exultatio). *al.* (ii) -ae (*dat.*) est: CIC. fam. 15, 2, 5 quod mihi maximae -ae fuit (VAL. MAX. 6, 4 ext. 5). SALL. Catil. 51, 34 quibus Damasippi mors -ae fuerat. NEP. Timoth. 2, 2 quae victoria tantae fuit Atticis -ae, ut *eqs.* OV. met. 8, 430 illi -ae est cum munere muneris auctor. LIV. 45, 13, 17 ita eam rem -ae patri suo esse, ut *eqs.* AMM. 31, 4, 4 negotium -ae potius fuit quam timori. (iii) -ae (*gen.*) est *c. inf.*: CIC. Tusc. 4, 66 cum invidere aegritudinis sit, malis autem alienis voluptatem capere -ae.

δ locutiones plus minusve adverbiales: (i) *c. praep.* (*aliter p. 876, 57 sqq.*): prae -a: PLAVT. *p. 875, 24*. in -a: TER. Ad. 522 diem ... in -a degere (MVTIAN. Chrysost. hom. 4, 4 p. 265/6 qui in -a degunt [*gr.* τῶν εὐθηνουμένων. *antea*: qui in deliciis constituti sunt]). CIC. Sest. 131 ut summa in -a illud dolerem. Mil. 21 in communi omnium -a si ... ipse gauderet. Phil. 2, 21 in tanta -a cunctae civitatis me unum tristem esse. fin. 2, 97 Tusc. 4, 66 Att. 4, 1, 2. *al., maxime in sacra scriptura pro gr.* ἐν εὐφροσύνῃ, *e. g.* ITALA II par. 20, 27 (Complut.) ut redirent ... in -a (VVLG. cum -a). 23, 18 (*ibid.*) ad offerenda olocausta in -a et canticis (*Vulg.* in gaudio). cum -a: CIC. Verr. II 3, 4 si onus est id appellandum, quod c. -a feras ac voluptate. 4, 74 summa c. gratulatione civium et -a reponitur *simulacrum*. leg. 2, 36 neque solum c. -a vivendi rationem accepimus, sed etiam c. spe meliore moriendi. ad Q. fr. 1, 1, 19 simultates c. magna mea -a susceptas. LIV. 22, 22, 2. 27, 46, 5 VAL. MAX. 1, 8, 6 TAC. ann. 12, 48, 2 PLIN. paneg. 69, 1. *et saepe in sacra scriptura pro gr.* μετ᾽ εὐφροσύνης, *e. g.* ITALA Bar. 5, 9 (Iren. 5, 35, 1; *Vulg.* c. iucunditate). I Macc. 3, 2 (recc. LB = VVLG.). *et ap. ecclesiasticos.* ex -a: LIV. 22, 50, 4 proelio, deinde ex -a epulis fatigatos ... hostes. TERT. adv. Marc. 4, 15 p. 467, 23 qui in risu seminant, scilicet ex -a. adv. Val. 17 p. 196, 20 laetantis ⟨et⟩ ex -a prurientis intentionis. (ii) *abl.* (*exempla certiora*): CATO orig. 95[a] secundae res -a transvorsum trudere solent a recte consulendo. CIC. Phil. 14, 12 quanto ... honore, -a, gratulatione ... ingredi debent. Att. 4, 3, 4 permansit ... mirifica hominum -a, summa cum gloria. CAES. civ. 3, 87, 7 magna spe et -a omnium discessum est. LIV. 3, 54, 6 abdicant ... se magistratu ingenti hominum -a. 10, 45, 1 litterae ... ingenti -a ... auditae. 28, 17, 2. 30, 17, 1. QVINT. inst. 11, 3, 75 -a manant lacrimae (*cf. p. 875, 24*). *al.*

2 *metonymice*: **a** *de auctoribus -ae*: VERG. Aen. 1, 636 sociis ad litora mittit *Dido* ... tauros, ... terga suum, ... agnos, munera -amque dii (*i.* diei). CHRYSOST. hom. I 914[B] puto te vineam eligere magis, quae -a est ad hominum usus, quam arborem (*quercum*) animalium escam. CE 1360, 2 (*a. 489*) Fabea ... -a sensus (senibus *de Rossi*) et medicina mestis. *fortasse huc spectat etiam*: ITALA Is. 65, 18 (Aug. civ. 20, 21 p. 458, 11 D.) faciam Hierusalem exultationem et populum meum -am (*Vulg.* gaudium, *Hier. ad l. explic.* in gaudium).

b *vergit in notionem q. e. festivitas, sollemnitas sim.*: *α exempla plus minusve ambigua* (*vix huc pertinet etiam* TAC. ann. 2, 65, 3 tracta ... in multam noctem -a *sc. convivii; cf. p. 877, 42*): TERT. nat. 1, 13, 1 die solis -am curare (*cf.* apol. 16, 11 diem solis -ae indulgemus. IVST. 9, 6, 4 diem ... -ae destinatum foedum luctu funeris facit. ORIG. in I reg. 8 p. 14, 14 illum diem festum agit et -ae deputat). ITALA num. 10, 10 (Lugd.) in diebus -ae vestrae (*Vulg.* si quando habebitis epulum). II par. 30, 23 (Complut.) facere septem dies alios in -a (*Vulg.* cum ingenti gaudio). Esth. 9, 22 p. 62 Motzo celebrare hos dies nuptiarum et -ae (epularum atque -ae VVLG. *ut* 9, 18). I Macc. 7, 48 (rec. L, *cf.* VVLG.) egerunt diem illam -ae magnae (*cf.* VVLG. Tob. 13, 10). PEREGR. Aeth. 25, 12 pro sollemnitate ... et -a ipsius diei (SACR. Greg. 11, 8 huius diei venerandam sanctamque -am). CONC.[S] II 3, 1, p. 193, 20 (*de die natali Christi*) quae omnibus Christianis est -a (in -a *vel* in -am *pars codd., gr. II 1, 1 p. 187, 10* εὐφροσύνην ὑπάρξασαν), eam nos in luctu peregimus. *al.* *β exempla certiora*: TERT. coron. 9 l. 16 quem *usum* populus dei nec publicae (*cf. p. 877, 14*) ... -ae nec ingenitae luxuriae nomine admisit. l. 20 -ae descriptio. ITALA II par. 30, 26 (Complut.) facta est -a magna in Iherusalem (*Vulg.* celebritas. VVLG. II Esdr. 8, 12 ut comederet et biberet ... et faceret -am magnam. 12, 27. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 84, 33 multa -a et luminaria [*gr. I 1, 1 p. 118, 8* θυμηδία καὶ λυχναψία]). II Macc. 8, 33 (rec. P) ob victoriae gaudium celebrata -a in patria (*gr.* ἐπινίκια. PEREGR. Aeth. 25, 11. 12 VVLG. III Esdr. 9, 56). CYPR. epist. 6, 1 p. 480, 12 -ae interesse (HIER. epist. 21, 1, 2). ARNOB. nat. 5, 1 neque per cursus annuos -as exerceretis ut festas. 7, 49 Magna ... mater ... magnarum causa -arum fuit. PEREGR. Aeth. 49, 1 nullus est ..., qui non se eadem die in Ierusolima tendat ad tantam -am. AVG. epist. 29, 2 p. 114, 16 sollemnitas ..., quam -am nominantes vinulentiae nomen frustra conantur abscondere. SOMN. Neron. (JThSt. 16, 1915, 12 sqq.) 6 ut iam nec Iherusalem habeant *Iudaei*, ubi conveniant festorum sollempnia celebrare, nec templum habeant, ubi -am agant. *c. determinatione*: CYPR. epist. 21, 2 p. 530, 19 in die -ae paschae (*cf.* COD. Theod. 9, 38, 6 paschalis -ae dies. MAX. TAVR. serm. 14, 1 M. post -am beatae paschae). IVVENC. 3, 764 -ae (-is *pars codd.*; -e [s *eras.*] *C, unde* -es *Hartel vix recte*) thalami fuerat quae *vestis* dissona longe (lingua *R, Huemer*). MACR. Sat. 1, 10, 24 religionis (*i. Saturnalia*). COD. Theod. 15, 6, 1 (= Iust. 11, 46, 1) maiumae. SACR. Leon. 269 hodiernae festivitatis (841). CIL XI 5283 praecipuae -ae theatralis.

3 *pro persona*: **a** *ap. auctores*: PLAVT. Capt. 864 ut sacrufices. :: cui deorum? :: mi herole, nam ego nunc tibi sum ... Iuppiter, ... Salus, Fortuna, Lux, -a, Gaudium. OV. met. 12, 60 illic *domi Famae* Credulitas, ... Error vanaque -a est consternatique Timores *eqs.* *usu huc vergente saepius, cf. maxime* TERT. orat. 19 p. 192, 14 -a libentius, tristitia sollicitius administrabit disciplinam. adv. Val. 15 p. 195, 8 (*opp.* maestitia). ALC. AVIT. epist. 9 p. 43, 17 -a plaudente. **b** *in nummis* (*saepe iuxta imaginem feminae variis attributis ornatae, quam deam non esse docuit Froehner, Rev. numism. 11, 1907, 355 sqq.; leguntur nom.* -a *et rarius dat.* -ae; *de scriptura et abbreviatione v. p. 874, 81*): INSCR. numm. Mattingly-Sydenham III 49 n. 190 co(n)s(ulum) (*al.*). 94 n. 506 publicae (270 n. 703 pub. *al.*). 270 n. 699 (*absolute ut* 275 n. 773 IV 1, 168 n. 561. 178 n. 641. *al.*). 383 n. 154 Aug(usti) (IV 1, 131 n. 317 Augg. *al.*). IV 1, 125 n. 274 temporum (232 n. 133. *al.*). IV 3, 72 n. 35 fundata (72 n. 36. 37. *al.*).

B *c. respectu speciei externae transit in vim serenitatis, fulgoris*: STAT. Theb. 6, 572 effulsere artus *Parthenopaei* membrorumque omnis aperta est -a (SCHOL.: id est pulchritudo seu venustas). APVL. mund. 22 micant ignes, rimes rumpuntur et rursus placatis omnibus amoena -a mundi reseratur (*i. caeli. cf.* AMM. 20, 11, 30 *iris* ex concreto mutans in serenam -am caelum). TERT. coron. 7 l. 50 ut nullam gratiam floris, nullam -am frondis, nullum caespitem aut palmitem non alicuius *dei* capiti invenias consecratum.

II *fere i. q. ubertas, copia*: **A** *agri vel herbarum*: COLVM. 2, 10, 35 *cicera* seritur ..., ut postulat soli -a (*cf.* 4, 21, 2 loci. 4, 24, 4

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

humi atque ipsius stirpis). 4, 19, 2 vitium. 4, 24, 12 trunci. 6, 24, 4 pabuli (IVST. 44, 4, 14). AVG. c. Faust. 21, 12 p. 583, 19 saginae (*antea*: copia). **B** *orationis*: TAC. dial. 20, 3 -am et pulchritudinem orationis (*opp.* tristem et impexam antiquitatem). 21, 9 nolo Corvinum insequi, quia nec per ipsum stetit, quo minus -am nitoremque nostrorum temporum exprimeret. MACR. Sat. 5, 1, 15 dicendi genus . . ., in quo . . . nec ieiuna siccitas nec -a pinguis. CE 1307, 4 *Glypte mortua* et proba . . . et amica pudoris, nec sine -a sermo, faceta loqui.

in paronomasia c. lascivia SALL. Catil. 31, 1 TAC. ann. 14, 21, 3 ITIN. Alex. 43; libertas *p. 877, 30*; libido CIC. Tusc. 4, 24. 60; lubentia *p. 875, 22*; luctus LIV. 26, 37, 2; ludus PLAVT. Merc. 846 VERG. Aen. 8, 717. (in) -a laetari *p. 876, 52. 53. 69*, laetus -a *p. 886, 41*.

laetitiēs *v. p. 875, 2.*

laetitūdo, -inis *f.* *a* 1. laetus. NON. p. 132, 9 -e pro laetitia (*affertur* ACC.). *inde* GLOSS. -em: laetitiam. *i. q. laetitia*: ACC. trag. 61 *me* excitasti (hesitastis *codd.*) ex luctu in -em. 259 quanta in venando affectust (affectio est *codd.*) -e.

1. laeto, -āvī, -āre. *a* 1. laetus. NON. p. 132, 28 '-are' et 'laetiscere' laetificare (et laetificari *add. Quicherat; afferuntur* LIV. ANDR., ACC. *et ad* laetiscere SISENNA *p. 874, 71. inde* GLOSS. -rem: laetum facerem. -visti: laetos fecisti). DIOM. gramm. I 364, 21 -o, -vi. *cf. l. 58.* [*'stercorare': ligur. vet.* leare, *tusc.* letare, *sic.* litari; *raet. occ.* aldar, ladar. *cf. M.-L. 4846. Battisti-Alessio III 2210. G.*] [*falsa var. l. pro* lact- HIER. epist. 60, 9, 1. *vix huc pertinet l. 61.*]

1 *i. q. delectare, hilarare*: LIV. ANDR. trag. 7 iamne oculos specie -isti optabili? ACC. trag. 513 te ut triplici -rem bono. APVL. met. 3, 11, 4 *Risus* frontem tuam serena venustate -bit adsidue. 5, 14, 5 o nos beatas, quas infantis aurei nutrimenta -bunt! ITALA psalm. 20, 7 (cod. 136 Cas.) -bis eum cum gaudio cum vultu tuo (*gr.* εὐφρανεῖς . . . ἐν χαρᾷ, *Vulg.* laetificabis eum in g., *Hier. psalt. sec. Hebr.* hilarabis eum laetitia). 91, 5 (*ibid.*) quoniam -asti me . . . in factura tua (*gr.* εὔφρανάς με . . . ἐν τῷ ποιήματί σου, *Vulg.* delectasti, *Veron.* iucundasti, *Hier. psalt. sec. Hebr.* laetificasti). CIL X 4486, 8 (= INSCR. christ. Diehl 4720; *a. 366?*) *Onensimus parvulus* cum ingentib(us) luxuriis -ret, repente raptus est mihi (*nisi ad l. 58 notione q. e. 'vigeret, floreret' sim.*). MAX. TAVR. serm. 47 p. 628^C *Christus* descendens mirabili conversatione visibilis miraculis -vit infantes. **2** *i. q. stercorare*: PLIN. nat. 1, 17, 4 de terra⟨e⟩, qua[e] . . . Galliae -ant, generibus (lectant *vel* iactant *pars codd.; cf. 17, 42* ratio, quam . . . Galliae invenere, alendi eam *terram* ipsa). PALLAD. 1, 6, 18 in -andis arboribus crates faciemus terram . . . admoventes et mox laetamen (3, 20 tit.; -tamin- *utrobique SE*). 11, 8 tit. de olivetis . . . -andis. AVG. c. Faust. 20, 11 p. 549, 14 stercoribus -ari agros, quo fertilius fecundentur. *cf. p. 883, 3 sqq. et* laetifico.

deriv.: 1. laetamen. *compos.*: collaeto.

? **2. laeto** *v. l. 57.* **3. laeto** *v.* 2. laetus.

***laetor**, -ātus sum, -ārī. *a* 1. laetus. *de orig.*: VARRO ling. 6, 50 -ari ab eo, quod latius gaudium propter magni boni opinionem diffusum (*affertur* IVVENT. *p. 875, 28*). *scrib.* let- CIL V 6731, 8. 19 XII 338 INSCR. christ. Diehl 990, 15. 2410^C. *et saepe in codicibus.* *prima syllaba corripitur* COMM. apol. 386. 964. 990 (*sed longa est septies ap. eundem*). CYPR. GALL. (*Peiper in indice p. 344^b locis non allatis*). CE 299, 8 (*a. 589/90*). *de formis*: -ere CIC. Verr. II 2, 180 Att. 3, 15, 4 fam. 1, 9, 22 VERG. Aen. 6, 718. *al.* (*sed* -eris SEN. epist. 103, 3 PANEG. 3, 2, 2. *al.*). -bere RHET. Her. 2, 31, 50 CIC. off. 3, 121 VERG. Aen. 10, 740. *al.* (*sed* -beris APVL. met. 1, 1, 6. 7, 27, 9. 8, 12, 3. *al.*). -bare CE 1347 B, 11 (*sed* -baris PLIN. paneg. 24, 2. *al.*). laeto: PRISC. gramm. II 392, 15 apud vetustissimos . . . -o pro -or (*animo obversari videtur* 1. laeto). PS. ASPER gramm. suppl. 50, 6 -or; non enim dici potest . . . -o. *exempla desunt, nisi huc referuntur l. 35 et* PASS. coron. 1 *Diocletianus* coepit . . . sacrificiis . . . -are (-ari *var. l.*, praecepit . . . litari *Benndorf; vix ad* 1. laeto). *de notione*: CASSIOD. in psalm. 9, 3 (2) plus est . . . exsultare quam -ari. 30, 8 -ari est temperata mentis affectione mulceri (33, 11 [16] tacitae mentis suavitate). ISID. diff. 1, 334 -amur de nostris bonis, gratulamur de amicorum (DIFF. ed. Beck p. 66, 2). DIFF. ed. Beck p. 59, 1 gaudemus animo de una re, -amur persona, exultamus etiam verbis membrisque. GLOSS. χαίρω. εὐφραίνομαι (*quae voces respondent, ubi nihil adnotatur*). *legitur inde a* NAEV. (*l. 78*), ENN. (*p. 881, 53*), PLAVTO (*ter, ceterum dub.* Cist. 249), TER., ELOG. Scip. (*p. 880, 80*), RHET. Her., CIC. [*falso pro* lact-: LVCR. 5, 885 (*OQ*). VVLG. Iob 31, 27. *vix recte suppletur* CATVLL. 64, 119.]

I *c. resp. hilaritatis*: **A** *intransitive i. q. gaudio affici, alacrem esse* (*hic illic iuxta* gaudere, *quo plus valet p. 880, 13; passivum impersonale* -andum est CIC. Manil. 3 Balb. 43 ANTON. Cic. Phil. 13, 22. *et saepius*, -bitur EPIST. Migne suppl. 1, 1566 *iuxta* urgueatur [*cf. var. l.* -atur CAES. AREL. serm. 151, 2 *opp.* laboratur]): **1** *generatim*: **a** *-antur animantes* (animus *sim. l. 82. p. 880, 30. al.*): *α absolute*: ⓘ *partic. praes. act.* -ans: NAEV. trag. 41 ut ludere -antis inter se vidimus (LVCAN. 6, 795 -antes . . . Drusos). PLAVT. Pseud. 324 immo vin etiam te faciam ex laeto -antem magis? (Stich. 407 olim quos abiens adfeci aegrimonia, eos nunc -antis f. adventu meo). CIC. Cluent. 28 -anti iam animo (*cf.* Tusc. 3, 41 mentem. CATVLL. 64, 221 pectore). fin. 2, 16 multitudinem hominum . . . non vides nec -antium nec dolentium? nat. deor. 2, 145 iratum propitium, -antem dolentem *eqs.* Att. 14, 10, 1 -antibus omnibus bonis. CATVLL. 64, 33 oppletur -anti regia coetu. VALG. carm. frg. 4. CVRT. 7, 10, 4 -antium modo canere. VAL. FL. 1, 274 SIL. 3, 184 STAT. Theb. 10, 378. TAC. ann. 6, 48, 4 eaedem poenae in Laelium Balbum decernuntur, id quidem a -antibus, quia *eqs.* 11, 38, 3 -antes accusatores . . . filios maerentes. *al.* ⓘⓘ *exempla verbi finiti*: PLAVT. Rud. 30 *pietatem fidemque* retinete porro, post factum ut -emini. CIC. Verr. II 1, 70 id . . . ita illi merito accidisse existimatum est, ut -rentur omnes. 5, 121 -aris tu in omnium gemitu et triumphas. de orat. 2, 185 mentes iudicum permovet . . ., ut aut oderint aut diligant . . . aut -entur aut maereant. orat. 131 *faciendum est, ut iudex* -etur, doleat. fin. 2, 14 qui nec -etur nec angatur. Tusc. 3, 7 misereri, invidere, gestire, -ari, haec omnia morbos Graeci appellant. 4, 66 gaudere decet, -ari non decet *eqs.* (*v. p. 875, 65. cf.* AVG. civ. 14, 8 p. 16, 28 D.) *al.* CIC. fil. Cic. fam. 16, 21, 1 (*opp.* paenitebat). OV. trist. 4, 2, 15. LIV. 40, 11, 8 Romani -buntur, probabunt, defendent factum. SEN. Tro. 967 -are, gaude. dial. 4, 6, 2 gaudere -arique proprium et naturale virtutis est. *et passim.*

β indicatur causa: ⓘ *casu* (*de acc. v. sub B necnon p. 881, 5 sqq.*): Ⓐ *abl.* (*cf. p. 879, 81*): TER. Hec. 835 ut quisquam amator nuptiis -etur. RHET. Her. 2, 31, 50 perceptione. 4, 45, 58 rei publicae calamitate (*opp.* lugetis). CIC. Verr. II 2, 3 victoria populi Romani. *et passim.* *c. ptc. vel adi.*: CIC. fin. 5, 69 *honestatis* adumbrata opinione. Tusc. 1, 65 ambrosia deos aut nectare aut Iuventate pocula ministrante -ari. fam. 2, 9, 1 gratulor -orque cum praesenti tum etiam sperata tua dignitate. VERG. Aen. 6, 718 Italia . . . reperta. 10, 740 non me . . . inulto, victor, nec longum -bere. PROP. 2, 14, 3 nec sic errore exacto -tus Vlixes, cum tetigit . . . litora Dulichiae. OV. am. 2, 17, 26 non tibi crimen ero nec quo -ere remoto. met. 7, 425 sospite nato. LIV. 23, 29, 17 prohibito Hasdrubalis . . . transitu. 23, 33, 3. 28, 46, 12. GERM. 135 ferri . . . invento mens est -ta metallo. PHAEDR. 5, 7, 27 salvo principe. LVCAN. 6, 604 vulgato nomine famae. VAL. FL. 4, 737 auditis . . . Achivis (TAC. Agr. 43, 1 audita morte Agricolae). *al.* ?Ⓑ *gen.*: VERG. Aen. 11, 280 nec veterum memini -orve malorum (SERV.: figura Graeca est. *potius per attractionem*). *fortasse huc pertinet etiam* ITALA psalm. 112, 9 (Veron. *al.* = VVLG.) matrem filiorum -antem (*gr.* τέκνων, *sed* ἐπὶ τέκνοις *A*). *cf. p. 874, 22.*

ⓘⓘ *praepos.*: causa: TER. Hec. 687 non tam meapte c. -or quam illius. propter: CIC. Mil. 81 quid esset ingratius quam -ari ceteros, lugere eum solum, p. quem ceteri -rentur? ITALA psalm. 15, 9 (Veron. *al.* = VVLG.) p. hoc (HIER. psalt. sec. Hebr. propterea). VVLG. Sirach 32, 3. in *c. abl.*: CIC. Phil. 11, 9 (*p. 881, 26*). Tusc. 2, 18 (*per attractionem*). Att. 14, 16, 3 epistola Leonidae . . . quid habet . . ., in quo magno opere -emur? ITALA II par. 6, 41 (Complut. = VVLG.) sancti tui -entur in bonis. psalm. 105, 5 (*v. p. 876, 69*) in laetitia (*cf.* CYPR. epist. 60, 1 p. 691, 14 in [*om. R*] fratrum gaudio). *al.* CYPR. domin. orat. 20 p. 282, 7. *al.* PANEG. 3, 2, 2 LACT. inst. 6, 16, 6. *et saepius.* *c. acc.* (*cf. p. 876, 70*): PSALT. Rom. 65, 6 -bimur in idipsum (*gr.* ἐπ' αὐτῷ, VVLG. in ipso, HIER. psalt. sec. Hebr. in eo). de: CIC. Marcell. 34 de . . . salute. Att. 16, 7, 5 (*p. 881, 29*). ad Brut. 2 (9 Sj.), 4, 2 de Cassio -or et rei publicae gratulor. TERT. spect. 16 p. 18, 10 de aliena infelicitate contristantur, de aliena felicitate -antur. *al.* CELERIN. Cypr. epist. 21, 4 p. 532, 16 VVLG. eccles. 5, 18. AVG. epist. 22, 8 magnum est de honoribus . . . hominum non -ari. *al.* ex: CYPR. epist. 13, 1 p. 505, 3 quantum dolemus ex illis . . ., tantum -amur ex vobis. 28, 2 p. 546, 21. GAVDENT. serm. 21, 8 G. plantavit . . . vineam, cuius -retur ex fructu. AVG. civ. 1, 10 p. 18, 28 D. (*opp.* contristati). in psalm. 54, 3 l. 59. ad: TAC. ann. 2, 2, 1 accepere . . . *Vononem* -antes, ut ferme ad nova imperia. CYPR. epist. 51, 2 p. 615, 14 ad litteras. HIER. epist. 22, 24, 2 ad laudem suam intrinsecus anima -atur. 43, 2, 3 -amur ad nummum, obolo contristamur. 108, 14, 2 SIDON. epist. 8, 6, 9. MAXIMIN. serm. Migne suppl. 1, 735 ad . . . domini sacramenta. PASS. Saturn. Dat. (BHL 7492) 17, 2 ad secundam palmam restitutam sibi in domini martyrio -batur *virgo*. adversus: ITALA psalm. 34, 15 (Veron. *al.* = VVLG.) a. me -ti sunt (*gr.* κατ' ἐμοῦ). AVG. in psalm. 34 serm. 2, 8 fugatos esse christianos et . . . -tos homines a. illos. super *c. acc. vel abl.*: ITALA psalm. 118, 162 (Sangerm. *al.* = VVLG.) -bor ego s. eloquia tua (*gr.* ἀγαλλιάσομαι . . . ἐπί). Luc. 1, 47 (cod. e) -tus est spiritus meus s. deo salutare meo (*Vulg.* exultavit, *gr. ut supra*). *al.* HIER. psalt. sec. Hebr. 35, 19 s. me (*Vulg.* supergaudeant mihi). VVLG. exod. 18, 9 s. omnibus bonis. deut. 28, 63 s. vos. *al.* ob: AMM. 16, 5, 14 ob quae tamquam solem sibi . . . adfulsisse . . . -bantur. HIER. epist. 11, 4 ob unius morbidi pecudis salutem angeli -antur (*respicitur Luc. 15, 7* super uno peccatore). ab: VVLG. Zacch. 10, 7 -bitur cor eorum quasi a vino (*cf. p. 874, 57*). pro: AVG. in psalm. 78, 14 l. 35 si . . . in eum *malum* vindicatur, vel p. illo etiam -atur *iustus*, si corrigitur, vel certe p. aliis, ut eum timeant imitari (*antea*: non eius delectatur poena). VITA Amator. (BHL 356) 4 p. nuptiis unici filii.

ⓘⓘⓘ *inf.*: Ⓐ *acc. c. inf.*: TER. Haut. 683 istuc tibi . . . obtigisse -or. Hec. 833 gaudia illi contigisse -or. ELOG. Scip. (CIL I² 15) 4 ut sibei me esse creatum -entur. CIC. S. Rosc. 136 quae perfecta esse et suum cuique honorem . . . redditum gaudeo . . . vehementerque -or. fam. 7, 1, 1 utrumque -or, et sine dolore corporis te fuisse et animo valuisse. *et saepius ap. eundem.* PLANC. Cic. fam. 10, 9, 1 BELL. Alex.

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

24, 6. 32, 4 VERG. Aen. 6, 392 PROP. 2, 34, 26 OV. met. 8, 44. 15, 451 Pont. 2, 11, 16 LIV. 5, 3, 3. *al.*; *c. not. gloriandi* COMM. apol. 490 *iustus* sibi -atur dominum patrem esse caelorum (sibi gloriatur deum *Rönsch; cf. sap. 2, 16* gloriatur patrem deum se habere). *deest* 'esse': CIC. fin. 5, 96 -or ... eam philosophiam ... acutiorem repertam quam ceteras. SALL. Iug. 110, 3 LIV. 30, 30, 3. SEN. Ag. 579 utrumne doleam -er an reducem virum? (STAT. Theb. 3, 95 r. -ti). SIL. 7, 62. 13, 509 STAT. silv. 4, 2, 21 TAC. dial. 4, 2. *al.* *deest subi.*: EPIST. pontif. 212 Hil. coll. antiar. p. 93, 6 *ut Christus* -etur (*pars codd. add.* te) causam fidei ... rei publicae necessitatibus ... praeposuisse. Ⓑ *inf. solus* (*ap. poetas; cf. infra l. 74*): SIL. 12, 313 facto ... in saecula ituro -antur tribuisse locum. CLAVD. 26, 508 COMM. apol. 19. 964. SEDVL. carm. pasch. 3, 101 *paralyticus* vestigia linquens ... aliena suis -atur vadere plantis (*op. pasch. 3, 8* suis ... plantis incedens alienis se gaudet caruisse vestigiis). VEN. FORT. carm. 5, 15, 7. 6, 7, 2.

Ⓝ *partic.* (*cf. l. 83. p. 883, 14*): CIC. Cluent. 200 ne orbata filio -etur *mater.* Cato 48 adulescentia voluptates propter intuens magis fortasse -atur, sed delectatur etiam senectus procul eas spectans (*cf.* VAL. FL. 1, 500 tuens. STAT. Theb. 10, 230 cernens. AMM. 31, 15, 14 videntes [VVLG. exod. 4, 14]). SALL. Catil. 46, 2 -batur intellegens ... civitatem periculis ereptam esse. PROP. 1, 19, 25 inter nos -emur amantes. LIV. 24, 29, 3 sentinam ... rati exhaustam -bantur. *al.*

Ⓥ *enunt. secund.* (*accedit acc. pron. l. 24sqq. 37*): quod: CIC. Manil. 3 illud ... mihi -andum iure esse video, q. ... dicendi causa talis oblata est (*cf.* Planc. 91 q. te esse ... liberum es gloriatus, id ego et fateor et -or. Phil. 11, 9 in hoc ..., q. fam. 13, 28, 2 hoc vehementius -or, q. *eqs.* SEN. epist. 52, 11 quid -aris, q. ...?). Att. 16, 7, 5 se ... -ari, q. effugissem duas maximas vituperationes: unam, quam ...; alteram, de qua Brutus et qui una erant ... -bantur, q. ... effugissem. *al.* CASS. Cic. fam. 12, 13, 1. BELL. Hisp. 29, 5 nostri -ari, nonnulli etiam timere, q. *eqs.* HOR. sat. 1, 4, 98 PROP. 2, 19, 2 LIV. 28, 25, 7. *al.* cum (*v. et p. 880, 27*): CIC. Pis. 99 nec minus -bor, c. te semper sordidum, quam si te paulisper sordidatum viderem (de orat. 2, 15 SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 3). TAC. ann. 2, 51, 2 -batur Tiberius, c. inter filios eius et leges senatus disceptaret. *al.* si: CIC. Pis. 99 (*l. 33*). Mil. 83 si grata res publica esset, -retur. Tusc. 3, 19 Att. 16, 11, 2. LIV. 45, 13, 7 regibus Aegypti ... si quid per se boni ... evenisset, id magno opere senatum -ari. PHAEDR. 3 prol. 31 TERT. apol. 41, 5. ITALA *p. 882, 49.* PANEG. 2, 22, 4 (*cf.* 7, 8, 5). LACT. inst. 6, 16, 5. *al.* postquam: TAC. ann. 6, 8, 1. quoniam: ITALA psalm. 106, 30 (Sangerm.; *gr.* ὅτι, VVLG. quia). VVLG. thren. 1, 21 CASSIOD. Didym. in I Petr. 1, 6 p. 12, 6. quando: CYPR. epist. 54, 1 p. 621, 7 fueram ... -tus, q. ... comperi. CLAVD. DON. Aen. 5, 55 p. 432, 26. ubi: CAPITOL. Aur. 5, 3 u. ... comperit ..., magis est deterritus quam -tus. ut *causale*: VOPISC. Tac. 18, 5 ut estis liberi ..., -ari vos credimus. PASS. Montan. 7, 7 -andum est, ... ut patriarchis ... adaequari possimus. quotiens: AMM. 25, 3, 15. quia (*nexu laxiore* SALL. hist. frg. 1, 88. TAC. *p. 880, 5*): VVLG. *l. 41* CHROMAT. beat. 10, 2 magis gaudeamus ... et -emur, q. tales ... invenimus margaritas. HIST. Apoll. rec. A 7 p. 11, 11 -are et gaude, q. *eqs.* *al.*

Ⓜ unde: AVG. conf. 13, 27, 42 inde ... animus pascitur, u. -atur. c. Iulian. 1, 1, 1 u. partim -amur, partim contristamur.

γ *indicatur modus*: Ⓘ *corde sim.*: ENN. ann. 368 cordibus vivis -antes (VVLG. exod. 4, 14 Is. 24, 7. *cf.* VERG. Aen. 11, 854 -antem animis [*M m. pr.*, fulgentem armis *cett.*]. OV. Pont. 1, 8, 63 toto pectore). CVLEX 322 vultu. *v. etiam p. 883, 2.* ⒾⒾ *affectu, gaudio sim.*: *abl.* (*cf.* laetitia *p. 876, 53*): OV. met. 7, 147 adfectu tacito (*cf.* APVL. apol. 96 intimis affectionibus). PAVL. FEST. p. 369 'vitulans' -ans gaudio (APVL. met. 11, 18, 2 repentino. ITALA Is. 61, 10 [Hier. *in l.*; *gr.* εὐφροσύνῃ εὐφρανθήσονται, *Vulg.* gaudens gaudebo]. VVLG. III reg. 1, 40 magno [I par. 29, 9]). SACR. Leon. 176 iusta ... exultatione. 620 delectatione. *praepos.* (*cf.* laetitia *p. 876, 69*): CYPR. Demetr. 26 p. 370, 24 de perpetua voluptate. AMM. 16, 5, 14 cum alacritate et tripudiis. *partic.*: CVLEX 329 ovans (HOMER. 508). MVTIAN. Chrysost. hom. 23, 4 p. 381/2 exsultat ... diabolus et gestiens -atur (*gr.* μέγα φρονεῖ ..., γαυροῦται καὶ χαίρει).

b *-antur res*: α *naturales vel arte factae* (*cf. p. 882, 14*): CIC. leg. agr. 2, 9 qua *pace* non modo ei, quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta atque agri mihi -ari videntur (Pis. 52 moenia ipsa ... et t. urbis ac templa. PLIN. paneg. 50, 4 sentire ... et -ari videntur, quod niteant *eqs.*). Catil. 2, 2 *urbs* mihi -ari videtur, quod *eqs.* VERG. ecl. 4, 52 aspice, venturo -antur ut omnia saeclo (*cf.* PANEG. 3, 10, 1 *si quis ex alto* despiciat cuncta -antia [*opp.* maesta omnia]). PROP. 3, 12, 11 ne ... -entur caede sagittae. SIL. 9, 504 bellare maniplis iussă -atur rabie *ventus.* STAT. Ach. 1, 101 -antur montes. TERT. paenit. 8, 3 -antur caeli et ... angeli paenitentia hominis (ITALA psalm. 95, 11 [Sangerm. *al.* = VVLG.] -entur c. et exultet terra. apoc. 18, 20 [cod. g] -are super illam caelum et sancti apostoli [*Vulg.* exulta]. *al. talia saepius in script. sacr.*). PRISC. periheg. 501 *Halesinus fons* cantu saltare putatur musicus et ripis -ans excurrere plenis (*cf. Sol. 5, 20; vix ad copiam aquarum spectat*). β *humanae* (*animus sim. p. 879, 77; cf. p. 882, 51. 54. 78*): CIC. Phil. 5, 35 quamquam in memoria gratorum civium tamquam in luce posita -e[n]tur *virtus.* Tusc. 4, 16 malivolentia -ans malo alieno. SIL. 13, 792 perlustrans oculis -antibus. PLIN. epist. 8, 18, 12 aures hominum novitate -antur. TERT. cult. fem. 2, 13 l. 23 crus de periscelio -tum. adv. Val. 17 (*v. p. 878, 4*). ITALA I Cor. 12, 26 (Cypr. epist. 17, 1. *al.*) si -atur membrum unum, conlaetantur cetera membra (*opp.* patitur; *gr.* δοξάζεται, *Vulg.* gloriatur). PANEG. 4, 37, 5 felix dextera fructuosa subscriptione -atur. IVVENC. 1, 608 -antem ... vultum (HIER. epist. 24, 4, 2). RVST. HELP. benef. 147 quies.

2 *vi debilitata fere i. q. frui, praeditum esse*: a *vario usu* (*exempla certiora*): COLVM. 8, 16, 5 velut ante devictarum gentium Numantius et Isauricus, ita Sergius Orata et Licinius Muraena captorum piscium -bantur vocabulis. CYPR. Fort. 13 p. 346, 24 caelestis regni possessione -ari (*cf. l. 21*). HIER. epist. 22, 25, 2 quamvis fratres habeas patriarchas et Israhel parente -eris. AVG. civ. 17, 4 p. 203, 6D. Anna, quae prius fuit sterilis et posteriore fecunditate -ta est. *transfertur ad res*: MART. 3, 58, 5 rure vero ... -atur *villa.* MART. CAP. 3, 287 praepositiones, quae in a exeunt, solae productione -antur ut 'contra' et 'extra'. b *in sermone iuris*: COD. Theod. 6, 8, 1, 1 ut ... praestituto honore -entur (6, 23, 4, 1^a = Iust. 12, 16, 3, 3 ut ... h. curiae ... -entur immunitatisque gaudio plena dignitatis laetitia potiantur. 6, 35, 14 pr. NOVELL. Valent. 23 pr. sepulcri. *cf.* COD. Theod. 6, 9, 2, 2 honoris aequalitate). 7, 4, 32, 1 auri perceptione. 7, 8, 15 pr. propriae domus possessione. 8, 4, 16, 2 (= Iust. 12, 57, 7, 2) integro peculio. 10, 18, 3 eos, qui ... thesauros reppererint, repertis -ari rebus ... permittimus. 12, 1, 4 praesidatus praerogativa (16, 2, 45 = Iust. 1, 2, 6 *et* 11, 21, 1). 12, 1, 79 (= Iust. 12, 57, 5 pr.) maiore ... numero filiorum. 12, 1, 109 concessa ... dignitate (COD. Iust. 12, 2, 1). *al.*

3 *vi aucta fere i. q. deliciis operam dare, diem festum agere* (*cf. l. 60. 61*): ITALA iud. 19, 22 (Lugd.) manducaverunt et biberunt; et cum iam -rentur *eqs.* (*gr.* ἀγαθυνθέντων τῇ καρδίᾳ, *Vulg.* illis epulantibus et ... cibo ac potu reficientibus corpora). psalm. 117, 24 (Cypr. domin. orat. 35 p. 293, 12) -emur et epulemur (*gr.* ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν, VVLG. exultemus et -emur). Luc. 15, 23 (cod. r) manducemus et -emur (*gr.* φαγόντες εὐφρανθῶμεν, *cod. e* iucundemur, *Vulg.* epulemur). 16, 19 (Rufin. Adamant. 2, 10) in epulis cotidie -batur (*gr.* εὐφραινόμενος ... λαμπρῶς, *Vulg.* epulabatur ... splendide). VVLG. deut. 12, 18 coram domino ... comedes ea *sacrificia* ... et -beris et reficieris *eqs.* iud. 16, 25 -antes per convivia. III reg. 4, 20 comedentes et bibentes atque -antes. *al.* PELAG. in Rom. 11, 9 mensa, qua in passione Christi -ti sunt *Iudaei* pascha comedentes. CANON. Turner II 1 p. 6 rec. Gall. qui -antur cum gentes loco separato et sua cibaria tollunt et manducant (epit. Hisp. qui -antur et cum gentibus epulantur absconsae, *gr. Mansi 2,* 516^E περὶ τῶν συνεστιαθέντων ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ).

B *transitive i. q. cum alacritate vel gaudio excipere* (*sec.* dolere, flere *sim., hic illic per attractionem*): 1 *active*: a *c. neutr. pron.* (PRISC. gramm. III 307, 5 '-or his' et 'haec'; *potius pro obi. int. p. 880, 83. 881, 24. 37*): CIC. Verr. II 2, 179 nihil est quod metuas, ne quid in te confingam; etiam quod -ere habes: multa praetermittam. ANTON. Cic. Phil. 13, 23 age, hoc -aris: videamus, quid moleste feras. SALL. Catil. 51, 29 ea populus -ari et merito dicere fieri. OV. Pont. 1, 8, 63 quod toto pectore -or. ITALA Phil. 2, 18 (Mar. Victorin. *in l.*) si laboro ..., -or et gratulor ... vobis; hoc idem etiam vos -amini (*gr.* τὸ δὲ αὐτό, *Vulg.* gaudete). ENNOD. epist. 2, 9, 2 p. 48, 22 *mens humana* dum abundat ... quod -etur (q. laedetur *var. l.*, quo delectetur *P*, quo -etur *Schottus*), magis superest, quod requirat. opusc. 2, 108 p. 320, 15 de obsoleta superstitione usus vester accipit quod -etur. b *c. subst.* (*aliter p. 881, 5sqq.*): CVLEX 298 *apud inferos* Peleus ... et Telamonia virtus per secura patris *Aeacis* -antur numina ('*num* numine ?' *Baehrens*). 322 hos (*Haupt loco variis coniecturis temptato,* hoc *codd.*) erat Aeacides vultu -tus honores. APVL. met. 1, 20, 6 quod beneficium etiam illum vectorem meum credo -ari. MAX. TAVR. serm. 44, 1 l. 21 M. ut sicut eius passionem ... ieiuniis maerebamus, ita eius resurrectionem in ... feriis -remur. 61^c, 3 l. 37 -emur ... eius festivitatem. RVRIC. epist. 2, 58 p. 438, 20 *ut* et nos condoleamus lapso, subveniamus adtrito, amplectamur reversum, -emur inventum.

2 *gerund.* -andus *i. q. laetabilis*: SALL. Iug. 14, 22 -andum magis quam dolendum puto casum tuum. STAT. Theb. 12, 90 frontis ... vincula, quae patri minimum -anda (*P*, nimium gestanda *rell.*) dedisti. silv. 4, 8, 26 iuveni -anda et (laetam dat *codd.*) virgo parenti. Ps. RVFIN. in Os. 2, 14/17 p. 978^B tempora -anda (*antea*: laetum ... reditum). 3, 1/5 p. 982^A examen pium -andumque. CLAVD. 28, 397 quisnamne piae -anda (laudanda *A*) parenti natorum lamenta putet? AVG. conf. 10, 28, 39 contendunt laetitiae meae flendae cum -andis maeroribus. COMM. instr. 1, 15, 6 -andas aras in memoriam sibi fecerunt ('*per laetitiam colendas*' *Dombart in schedis nostris*, '*laetantes*' *intellegit Martin in indice*; lit- *Pitra*, lactentes *Rigaltius*).

II *c. respectu ubertatis fere i. q. florere, valere*: A *notione integra* (*partic.* -ans; *dubia v. p. 879, 35. 881, 80*): LVCR. 2, 344 volucres, -antia quae loca aquarum concelebrant circum ripas fontisque lacusque. EPIST. Migne suppl. 1, 1564 *vitam* beatam semper ac divitem atque omnium rerum ubertate -antem. CASSIOD. hist. 1, 9, 8 -ante ... eius imperio etiam religio valde florebat (*Sozom. 1, 8, 8* εὐημερούσης ... τῆς ἀρχῆς).

B *notione ambigua* (*vi gaudendi fere perspicua, hic illic iuxta alia verba affectus*): 1 *in describendo corpore*: LVCR. 3, 107 saepe ... in promptu corpus quod cernitur, aegret, cum tamen ex alia -amur

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

parte latenti; et retro fit, uti contra sit saepe vicissim, cum miser ex animo -atur corpore toto. 2 *in re rustica*: a *de herbis*: COLVM. 1, 6, 24 eiusmodi -atur alimentis et holus et arbor (2, 13, 4). 2, 2, 3 ex omnibus, quae terra progenerat, plura campo magis quam colle, plura pingui solo quam macro -ari (2, 9, 3 c. patente *eqs.* [*cf.* PALLAD. 1, 6, 15]. 2, 10, 23 campis et locis umidis [*cf.* PALLAD. 8, 2, 1]). 2, 9, 18 teporibus (3, 9, 8 tepore potius quam frigore. PLIN. epist. 5, 6, 4 adsiduo tepore). 3, 21, 8 (*ibid.* desiderent, contristentur). 4, 33, 1 (*ibid.* desiderat, respuit, reformidat). *al.* PALLAD. 3, 24, 14 *colocasei bulbi* amant umidum locum . . .; circa fontes -antur et rivos (*cf.* 11, 12, 4 cerasus amat caeli statum frigidum, . . . montana . . . regione -atur). 3, 25, 29 *morus* fossionibus -atur et stercore. b *de locis*: COLVM. 10, 14 *terra* palmitibus . . . feris -atur et . . . pruni . . . obruta pomis gaudet. 10, 168 *tellus* capitis porri longo resoluta capillo -etur. PALLAD. 1, 6, 13 *loca sterilia* beneficio -antur incendii.

partic. praes. act. **-āns**, -antis *pro adi. vel subst. dictum esse nusquam satis constat, quamvis cum usu vocis q. e.* laetus *consentiant maxime p. 879, 78sqq. 881, 84. 882, 5. 77. 79; compar. et superl. desunt, sed cf.* magis -s *p. 879, 80.*

adv. **laetanter.** *fere i. q. cum laetitia, laete*: LAMPR. Comm. 5, 3 quod Commodus -r accepit (Ps. AMBR. serm. 26, 3 p. 658^{A} fuit . . . -r acceptus). EVAGR. vita Anton. 92 -r per vestimentum recordatur imaginem sanctitatis (*gr.* μετὰ χαρᾶς, *Vita Anton. 92* cum gaudio). HIER. in Gal. 2, 14 p. 342^{C} ostendit causam. Ps. AVG. serm. 2, 53, 1 noctem . . . paschae -r ducamus (*antea*: libenter). CE 912 (= INSCR. christ. Diehl 974; *s. V. cf.* CIL VIII 10707), 2 regia -r vota dicare libet. CASSIOD. anim. 10 p. 1298^{D} agunt. hist. 4, 31, 8 orationes . . . deo -r offerte (*Socr. 2, 23* ἀναπέμπειν σπουδάζετε). 7, 34, 4 quod illi -r adimpleverunt (*Theodoret. 3, 18, 10* προθύμως ὑπήκουον). in psalm. 19, 10 l. 151 respexit.

laetandus, -a, -um *v. p. 882, 64sqq.*
in fig. etym. p. 876, 52. 53. 69.
deriv.: laetabilis, laetabundus, 2. laetamen, laetatio.
compos.: collaetor. *v. Kamptz.*

laetrōsum *adv.* a laetrus *formatum ut oppositum vocis* dextrorsum, *cf.* laevorsum, sinistro(r)sum (-us). PAVL. FEST. p. 117 (*v. s.* laetrus).

laetrus (*an* laeter?), (-a), -um. *a radice* laev- *sec.* dextr- *formatum* (*cf. Solmsen, Stud. z. lat. Lautgesch. 116*) *vel potius a vetere grammatico retrograde e* laetrorsum *elicitum.* PAVL. FEST. p. 117 a laeva -um sinistrum et laetrosum sinistrosum. GLOSS.^{L} II Philox. LA 16 -um ἀριστερόν. Abav. LA 69 (*sim.* GLOSS. V 544, 16) la⟨e⟩trus: laevus (*'immo* laeter, *cf. Philox.; ex Festo' Lindsay*).
cf. laetrosum. *B.*

1. ^{H}laetus, -a, -um. [-to- *participium indicat* (*cf.* maestus), *quod etiam notione 'gaudio affectus' p. 885, 35 commendatur; de radice quoniam parum constat, non exploratum est, quo iure vulgo notio ubertatis primaria habeatur. Sch.*] *a* lătus *derivatur p. 874, 78. 879, 48. de scriptura*: laet- *testatur* ISID. *p. 874, 78.* let- *in titulis* CIL III 11128. 14190 X 761 XII 1694. *al. et saepe in codicibus. abbreviatur passim* l *in iunctura* l(aetus) l(ibens), *e. g.* CIL III 4812 VI 533. NOT. Tir. 62, 4. 122, 174. *compar.* -ior, -ius *inde a* TER., CIC., *superl.* -issimus, -a, -um *inde a* CIC. *cf.* magis -us GERM. frg. 4, 1 MELA 1, 61 AMM. 16, 1, 1; maxime -us MELA 2, 19 HIL. trin. 1, 1; nimis -us CIC. Tusc. 4, 39 LIV. 6, 34, 5. *al.*; admodum -us CVRT. 3, 2, 10. 3, 3, 7 TAC. ann. 3, 29, 3; magno opere -us LIV. 44, 8, 1; plus . . . -us RVFIN. hist. 11, 13. *de notione*: NON. p. 340, 30 -um hilarum, sicuti consuetudine (*affert* VERG. *p. 885, 53*) . . . ferax (VERG. *p. 884, 44*) . . . pingue (VERG. *p. 884, 74*) . . . gratia plenum (VERG. *p. 889, 31*) . . . plenum, distentum (VERG. *p. 884, 42*). PROB. app. gramm. IV 199, 26 -um gaudentem significat (*cf.* ISID. diff. 1, 343). SERV. georg. 1, 74 (*p. 884, 82*) '-us' prout res fuerit accipe, ut '-us homo', id est hilaris; '-um pecus', id est pingue; '-um legumen' . . . fertile. DIFF. ed. Beck p. 66 -us animo est, hilaris vero vultu. SYNON. Cic. p. 417, 1 bonis ⟨rebus⟩. -is. secundis *eqs.* p. 445, 21 scitus . . . gratus. -us. elegans. GLOSS. ἱλαρός. φαιδρός. γαῦρος. χαρίεις. gaudens. -a: pinguis. -um: prosperum. -i: alacres (*cf.* SERV. Aen. 1, 35. *al.*). fortes. GLOSS.^{L} V Aa L 285 l⟨a⟩etus: compus (-pos). *ad singulos locos pertinentia v. infra. legitur inde a* NAEV., PLAVTO, ENN., CAECIL., CATONE, TER. [*it.* lieto; *raet. occ.* led; *francog. vet.* liet, *vet. et med.* lié, lie; *prov. vet.* let; *hisp. vet.* ledo; *port.* ledo. *cf. M.-L. 4848. Battisti-Alessio III 2227. Wartburg V 130. Corominas III 65. Machado II 1311. G.*] [*in codd. confunditur maxime c.* laevus (PACVV. trag. 218 *loco conclamato*), latus (PLAVT. Mil. 411 HOR. carm. 1, 12, 57. *al.*), lautus (MART. 12, 62, 5 HIL. AREL. vita Honorat. 35 l. 16), lectus (TIB. 2, 4, 41 PLIN. epist. 5, 6, 39. *al.*), lentus (VERG. ecl. 7, 48 OV. ars 3, 452. *al.*). *per errorem scribitur* lact- CATVLL. 64, 393 VAL. FL. 3, 474 APVL. met. 2, 16, 1; *cf.* PLIN. nat. 27, 121 (lactis *rest. edd. vett.*).]

I *praevalet notio* ubertatis (*c. gen. p. 884, l. 11, abl. passim*):
II *translate fere i. q. alienus, infelix, pravus sim.* (*affinis est usus sub IB1 illustratus; accedit dat. l. 68*): **A** *de rebus humanis et ipsis hominibus*: Verg. ecl. 1, 16 saepe malum hoc nobis, si mens non -a fuisset, de caelo tactas memini praedicere quercus ([Serv.: stulta, contraria. *huc spectat* Non. p. 331, 18 '-um' adversum]. Aen. 2, 54 si fata deum, si m. n. -a f. [Serv.: contraria, et sciendum -um, cum de humanis rebus est, esse contrarium, cum de caelestibus, prosperum, ut 'intonuit -um' (*supra l. 27*), quia sinistra numinum dextra sunt intuentibus]. *cf.* Heges. 5, 42, 5 -a m. populi). Lydia 77 sors o mea -a nascendi! (Stat. Theb. 11, 444). Hor. ars 301 o ego -us, qui purgor bilem sub verni temporis horam! Sil. 5, 660 -a ob discrimina Martis (*664* non fausto Marte). 8, 22 -us conatibus Hannon ductoris *erat.* Stat. Theb. 2, 16 cui -a voluntas semper et ad superos . . . insultare malis. Ivv. 14, 228 -o monitu pueros producit avaros (Schol.: subtili). Cypr. Gall. gen. 991 livore. Pavl. Pell. 255 fama. *al.* *n. pro subst.*: Hil. gen. 141 *homini datus est* iusti -ique . . . sensus. Alc. Avit. carm. 2, 416 (*loq. diabolus*) quodcumque malum sollers natura negabat, instituì dextrisque dedi coniungere -um. 5, 353 rectis et, quae contraria, prosunt et, quae -a malus voluit, mutata recurrunt in dextrum vertente deo. **B** *de deis* (*cf. l. 45 necnon* Arnob. nat. 4, 5 dii -i, deae -ae sinistrarum tantum regionum sunt praesides et inimici partium dextrarum; mundus ipse per se sibi neque dexteras neque -as . . . regiones . . . habet *eqs.*): Verg. georg. 4, 7 tenuis non gloria, si quem numina -a sinunt auditque vocatus Apollo ([Gell. 5, 12, 13 vim . . . huiuscemodi deorum in laedendo magis quam in iuvando potentem. Non. p. 331, 20 *et* Serv. *ad l.*: prospera]. Mart. 6, 85, 3 [lumine *var. l.*]. Arnob. nat. 3, 26. Amm. 14, 11, 12 numine -o ductante [31, 4, 9 deligente]). Sil. 3, 94 si promissum vertat Fortuna favorem -aque sit coeptis (CE 506 [*s. fere III*] si F. . . . fatis non -a fuisset. Serv. Aen. 2, 388 'F. dextra': . . . favens, propitia, ut '-a' contraria). 14, 494 dei (15, 512. Arnob. nat. 7, 23 malos . . . et -os). **C** *de rebus naturalibus*: Verg. Aen. 10, 275 Sirius ardor . . . sitim morbosque ferens . . . nascitur et -o contristat lumine caelum (Serv.: noxio. *cf.* Stat. Theb. 1, 634 *peste saeviente quaerunt*, quis ab aethere -us ignis et in totum regnaret Sirius annum. Clavd. carm. min. 26, 92 -o [saevo *var. l., edd.*] Sirius igne nocet). Hor. sat. 2, 4, 4 cum te sic tempore -o interpellarim. Sil. 7, 30 Cilnius . . . clarum nomen erat, sed -a adduxerat hora . . . iuvenem *mox captivum.*

abl. fem. **laevā** *fere pro adv. p. 891, 45 sqq.*

adv. **laevē.** *i. q. prave*: Hor. epist. 1, 7, 52 puer . . . non -e iussa . . . accipiebat.

deriv.: laevorsum. *cf. Onom.* *Montefusco.*

2. laevus, (-a, -um). [*orig. inc.; vocem c.* 1. laevus *coniungere liceret, si doctrina superstitiosa potius quam auctoritate Servii spectata ad inferos referri posset* (*cf. umbr.* nertru *'sinistro'*, *osc.* nertrak *'a sinistra'* *[B.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c. gr. νέρτερος). *Sch.*] *t. t. agriculturae* (*iuxta* camurus *et* licinus, *voces aeque obscurae originis*): SERV. auct. georg. 3, 55 camuri boves sunt, qui conversa introrsus cornua habent ..., -i, quorum cornua terram spectant, his contrarii licini, qui cornua sursum versum habent (*inde* GLOSS. V 506, 10. 553, 50).

laga spata (*i.* spatha) GLOSS. V 505, 20 (553, 47). *cf.* III 173, 38 benaulon (*i.* venabulum) -a. *obscurum; ad* lancea *referre vid. Goetz.*

lagacon i. lactuca leporina GLOSS. III 568, 18. *an* lagion (*i.* λάγιον *sc.* θριδάκιον)?

lagalōpēx, -pecis *m.*, *λαγαλώπηξ. *nomen animalis domestici*: MART. 7, 87, 1 si meus aurita gaudet -e Flaccus (lagaopece, lagagocepe *var. ll., cf. quae adnotavit Heraeus ad l. tam in praef. editionis quam RhM. 74, 1925, 325, 3*).

laganum, -ī *n.*, λάγανον. *a* lātus *inepte nimirum derivatur l. 20.* *formae I^ae decl.* -ā, -as, -am *l. 32. 33. 34. 40. 42. 51; II^ae decl.* -us, -os *l. 30. 50.* *de notione*: SCHOL. Hor. 1, 6, 115 -a sunt de siligine quaedam factae (*sc. placentulae*), quasi membranae compositae, quas cum piperi et liquamine cocunt et sic comedunt (PORPH. *ad l.* hanc escam vulgarem esse nemo est, qui nesciat). ISID. orig. 20, 2, 17 (*deest in codd. potioribus*) -um est latus et tenuis panis, qui primum in aqua, postea in oleo frigitur (*cf.* GLOSS. V 505, 21). GLOSS. III 314, 8 π[illegible]ανα -a. [*calabr.* lágane, -a, -u, *neap.* lágana, *abrut.* láganə, *apul.* láina, lágana, lávana, *roman.* lákana *etc. cf. Rohlfs, Etym. Wb. d. unterital. Gräzität 1205. Battisti-Alessio III 2150. ceterae formae pendent e* *laganea: *prov.* lagagno; *cat.* lleganya; *hisp. vet.* laganya, *hisp.* legaña, *cf. Wartburg V 130 sq. Corominas III 68 sqq. explicationes priores reiciens. G.*]

nomen operis pistorii cuiusdam (*cf. Ullman, ClPh. 7, 1912, 442 sqq.*): HOR. sat. 1, 6, 115 domum me ad porri et ciceris refero -ique catinum. CELS. 2, 22, 1 lenes ... sunt sorbitio, pulticula, -us (-um *J*), amylum *eqs.* 8, 7, 6 *maxilla fracta* umidus cibus diu adsumendus est; ... in -o (-a *J*) similibusque aliis perseverandum est. ITALA exod. 29, 2 (Lugd.) *ad consecrationem sacerdotum sumas* panes ... et -as azyma (*pro* -mas) consparsa ex oleo (VVLG. -a, *var. l. in uno cod.* -am azimam). 29, 23 (Lugd., *cf.* VVLG.) panem ... et -um unum e canistro azymorum. lev. 2, 4 (Lugd., *cf.* VVLG.) panes azymos ... et -a uncta oleo (*allegorice* HESYCH. in lev. *l. c.* p. 807^B verba ... apostolorum panes accipe, prophetarum vero -a; quantum enim panes a -is ad nutriendum sunt aptiores, tantum *eqs.*). 7, 12 (*ibid.*) panis ... azymos et -a azyma uncta oleo. 8, 26 (*ibid.*) panem unum azymum ... et -um (-am, -a *var. lect.* VVLG.). num. 6, 15 (*ibid.*) panes ... et -a uncta oleo. 6, 19 (Lugd.) panem ... et -am azimam (VVLG. -um, *var. l.* -am). VVLG. I par. 23, 29 -a. APIC. 4, 134 (*describitur* patina Apiciana) per singula coria substernas diploidem, ⟨de⟩in -um similiter; quotquot -a posueris, tot trullas imples, desuper adicies, unum vero -um fistula percuties et super impones (4, 135 *in* patina cotidiana *item*). CAEL. AVR. chron. 2, 13, 177 panis -um (*verti vid. gr.* ἀρτολάγανον) pultibus infusum, sed ex fermento confectum, quo panis habeat qualitatem *eqs.* CASSIOD. Ios. antiq. 7, 86 -um frixum (*cf. Vulg. II reg. 6, 19* similam, *LXX* λάγανον, *exemplum igitur fortasse ad l. 33 sqq. pertinet*). ORIBAS. syn. 3 add. p. 906 -os multum tenues. *ibid.* -as de pane factas. 4, 2, 1 Aa p. 6 -as (La -a). -um *restituendum esse dubitanter coniecit Goetz e* lagarium GLOSS. III 540, 52 (*v. s.* libanum).

lagarus, -a, -um, λαγαρός. GRAMM. VI 637, 4 -us, id est laxus, ille versus (*sc. hexam. dact.*), qui in medio iambum vel alium huic metro non convenientem pedem habet (*affertur Verg. Aen. 12, 13*). *graecis litt. scriptum* MAR. VICTORIN. gramm. VI 67, 20.

lagēa *v.* lageos. **lagēna** *v.* lagoena.

lagēos *et* lagēus, -ī *et* -a, (-ae) *f.*, λάγειος *sc.* οἶνος *vel* λαγεία *sc.* ἄμπελος. *de orig.*: SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 93 uva leporini coloris, unde et vocabulum s⟨umptum est⟩ vel quia lepores ultra alias adpetunt *eam*, sive quod langon est iuxta dialecticos pedibus infi⟨rmis stare⟩ *eqs.* ISID. orig. 17, 5, 16 (*de vitibus*) praecoquae vocatae, quod cito maturescant ...; has Graeci -os dicunt, quod currant ad maturitatem velociter ut lepus. *de formis*: PROB. cath. gramm. IV 19, 1 *vocabula* i genetivo singulari terminata secundae erunt declinationis, -os, -i (*affertur* VERG.). *occurrunt nom. sg.* -os, -a, *gen. sg.* -i, *acc. pl.* -os, -as.

nomen vitis, uvae, vini: VERG. georg. 2, 93 tenuis ... -os (SERV. quae Latine leporaria dicitur; 'tenuis' autem penetrabilis, quae cito descendit ad venas). PLIN. nat. 14, 39 dixit Vergilius (*l. c.*) -as *uvas* compluresque externas, quae non reperiuntur in Italia. VERS. metr. Mar. Victorin. gramm. VI 78, 1 (*exemplum versus Sotadei, Septimio Sereno vindicavit Wernsdorf*) rumpunt teneras uviferae comas -i. MACR. Sat. 3, 20, 7 -a *inter uvarum genera.*

lages ANTH. 21, 59 *corruptum, v. p. 894, 9.*

laggurius *v.* lyncurius.

laginē, *acc.* -ēn, *abl.* -ē *f.*, *λαγίνη. *vocem Celtis vindicat Holder, Altcelt. Sprachschatz s. v. coll. Ps. Diosc. Vind. 4, 148 p. 290, 17* Γάλλοι λάγινον (-γον- *var. l.*). *nomen clematidis herbae*: PLIN. nat. 24, 139 -en (laci-, largi- *var. ll., quae solae traditae sunt* 1, 24, 139 -e [*abl.*]. iasinen *Salmasius*).

lagīta, -ae *f.*, ?*λαγίτης. *nomen piscis* (*cf. Saint-Denis, RevPhil. 40, 1966, 239 sqq.*): APIC. 4, 141 patina ex -is (lagatis, legatis, ligatis *var. ll.*) et cerebellis: ... haec omnia divides praeter piscem ..., salsum coctum in medio pones *eqs.* 4, 146 patinam de -is: -as rades, lavas, ova confringis et cum -is commisces *eqs.* (lega-, liga- *var. ll. utroque loco*). *huc referunt André ad loc. priorem* COLVM. 8, 17, 12 (*ubi* lacte *vel* lapte *traditur*, elacatae *e codd. det. editur*) -ae *restituendum esse coniciens, Heraeus per litteras* AVSON. 393, 61 p. 247 P. ligati (*L*, ligari, ligatri [*quod editur*] *sim. cett.*) *vocales inter se mutatas esse opinatus (v. supra varias lect. Apicii) necnon conferens Anth. 21, 59, ubi* lages *trad., in* lagos *vel* lagis (*gr.* λαγώς, *f.* *λαγίς) *corrigendum.*

⌧**lagoena**, -ae *f.* *cf. gr.* ὁ (ἡ) λάγυνος, *unde* lagynus, *acc. pl.* -ōs *m.* (*v. infra l. 78*). *de scriptura* (*cf. Schuchardt, Vokal. d. Vulgärlat. II 278 sqq. III 259. Knoche, Herm. 63, 1928, 350, 1 et Handschriftl. Grundl. d. Iuvenaltextes 337*): *in inscr., pap., codd. antiquissimis*: -gon-: CIL III 10186, 21 VI 8866 XIII 10008, 4. 6 10018, 7. XV 4858 (*lect. dubia*). *cod. M* PLIN. nat. 14, 85. *cf.* -con- CIL XV 4536. -gun-: INSCR. *infra l. 64.* EphEp. IX (*ad CIL VII*) p. 673 n. 1348 (*saec I*). CIL VI 1884 (*a. 130*). -gyn-: *cod. F* SCAEV. dig. 32, 37, 2. -goen-: ITALAE codd. a d f ff². *in codd. posterioribus saepe* -goen-, -gon-, -gen- (*cf. l. 29. 38*), *rarius* -guen- (*hic illic* languen-). -gyn- (*cf. l. 17*): PLAVT. Curc. 78 *teste* Schol. Verg. Veron. ecl. 7, 33 (-goen- *codd. Plauti deficiente A*). PORPH. Hor. carm. 2, 3, 8. -cun-: LVCIL. 1162 *teste* Diom. gramm. I 365, 14 (-gun- *var. l. contextu frg. valde dubio, v. l. 33*). PLIN. nat. 11, 179 (*deficit M*). GLOSS. III 246, 24. 529, 33. -guin-: GROM. p. 308, 21 *et hic illic in var. lect.* lang-: *v. l. 19.* *c. abbrev.* lag CIL IV 5882 (*inscr.* -ae). NOT. Tir. 90, 55^a. *de notione*: SCHOL. Hor. carm. 3, 4, 18 'cadum' -am. PALLAD. hist. mon. I 7 p. 278^D -as, quas hydrias vocant (*gr. p. 61, 12 B.* ὑδρίας *tantum*). ISID. orig. 20, 6, 3 -a et Sicula Graeca nomina sunt, inflexa ex parte, ut fierent Latina; illi enim 'λάγηνος', nos '-oena'. GLOSS. λαγύνιον. vas vinarium. λάγυνος. II 563, 16 (= PAP. Corp. 277, 7) paucali (βαυκάλιον *Bücheler*). *v. etiam p. 895, 1.* *legitur inde a* PLAVTO, CATONE. [*falso trad. pro* lanugo ACC. frg. 246. *dub. an huc*: LVCIL. 1162 suffocare -a (-as *var. l.*) conatur. *cf. Marx ad l.*]

i. q. λάγυνος, *ampulla, cadus sim.* (*conficitur ex argilla p. 895, 4, argento p. 895, 6, filis infra l. 63*): 1 *usu communi* (*fere ad liquores recipiendos;* nivaria *infra l. 74*): PLAVT. Curc. 78 ianitrix, nomen Leaenae est, ... merobiba. :: quasi tu -am dicas, ubi vinum Chium solet esse (*lusum verb. c.* Leaena *subaudiri coni. Schuchardt l. c. et Sommer Handb.³ 75*). CATO agr. 122 in vaso ... defervefacito *vinum*; ubi refrixerit, in -a indito (*cf.* 123 confundito. COLVM. 12, 12, 3 diffundunt [PLIN. nat. 14, 85]. PALLAD. 11, 14, 17 refundes. 11, 14, 9 infundat). VARRO Men. 68 Volcanum aecum novae -ae ollarum figurator precatur. Q. CIC. Cic. fam. 16, 26, 2 sicut olim matrem nostram facere memini, quae -as etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquae fuisse, quae furtim essent exsiccatae, sic tu ... scribito tamen *eqs.* (*cf.* MART. 9, 87, 7 signat meus anulus -am). HOR. sat. 2, 8, 41 imi convivae lecti nihilum nocuere -is. 2, 8, 81 quaerit ..., num sit quoque fracta -a, quod sibi poscenti non dantur pocula. epist. 2, 2, 134 signo laeso non insanire -ae (PERS. 6, 17 in vapida ... -a). MAECEN. frg. Sen. epist. 114, 5 factio ... rimantur epulis -aque (*i. inter epulas et potiones*) temptant domos. PHAEDR. 1, 26, 8 *ciconia* intrito cibo plenam -am posuit *vulpi* ...; (10) quae *vulpis* cum -ae collum frustra lamberet *eqs.* (PLIN. nat. 28, 174. *cf.* COLVM. 12, 47, 2 patentissimi oris. APVL. met. 2, 15, 6 orificio. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 270^{B.C} angustias oris. II p. 359^D os). SEN. epist. 118, 15 utrum -am an dolium impleas vino, nihil refert; in utroque proprietas vini est. COLVM. 10, 387 *cucurbita dabit* capacem ... mellis Hymetti aut habilem lymphis hamulam Bacchove -am. 12, 11, 1 bene picatis -is (*cf.* 12, 12, 2 gypsatam. 12, 41 gypsabis). 12, 41 aperire. PERS. 3, 92 modice sitiente (*i. parva*) -a. PETRON. 22, 3 *fures* expilaturi [-am] (*del. Jahn*) ... intraverunt ..., diductam fregerunt -am. PLIN. nat. 14, 66 est ... Tauromenitanis *vinis* honos, -is pro Mamertino plerumque subditis. 16, 128 *arbores*, e quibus montani praetenuia fila decerpentes spectabiles -as et alia vasa nectunt. INSCR. Herculani (*teste D. Corte ap. Väänänen, Lat. vulg. des inscr. Pomp.³ 25*) -as. MART. 4, 43, 5 si dixi ... te cinaedum, iratam mihi Pontiae *veneficae* -am *volo mihi esse* (*cf.* 4, 69, 3 diceris hac factus caelebs quater esse -a. 12, 91, 4 times -am [*dub. an huc*]). 4, 46, 9 nigri Syra defruti -a. 6, 89, 4 Spoletina (13, 120, 1 de Spoletanis quae *vina* sunt cariosa -is [c. *transfertur a -is ad vina, nisi potius vice versa, cf. Colum. 3, 2, 17 Plin. nat. 14, 55. 15, 7. 23, 40*]). 6, 89, 7 (*antea*: oenophori). 7, 20, 19. 7, 53, 6 Laletanae nigra -a sapae. 7, 51, 6 nulla catenatis pila *tabernae* est praecincta -is. 9, 72, 4. 10, 48, 19 Nomentana. 12, 82, 11 fumosae (*cf. vol. VI 1, 1540, 34 sqq.*) feret ipse *parasitus* propin de faece -ae. 14, 116 tit. -a nivaria. QVINT. inst. 6, 3, 10 (*loq. iuvenes, qui tyranno maledixerant*) nisi -a defecisset, occidissemus te (*Val. Max. 5, 1 ext. 3* vinum). IVV. 5, 29 pugna Saguntina fervet commissa -a. 7, 121. 8, 162 cum venali Cyane *caupona* succincta -a. 12, 60 ventre -ae. 14, 271 municipes Iovis (*i. Cretenses*). SCAEV. dig. 32, 37, 2 -os vini. CIL VI 1884 (*a. 130*) Traiani ... a potione, item a -a et triclinarch(ae) (*item in indicando officio*: CIL III 10186, 21. VI 8866 adiutor a -a. XI 4657 l(iberti) a potio⟨ne, a⟩ -a. *cf.* a cyatho *vol. IV 1582, 29 sq.*). ITALA Marc. 14, 13 (cod. a *al.* = VVLG., *cf.* Ambr. in Luc. 10, 47) -am aquae (vas, amphoram *aliae versiones Italae*, a. *tantum loco gemino* Luc. 22, 10. *cf.* AVG. cons. euang. 2, 80, 157 p. 266, 13 quod ... Marcus -am dicit, [*B.*]

quam Lucas amphoram, ille vasis genus, ille modum significavit, uterque veritatem sententiae custodivit). PORPH. Hor. carm. 2, 3, 8 'interiore nota Falerni' hoc est vetustiore, quoniam interiores -ae solent esse, quae prius stipatae sunt. IVST. 32, 4, 6 fictiles. EVAGR. vita Anton. 59 p. 927 -am aquae (*Vita Anton.* vas cum aqua, *gr.* κεράμιον). QVEROL. p. 40, 10 R. SYMPH. 258 tit. AMBR. Hel. 15, 55 -as argenteas, auratos calices (*Basil. Migne gr. 31, 456*^{C} ψυκτῆρας καὶ κρατῆρας καὶ φιάλας). HIER. epist. 10, 3, 3 odorem -a servat (*Hor. epist. 1, 2, 70* testa). VVLG. I reg. 10, 3. 16, 20. Agg. 2, 17 (*Itala cod. 176* amphoras). AVG. serm. 11, 3 ut -a mea non deficiat. 273, 8, 8 oderunt martyres -as vestras (*seq.* ebrietates). APIC. 6. CIL XIII 10018, 7 (*inscr. -ae*) (h)ospita, reple -a(m) cervesa. *al.* *in comparationibus* (*cf. p. 894, 43 sqq.*): PLIN. nat. 11, 179 (*de stomacho*) carnosa inanitas ... ad latitudinem ac longitudinem -ae modo fusa. HERM. Pal. vis. 4, 1, 6 bestia caput habens quasi -am (*vulg.* tamquam urnalem, *gr.* ὡς κεράμου). ANTH. 137 (*de ramice*) inguine suspensam gestas ⟨sub ventre⟩ -am, quae tibi fit turgens amphora flante noto (*cf. 138* moles syringis). VVLG. Is. 30, 14 *populus a deo* comminuetur sicut conteritur -a.

2 *ad designandos terminos agrorum*: GROM. p. 308, 21 -as (*pro* -ae) tres quadrifinium faciunt (*appictae sunt in cod. G*). 344, 25 terminus laguenaris vel orcularis, id est -a vel orcula, distant a se *eqs.* (*item*). 346, 19 termini epetecticales ...: -as et orculas in finibus posuimus.

3 *in strategemate*: VVLG. iud. 7, 16 *Gedeon castra hostium petiturus militibus suis* dedit tubas ... -asque vacuas ac lampades in medio -arum. 7, 19 coeperunt ... complodere inter se -as (*cf. ibid. 20* hydrias *ut Itala Lugd. omnibus locis*). *intellegitur allegorice, allato II Cor. 4, 7* in vasis fictilibus, *de corporibus sanctorum, in quibus spiritus sanctus ardet*: GILD. Brit. 70 chron. III p. 65, 26. 28 PS. PRIMAS. in Hebr. p. 771^{A}. *de fragilitate corporis*: GREG. M. moral. 30, 75. *cf. ibid.* 30, 77 -as ... in sinistra tenuerunt, quia Christi martyres ... corporum ... utilitatem pro minimo *habent*.

deriv.: lagoenaris, lagoenarius, laguncula.

compos.: artolagynos (-goenus).

lagoenāris, -e. *a* lagoena, *cf. gr.* (*dub.*) λαγηνάριος *et* laguncularis. *i. q. ad lagoenas pertinens*: GROM. *supra l. 21.* VEN. FORT. carm. app. 9, 16 cervisio tristis, faece lagunari (*edd.*, lacu- *trad.*) turbida.

lagoenārius, -a, -um. *a* lagoena. *i. q. ad mercaturam lagoenarum pertinens*: CIL VI 9488 Leontia ... ad porta Trigemina lagunara ('-r(i)a *est quae vendit aut facit lagunas' edd.*). 37807 Successo negotianti porto (*sic*) vinario lagonari⟨o⟩.

lagōis, (-idis?, -is?) *f.*, *λαγωΐς. *nomen avis* (*cf.* fulica *vol. VI 1, 1522, 38 et* lagopus): HOR. sat. 2, 2, 22 *hominem delicatum* neque ostrea nec scarus aut poterit peregrina iuvare -is (PORPH.: avis leporini coloris. SCHOL.: avis est, quae leporis carnem habere perhibetur; aut est genus piscis, quod mari Italo non invenitur).

lagōn, (-ōnis ?) *f. vel m.*, λαγών. VINDIC. gyn. 12 p. 440^{II} quod greci -n dicunt, latini ilia (rec.^{I} lacon,^{II} longon,^{V} longionem [*fort. per confusionem c.* longa(n)on]).

lagōn- *v.* lagoen-.

lagōpthalmos, *acc. pl.* -us, λαγώφθαλμος. CELS. 7, 7, 9^{A} nonnumquam ... nimium ... excisa cute *palpebrae* evenit, ut oculus non contegatur ...: -ūs Graeci appellant.

lagōpūs, *abl.* -ū *m.* (*f.?*), λαγώπους. *cf. Steier, RE XII 461.*
1 *nomen avium* (*cf.* lagois): PLIN. nat. 10, 133 Alpium ... praecipua *avis* sapore -s; pedes leporino villo nomen hoc dedere cetero candidae columbarum magnitudine; (134) non extra terram eam vesci facile ...; est et alia nomine eodem, a coturnicibus magnitudine tantum differens, croceo unctu cibis gratissima (*cf.* 1, 10, 68). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 20 -s. 2 *nomen herbae*: PLIN. nat. 26, 53 -s sistit alvum *eqs.* (*cf.* 1, 26, 34). PS. APVL. herb. 61 (*add. codd. Ha, V; inter nomina herbae q. e.* leporis pes) Graeci -s, a similitudine pedis leporum dicta. DIOSC. 4, 17 p. 16, 22 de -u: -u(s) *herba* bibita cum vino ventrem abstinet ..., nascitur locis cultis *eqs.* (*gr.* λαγώπουν).

lagor *v.* languor.

lagōtropheion, *pl.* -a *n.*, λαγωτροφεῖον (*vel* λαγο-). *i. q. leporarium* (*cf.* GLOSS. II 357, 64): COLVM. 8, 1, 4 -a (*litt. graecis, iuxta* μελισσῶνες *et* χηνοτροφεῖα) ..., quae nos similiter appellamus ... pecudum silvestrium, quae nemoribus clausis custodiuntur, vivaria.

laguēna, lagūna *sim. v.* lagoen-.

laguncula, -ae *f.* *a* lagoena *deminutive.* *i. q.* (*parva*) *lagoena* (GLOSS. vasa. vasa fictilia. *v. etiam p. 896, 22. vis deminuendi, iuxta vocem q. e.* lagoena *mera variatione usurpatam vix perspicua, augetur per* parvola *l. 76, cf.* angusta *l. 82*): COLVM. (*ubi saepius* lagona *in eadem re*) 12, 38, 6 *vinum* in -am diffusum. 12, 38, 7 -is bene picatis (*ibid.* 8). PLIN. epist. 1, 6, 3 cum venabere, licebit ... ut panarium et -am sic etiam pugillares feras. 2, 6, 2 vinum ... parvolis -is in tria genera discripserat *avarus.* ITALA Matth. 9, 17 (Greg. M. moral. 23, 20, *qui ibid. affert* utres) -as novas disrumpit *vinum novum* (*Vulg.* utres. *pergit* GREG. M. *l. c.*: quia sancti spiritus fervor non solum veteri, sed etiam nova vita vix capitur). HIER. in Ezech. 20, 1 p. 186^{B} -am mellis (*Vulg. III reg. 14, 3* vas m.). nom. Hebr. p. 47, 1 Nabuchodonosor: prophetia -ae angustae *eqs.* (*inde* GREG. ILIB. frg. Migne suppl. 1, 526 ISID. orig. 7, 6, 8). VVLG. Iob 32, 19 venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod -as novas disrumpit (*Hier. interpr. Iob* veluti follis aerarii disruptus). Is. 5, 10 -am unam (*cf.* HIER. in Is. *ad. l.* pro -a, quam LXX transtulerunt, omnes alii 'batum' interpretati sunt, quod Hebraice dicitur beth). 10, 33 *deus* confringet -am in terrore (*cf.* HIER. in Is. *ad l.* verbum hebraicum phura, quod Aquila κεραμίδιον interpretatus est). Ier. 13, 12 omnis -a implebitur vino (*ibid. iterum. 13, 13* implebo omnes habitatores ... ebrietate. *cf.* HIER. in Ier. 3, 14, 2 '-a sive uter': verbum Hebraicum nebel Aquilae prima editio -am, ... Symmachus craterem ... interpretati sunt). 19, 1 -am figuli testeam (*cf. eundem* 4, 11, 2 quae Hebraice dicitur bocboc, LXX dolium transtulerunt). 19, 10 conteres -am (*cf. eundem* 4, 18, 2 -am sive dolium). 48, 12 (*11 Moab* requievit in faecibus suis nec transfusus est de vase in vas) mittam ei ... stratores -arum, et sternent eum et vasa eius exhaurient et -as eorum collident. AVG. conf. 9, 8, 18 *famula* priusquam in -am funderet merum *eqs.* serm. 11, 2 non poterat Elias ... dare sibi, quod -ae dedit? (*Vulg. III reg. 17, 10* da mihi paululum aquae in vase). 239, 3, 3 (*item* Ps. AVG. serm. 39, 1) -a olei (*ibid. 17, 12* paululum olei in lecytho). MIRAC. Steph. 2, 3 ut unam -am ex quolibet vasorum suorum adimpleat (*infra*: lagenam). VITAE patr. 6, 3, 2 p. 1005^{C} (*gr. Cot. p. 543*^{C} βαυκάλιον). GREG. M. moral. 30, 73 (*ad iud. 7, 16. 19, v. p. 895, 24 sqq.*) accensas lampadas miserunt in -as ([*item* ISID. in iud. 5, 1]. *sed* lagenas *ceterum saepe in hoc contextu. huc spectare videtur* GLOSS. IV 253, 18 [*cf.* V 505, 19] -ae: laternae *eqs.*). 33, 20 (*ad Vulg. Marc. 3, 27* vasa) ut veritatis plenas cordium nostrorum -as reportemus.

deriv.: laguncularis.

lagunculāris, -e. *a* laguncula. *i. q. ad lagunculam pertinens*: MARCELL. med. 34, 69 picis -is ... uncias ternas.

lagȳna, -ae *f. et* **lagȳnus**, (-ī) *m. v.* lagoena.

lāicālis, -e. *a* laicus, *cf.* clericalis. [*port. vet.* leigal. *cf. Machado II 1289. G.*] *i. q. ad vitam profanam pertinens*: GREG. TVR. Franc. 9, 42 p. 470, 9 (*epist. Radegundis*) vinculis -bus absoluta. LEX Visig. 3, 4, 18 (*add. cod. E 1*) veste (3, 5, 3, *ubi var. lect.* religiosa, religionis, sanctimoniali. CONC. Barcin. a. 599 Mansi 10, 483^{B}). 3, 5, 3 conversationem. VEN. FORT. vita Hil. 3, 8 proposito (VITA Radegund. 1).
v. etiam var. lect. p. 897, 1. 7.

lāicus**, -a, -um, λαϊκός. *corripitur prima syllaba* VEN. FORT. carm. 2, 10, 22. *ceterum vox ap. poetas non occurrit.* NOT. Tir. 55, 38^{a} -us (*post* clericus). *legitur inde a* TERT. **[**(*it.* làico, làdico); *francog.* lai, *burg. vet.* laee; *prov. vet.* laic, lec, *prov.* laï; *vasc. vet.* lai, *vasc.* laic, layc; *cat.* llec; *hisp.* lego; *port. vet.* leigo. *cf. M.-L. 4853. Battisti-Alessio III 2153. Wartburg V 131 sq. Corominas III 70. Machado II 1289. G.]**

i. q. popularis, profanus (*gr. resp.* λαϊκός, *sed* κοσμικός VITAE patr. 3, 205 [*gr. Cot. p. 679*^{B}]. 5, 7, 48 [*gr. Nau 1913 p. 281 n. 211*]. 5, 10, 46 [*gr. Cot. p. 597*^{A}]. *cf.* EVCHER. instr. 2 p. 160, 14 -us: popularis, ἀπὸ τοῦ λαοῦ. *item* ISID. orig. 7, 14, 9 GLOSS.^{L} V Abba LA 97. GLOSS. IV 414, 28 popularis plebeiusque. *addas* HIER. in Ezech. 48, 13 sqq. p. 484^{A} 'profanum' ... est et -um, id est vulgare, quod omni populo habitare passim licet): I *usu communi, intra ecclesiam Christianam* (*opp. passim* episcopus, presbyter, diaconus, clerus [*vol. III 1340, 18 sqq.*] *sim.*; *syn.* plebs, saecularis, *v. variationem recensionum* VITAE patr. 3, 205. 5, 3, 15 *et cf. Hofmann IF 43, 1924, 88, 5*):
A *nude ponitur, fere pro subst.*: 1 *masc.* (*formae generis ambigui hic afferuntur*): a *vario usu*: TERT. bapt. 17 p. 214, 29 etiam -is ius est *lavacri dandi, non solum clero.* p. 215, 2 quanto magis -is disciplina verecundiae ... incumbit, cum ea maioribus competa⟨n⟩t *eqs.* castit. 7 l. 15 quod sacerdotibus non liceat, -is licere; nonne et -i sacerdotes sumus? *et saepe in hoc cap.* praescr. 41 l. 22 hodie presbyter, qui cras -us; nam et -is sacerdotalia munera iniungunt. CYPR. epist. 55, 11 p. 632, 6 admissus est Trofimus, ut -us communicet, non ... quasi locum sacerdotii usurpet (67, 6 p. 740, 17 si sibi vel -o communicare contingeret. 72, 2 p. 776, 22 ut communicarent -i *cleri lapsi.* OPTAT. 7, 6 p. 178, 20. *cf. p. 897, 2*). 81 p. 841, 19 Christianorum -orum et episcoporum. *al.* PEREGR. Aeth. 24, 1 monazontes parthenae ... et -i ..., viri aut mulieres (24, 15. 25, 12). HIL. ad Const. 2, 2 intra poenitentiam -i consenescam. EVAGR. vita Anton. 90 p. 89, 17 episcopos rogabat ... et -is et ipsis persuadebat ... et mulieres corripiebat. PELAG. in II Cor. 9, 2 ('sanctos') superius de -is sanctis ..., hic vero de sacerdotibus sanctis (AVG. in psalm. 8, 13). RVFIN. epist. Clement. 5, 4 opera ... exhibeant sibi invicem discentes, ⌊id est -i⌋ (*deest gr.*). AVG. epist. 139, 3 epistula ad ipsos -os Donatistas. praed. sanct. 14, 27 ab episcopis usque ad extremos -os fideles, poenitentes, catechumenos. AVELL. p. 561, 28 -os et alienos ab ecclesiastico corpore. *in serie contumeliarum*: HIER. virg. Mar. 1 p. 183^{A} *Helvidius* homo turbulentus et solus in universo mundo sibi et -us et sacerdos. b *per comparationes*: α *c. Iudaeis factas* (*cf. p. 897, 14*): RVFIN. Orig. in lev. 5, 3 p. 340, 15 filii Istrahel, hoc est -i (*antea*: pontifex, levitae. *cf.* in num. 10, 1 p. 68, 6 Istrahelita ..., id est -us). in Ios. 17, 3 p. 405, 4 -orum uti ministeriis debent *levitae.* β *c. tribuno quodam*: AVG. c. Gaud. 1, 3, 4 (*v. vol. VIII 956, 26*).

2 *fem.* (*cf. supra l. 64. 66*): VEN. FORT. vita Radeg. 11, 23 GREG. M. in euang. 38, 13 p. 1292^{A}.

B *pro adi.*: 1 *de rebus*: CLEM. ad Cor. 40 plebeius (plebs eius *trad.*) homo -is praeceptis datus est (*gr.* ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος λαϊκοῖς προστάγμασι δέδεται, *sed verti vid.* δέδοται). Ps. HIL. libell. 11 tam

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in catechismo . . . quam etiam in -a (laicali *var. l.*) vita. RVFIN. hist. 6, 43, 10 in communionem -am . . . susceptus est ([*gr.* ᾧ . . . ἐκοινωνήσαμεν (ὡς) λαϊκῷ]. EPIST. pontif. 303 Migne 20, 531^B AVELL. p. 329, 4). ENNOD. dict. 3, 4 p. 434, 16 conversatione. GREG. M. dial. 4, 42 p. 297, 18 M. habitu. CAES. AREL. reg. mon. p. 150, 1 vestimenta. epist. ad virg. 2, 5 p. 139, 2 domum (*opp.* ecclesia). *addas var. lect.* VITA Fulg. p. 19 L. professione -a (-i, laicali *pars codd.*). 2 *de hominibus* (*exempla minus certa v. sub A1*): AVG. anim. 2, 1, 1 homine quidem -o, sed pro sua fide . . . sollicito (3, 12, 18. CONC. Rom. a. 502 p. 446, 8 [*ibid.* -us *nude ponitur*]. CAES. AREL. epist. de hum. 7). in Iob p. 577, 20 famulos. NOVELL. Valent. 35 pr. petitor. AVELL. p. 104, 20 virum (*cf.* GREG. M. dial. 2, 13 p. 99, 18 M. vix erat -us, sed religiosus). CONC. Rom. a. 502 p. 447, 13 persona. ISID. reg. monach. 9, 7 ministri.

II *ad reddendum hebr.* ḥol (*cf. p. 896, 75sqq.*): VVLG. I reg. 21, 4 non habeo -os panes ad manum, sed tantum panem sanctum.

v. Onom. *deriv.*: laicalis.

laina, ae *f.* [*orig. peregr. Sch.*] *genus masticis arboris*: PLIN. nat. 12, 73 *murra Indica* transit in mastichen, quae et ex alia spina fit in India itemque in Arabia; -am vocant.

laius, -a, -um. [*orig. inc. Sch.*] *nomen coloris fere albi*: AVRELIAN., CAES. AREL. (*v. s.* lactinus).

?**lalela** (a *prior correcta ex* e) id est dracontea GLOSS. III 625, 52. *orig. inc., nisi conferri potest* adil(l)a *vol. V 1, 2065, 74.*

lalisio, -ōnis *m.* [*orig. peregr. Sch.*] *pullus onagri*: PLIN. nat. 8, 174 pullis eorum *onagrorum* ceu praestantibus sapore Africa gloriatur, quos -es appellat. MART. 13, 97 -o: dum tener est onager solaque -o matre pascitur, hoc infans, sed breve nomen habet.

loquaciter, quod Graeci **lalisti** (*i.* λαλιστί) dicunt, non poetice, sed quasi prosa oratione et communi sermone ac simplicibus verbis SCHOL. Hor. epist. 1, 16, 4.

lalla. *indecl. interiectio onomatopoet. infantes sopiens, cf.* lallo, lallus *et Heraeus, Kl. Schr. 177sq.* (*vix imper. vocis q. e.* lallo): CARM. *p. 854, 80sq.*

deriv.: lallo, lallus (-um?).

lallo, -āre. *a* lalla. [*in omnibus linguis Romanicis exstant voces e* lall-, lell-, loll- *formatae; quas sane a Latina derivare necesse non est. cf. M.-L. 4860. Battisti-Alessio III 2153. 2199. 2265. Wagner II 35. Wartburg V 133. Corominas III 72sq. G.*]

i. q. lalla cantare sopiendi causa (GLOSS. V 620, 42 -o est proprie, quod agit femina in crepundiis): PERS. 3, 18 (*ad hominem delicatum*) cur non . . . pappare minutum poscis et iratus mammae (*gen.*) -are recusas? (SCHOL.: cur non nutricis iussu dormire plorando recusas? SCHOL. ed. Kurz: -are pro noli dormire; *postea*: nutrices iubentes pueris dormire plorantibus saepe solent dicere *eqs.*; *in utroque scholio deinde affertur ipsum carmen nutricum, v. s.* lalla). *inde* HIER. epist. 14, 3, 3 *ut Heliodorum profecturum retineat,* forsitan et laxis uberum pellibus . . . antiquum referens mamma -are congeminet.

lallus, -ī *m.* (*vix* -um *n.*). *a* lalla (*sec.* cantus). *i. q. actus lalla cantandi*: AVSON. 406, 91 p. 242 P. nutricis inter lemmata -ique somniferos modos.

1. lāma, -ae *f.* [*idem esse vid. atque lituan.* lomà (*acc.* lõmą), *latv.* lãma, *fere eiusdem notionis. Sch.*] [*tusc., pedem., langob., march.* lama; *raet. occ.* lam(m)a, *or.* lama; *prov. vet.* lama, *prov.* lamo, *delph. et francoprov.* lam(m)a, -o; *cat.* llama; *hisp., port.* lama. *cf. M.-L. 4862. Battisti-Alessio III 2153. Wartburg V 133sq. Corominas III 19. Machado II 1290sq. G.*]

i. q. lacuna lutosa, palus sim. (*cf.* PAVL. FEST. p. 117 lacuna . . . a lacu derivatur, quam alii -am, alii lustram dicunt. GLOSS.^L II Philox. LA 35 -ae πηλώδεις τόποι. GLOSS. V 655, 45 -a lacuna): ENN. ann. 568 silvarum saltus latebras -asque lutosas. 606 salsas -as (*def. Vahlen, Ges. phil. Schr. II 469sqq.*). HOR. epist. 1, 13, 10 *Vinnius Asina Augustum petet* per clivos, flumina, -as (PORPH.: -a est vorago ἀπὸ τοῦ λεμοῦ [*i.* λαιμοῦ], nam lemos [*pro* laimos] est ingluvies, unde lamiae quoque dicuntur devoratrices puerorum. SCHOL.: -as maiores continentes aquam caelestem [*affertur* ENN. ann. 568]). *restituitur* SVLP. SEV. chron. 1, 33, 5 plures -as petiverant *fugientes* (lacrimas *trad., confertur Vulg. I reg. 13, 6* absconderunt se . . . in cisternis).

deriv.: Lamatis. *cf.* lamnatus.

2. lama, *hebr.* lam(m)ā. *scrib. in codd. etiam* lema, lima *sim., cf. Wordsworth ad Matth. 27, 46.* la- *in citationibus ecclesiasticorum praevalere vid.*

i. q. cur: ITALA Matth. 27, 46 (cod. a *al.* = VVLG.; *affertur psalm. 21, 2*) heli, heli, -a zapthani, hoc est: deus, deus meus, ut quid me dereliquisti? (Marc. 15, 34 [codd. d n = VVLG.]).

lamanasse (*hebr.* lămnăssēah, *psalm. 45, 1*) victori HIER. epist. 65, 3, 1.

lambd- *v.* labd-. *B.*

? **lambeo** *v.* lambo.

lambero, -āre. *a* lambere *derivatum videtur, fort. sec.* lacerare, laniare. PAVL. FEST. p. 118 '-at' scindit ac laniat. [*dub.*: LVCIL. 585 *v. p. 898, 21.* GLOSS.^L V Aa L 262^a -at (lem- *trad., cf. p. 898, 38*): cruci[ar]at.] *i. q. quasi lambendo lacerare* (?): PLAVT. Pseud. 743 meo me ludo -as (*cf. Poen. 296* m. me lacessis l.).

lambio *v.* lambo. ? **lambisso (-sco)** *v. p. 898, 14.*

lambito, -āre. *a* lambere. *fere i. q. lambere*: SOL. 15, 12 Aegyptii canes e Nilo numquam nisi currentes -ant (*Plin. nat. 8, 149* lambere).

?**lambitor** *v. l. 35.*

lambitus, *abl.* -ū *m.* *a* lambere. *i. q. actus lambendi*: PS. AVR. VICT. orig. 20, 3 *lupam* primo -u eos *pueros* detersisse, dein . . . mammas praebuisse (*aliter Plut. Rom. 4, 1* θηλασμόν *de mammis praebitis*).

***lambo** (*postea* -io, -eo), -ī *et* -msī *et* -uī *et* -iī (-īvī ?), -itum, -ere. [*cf. anglosax. vet.* lapian '*delingere*', *armen.* lapʻem, *gr.* λαφύσσω, λάπτω. *forsitan verba potius singula per* ὀνοματοποιίαν lab(h)-, lap(h)- *formata quam omnia ex stirpe communi orta sint. Sch.*] *de formis*: *stirp. praes.*: -io HYG. grom. p. 87, 17 (= PS. BOETH. grom. p. 399, 24) -iendo ([*G, Ps. Boeth.*; -issendo *B*, -iscendo *edd.*]. EPIST. Alex. l. 101 H. [-*endo var. l., pars edd.*]). SCHOL. Hor. carm. 1, 22, 8 -iat (CHIRON 840 VEN. FORT. carm. 6, 5, 70. 162. *e coni.* CHIRON 910 *et l. 19*). AVG. conf. 9, 4, 10 -iunt ([-unt *var. l.*]. MAX. TAVR. c. Iud. [JThSt. 20, 1919, 293sqq.] 7 l. 35). PASS. Theclae Bc 28 p. 76, 23 -iebat. *cf. l. 23.* -eo: ITALA *p. 899, 66.* SCHOL. Iuv. 9, 5 -eat (-iat *Jahn, Wessner*). *cf. l. 23.* *perf.*: PRISC. gramm. II 506, 24 'bibo, bibi' . . .; '-o' quoque '-i' (*affert* LVCIL. 585 -erat, *quod ne ad* lambero *trahatur, monet Marx*) . . .; similiter 'scabo, scabi' (*Lucil. 333*). MARTYR. gramm. VII 196, 1 (*cf.* CASSIOD. *ibid.* 195, 15) -o -ivi (*sic Keil*; -o [-eo, -io] *et* -ibi *vel* -i *vel* -ui *trad.*). -i: LVCIL. (?*l. 21*). ITALA iud. 7, 6sq. (Rufin. Orig. in iud. 9, 2 p. 520, 5. 8. *cf. l. 28*) -erunt. *falso olim coniciebatur* -isti FIRM. err. 18, 2. -msi: ITALA iud. 7, 5–7 (Lugd.) -mserit, -mserunt. -ui: ITALA iud. 7, 6 (Aug. quaest. hept. 7, 37 p. 470, 18. 471, 2; *cf.* VVLG., *etiam* 7, 5. 7) -uerunt, -uerant (-er-, -ier- *singuli codd.* VVLG.). ENNOD. carm. 1, 5, 38 -uit (NOT. Tir. *l. 31*). -ii: LIB. geneal. chron. I p. 188, 509 -ierunt (*ad* iud. 7, 5sqq., *cf. l. 27*). *supinum* -itum *testatur* PRISC. gramm. II 507, 12. NOT. Tir. 68, 61 -it. 68, 61^a -uit. GLOSS. λιχμῶμαι. λάπτω ἐπὶ κυνός. -it: depascit (*cf.* VERG. *p. 900, 33*) vel linguis quod sumit. lingua contegit (*i.* -tingit) aut lingit. -bant: delingebant (*cf.* VERG. *p. 899, 3*). -ent: λείξουσιν. -itur: lictis ('λείχεται? *nisi substantivum est*: lambitor λίκτης' *Goetz*). *v. etiam p. 899, 48. 900, 83.* *legitur inde a* LVCIL. (? *v. p. 899, 50*), CIC. (*p. 899, 16*), LVCR. *multo saepius quam* lingere, *quod aetate Augusti omnino respuitur.* [*it. vet.* lámbere (›*sard. centr.*), *it.* lambire, lembire; *sard. centr.* lambrire, limbrire; *hisp. vet.* lamber, *hisp.* lamer; *port.* lamber. *cf. M.-L. 4865. Battisti-Alessio III 2154. Wagner II 6. Corominas III 20. Machado II 1292. G.*] [*dub. trad.* OV. met. 13, 691. *e coni. incerta* CHIRON 612 la⟨m⟩bere (*cf. p. 900, 64*).]

fere i. q. lingere (*per variationem p. 899, 38. 67. al.*): I *strictius -unt animantia*: A *proprie, sc. lingua* (*accedit abl.* lingua *l. 50. p. 899, 5. al.*, linguis *p. 899, 1. 3*, ore *p. 899, 31. 76*, in os *p. 899, 57*; *subi.* lingua *p. 899, 6. 900, 12. al.*; *in comparatione vel imagine l. 66. 78sq. p. 899, 16. 33. 64. 900, 6*): 1 *c. mera vi attingendi*: a *de animalibus*: α *molliter tractantibus, adulantibus sim.* (*cf. etiam p. 900, 73*): ① *generatim*: LVCR. 5, 1067 *canes* catulos blande cum lingua -ere temptant. OV. met. 1, 646 *Io vacca* manus -it patruisque dat oscula palmis (MART. 4, 30, 4 *de piscibus*. 6, 64, 29 *ursus* -at digitosque manusque. SVLP. SEV. dial. 1, 14, 1 *de lupa. cf.* MART. epigr. 18, 1 -ere . . . dextram consueta magistri tigris). 4, 595 *Cadmus draco* suae -bat coniugis ora. LIV. 1, 4, 6 *lupam* lingua -entem pueros. PLIN. nat. 8, 56 *cum leo hominis* vestigia -ret adulanti similis (STAT. Theb. 10, 822 tigris fetibus abreptis . . . -it v. saxi. AVIEN. Arat. 1847 -ere si lingua prima hos *boves* v. . . . viderit [*gr. 1115* περιλιχμήσωνται]). 8, 204 olivam -endo . . . sterilem factam *a capris* (*sim.* 15, 34 *ex Varrone ut* 17, 237). 10, 137 Melampodi . . . aures -endo dedisse intellectum avium sermonis dracones. 10, 185 generatio eorum *murium* -endo constare, non coitu dicitur. 11, 172 *lingua leonis* attenuans . . . -endo cutem hominis. 18, 364 *boves* se . . . -entes contra pilum. 34, 38 canem ex aere volnus suum -entem (ITALA Luc. 16, 21 [cod. a, *cf.* Ambr. in Luc. 4, 38 Paul. Nol. epist. 25^a, 2 p. 231, 27] canes . . . -bant vulnera *Lazari* [*gr.* ἐπέλειχον, *Vulg.* lingebant. *inde* AVG. quaest. euang. 2, 38 p. 1352 *gentes quasi canes ulcera* passiones domini . . . suavitate -unt devotissima]. *aliter p. 899, 84*). MART. 14, 107, 2 tigris perfusos domini -ere docta pedes (PASS. Theclae Bc 28 p. 76, 23 [lingebat *cett. verss.*]. *cf.* PALLAD. hist. mon. I 11 p. 288^B *bestiae* a capite usque ad ipsos p. lingua me blandiente -entes [*gr. p. 76, 10 B.* περιλείξαντες). PRVD. cath. 4, 47 -unt . . . virum leones. *al.* ⓘⓘ *speciatim -untur catuli formandi, maxime ursarum*: OV. met. 15, 380 *carnem i. catulum informem natum* -endo mater *ursa* in artus fingit *eqs.* (PLIN. nat. 8, 126 -endo paulatim figurant *ursae*. SERV. georg. 3, 247 [= ISID. orig. 12, 2, 22] -endo in membra componit *ursa*). PLIN. nat. 10, 176 *leaenae, ursae al.* -endo calefaciunt fetus . . . et figurant. LVX. anth. 331, 1 -ere nascentis fertur primordia prolis ursa ferox . . ., expolit informes labris . . . artus. *in comparatione et imagine*: GELL. 17, 10, 3 *ut ursa fetum* -endo . . . conformaret et fingeret, *ita Vergilium dixisse se carmina tractare* (*cf.* DON. vita Verg. l. 82 Br. HIER. in Gal. lib. 3 praef. p. 400^B. in Zach. lib. 3 praef. p. 1497^D quod libros suos quasi ursorum fetus lingua composuerit et -endo fecerit esse meliores). PS. RVFIN. in Os. 13, 7/8 'quasi ursa': cum . . . populum . . . multa sedulitate formarem cordaque eorum quasi -endo componerem.

[*Hübner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Clavd. 3, 96 linguis ... mollia -entes finxerunt membra *Rufini* cerastae *Megaerae.* β *infestantibus* (*de anguibus praeter l. 8*): Verg. Aen. 2, 211 *angues* -bant linguis vibrantibus ora (Mart. Cap. 2, 176 *ibidis os* serpentis gemini -bat implexio). Ov. met. 3, 57 *anguem* sanguinea -entem corpora lingua. Sen. Herc. f. 786 caput -unt colubrae. Sil. 6, 223 *draconis* lingua micat motu atque assultans aethera -it (*hyperbolice, cf. p. 900, 53*). 6, 264 *serpens* -bat lingua ... terga quadrupedis. 10, 297 nec sufficientibus irae ictibus extrema -it venabula lingua *tigris saucia* (*cf. p. 900, 65*). Clavd. 17, 170 *ut* morientes ... hydri -ant invalido Furiarum vincla veneno. 26, 66 *Typhoeus* cum ... -ret attonitas erectis anguibus Arctos. Sidon. carm. 6, 26 *Gigantes* Arctoas sueti -ere calce (*i. pedibus in angues desinentibus, cf. carm. 9, 76 sqq.*) rotas. Drac. Romul. 10, 490 *Medea* -ere ... permisit serta cerastis (*seq.* repit ... venenum).

b *de hominibus, deis*: α *osculantibus*: ① *cum adulatione* (*more canum* Cic., Amm.): Cic. Verr. II 3, 28 horum canum *i. sectatorum,* quos tribunal meum vides -ere (Amm. 15, 3, 3 Cibyratae illi Verrini t. ... legati -entes [*cf. Cic. Verr. II 4, 47* Cibyratici canes]). Tert. pudic. 8, 13 p. 243, 29 omnium vestigia -entem *moechum in paenitentia* (Pavl. Nol. carm. 31, 543 Christi. Ennod. opusc. 3, 24 p. 336, 26). Pavla Hier. epist. 46, 13, 2 crucis ... lignum. Hier. vita Hilar. 17 pedes ... sedentis (Pavl. Nol. epist. 23, 38 p. -o divinos). Prvd. apoth. 456 soleas Iunonis. perist. 10, 385 urnas reorum morticinas. Sedvl. carm. pasch. 4, 70 nec tergere sacras nec cessat -ere plantas *mulier* (*op. pasch. 4, 7* osculans, *cf. Luc. 7, 38. 45*). ② *cum amore*: Stat. silv. 2, 1, 172 *mortui* dilectos ... premis visus et frigida -is oscula *i. ora* (libas *Bentley, alii alia, sc.* -is *humilius iudicantes; cf. Verg. Aen. 1, 256* oscula libavit natae. *562* summa delibans oscula). Mirac. Steph. 2, 2, 9 *Magetiam* osculis -ere et eam complexari (Mart. Cap. 1, 85). Ambr. obit. Valent. 38 manus vestras non tam regalibus ambiebat insignibus quam imperatorio ore -bat (Ven. Fort. carm. 6, 5, 70 caput. 6, 5, 162 quis ... -iat o. genas? quis ... ambiat ulnā? 8, 1, 1 avido qui -itis o. Camenas [*de studiosis carminum*]). Drac. Romul. 6, 48 morsibus alternis ut -ens lingua palatum tergat. 8, 112 oscula diffundunt et -ere membra ... insistunt. β *fellantibus* (*ritu obscaeno*): Verg. (?) catal. 13, 32 pantices ... -is saviis. Mart. 2, 61, 2 -bat medios improba lingua viros ([*8* fellaret]. 3, 81, 2 Min. Fel. 28, 10. *cf.* Avson. 120, 1 p. 341 P. mediorum membra virorum [*4* lingere]. 123, 2 p. 343 hanc mediam -ere, non molere). Ivv. 2, 49 Mevia non -it Cluviam. Avson. 124, 1 p. 343 P. diversa ... et -it et olfacit. 127, 1 p. 344 putria inguina. Clavd. carm. min. 43, 7 meretricis hiatus. 44, 8 cunnum. *al.* γ *singularia*: Qvint. inst. 11, 3, 81 -ere ... *labra sua* et mordere deforme est. Lact. inst. 5, 3, 20 quam *crucem* vos sicut canes -itis (*i. quasi -endo polluitis*). Cael. Avr. acut. 3, 9, 100 sartrix ... cum ... stamina componeret lingua et artuum iuncturas -ret assuendo (*cf. p. 898, 82. 84*).

2 *accedente vi sugendi* (*per distinctionem l. 69; explicat* Greg. M. moral. 20, 27 -itur ..., quando hoc, quod edi facile non potest, impressa linguae lenitate gustatur): **a** *obi. sunt ea, quae ore hauriuntur*: α *plus minus solida*: Lvcil. 585 puer, qui -erat ore placentas (*si huc pertinet, v. p. 898, 21. cf.* Ivv. 9, 5 -enti crustula servo, *ubi* Schol. si placentam linguat). Colvm. 8, 17, 11 *pisces dentibus carentes* aut -unt cibos aut integros hauriunt, mandere quidem non possunt. Plin. nat. 8, 101 ursi ... formicas -unt (*cf. Ambr. hex. 6, 4, 26* ursus aeger formicas vorat). Mart. 3, 82, 19 catellas anserum exta -entes. 14, 67, 1 -ere ... tua prandia muscas. Ennod. carm. 1, 5, 38 *turba piscium* -uit escam. *in arte med.*: Chiron 840 in os ... medicamentum *sc. axungiam* -iat (910 m. -iat [*Bücheler,* iam bibat *trad.*]). Cael. Avr. acut. 2, 18, 111 faenugraeci semen tritum cum melle. chron. 3, 8, 154 scillam. β *liquores*: Phaedr. 1, 25, 6 (*crocodilus ad canem, qui currens bibit*) -e otio (*cf.* Plin. nat. 8, 149 currentes -ere *canes.* Svet. frg. p. 257 canis Aegyptius -it et fugit [*Roth,* sugit *trad.*]). Sen. Herc. f. 97 suum ... -ens sanguinem Impietas (Plin. nat. 11, 197. 35, 98. Plin. paneg. 48, 3 propinquorum [*in imag. ut* Tert. nat. 1, 15, 8 apol. 9, 12]). Min. Fel. 9, 5. Itala Iob 39, 30 [Legion. = Vvlg.] pulli eius *aquilae* -ent s. [*gr.* φύρονται ἐν αἵματι, *cf. var. l.* Vvlg. -unt]. Heges. 5, 22, 1 p. 350, 2. 3. Vvlg. III reg. 21, 19 in quo *loco* linxerunt canes s. Naboth, -ent ... s. tuum). Calp. ecl. 4, 151 solent examina -ere nectar. Plin. nat. 10, 196 alia *animalia* sugunt, alia -unt, sorbent, mandunt, vorant. 10, 201 in potu ..., quibus serrati dentes, -unt. 11, 93 rorem -unt *cicadae* (*cf. Aristot. hist. an. 4, 7 p. 532 b 12* δρόσῳ τρέφεται). 23, 145 aquam -ere (Vvlg. iud. 7, 5 sqq., *quo spectant* Rvfin. Orig. in gen. 2, 5 p. 35, 19 Lib. geneal. chron. I p. 188, 509 Avg. epist. 149, 10; *cf.* Itala Lugd. lingua sua de aqua, *gr.* λάψῃ. Cypr. Gall. iud. 314 lymphas). Stat. Theb. 1, 91 undas. 5, 524 *serpens fontibus siccatis* liquidum nunc aera -it ore supinato, nunc ... adhaeret humo, si quid ... sudent gramina (*aliter supra l. 6*). Tac. ann. 12, 47, 2 *reges foedus firmantes* cruorem eliciunt atque invicem -unt (Prvd. perist. 5, 340). Itin. Alex. 38 quicquid ... in lacunis erat, eo ... lingua -entes hausto ... corrupti sunt. Firm. err. 18, 2 letale poculum *i. venenum.* *huc forsitan pertineat* Ven. Fort. carm. 6, 5, 155 de facie ... plorantia lumina (*pro guttis dictum, ni fallimur*) -am et ... lacrimas ... bibam.

b *obi. sunt ea, unde liquores eliciuntur*: Verg. Aen. 10, 560 pisces ... inpasti vulnera -ent (Lvcan. 9, 933 *Psyllus* v. -it ore venena trahens. Stat. Theb. 11, 31 *de lupis. aliter p. 898, 63*). Phaedr. 1, 26, 10 cum lagonae collum frustra -ret *vulpes.* Colvm. 7, 3, 20 *sal* oves -unt atque eo sapore *eqs.* (*cf.* Prvd. ham. 752 quantum ... armenta saporum attenuant saxum *salis liquescentis* [*v. gen. 19, 26*], tantum -entibus humor sufficit *eqs.* Greg. M. in euang. 17, 9 salis petram -ere). Lvcan. 1, 330 (*in imag.*) solito tibi -ere ferrum durat, Magne, sitis (*cf.* Epist. Alex. l. 101 H. ferramenta -iendo ... differre sitim ... conabuntur). 3, 346 undarum ... haustus quaerere et effossam sitientes -ere terram (Ambr. hex. 5, 1, 3 -unt t. pisces ... et ex ea sibi praedam requirunt). Stat. Theb. 4, 658 uda mero -unt retinacula tigres *Liberi.* Ivv. 8, 35 canibus ... siccae -entibus ora lucernae. Avson. 156, 7 p. 12 P. vibranti -at quos *digitos iure tinctos* umida lingua recursu. Drac. Romul. 5, 135 *Ericthus* lingua -ente palatum (*cf. 133* sorbeat). *peculiariter de infantibus, catulis* (*cf.* Non. p. 113, 11 fellare: exsugere, -ere): Verg. Aen. 8, 632 pueros ... -ere matrem *i. lupam* impavidos (*v. Mus. Helv. 26, 1969, 44 sqq.*). Plin. nat. 11, 235 *femina delphini* in cursu -itur (*Aristot. hist. an. 2, 13 p. 504 b 25* θηλάζεται). Nemes. cyn. 131 quisnam prior ubera -at (ecl. 2, 31 matrum. Avg. serm. 187, 1, 1 sidera regens, u. -ens *Christus* [*sim.* Ps. Avg. symb. 4, 4 p. 663]. 200, 1, 2 matris). Prvd. ham. 605 -unt natale cadaver ... catuli.

B *translate* (*cf. imagines p. 898, 46 sq.*): Potam. subst. 24 Migne suppl. 1, 212 *oculi* litteras -unt. Avg. beat. vit. 14 p. 100, 12 *conclusionem* mecum -et (*ibid.* admittam in viscera, adtingere). conf. 9, 4, 10 imagines eorum *temporalium* famelica cogitatione -iunt. c. Faust. 15, 6 p. 428, 17 vanitates pro veritate -is (*cf.* Ivlian. Aug. c. Iulian. 4, 15, 75 inter ... vanitates ... veritatis velut -ere partes). Ven. Fort. carm. 8, 3, 48 Radegundis ... Caesarii -it regula quidquid habet. Evgipp. epist. ad Prob. p. 2, 18 ex ... *Augustini* operibus perpauca ruminando quodam modo -endoque decerpsi.

II *latius -unt res*: **A** *flammae sive damnosae sive innoxiae* (*substituitur* Aetna *l. 53,* Vulcanus *l. 35. 37; cf.* Isid. *p. 908, 46*): Lvcr. 5, 396 ignis ... -ens multa perussit. Verg. Aen. 2, 684 tactu ... innoxia mollis -ere flamma comas et circum tempora pasci (*Iuli ut* Sidon. carm. 2, 116 -bant ... incendia blanda capillos). Hor. sat. 1, 5, 74 flamma ... properabat -ere tectum. Gratt. 458 *Vulcanus* molliter aram -it. Sen. Herc. O. 1754 cum ... -rent flammae caput. Sil. 14, 312 Vulcanus ... culmina -it (Cypr. Gall. gen. 663 muros atque ... c.). Tert. apol. 30, 7 nos ... ignes -ant. Fvlg. aet. mund. p. 148, 9 ignis ... crispatis anhelo vibramine ligulis ... rubi ramulos innocua cursilitate -bat (*respicitur exod. 3, 2 ut* Prvd. apoth. 67 conlucere deum nec spinea laedere texta, -ere ... fructus. Petron. Bonon. serm. 2 l. 47 [RevBén. 14, 1897, 5] -bat ..., non urebat. Sedvl. carm. pasch. 1, 131 blanditae -bant robora flammae). Ambr. Noe 14, 53 *lignum* simul ut -ere coeperit ignis exurit. Heges. 5, 31, 1 quo templum -entibus iam incendiis eriperetur (*gr. 6, 97* γενόμενον ... πῦρ, *Ps. Rufin.* ignem ... iam templo contiguum). Vvlg. III reg. 18, 38 ignis domini ... et ligna et lapides, pulverem quoque et aquam ... -ens. Pavl. Nol. epist. 28, 2 p. 244, 1 ignis ... nos ... non severo ardore ambiet puniendos, sed ... blando -et adtactu (Avg. civ. 21, 4 p. 492, 19 D. omnia, quae ambit et -it *ignis*). Mart. Cap. 9, 912 ignem superum -ere pabula. Evstath. Basil. hex. 3, 7, 4 *lumen lucernae* per ... stuppam -ens oleum mox peredit (*gr.* ἐπισπασάμενον). Drac. laud. dei 3, 175 aditum -bat flamma camini. *hyperbolice*: Verg. Aen. 3, 574 Aetna ... attollit ... globos flammarum et sidera -it. Epiced. Drusi 256 flamma aethera subiectis -it et astra comis. Drac. laud. dei 1, 660 fax aera -it. **B** *aquae alluentes*: Hor. carm. 1, 22, 8 quae loca ... -it Hydaspes. Plin. nat. 3, 5 oceanus ... avido meatu terras ... demergens resistentes quoque flexuoso litorum anfractu -it. Stat. Theb. 4, 52 *populos.* Hyg. grom. p. 87, 17 (= Ps. Boeth. grom. p. 399, 24) Cassius Longinus ... hoc statuit, ut, quidquid aqua -iendo (*v. p. 898, 14*) abstulerit, id possessor amittat. Avien. ora 634 quas iste *Rhodanus* gentis -at undā fluminis (*Pithou,* quis ... undas *trad.*). 707 latera gurges adluit, stagnum [l]ambit urbem et unda -it oppidum *Massiliam* laremque fusa (orb. terr. 94. 155 Itala tellus a[t] circumfusis ... -itur [*Vadianus,* lab- *trad.*] undis. Ven. Fort. carm. 6, 8, 30 ictibus [*cf. p. 899, 8*] ut crebris -ret unda pedes *naufragi* [*32* rigare]). 556. 575 sata -it pinguia Ladon (951). 694 Amm. 27, 4, 6. Prvd. perist. 12, 7 palus, quae flumine -itur. Clavd. rapt. Pros. 2, 104 fontes ... -bant gramina rivis (3, 253 vestigia). 3, 373 -it ... nemoris nutritor Orontes *cupressos.* Sedvl. carm. pasch. 3, 228 circumfusa sacras -bant marmora plantas (*cf.* op. pasch. 3, 19 Christi vestigia miti pelagus alluvione -bat). Ven. Fort. carm. 11, 25, 27 aequora -bant ... carinam *quassatam.* *huc fortasse* Clavd. 1, 190 insula notos -it amica pedes *Apollinis et Dianae* ridetque Aegaeus *pontus* alumnis lenior et blando testatur gaudia fluctu (*'velut canis blandiens -it' Burmannus, cf. carm. min. 25, 61* fluctibus insula latrat). **C** *varia quasi (ex)sugentia*: Vitr. 2, 9, 1 *corpus muliebre* edito fetu, quod prius ... detrahebatur, ... inanibus et patentibus venis in se recipiens (*Krohn,* -ent *vel* -et *trad.*) -endo sucum ... solidescit *eqs.* 2, 10, 2 sol non modo ex terra -endo, sed etiam ex arboribus educit umores (*cf. 8, 1, 7* exhauriendo. 8, 2, 5 *de ventis*). 7, 9, 4 nec lunae splendorem nec solis radios -endo eripere ex his politionibus colorem. **D** *hederae cingentes*: Pers. prol. 5 quorum imagines -unt hederae sequaces (Schol. ed. Kurz: tergunt, quasi lingua deducunt, serpendo tangunt). Macr. Sat. 1, 19, 2 *thyrsi* mucro hedera -ente protegitur.

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in lusu verborum c. ambire *p. 899, 31. 32. 900, 48.*
deriv.: lambero, ? lambisso, lambito, lambitus.
compos.: al-, circum-, de-, e-, prae-, praeter-, relambo. *Hübner.*

lambrusca *v.* labrusca.

lamed *subst. indecl. littera alphabeti Hebraici*: HIER. epist. 28, 2, 2 sela, quod ex samech, -d, he scribitur. 30, 5 -d *interpretatur* 'disciplinae' sive 'cordis'. in Ier. 5, 27 p. 3 12, 3 -d litterae occurrit chaph. *B.*

lāmella, -ae *f.* *a* 1. lamina *deminutive. scribitur* -mm- ITALA *loco priore.* GLOSS. λάμνα -a. petalon -a. **[***1) i. q. pars acuta cultri sim.: it.* (*dial. sept.*) mela, *it. vet.* mella; *a) francog. vet. et med.* lemele, lamelle, lumelle, *dial. wall., pic., norm., occ.; francoprov.; prov. vet.* lamela, *prov.* lamello *etc.; b) francog.* alemelle, alemiele, alumelle *etc., burg. vet.* alemale, *dial. wall., pic., norm., occ., centr., biturig., burg., camp., loth., comit.; francoprov.; prov. vet.* alamela. *2) i. q. placenta ovis confecta: francog. med.* alumelle; *terminatione mutata: francog.* al(l)umette, *inde* amelette, *dial. wall., pic., norm., occ., pict., loth.; francoprov.; inde* omelette, *dial. pic., occ., borbon., camp., comit.; francoprov.; delph., prov., alvern.; comit.* mulęt, *prov.* meleto, *langued.* muléto; *vasc.* moulete. *3) i. q. solea: francog.* semelle, *dial. wall., pic., norm., occ., burg., loth.; francoprov.; prov.* sümęlo, *lemov.* simela. *cf. M.-L. 4866. Battisti-Alessio IV 2415. Wartburg V 134 sqq. G.***]**

i. q. (*parva*) *lamina* (*merae variationis causa ponitur iuxta* lamina *l. 36, cf. l. 10*): VITR. 7, 3, 9 speculum argenteum tenui -a ductum (*opp.* e solida temperatura . . . factum. *Cet. Fav. 22 p. 304* tenues lamminae). 7, 12, 1 eadem ratione *qua plumbeas massas* -as aereas conlocantes *in doliis* efficiunt aeruginem. FEST. p. 351 (*ex Ateio Cap.*) stellam, quae ex -a aerea adsimilis (-li *Lindsay dubitanter*) stellae locis inauguratis infigatur. PAVL. FEST. p. 307 subsilles dicebantur quaedam -ae sacrificiis necessariae. SEN. dial. 7, 21, 3 censorium crimen erat paucae argenti -ae (*cf. p. 906, 20 sqq.*). 10, 12, 2 qui Corinthia *vasa* . . . concinnat et maiorem dierum partem in aeruginosis -is consumit. BASS. gramm. VI 271, 27 loculus ille Archimedius, qui quattuordecim eboreas -as . . . habet (*Mar. Victorin. ibid. 100, 24* crustis). ITALA exod. 36, 23 (Lugd.) fecerunt duas -as aureas (*gr.* ἀσπιδίσκας *ut* 36, 25). PELAGON. 135 cassiterina -a aurem . . . pertundito. CHIRON 644 -am plumbeam . . . imponito et super cottidie fasciato, fasciolam et lamnam tollere nolito. *in arte magica* (*cf. p. 906, 77 sqq.*): PS. ORIG. in Iob 2 p. 505^C^ (*ad 2, 13*) tanquam religiosi dei cultores, non quaerentes neque . . . phylacteria neque -as *eqs.* (*infra*: aut in stanno aut plumbo scribunt). MARCELL. med. 8, 59 in -a aurea acu cuprea scribes . . . et dabis vel suspendes ex licio collo (21, 2 stagnea [21, 8]).
deriv.: lamellatus, lamellula.

lāmellātus, -a, -um. *a* lamella. *i. q. lamellis ornatus*: ITALA exod. 30, 4 (Lugd.) forfices -ae, uti tollatur *altare* in eis (*gr.* ψαλίδες *tantum. deest Vulg.*).

lāmellula, -ae *f.* *a* lamella *deminutive, cf.* nummuli, raudusculum, summula *sim. et Hofmann, Umgangsspr. 140. i. q.* (*parvus*) *nummus* (*cf. p. 906, 28 sq.*): PETRON. 57, 6 (*loq. libertus*) glebulas emi, -as paravi, viginti ventres pasco *eqs.*

lāmen, -inis *n.* *cf.* lamentum. *i. q. lamentatio*: PS. ASPER gramm. suppl. 42, 20 *inter nomina in* men *desinentia.*

***lāmentābilis,** -e. *a* lamentari. NOT. Tir. 106, 52. *inde a* CIC.

1 *i. q. lamenta continens*: CIC. leg. 2, 64 posteaquam, ut scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera et -ia coepissent. Tusc. 2, 32 -i voce deplorans (CYPR. laps. 13 CLAVD. DON. Aen. 2, 300 p. 188, 25 HIER. in Is. 13, 18 sqq. *al.*). LIV. 3, 47, 6 comploratio. VAL. MAX. 9, 2, 1 quiritatus. SEN. Ag. 660 gemitu (HEGES. 1, 44, 8 [*gr. 1, 636* ὀλοφυρμοῦ]. PS. AVG. serm. ed. Mai 36, 2). STAT. silv. 5, 3, 1 carmen *funebre* (HIER. in Is. 5, 1. *al.*). APVL. met. 2, 27, 6 questus. HIL. in psalm. 125, 11 (*ad psalm. 125, 5* qui seminant in lacrimis) huius -is sationis. CLAVD. DON. Aen. 6, 425 p. 563, 7 sonus. *al.*

2 *i. q. lamentandus* (*c. supino l. 65*): VERG. Aen. 2, 4 regnum *Troianum* (SERV.: quasi dignum multa lamentatione. GLOSS. flebile, luctuosum, funestum). OV. met. 8, 262 tributum. SIL. 6, 78 -e visu. 6, 204 monstrum. STAT. Theb. 1, 68 conubium *Iocastae.* 11, 160 -e tantis urbibus . . . decus, *sc. insigne regium Polynicis.* ARNOB. nat. 5, 17 sorte (CASSIOD. in psalm. 1, 3). AMM. 30, 8, 8 post . . . -is rei publicae casus. DRAC. Orest. 3 -e votum coniugis Iliacae. ENNOD. opusc. 3, 122 p. 362, 22 iustitio. CE 614, 2 nomen. *al.*

adv. **lāmentābiliter.** *i. q. lamentabili modo*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 92 cum gemitu et lacrimis -r . . . narrasse. in psalm. 9, 29/30 l. 508 simplicium corda . . . nodo perversitatis -r alligantur. PS. ORIG. in Iob 3 p. 513^D^ conqueritur . . . miserabiliter atque -r.
compos.: e-, illamentabilis.

lāmentae, -ārum (*postea* lāmenta, -ae) *f. et* ***lāmenta,** -ōrum (*inde* lāmentum, -ī) *n.* [*vocem per -mento- derivatam putaveris; de* la- *parum constat, fort. cf. armen.* la-m *'fleo' sim. Sch.*] *corripitur (in carm. ab antiqua sane re metrica iam distantibus) prima syll.* ISID. (?) inscr. christ. Rossi II 292 adn. vers. 1. *de* CE 963, 12 *non constat. altera syll.* CE 513, 12, *ni fallimur. de formis: fem.*: PACVV. -as *et* ITALA -am *p. 902, 45. neutr.* (*cf. p. 904, 39*): *plur.* (*-a tantum*): CIRIS, SEN. *trag.*, LVCAN., PLIN. nat., SIL., STAT., TAC., GELL. *al. sing.*: ITALA, VVLG., PS. AVG. serm. 154, 7 BACHIAR. repar. laps. 10 p. 1046^B^ OP. imperf. in Matth. 3 p. 645 ALC. AVIT. carm. 4, 378. *al. forma ambigua* -is *inde a* CIC., LVCR. GLOSS. -um: θρῆνος. ὀδυρμός. planctum. *legitur inde a* PACVV., CIC., LVCR. [*falso tradi vid. pro* lomentum: SVLP. SEV. epist. 2, 13 -is spiritualibus emundetur *sponsa Christi. cf. p. 902, 51 sq.*]

i. q. lamentatio (*maxime funebris*), θρῆνος (*quae vox omnino respondet. plus valet quam* singultus *l. 28. distinguitur a* ploratus, fletus: OP. imperf. in Matth. 3 p. 645 quod ait 'ploratus', fletum parvulorum ostendit, quod autem dixit 'ululatus', matrum significat -um):
1 *lamentantur animantia* (*sc. homines; gallina l. 28*): PACVV. trag. 175 -as, fletus facere compendi licet. CIC. Pis. 89 in sordibus, -is luctuque iacuisti. Mil. 86 sine exsequiis, sine -is, sine laudationibus. leg. 2, 64 de -is *funebribus.* Tusc. 2, 48 si se -is muliebriter lacrimisque dedet ([dedecoret *var. l.*]. GREG. M. dial. 2, 8 p. 93, 6 M. sese in . . . -is dedit. 3, 33 p. 210, 17 in -um [-is *var. l.*]. 3, 38 p. 226, 12 in orationis -um [in orationem cum -is *var. l.*]). Cato 73 *Solon* (*frg. 21 B.* στοναχάς) se negat velle suam mortem dolore amicorum et -is vacare. LVCR. 5, 989 linquebant -is (*abl. miro*; labentis *Muret, alii alia*) lumina vitae. VERG. Aen. 4, 667 -is gemituque et femineo ululatu tecta fremunt *Didone mortua.* CIRIS 400 has . . . voces atque haec -a . . . questu volvebat inani. CE 963, 12 (*a. 12 a. Chr.; loq. mortua*) desiste -eis me exciere. LIV. 5, 39, 4 complorati . . . vivi mortuique . . . urbem -is impleverunt. 6, 3, 4 parcere -is (8, 7, 21). 25, 38, 8 vos . . . non -is lacrimisque tamquam exstinctos prosequi. SEN. Phaedr. 1276 Mopsopia claris tota -is sonet (*cf.* Tro. 1010 -is resonare. CVRT. 10, 5, 7 -is . . . personabat. LVCAN. 7, 706 prohibe -a sonare, flere veta populos. DRAC. Romul. 10, 524 -a sonant *chori*). Tro. 63. 862. PLIN. nat. 10, 155 anatum ovis subditis *gallinae* atque exclusis admiratio prima . . ., mox incerti singultus . . ., postremo -a *eqs.* SIL. 2, 252 -is vox mixta sonat. 2, 641 miserae -a senectae. 5, 422 tantis . . . umbris . . . digna quis -a ferat (STAT. silv. 5, 3, 264. *cf.* Theb. 9, 400 referunt -a sorores). STAT. Theb. 3, 122. 6, 50. 12, 793 *bello peracto* gaudent -a *viduarum* novaeque exsultant lacrimae (*cf. similem audaciam* ENNOD. epist. 3, 2, 2 nec quicquam delenificum -a sentire). silv. 2, 1, 6 fortia. 2, 6, 5 maesta. 3, 3, 135 -a dedisses . . . rogis. Ach. 1, 887 grandia. TAC. Agr. 29, 1 casum neque . . . ambitiose neque per -a . . . ac maerorem muliebriter tulit. 46, 1 muliebribus. Germ. 27, 1 hist. 4, 1, 3. 4, 45, 1 ann. 4, 51, 2. 15, 38, 4. 16, 3, 2. GELL. 6, 5, 7 luctu atque -is veris et spirantibus. 10, 18, 3 inter -a et manus uxoris . . . sepultus est. APVL. mund. 35 *civitatem* resonantem hymnis . . ., -is et ploratibus eiulantem (*Soph. Oed. 5* παιάνων τε καὶ στεναγμάτων). ITALA II par. 35, 25 (Complut.) lamentatus est Iheremias . . . et dixerunt . . . in lamentationibus (*sic etiam Vulg.*) et . . . scripta sunt in -is (*Vulg.* lamentationibus). Ezech. 19, 1 (cod. 176) accipe -um super principem ([*Vulg.* assume planctum]. 27, 32 [Tycon. reg. 4 p. 45, 29] accipient super te lamentationem . . ., -am Sor, *i. super Tyrum* [-um *var. l.; Vulg.* assument . . . carmen lugubre et plangent]. *al.*). I Macc. 1, 27 (recc. LB = VVLG. 1, 28) maritus sumpsit -um (*cf.* VVLG. Ier. 9, 10 assumam). CYPR. laps. 36 si veris poenitentiae -is et lacrimis ingemiscat (LEO M. epist. 164, 4 GREG. M. dial. 3, 37 p. 225, 5 M. in euang. 38, 14. *al. cf.* moral. 9, 57 supernae compunctionis). HIER. epist. 77, 4, 2 quae peccata fletus iste (*sc. Fabiolae*) non purget, quas . . . maculas haec -a non abluant? (*cf.* APON. 8 p. 169 *paenitentes* mundati . . . lachrymarum [*i. lacrimoso*] -o). *al.*

2 *lamentatur dies, quo cruci figebatur Christus*: PS. AVG. serm. 154, 7 dies refugo lumine, quo modo potest, sumit -um et fusco tristium tenebrarum habitu more lugentis induitur.

locutio in -um esse (*i. q. deplorari*): ITALA Ezech. 19, 14 (cod. 176; *Vulg.* erit in planctum).
deriv.: lamentarius, lamentor, 1. lamentus. *cf.* lamen.

lāmentārius, -a, -um. *a* lamentae *iocose fictum. i. q. lamenta commovens*: PLAVT. Capt. 96 est captus . . . Philopolemus, huius Hegionis filius senis, qui hic habitat, quae aedes -ae mihi sunt, quas quotienscumque conspicio, fleo.

***lāmentātio,** -ōnis *f.* *a* lamentari. *de notione*: CIC. *l. 80.* SYNON. Cic. p. 426, 6 fletus. comploratus. lacrimae. -o *eqs.* GLOSS. θρῆνος. ὀδυρμός. *legitur in poesi singulis locis ap.* PLAVT. *et* SEN. *trag., in prosa inde a* CIC.

i. q. lamentae (*maxime funebres*), θρῆνος (*quae vox fere respondet. minus valet quam* luctus: MVTIAN. Chrysost. hom. 23, 3 p. 381/2 neque lacrimis dignus, sed -bus [*gr.* ὀδυρμοῖς], magis autem luctu. *simul condicio animi lamentantis intellegi vid. l. 80*): 1 *lamentantur homines, dei*: PLAVT. Merc. 870 non amittunt hi me comites . . . aegritudo, lacrumae, -o. CIC. inv. 2, 78 cum gemitu et -e. Verr. II 4, 47 fletus mulierum, . . . -es. 4, 76 Font. 47 Catil. 4, 12. Mur. 86 *ne* gratulationem nova -e obruatis. 89. p. red. in sen. 17 -o et gemitus urbis. de orat. 2, 327 (*de narratione Ter. Andr. 121 sqq., ubi* lamentari). orat. 131 (*de commiseratione oratoris*) plangore et -e compleremus forum (TAC. ann. 12, 47, 4 cuncta. *cf.* PETRON. 72, 1 implevit). leg. 2, 59 (*e Lege XII tab. 10*) funebris (2, 65 quo -o minueretur). Tusc. 1, 30 lugubris. 4, 16 subiciuntur . . . aegritudini . . . angor . . . -o *eqs.* (*cf.* 4, 18 -o: aegritudo cum eiulatu). nat. deor. 1, 42 querellas, -es *deorum a poetis fictas.* ad Q. fr. 1, 3, 4 congressus nostri (*concise pro 'in congressu nostro ortam'*) -em pertimui. LIV. 25, 37, 10 neque sedari -o poterat. 37, 7, 4 complorantes inutili -e fortunam (*adde p. 903, 13 et cf.* CYPR. epist. 56, 2 *[Hübner]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum . . . paenitentiae -e planxerunt [HIER. hom. Orig. in Ezech. 13 p. 444, 27 SVLP. SEV. dial. 3, 12, 2 SALV. gub. 7, 76]). SEN. contr. 1, 5, 1 matris spes suas deplorantis. VAL. MAX. 2, 6, 7 sine -e, sine planctu. 4, 1, 12. 4, 7, 4. 6, 2, 6 miserabili. 7, 2 ext. 1. SEN. Phaedr. 852 maesta. *al.* TAC. ann. 3, 23, 1 flebili (IVST. 18, 6, 5). 15, 68, 1 -es suas etiam in testamentum contulit. APVL. met. 4, 25, 4 licentiosas. 5, 5, 3 si quas -es acceperis (*i. audiveris. aliter* ITALA *p. 902, 45. cf.* APVL. Plat. 2, 22 suscipi). ITALA *p. 902, 42sq.* HEGES. 5, 44, 2 patriae (*gen. obi. ut infra l. 19*). VVLG. threni (*tit.*) id est lamentationes Ieremiae. *al.* *in interpr. nom. hebr.* Cain (*sc.* qînā): HIER. nom. hebr. p. 4, 2. 26, 6 ISID. orig. 7, 6, 7.

2 *lamentantur animalia* (*excusatur usus adiecta voce q. e.* quidam): PLIN. nat. 8, 21 *elephanti* supplicavere quadam sese -e complorantes. SVLP. SEV. dial. 1, 15, 4 *leaena* cum fletu quodam ac -e procumbens indicabat gementis pariter et rogantis affectum.

-em lamentare *v. p. 904, 15.*

lāmentātor, -ōris *m.* *a* lamentari. *i. qui lamentatur* (GLOSS. ϑρηνητής): CHRYSOST. repar. laps. p. 391ᵃ si, cum -es corporum mortisque communis tam dure . . . hoc faciant, nos nihil tale pro animae lamentatione faciamus (*gr. Migne 47, 281* τοὺς . . . πενϑοῦντας). CE 526, 14 qui . . . tumulo locavit membra dilecti pignoris, -r aetatis adultae.

f. **lāmentātrix,** -īcis. *i. q. praefica*: VVLG. Ier. 9, 17 vocate -es . . ., assumant super nos . . . lamentum (*cf. ad l.* HIER. in Ier. 2, 79, 2 quae solent in luctu voce flebili et lacertos manibus verberantes ad lacrimas populum provocare). MVTIAN. Chrysost. hom. 4, 5 p. 267/8 si . . . aliqui -es istas conduxerint . . ., per multum tempus eum ab ecclesia vetabo (*gr.* τὰς ϑρηνούσας). GLOSS. V 324, 65 profica (*i.* praef-): mulier -x ante feretrum.

lāmentātus, -ūs *m.* *a* lamentari. *cf.* 1. lamentus. *i. q. lamentatio*: RVSTIC. Conc.ˢ I 4 p. 148, 7 ut non ultra -us et mugitus pro votis offerantur ac psalmis (*ibid. p. 148, 2* Ieremiae lamentationibus).

***lāmentor,** -ātus sum, -ārī (-arier *l. 78*) *et* lāmento, -āvī, -āre. *a* lamentae. *corripitur prima syll.* VEREC. satisf. 102. *formae deponentiales vi passiva l. 73. 84. p. 904, 10. activae* (*cf.* CHAR. gramm. p. 473, 14 B. -o. DIOM. gramm. I 364, 21 -o, -avi. *formae depon. saepe sunt var. lect. in codd.; scriptorum variationes v. infra*): ITALA (*iuxta formas depon.*) iud. 11, 40 (Lugd.). Matth. 11, 17 (cod. d). 24, 30 *infra l. 80.* Luc. 7, 32 (cod. c *al.*). 23, 27 (cod. e). Rom. 12, 15 (Vict. Vit. 3, 64). ITIN. Burdig. p. 591, 7 RVFIN. Greg. Naz. orat. (*iuxta formas depon.*) 1, 88 HIL. AREL. vita Honorat. 8 PETR. CHRYS. serm. 111 p. 505ᴮ EVSEB. EMES. serm. 24, 35. 26, 8 CASSIOD. (*iuxta formas depon.*) Ios. antiq. 5, 265 IORD. Get. 172 GREG. TVR. Franc. 6, 35. *al.* VEN. FORT. vita Germ. 29, 84. 34, 99. ORIG. in Matth. ser. 48. *al.* *metro firmatur* VEN. FORT. carm. app. 1, 19. NOT. Tir. 106, 5 -at. *de notione*: ISID. diff. 1, 227 -ari est cum aliquibus dictis miserabilibus flere (*distinguuntur* flere, plorare, plangere, maerere, lugere). GLOSS. ϑρηνῶ. -atur: flet, lacrimat. *legitur inde a* PLAVTO, ENN., TER. (*deest ap. Verg., Ov.*). [*it.* lamentare, *langob. et venet. vet.* laimentar, *langob. alp.* lümentá, *pedem.* lumanté; *raet. occ. vet.* almanter, *raet. occ.* lamentar, z'almanter; *francog.* lamenter, *dial. wall., occ., comit.; francoprov.* lamentá; *cat.* llamentar; *hisp., port.* lamentar. *cf. M.-L. 4867. Battisti-Alessio III 2155. Wartburg V 139sq. Corominas III 20. Machado II 1293. G.*]

i. q. plorare, deplorare sim. (*plus valere vid. quam* conqueri *p. 904, 5*): 1 *absolute*: a *varia exempla*: PLAVT. Bacch. 932 libet -ari . . .: 'o Troia *eqs.*' Merc. 218 quid ego hic in -ando pereo? 502 quod rideas magis est quam ut -ere. Mil. 6 hanc machaeram mihi consolari volo *strenue agendo*, ne -etur (*in imag. -antur res ut* CIC. de orat. 1, 245 lapides . . . flere ac -ari coegisses, *Crasse*). 1031 -ari ait illam, miseram cruciari et lacrimantem se adflictare. ENN. ann. 204 quid ego hic ex animo -or? TER. Andr. 121 TVRPIL. com. 115. GRACCH. or. frg. Cic. de orat. 3, 214 matrem . . . -antem . . . et abiectam. VARRO At. carm. frg. 7. SER. CLOD. frg. Varro ling. 7, 70 *de praeficis.* RHET. Her. 4, 52, 65 CIC. Phil. 12, 2. Tusc. 2, 27 -antes inducunt *poetae* fortissimos viros. 2, 31 gemere, eiulare, -ari *eqs.* (GELL. 12, 5, 9 *in serm. Tauri*). 2, 49 flebiliter Vlixes -atur in vulnere. 2, 65 Cimbri . . . in proeliis exsultant, -antur in morbo (*sim.* VAL. MAX. 2, 6, 11). 3, 66. 3, 83 lugere, maerere . . ., -ari, dolere *eqs.* Att. 8, 11, 1. LIV. 22, 55, 3 clamor -antium mulierum. VAL. MAX. 5, 7 ext. 1 iacebat . . . moribundo similis, -bantur necessarii. 8, 11 ext. 6 SEN. dial. 2, 6, 7. 12 (11), 1, 2. STAT. Theb. 12, 224 -ta (*i. postquam ploraverunt*) resultant Dindyma (*utpote gallorum locus, cf. Val. Fl. 3, 20* D. . . . bacchata). TAC. ann. 1, 40, 4. 3, 3, 1. *al.* b *impers. pass.*: APVL. met. 4, 33, 3 maeretur, fletur, -atur. RVFIN. Orig. in num. 23, 2 p. 213, 20 certum est, quod, ubi pro bonis gaudia aguntur, ibi pro contrariis -etur.

2 *quis, quid deploretur, indicatur per*: a *acc.*: α *extern.* (*pass.: gerundiv. l. 84sqq., part. perf. p. 904, 10sqq.*): PLAVT. Persa 742 -arier minas *perditas* . . . (744) te faciam . . ., etiam ipsum ut -eris (*reflexive ut*: ITALA Matth. 24, 30 [cod. h *et* Cypr. Fort. 11 p. 336, 20] -bunt se omnes [Aug. in psalm. 55, 6 -buntur se, *gr.* κόψονται]. Ps. CYPR. mont. 8 ITIN. Burdig. p. 591, 6 IORD. Get. 172. *cf.* ORIG. in Matth. ser. 48 p. 100, 13 plangent se et -bunt). Pseud. 313 cum argentata accedito querimonia, nam istuc, quod nunc -are, non esse argentum tibi, apud novercam querere. Truc. 731 Thetis . . . -ando pausam fecit filio (*gerundiv. ut*: CIC. Catil. 4, 4 PAVL. FEST. p. 223 FRONTO p. 221, 21 v. d. H. [p. 233 N.]. CYPR. epist. 59, 18 p. 689, 8 laps. 4 Ps. Alex. c. Dind. coll. p. 184 HIL. in psalm. 59, 2 ORIG. in Matth. ser. 43 p. 88, 8). TER. Phorm. 268 mortuam. PACVV. trag. 268 conqueri fortunam adversam, non -ari decet. LVCR. 3, 952 obitum. CIC. Tusc. 1, 75 vita mors est, quam -ari possem, si liberet. :: satis tu quidem in Consolatione es -tus. 5, 112 caecitatem. CVLEX 132 perfidiam. VAL. MAX. 3, 1 ext. 1 viderint Athenae, utrum Alcibiadem -entur an glorientur. 5, 4, 1 exitium imminens. CVRT. 3, 12, 7 falso -ari eas *mulieres* vivum *Dareum.* SIL. 13, 712 quam sunt tua fata . . . -ta diu (*pass. ut*: ITALA psalm. 77, 63 [Veron. *al.* = VVLG.] virgines . . . non sunt -tae [*gr.* ἐπενϑήϑησαν, *Hier. psalt. sec. Hebr.* v. . . . nemo luxit]. *vim activam intellegunt* AVG. in psalm. *l. c.* CASSIOD. in psalm. *l. c.*). TAC. ann. 4, 62, 3. *al.* β *intern.* (*vix huc p. 903, 60*): HIER. hom. Orig. in Ezech. 13, 2 p. 443, 12 flens et -ans lamentationem istam super Ierusalem (*Vulg. praef. thren.* planxit lamentatione hac in I.). MVTIAN. Chrysost. hom. 23, 3 p. 381/2 nihil dignum -buntur (*gr.* κατ' ἀξίαν).

b *acc. c. inf.* (*cf. p. 903, 83*): HOR. epist. 2, 1, 224 -amur non adparere labores nostros. SIL. 13, 869 TAC. ann. 1, 28, 2. 1, 65, 7 CYPR. unit. eccl. 19.

c quod *c. coni.*: VICT. VICT. 2, 18 ob hoc . . . q.

d *per praepos.*: ITALA II par. 35, 25 (Complut.) super Yosiam (*gr.* ἐπὶ Ἰωσίαν. GREG. TVR. Franc. 9, 27 CAES. AREL. serm. 66, 1). RVFIN. (*p. 903, 75*) pro. CONC.ˢ I 5 p. 316, 14 in illis . . . -tus sum (*gr. Migne 83, 1268ᴰ* ἐκείνους . . . ἐϑρήνησα. *aliter p. 903, 66sq.*).

in allitteratione c. lugere (*cf. p. 903, 67*): AVG. civ. 22, 8 p. 576, 28 D. *c.* lamentatio: *l. 15.*

deriv.: lamentabilis, lamentatio, lamentator (-trix), lamentatus.

compos.: delamentor, illamentatus.

lāmentum *v.* lamentae. [**lāmentuōsus** *cod. N* EVGIPP. Sev. 12, 5 *pro* luctuosus *ceterorum codd.*]

?**1. lāmentus,** -ūs *m.* *a* lamentae, *cf.* fletus *sim.* *i. q. lamentatio*: Ps. AVG. serm. ed. Caillau 2 app. 87, 2 vindica matrum labores . . ., fletus, -us et ululatus (*sic codd.*, lamenta *edd. et Migne suppl. 2, 1101, hic sine nota*). *Hübner.*

?**2. lamentus,** -ī *m.* *obscurum, nisi e voce quadam hebr.* (*cf.* lamăd '*pungere, instigare*' *sec. Gesenium*) *deformatum.* GLOSS.ᴸ IV Plac. L 1 lamenta dicimus genere neutro, numero semper plurali, -us ('= -tos' *Götz*) autem genere masculino dicunt Iudaei et eorum filii cimices, non lecti genialis, sed s[c]andapilae amphitheatralis (*vulgo vix recte interpungitur non post, sed ante* cimices). *B.*

lamia (Lamia), -ae *f.* *gr.* λάμια. *derivatur a* 1. lama: PORPH. (*v. ibi*), *item* MYTHOGR. 1, 168. *a* laniando: ISID. orig. 8, 11, 102 quas fabulae tradunt infantes corripere ac laniare solitas, a l. specialiter dictas. *scribitur* -ina: EVCHER., *cf. l. 72.* [*tusc.* (*Lucca*) lammia, *it. vet., cors.* lamia, *march.* lambia, *sic.* lamia (*inde sard. mer.*); *francog.* (l)amie; *prov.* (a)lami, lamea, *langued.* lamio, -e, -a; *port.* lâmia. (*inde basc.* lamina). *cf. M.-L. 4868. Battisti-Alessio III 2155. Wagner II 6. Wartburg V 140. Machado II 1293. G.*]

1 *nomen monstri* (GLOSS. genus monstri seu ales velox. simile pardo. *sim. al.*): a *strictius*: LVCIL. 484 terriculas, -as, Fauni quas Pompiliique instituere Numae, tremit has *eqs.* VARRO frg. Lact. inst. 1, 6, 8 *Sibyllam* Libyssam, cuius meminerit Euripides in -ae prologo (*i. quem -a locuta est in fabula ignoti nominis, v. frg. 922 N.²; fortasse huc spectat l. 68*). HOR. ars 340 ne quodcumque volet poscat sibi fabula credi neu pransae -ae vivum puerum extrahat alvo. TERT. adv. Val. 3 p. 180, 6 se . . . a nutricula audisse -ae turres et pectines Solis. PORPH. Hor. epist. 1, 13, 10 devoratrices puerorum. PROB. app. gramm. IV 202, 34 '-a' . . . animal esse demonstrat. VVLG. Is. 34, 14 ibi cubavit -a (*hebr.* lîlît. EVCHER. instr. 2 p. 155, 25 genus monstri. *allegorice* GREG. M. moral. 3, 53 p. 707ᶜ hypocritae . . . designantur, -a etenim humanam habere dicitur faciem, sed corpus bestiale). thren. 4, 3 -ae nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos (*aliter hebr.* tăn '*thoes*'. *sententiam explicat allegorice* GREG. M. moral. 19, 27 p. 116ᴬ haereticos appellat, humanam quidem faciem, sed belluina per impietatem corda gestantes). CONSENT. gramm. V 344, 4 (*e Varrone*) -am feminino genere, quia hoc maleficium feminarum proprie dicitur. CONC. S. Patric. ca. a. 450 Mansi 6, 517ᴬ christianus, qui crediderit esse -am in speculo, quae interpretatur striga, anathematizandus. MART. BRAC. corr. 8 in mari quidem Neptunum appellant *pagani*, in fluminibus -as (lanias, laminas *var. ll.*), in fontibus Nymphas, in silvis Dianas, quae omnia maligni daemones et spiritus nequam sunt. SCHOL. Hor. gloss. Γ carm. 4, 4, 64 est . . . iuxta Thebas (*sc. Echionias*) desertum omnibus monstris plenum, sunt enim ibi . . . -ae *eqs.* CIL VII 507 -is tribus *ara dedicata est.* b *latius de feminis malevolis* (*v. etiam l. 62. 66*): APVL. met. 1, 17, 5 odore . . . spurcissimi humoris percussus, quo me -ae illae infecerant. 5, 11, 5 (*de sororibus Psyches*) pessimae illae -ae noxiis animis armatae.

2 *nomen piscis* (*ad rem v. Saint-Denis, Vocab. des animaux marins 53; vix huc spectat* PROB. *l. 60*): PLIN. nat. 9, 78 planorum piscium . . . genus, quod pro spina cartilaginem habet, ut . . . torpedo et quos bovis, -ae, aquilae, ranae nominibus Graeci appellant (*Aristot. hist. anim. 5, 4 p. 540 b 18*).

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

v. Onom. *cf.* lamium.

1. ˣlām(i)na *et* **lammina** *et* **lanna,** -ae *f.* [*orig. inc. Sch.*] *scribitur*: -min-: CIL XI 1184. *firmare vid.* PROB. app. gram. IV 202, 33 inter -am et lamiam hoc interest *eqs.; exstat saepe in codd., v. etiam derivata.* -mmin-: INSCR. christ. Diehl 1813 (*a. 533/34*). *in codd. vet.* VERG. (*AMPR*), LIV. (*V*), FRONTONIS, PRVD. (*A*), *hic illic in codd. rec.* -mn-: ITALA Monac., Wirc., Lugd., *ceterum saepe in codd. rec. var. l. iuxta* -min-; *metro firmatur ap.* HOR., SEN., VAL. FL., MART. *v. etiam l. 15.* -nn- (*vulgariter, ni fallimur*): *infra in cap. IIA* (PS. APVL. *primo loco*) *et IIB* (ARNOB., CHAR., SERV. auct., GLOSS.). *de notione*: DON. Ter. Eun. 427, 2 λεπίς, id est -a (GLOSS.). GLOSS. ἔλασμα χρυσοῦ ἢ ἄλλης ὕλης. πέταλον. *alia v. infra.* *legitur inde a* PLAVTO (*infra l. 75*), CATONE, CIC. *transit in gr.* λᾶμνα (*inde ab Edict. imp. Diocl. III/IV 30, 5*), *cf.* λαμνίον. [*1) a* lamina: *langob.* (*Comum*) lamna, *ligur.* lamma, *it. vet.* lama; *sard. centr. et mer.* lám(m)a; *francog.* lame, *notionibus variis, item in dialectis* (*inde prov.* lamo); *port. sept.* lamia. (*inde cambr.* llafn, *breton.* lavnenn). *2) a* lamna: *calabr.*, *sic.* lanna, landa (*?*); *hisp.* laña (*?*). *cf. M.-L. 4869. Battisti-Alessio III 2156. Wagner II 6 sq. 48. Wartburg V 140 sqq. Corominas III 30 sq. Machado II 1293. G.*] [*falsa var. l. pro* labina *in altera versione loci p. 774, 33 citati, sc. Migne 57, 925ᴮ.*]

i. q. *brattea, pars materiae tenuis*: **I** *e metallis* (*cf.* HIER. epist. 64, 15, 3 auri -ae, id est bratteae; *sing. collectivus l. 32*):

A *vario usu*: CATO agr. 21, 2 (*de trapeto faciendo*) foramina ubi feceris, -is circumplectito; replicato ... -as ...; utrimque secus -as sub -as pollulas minutas supponito *eqs.* CIC. leg. 2, 58 cum -a esset inventa et in ea scriptum -a 'honoris'. CAES. civ. 2, 10, 3 (*de musculo faciendo*) *tigna* -is clavisque religant (*cf.* VITR. 10, 6, 3 conligantur. 10, 10, 3 configantur. PROB. Verg. ecl. 6, 42 *Iuppiter Prometheum* -is patibulo adfixit). OV. met. 9, 170 cruor gelido ceu quondam -a candens tincta lacu stridit. 11, 124 -a fulva dapes *Midae* admoto dente premebat (*sc. inauratas, cf.* SEN. Ag. 855 *Ladon* audivit sonitum crepitante -a *pomorum ab Hercule raptorum*). LIV. 23, 19, 18 cum titulo -ae aeneae inscripto. 41, 20, 9 templum non laqueatum auro tantum, sed parietibus totis -a inauratum. VITR. 5, 3, 8 organa aeneis -is aut corneis ἠχείοις (*edd.*, haeaesic *trad.*) ... perficiuntur. 7, 9, 5 ferrea -a sumatur, eo minium imponatur, ad ignem conlocetur, donec -a candescat *eqs.* (*eadem probatio* PLIN. nat. 33, 121). 8, 6, 4 e latitudine ... -arum, quot digitos habuerint, antequam in rotunditatem flectantur, magnitudinum ita nomina concipiunt fistulae; namque quae -a fuerit digitorum L, cum fistula perficietur ex ea -a, vocabitur quinquagenaria (*eadem mensura* PLIN. nat. 31, 58 FRONTIN. aq. 25). 10, 4, 1 capitibus *axis* -a ferratis. 10, 14, 1 axes conclusi -is ferreis. 10, 15, 2 -is ... ferreis ex frigido ductis. 10, 15, 4. 6. CVRT. 8, 5, 4 scutis argenteas -as ... addidit. COLVM. 6, 11 -a candente sebum ... instillatur. PETRON. 32, 4 eboreo circulo -a splendente conexo. PLIN. nat. 14, 130 *vini noxii* experimentum est -ae plumbeae mutatus in eo colos. 21, 5 e -a tenui aerea inaurata aut inargentata dabantur *corollaria*. 33, 94 alumen -is *pro glutine* est. 33, 128 -as duci ⟨in⟩ speciem vitri (fieri *trad.*) non nisi ex optimo *argento* posse. 33, 152 cum ... baltea *militum* -is crepitent. 34, 94 *aes* tenuatur in -as (*inde* ISID. orig. 16, 20, 5). 34, 164 nigro plumbo ad fistulas -asque utimur. 34, 170 *plumbum* uritur ... in patinis per -as minutas. 37, 53 *lyncurium lapis attrahit* aeris etiam ac ferri -as (*Theophr. lap. 28* χαλκὸν καὶ σίδηρον, ἐὰν ᾖ λεπτός). 37, 200 *probatur lapidis fragmentum*, quod in -a ferrea uratur (teratur, moratur *var. ll.*). MART. 9, 22, 6 ut ... crepet in nostris aurea -a toris (*cf.* SVET. Cal. 32, 2 ob detractam lectis argenteam -am). FRONTO p. 150, 12 v. d. H. (p. 157 N.) -ae ... argentiolae cloacis inveniuntur. APVL. met. 11, 4, 2 (*de sistro*) aereum crepitaculum, cuius per angustam -am in modum baltei recurvatam traiectae ... virgulae ... reddebant ... sonorem. TERT. anim. 37, 6 in -am massa *auri vel argenti* laxatur. ITALA cant. 8, 9 (Epiphan. in cant. p. 92) si murus est *soror nostra*, aedificemus super illam -as argenteas (*gr.* ἐπάλξεις, *Vulg.* propugnacula. *cf. Epiphan. l. c.* ac si diceret: ... apostolos superaedificemus ei, quos propter splendorem eorum et munditiam sic vocavit). SCHOL. Cic. *v. vol. II 1599, 10.* CET. FAV. *v. s.* lamella. ANON. Vales. *v. s.* interrasilis. SIDON. carm. 2, 136 arta terebat -a cervicem (*sc. -a cassidis ut* epist. 3, 3, 5 flexilium -arum vincla). *al.* *in comparationibus et imag.*: QVINT. inst. 2, 4, 7 *indolis puerorum* aliquid velut usu ipso deteretur, sit modo, unde excidi possit ..., erit autem, si non ab initio tenuem nimium -am duxerimus et quam caelatura altior rumpat. GELL. 1, 3, 25 quod utile amico est, id prae illo, quod honestum nobis est, fit plenius, sicuti est magnum pondus aeris parva -a auri pretiosius. VVLG. Iob 40, 13 cartilago illius *Behemoth* quasi -ae ferreae (*Hier. interpr. Iob 40, 18* spina eius ferrum est fusile). *v. etiam l. 63.*

B *speciatim*: **1** *de tormento fervido* (GLOSS.ᴸ V Abba FI 17 fidicula: genus tormentorum sicut -ae): PLAVT. Asin. 548 stimulos, -as crucesque *eqs.* CIC. Verr. II 5, 163 ignes ardentesque -ae ceterique cruciatus. LVCR. 3, 1017 verbera, carnifices, robur, pix, -a, taedae. HOR. epist. 1, 15, 36 ventres -a candente ... urendos. PROP. 4, 7, 35 Lygdamus *veneficus* uratur, candescat -a vernae. SEN. contr. 2, 5, 6 verbera, -ae, eculeus. VAL. MAX. 3, 3 ext. 5. 6, 8, 1 SEN. epist. 78, 19 PS. QVINT. decl. 9, 6. 18, 11. 19, 15 PS. CYPR. laud. mort. 15 AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 30 HIER. vita Pauli 3 in Tit. 2, 15 p. 590ᴬ. RVFIN. hist. 5, 1, 21 (*gr.* λεπίδας). 5, 2, 2. 8, 3, 1. 8, 14, 3 (*gr.* σίδηρον). PRVD. perist. 5, 62. 207. 10, 486. 760. *al.*

2 *de squamis loricae* (*cf.* SERV. Aen. 11, 770 'quem pellis aenis in plumam squamis ... tegebat': ... 'aeneas squamas' aereas -as intellegimus [*affertur* SALL. *l. c.*]. auct.: ubi -a in -am se indit): SALL. hist. frg. 4, 65 equis *cataphractorum* paria operimenta erant *atque equitibus*, namque linteo ferreas -as in modum plumae adnexuerant (AMM. 24, 4, 15 hostem undique -is ferreis in m. tenuis p. contectum). CVRT. 3, 11, 15 equi pariter equitesque Persarum serie -arum graves (4, 9, 3 tegumenta erant ex ferreis -is s. inter se conexis). TAC. hist. 1, 79, 3 tegimen ferreis -is ... consertum. ann. 3, 46, 3 paulum morae attulere ferrati restantibus -is adversum pila et gladios. AMM. 16, 10, 8 -arum circuli tenues. 24, 2, 10 -ae singulis membrorum lineamentis ... aptatae. 24, 6, 8. 25, 1, 12 (*suppletur*). CLAVD. 5, 358 coniuncta per artem flexilis inductis animatur -a membris. ALC. AVIT. carm. 5, 510 hi loricarum *e catenis confectarum* vasto sub tegmine gaudent ..., ast aliis tenui concurrens -a ferro ... horrentes habitus ... fecerat. *in imag.*: VICTRIC. 27 non loricae squamis, sed temperantiae et pudicitiae -is (luminis *cod.*) pectora muniamus.

3 *de laterculis auri, argenti pecuniae vice usurpatis* (*cf.* VLP. dig. 34, 2, 27, 6 argentum factum *est* ..., quod neque in massa neque in -a neque in signato ... insit): HOR. carm. 2, 2, 2 nullus argento color est avaris abdito terris, inimice -ae Crispe ..., nisi temperato splendeat usu (PORPH.: -am pro rudi et infabricata materia [argenti *inseruit* SCHOL.] posuit). OV. fast. 1, 208 *aevo prisco* levis argenti -a crimen erat (*an ad IA ?*). SEN. benef. 7, 10, 1 volo tuas opes recognoscere, -as utriusque materiae, ad quam cupiditas nostra caligat. *inde vulgariter de ipsis nummis*: PETRON. 57, 4 numquid pater fetum emit -a? (*cf. 57, 6* lamellulas) 58, 8 ego et tu sponsiunculam; exi, defero -am.

4 *de partibus oblongis, acutis*: **a** *serrarum* (*cf.* ISID. orig. 19, 19, 9 *Daedali nepos* spinam piscis imitatus e ferro -am exasperans dentium mordacitate armavit, quam serram artifices nuncupant. GLOSS. V 306, 28 -a: fasciola cuiuslibet metalli, quomodo serrae): VERG. georg. 1, 143 argutae -a serrae. SEN. benef. 4, 6, 2 ingens tibi domicilium ... struxit *deus*, in quo vides non tenues crustas et ipsa, qua secantur, -a graciliores, sed integras lapidis pretiosissimi moles. VAL. FL. 1, 123 pinus gracili dissolvere -a. POTAM. tract. 2 p. 1415ᴮ si ... ipsa -a insontis viri *Isaiae* per iugerum (*dub., v. p. 627, 76*) sulcaret *barbaries Iudaeorum* (*de eiusdem martyrio* p. 1416ᴬ cum ... serra ... sulcos dentium duceret, labebatur, credo, -a, dum dentes infigit. *cf.* SVLP. SEV. epist. 2, 10 quodsi Esaianum illud supplicium persecutori forte placuisset, numquam ... serris et -is desecari membra timuisset *Martinus*). ISID. orig. 16, 4, 20 batrachites ... -is scissibilis (laminose s., laminosae aescis similis *var. ll.*; laminosus, s. *Arevalus*). **b** *gladiorum, cultrorum sim.*: OV. met. 5, 173 ensem fregit *Echemmon* et (in *var. l.*) extrema percussae parte columnae -a dissiluit (*i. desiluit, usu vol. V 1, 1471, 10 sqq. illustrato*) dominique in gutture fixa est (*aliter* 12, 488 fracta ... d. *i. dissipata est* ... -a). COLVM. 6, 17, 6 ignea -a conlectionem resecare ([*inde* PELAGON. 279. *cf. Hippiatr. gr. I 316, 13* σμιλίῳ]. 6, 34, 1 suppuratio melius i. -a quam frigido ferramento resecatur. *cf.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 5 p. 371, 27 candentem sive novaculae -am sive quodcumque acutissimi ferri genus adhibent *medici*). SERV. auct. Aen. 9, 503 Lycaon Arcas gladium longiore -a produxisse narratur. PS. ORIG. tract. 4 p. 39, 10 circumcisionem cordis ... non ferri -a in aciem attrita ... praestabit ..., sed fides ... omni -ae tenuitate subtilior. CYPR. GALL. num. 161 acuti -a ferri caesariem *Levitarum* comit (*Vulg. 8, 7* radant *tantum*). iud. 688 nec -a capillos ⟨ferrato⟩ mucrone secat. SIDON. epist. 8, 9, 5 vers. 25 non contenta suos tenere morsus altat (artat *Mommsen*) -a marginem comarum. ENNOD. epist. 1, 15, 2 non aequa ad secandum virtus est politae -ae et eius, quam robigo possederit. *in imag.*: ENNOD. opusc. 2, 121 p. 324, 20 (*de errore corrigendo*) rescindenda ... -is secreta morborum. 3, 176 p. 377, 5 quantum acutior fuit verborum quam ferri -a ...: expugnavit sermo, cui se gladii subduxerunt (*de Epiphanio episcopo ut* carm. 1, 9, 133 armatum precibus superasti ... regem; sic pugnax gladios obtundit verbere lingua, sic ferrum expugnat verborum -a fortis).

5 *de instrumentis medicorum* (*v. etiam l. 48 sqq.*): CELS. 7, 5, 3ᴬ evellendum est *telum* ... genere quodam ferramenti, quod Diocleum cyathiscum Graeci vocant ...; -a vel ferrea vel etiam aenea *eqs.* 8, 3, 8 *in descriptione meningophylacis*: -a aenea est, firma, prima paulum resima, ab exteriore parte levis. PLIN. nat. 34, 166 in medicina per se plumbi usus cicatrices reprimere adalligatisque lumborum et renium parti -is frigidiore natura inhibere inpetus veneris ...; his -is Calvus orator cohibuisse se traditur *eqs.* (*cf.* CHIRON 644, *v. s.* lamella. SORAN. p. 72, 21 *inter constringentia* [*gr. p. 124, 22 Ilb.* ἔλασμα ... μολύβδου πλατὺ καὶ λεπτόν], THEOD. PRISC. log. 33 CASSIAN. inst. 6, 7, 2).

6 *de tesseris magicis* (*cf.* lamella): APVL. met. 3, 17, 3 *Pamphile* instruit feralem officinam ... ignorabiliter -is litteratis. ARNOB. nat. 2, 32 adversus ictus noxios ... protegimus nos -is. FILASTR. 21, 2 *Iudaei olim a serpentibus se protegentes* formulas diversas ... ponentes in -a baiulabant in colle. PS. ORIG. in Iob 3 p. 507ᴬ quomodo adiuvent ... -ae inanimatae? HIER. vita Hilar. 21 *amator* subter limen domus puellae portenta quaedam verborum et portentosas figuras sculptas in aeris Cyprii -a defodit (*infra*: licio et -a strictus *daemon*). MARCELL. med. 22,

[*Hübner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

10 *ad iecoris dolores* in -a stagnea scribe . . ., -am vero licio ligatam collo eius suspendes *eqs.*

7 *de -a aurea in apparatu sacerdotis maximi Iudaeorum, cui nomen dei inscriptum erat* (*hebr.* ṣîs, *gr.* πέταλον. *cf.* RVFIN. Orig. in exod. 9, 4 p. 243, 4 quod petalon appellatur. EVCHER. instr. 2 p. 149, 11 *nova translatio exodi habet* petalis, *vetus* -is. GLOSS. πέταλον: bratteum, flaminum -ae): ITALA exod. 28, 32 (Lugd. = VVLG. 28, 36). lev. 8, 9 (Lugd., Wirc. = VVLG.). *al.* *in interpretatione christiana*: HIER. epist. 64, 21, 2 quod olim in -a monstrabatur, nunc in signo ostenditur crucis (EVCHER. form. 9 p. 53, 11 -a aurea . . . c. superfiguratio). VITA Hil. Arel. 25 l. 31 in quo immaculatae conscientiae lucebat auctoritas, merito -a auri . . . speculum verecundae frontis eius obtexerat . . .; (l. 35) principalis eius -a auctoritate fidei et ignea flamma rutilavit.

II *ex aliis materiis*: A *de -is naturalibus*: 1 *significatur putamen nuclei* (*cf. p. 905, 31sq.*): NVX 95 -a mollis adhuc. Ps. APVL. herb. 7 l. 13 *pedeleonis* nascitur . . . thyrsis . . ., in quibus veluti -ae (*Diosc. 3, 96 λοβοί tantum*) binae vel trinae semen continentes. 75 l. 31 semine in -is, quas Graeci lobos appellant (*Diosc. 4, 72, 1 καρπὸν ἐν λοβοῖς*). DIOSC. 2, 144 p. 232, 23 (*app. crit.*) florem . . . habens cum -is in longitudine porectis (*Diosc. 2, 158 λοβοὶ κερατοειδεῖς*). 2 *significatur auricula infima* (CHAR. gramm. p. 454, 27 B. -a λοβὸς ὠτίον [GLOSS.]. SERV. auct. Aen. 1, 30 in -a, id est in extima auris parte. GLOSS. II 585, 13 -a angulus auris, lappa [*anglosax.*]): ITALA lev. 14, 17 (Monac.) manu inponet sacerdos in -am auriculae dexterae (*gr.* λοβόν, *Lugd.* omentum auris, *Vulg.* extremum auriculae). ARNOB. nat. 2, 41 ut . . . -as pertunderent aurium. SERV. auct. (*supra; describitur Achillis statua*). CAEL. AVR. chron. 2, 1, 21 cucurbitae . . . infigendae . . . sub aurium -is. 2, 14, 198 aurium -ae frigescunt.

B *de -is quomodocumque factis* (*fortasse huc* VITR. *p. 905, 35, sc. voce* corneis *ad* -is *relata*): PLIN. nat. 8, 7 ossa *elephantorum* etiam in -as secari. 9, 39 testudinum putamina secare in -as lectosque et repositoria his vestire. 11, 126 *cornua* in -as secta tralucent. 13, 94 mensam . . . operimento -ae *citreae* vestitam fuisse. 16, 68 *molluscum* intra pugillares lectorumque . . . -as raro usu spectatur. 16, 226 (*cf.* 1, 16, 84) quae sectilibus -is *lignorum* operiuntur. 16, 229 fagus sectilibus -is in tenui flexilis capsisque ac scrineis sola utilis; secatur in -as praetenues et ilex. 16, 231 quae *ligna* in -as secentur quorumque operimento vestiatur alia materies *eqs.* GROM. *v. s.* lamnicus (*e lapide ut, ni fallimur*, CIL XI 1184 -is stravit *forum, quae vox dubitanter suppletur*). ANTH. 95, 2 Niliacam texit cerea -a budam (*cf. vol. III 861, 51*). ORIBAS. syn. 1, 18 Aa p. 63, 15 Mø. (*e Philumeno*) *rafani* inciduntur in subtiles -as (*La* peta[ta]lis). 9, 27 p. 330 Aa quando forforum -ae per urina reddunttur (La: q. pythirodis [*i.* πιτυρώδεις], id est forforibus similis scorticaturas -(a)e p. u. exeunt. *gr.* πιτυρώδη λέμματα. *cf.* laminosus). PHILVM. med. 2 p. 117, 4 *dysenterici* deponunt stercora . . . cum aliquibus -is putridarum carnium.

in allitteratione c. licium *p. 906, 84.*

deriv.: lamella, laminosus, lam(i)nula, lamnicus.

compos.: bilamna. *cf. ?* dilamino.

2. lamina *v.* lamia.

lāminōsus, -a, -um. *a* 1. lamina. *scribitur in codd. etiam* -mmin-, -mn-.

1 *i. q. laminarum plenus, de urina* (*cf. supra l. 42*): HIPPOCR. progn. 12 (*textu turbato, gr.* πεταλώδεες *sc. substantiae*). ORIBAS. syn. 6, 4, 6 Ab p. 98 (*cf.* La; *gr. ut supra*). 2 *i. q. laminae speciem praebens*: DIOSC. 5, 178 p. 241, 2 *unum e generibus terrae Samiae est* aster placodes (*gr. 5, 153* πλακώδης), ⌊quod est -um⌋ (*add. e*).

? adv. **lāminōsē.** *i. q. in modum laminae*: ISID. *p. 906, 43.*

? **lām(i)nula,** -ae *f.* *a* 1. lamina *deminutive, cf.* lamella. GLOSS. V 310, 46 metalla: -ae (*trad.* lammulae) auri vel argenti. *dub. trad.* TERT. coron. 12 l. 29 (*in app. crit., exstat in marg. editionis Mesnartii*) ambitur -mnulis.

lamirus, -os, (-ī) *m. fort. gr.* λάρινος (*prima syll. longa, var. l.* -μος), *cf. Birt, De hal. Ov. etc. 116. scribitur in codd. etiam* -myr-, -mur-. *nomen piscis*: Ov. hal. 120 fecundum . . . genus maenae -osque smarisque. PLIN. nat. 32, 149 -us.

lamium, -ī *n. cf.* lamia. *nomen herbae*: PLIN. nat. 21, 93 (*cf.* 1, 21, 55) quae *urtica* innoxia est, morsu carens, -um (aonymium *var. l.*) vocatur. 22, 37 (*cf.* 1, 22, 16) quam *urticam* -um (lim- *R*) . . . appellavimus, mitissima et foliis non mordentibus, medetur . . . contusis *eqs.* (22, 43).

[lammeum tinctura croci GLOSS. II 585, 20. *falso trad. pro* flammeum, *cf. vol. VI 1, 872, 1sqq.*]

lammina *et* **lāmna** *v.* 1. lamina.

GLOSS.[L] V Aa o 63 ob[i]litus: latatus (*corruptum*) **lamnātus** (linitus *Bücheler*, lamatus *Persson, Eranos 14, 1914, 111sq. vocem ad* 1. lama *referens*).

lamnicus, -a, -um. *a* 1. lam(i)na. *i. q. speciem laminae praebens*: LIB. col. I p. 243, 3 *lapides terminales* Neroniani, Vespasiani et Traiani, -i (laninae *P*) et quadrati (*Grom. p. 348, 11* lamminae).

lampābilis, (-e). *a* lampare, *cf.* durabilis, stabilis *sim.* *i. qui lampat, fulget sim.*: CASSIOD. in psalm. praef. l. 43 *psalterium est* vere coruscus liber, sermo -is (in psalm. 48 l. 6). praef. 17 l. 37 *ecclesia est* serenarum mentium -is coetus (*cf. l. 35* quasi lumen eximium).

lampada *v.* lampas.

lampadārius, -ī *m. a* lampas, *cf.* lanternarius. *abbreviatur* lampadar CIL VI 8867. 8869. *transit in gr. byz.* λαμπαδάριος. *officium apparitoris, qui magistratui lampada praefert, praelucet* (*cf.* lampadifer): CIL VIII 827, 3 (*s. fere III in.*) Racili Felicis -ri (12355, 2). NOVELL. Valent. 30 (29) tit. de -is. *ibid.* pr. inter primicerium -orum et sequentes eius (*ibid.* 1). NOT. dign. or. 11, 12 sub dispositione . . . magistri officiorum: . . . -i. COD. Iust. 12, 59 (60), 10, 5 scrinii sacrorum libellorum *officium est conscribere epistulas probatorias* . . . -orum eorum, qui sacris scriniis deputati sunt. IVLIAN. epit. novell. 38 (39), 1 (= NOVELL. Iust. 41) apparitionem quoque ei (*quaestori ad exemplum praefecti praetorio*) dedit . . ., id est . . . et -os. CIL VI 8867 Titi Caesaris. 8868 ex peculiaris -ris (8869).

lampadiās, (-ae) *m.*, λαμπαδίας. *genus cometarum*: PLIN. nat. 2, 90 -s (-das, -des *var. ll.*) ardentes imitatur faces. *cf. p. 910, 78.*

lampadifer, -a, -um. *a* lampas *et* ferre, *cf.* taedifer. NOT. Tir. 102, 1 -iforum (-iferum *var. l.*). *i. qui lampada fert* (*an subst.? cf.* lampadarius): CIL VIII 8993, 6 Domitiae Gelliolae consulari feminae -ae . . . Pancratius libertus (*de interpunctione non constat.* '-a *est* δᾳδοῦχος' *Wilmanns ad l., de sacris Eleusiniis cogitans coll. CIL VI 1780*).

lampadio, -ōnis *m.* (*?*). *orig. inc., fort. a* lampas, *nisi a* lapathum, *ut coni. Heraeus, cf. scripturas* lap(p)- *infra necnon* lampago, lappago. [*it.* lambagione, *abrut.* lampasciuni, *apul.* lampascione, *lucan.* lambacione; *sard.* lampayòni. *cf. Battisti-Alessio III 2154. Wagner II 8. G.*]

nomen cepae, βολβός (*quae vox respondet praeter l. 30*): ORIBAS. eup. 2, 1 B 6 Aa bulbos, id est -es (-ajonis Ab, -agionis La 46). syn. 4, 12, 12 Aa -es (pulli, *i.* bulbi, *La*) nutriviles sunt. GLOSS. III 553, 42 lappaio. 617, 58 lappa ione. V 519, 55 lapationes. GLOSS. III 544, 61 coromegen (*i.* κρόμμυον) lapatio *huc pertinere coniecit Niedermann, RevPhil. 59, 1933, 29* (*Recueil 180*).

cf. Onom.

lampaditās, -ātis *f. a* lampas. *i. q. qualitas lampadis propria*: VIRG. gramm. epit. 14 p. 86, 26 lapides dicuntur de sua -e, quia ex eis lampades ignis accenduntur; lapides pretiosi ex insito sibi splendore, velut ex quadam lampadum similitudine nominati sunt.

lampadium, -ī *n.*, λαμπάδιον. NOT. Tir. 101, 99 (*post* lampas). *cf. Onom.*

lampagio *v.* lampadio.

lampāgo, (-inis) *f.* [*orig. inc. Sch.*] *distinguit a* lappago *André, Lex. des term. de botan. s. v., eandam herbam significari censet Ernout, RevPhil. 15, 1941, 87 et 31, 1957, 195. nomen herbae*: Ps. APVL. herb. 98 l. 9 herba saxifraga: . . . Itali saxifraga . . ., alii -o. GLOSS. III 567, 43 lembago i. saxifrica.

***lampas,** -adis *f.* (*m. l. 48*) *et* lampada, -ae *f.*, λαμπάς. *de orig.*: ISID. orig. 20, 10, 6 -s flamma est in vertice lucens, dicta, quod lambentis motum ostendere videatur. *scrib.* lap- CE 1448, 6 (*e cod.; 'non ante saec. VI' Bücheler*), -ped- TER. Ad. 907 *A.* *masc.* (*an neutr.?*): PAVL. PETRIC. *p. 910, 49* (*sec.* lumen). SACR. Gelas. 1, 105 -e suo (1, 106). GILD. *p. 911, 68.* *de formis: 1) graecae decl.* (*et tertiae lat.*): *sing.*: *gen.* -os: LVCAN. 6, 354. AVIEN. Arat. 1752 (1632 -is). AVSON. 325, 50 p. 111 P. *cf.* -is: VARRO Men. 489 VERG. Aen. 3, 637 AVIEN. *l. 52.* HIER. epist. 49, 14, 5 RVFIN. Basil. reg. 2 p. 490[C] SIDON. carm. 2, 433 SEDVL. carm. pasch. 3, 33. *acc.* -a (*cf.* PRISC. gramm. II 330, 12 in Graecis . . . frequenter invenimus auctores . . . Graecos plerumque servantes accusativos, ut . . . -a pro . . . -em, quamvis Plautus 'hanc -em' dixit [*affertur* Cas. 840; -am *duo codd. Prisc.*]): *inde a* LVCR. 2, 79 (*unde pendere vid.* VARRO rust. 3, 16, 9). VERG. Aen. 6, 587. 9, 532 Ov. fast. 5, 160 *et saepe nimirum in poesi dactyl., ceterum* SEN. Ag. 363. *cf.* -em: PLAVT. *l. 57.* PLIN. nat. 2, 100. IREN. 2, 27, 2 (2, 40 H.). HYG. astr. 2, 15 HIER. in Zach. 4, 2sqq. p. 1442[A] MART. CAP. 1, 29 FAVST. REI. symb. 2. *plur.*: *nom.* -es: ACC. trag. 670 (*vix lat. tertiae*). Ov. epist. 12, 138. 14, 25 met. 4, 403 Pont. 3, 3, 60 *et saepe nimirum in poesi dactyl.; ceterum* (*potius lat. tertiae*): SEN. nat. 1, 15, 4. PLIN. nat. 1, 2, 25 (*at* 2, 96 *acc. pl.* -as). HIL. in Matth. 27, 4 GAVDENT. serm. 18, 26 G. PRISCILL. tract. 1, 29. VVLG. *quinquies.* *acc.* -as: TER. Ad. 907 (*nisi lat. I*[ae]; -es *A*). LVCR. 2, 25 TIB. 3, 8, 6 Ov. rem. 552 *et saepe nimirum in poesi dactyl., ceterum ?* TER. (*l. 67*) *et* PLIN. nat. 2, 96. 35, 78, *posterioribus exemplis I*[ae] *lat. attributis.* *cf.* -es: PLAVT. Condal. frg. 1. *?* TER. *l. 67.* ITALA iud. 15, 4 (Lugd.). Matth. 25, 1 (aur. *al.* = VVLG.; -as *var. l.* ITALA). 25, 7 (aur. *al.* = VVLG.). 25, 8 (*item*). AMBR. in psalm. 118 serm. 14, 7, 5. VVLG. *quinquies.* RVFIN. Orig. in lev. 13, 2 PS. ORIG. tract. 14 p. 160, 20. *ceterae formae III*[ae] *lat.*: -e: PLAVT. *al.* -bus: PLAVT. Men. 841 (*metro ut vid. invito*; -is *edd. plerique, sc. I*[ae] *decl.*). Ov. met. 12, 247 COLVM. 12, 18, 5 ITALA Matth. 25, 3 (aur. *al.* = VVLG.). *al.* -um: PLIN. nat. 34, 88. *2) primae decl.* (*ex acc. sg. graec., sec.* lanterna, lucerna; *dub. trad.* MANIL. 1, 352): *?*PLAVT. *l. 75.* *?*TER. *l. 67.* ITALA Matth. 25, 8 (codd. d f l) -ae (*nom.*, -es *cett. et* VVLG.). TREB. Gall. 8, 1 -is. IVL. VAL. 3, 52 -arum (*at* 2, 27 -s). FVLG. aet. mund. p. 140, 19 -ā. myth. 1, 11 -arum (*iuxta* -bus). HIER. interpr. Iob 41, 11 -ae (*nom.*, VVLG. 41, 10 -es). VVLG. (*ubi ceterae formae III*[ae] *decl.*) Ezech. 1, 13 -arum. COMM. apol. 12 -a. *al.* NOT. Tir. 101, 98 -s. *de notione*: ISID. *supra l. 46.* GLOSS. facula. -es: faces vel candelae. -am: κανδῆλαν. λαμπάδα.

[*Hübner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vox maxime poetica legitur inde a PLAVTO, TER., ACC., VARRONE Men., CIC. (*semel, in descriptione operis graeci*). [*tusc. vet., umbr.* lámpana, *cors.* lámpera, *apul.* lámpara, lampa, *neap., abrut.* lamba, *roman.* làmpena, *pedem.* lanpia, *aemil.* lamda; *sard.* lámpadas '*mensis Iunius*', *sard. mer.* lámpaḍa; *francog.* lampe, *dial. wall., camp., loth.; francoprov.* lampya *etc.; prov. vet.* lampeza, lampera, lampa, *prov.* lampi, *langued.* lampezo, *alvern.* lãpå, lãpəzå; *vasc.* lampáda, lampa; *hisp. vet.* lámpada, *hisp.* lámpara; *port.* alâmpada, lampa. *immixta voce q. e.* lanterna: *prov.* lanteza; *cat.* llantía. *cf. M.-L. 4870. Battisti-Alessio III 2157. Wagner II 7sq. Wartburg V 143sqq. Corominas III 21sq. Machado II 1293sq. G.*]

i. q. λαμπάς (*quae vox respondet, ubi nihil notatur*), *taeda, lucerna sim., sive ipsa sive receptaculum, sc. luce comprehensa* (*distinguitur fere a* fax *infra l. 42, a* cereus *l. 72; plus est quam* candela *infra l. 37, quam* lucerna HIER. epist. 49, 14, 5 l. -is comparatione pro nihilo est, -s stellae conlatione non lucet. *ad rem v. Mau, RE VI 1945, 37sqq.*): I *strictius*: A *generatim*: PLAVT. Men. 841 illi oculos exuram -bus ardentibus. Condal. frg. 1 -es accendite. VARRO Men. 489 pecudes ... nocte nigra ad lumina -is sequens. LVCR. 2, 25 igniferas. VERG. Aen. 6, 587 -a quassans *Salmoneus imitans fulmen Iovis* (VAL. FL. 1, 841. 3, 125 gravem nodis pinguique bitumine q. -a. *cf.* 8, 262 concutiens. STAT. Theb. 8, 467 quatiens [10, 283 Iuno lunarem q. ... -a *i. lunae more fulgentem*]. *sim. al.*). 9, 532 ardentem coniecit -a Turnus (*inde* SIL. 14, 305. *cf.* 1, 320 iactat [HYG. astr. 2, 15 p. 13, 16 ut currerent -em iactantes]. 4, 694 iacta -e). OV. met. 4, 403 pingues ... ardere videntur -es et rutilis conlucere ignibus aedes. 12, 247 *Amycus* -bus (iam pedibus *var. l.*) densum rapuit funale coruscis. COLVM. 12, 18, 5 *dolia* ferreis -bus ardentibus calefiunt, et cum pix imum in fundum destillavit, sublata -e *eqs.* LVCAN. 5, 134 barbarica cum -e Python (*i. Delphi a. 279*) arsit. 6, 135 piceos volvunt immissae -es (*P*, -is *cett.*) ignes. 9, 1006 orta dies nocturnam -a texit *Phariam*. 10, 492 piceo ... unguine tinctas -as immitti ... carinis (PETRON. 124 vers. 284 in medias immittite -as urbes. *cf.* STAT. Theb. 12, 279 occulto submittere -a furto). SIL. 4, 784 saevam ... coruscans -a. 14, 429 nondum ... intulerat vim Dardana -s (*cf. 427* taedas). STAT. Theb. 12, 365 *Antigone Argiam* astrorum radiis et utraque a -e (*i. Argiae et sua*) vidit. IVV. 3, 285 multum ... flammarum et aenea -s (*nobilibus nocte praelata; opp.* me, quem luna solet deducere vel breve lumen candelae). ITALA iud. 15, 4–5 (Lugd.) *Samson* comprachendet vulpes ... et sumpsit -es et ... posuit -es singulas inter duas caudas in medio et succendit igni -es (*Vulg. semel* faces). TREB. Gall. 8, 1 servis ... cum cereis facibus et -is praecedentibus (AMM. 18, 6, 15 *syn.* sebalem facem *ut* PRISC. periheg. 395). IVL. VAL. 2, 27 p. 94, 29 regi gradienti subpetiata est -s ex obvio (*Hist. Alex. M. I p. 84, 16 Kr.* πεύκην). *al.*
in interpretatione nominis apostoli q. e. Philippus (*cf. civitatis q. e.* Philippenses) *quasi vocis hebr. compositae ex* pî *et* lăppîd: HIER. nom. hebr. p. 64, 23 Ph. os -is vel os manuum (p. 69, 5 os -arum. 76, 29 [*cf. Onom. Vatic. ibid. p. 174, 84* στόμα λαμπάδος *et p. 200, 3* στόμα λαμπάδων]. *inde* EVCHER. instr. 2 p. 144, 1. ARATOR act. 1, 681 -is os [*codd. det.*, cor oris *cett.*], quod Hebraeus ait. ISID. orig. 7, 9, 16 GLOSS.L V Abba PI 41). p. 76, 28 Philippenses os -arum.

B *speciatim*: 1 *in ritibus et sacris*: a *nuptialibus*: PLAVT. Cas. 796 progreditur cum corona et -e. 840 tene hanc -em. TER. Ad. 907 hymenaeum ..., -as, tibicinas. OV. epist. 12, 138 hymen cantatus ..., accenso -es igne micant. 14, 25 conlucent praecinctae -es auro. PLIN. nat. 35, 78 *pictae sunt* anus -as praeferens et nova nupta. VAL. FL. 8, 278 (*loq. Absyrtus; 276* ignem) fero quatioque hanc -a vestro *Medeae et Iasonis* coniugio (*sensu ominoso ut* STAT. Theb. 4, 133 sontes Furiarum -e nigra quinquaginta ardent thalami *Danaidum*. 11, 491 -e nostra *i. Tisiphones* in thalamos Iocasta venit). STAT. Theb. 8, 235 multa deductam -e fratrum (*sc. Amorum*) Harmoniam. silv. 1, 2, 5 *Musae* quatiunt ... novena -e sollemnem thalamis coeuntibus ignem. 4, 8, 59 -e prima patricias intrare fores. ITALA Matth. 25, 1 (aur. *al.* = VVLG.) decem virginibus, quae acceperunt -es suas. b *funebribus*: ACC. trag. 670 in monte Oetaeo inlatae -es (*rogo Herculis ut* LVCAN. 6, 354 nefandae -os). LVCAN. 7, 800 Libyca succensae -e Cannae. SIL. 2, 667 ardentem -a quassans. 2, 677 flagrantem -a subdit *tumulo*. STAT. Theb. 11, 142 *Polynices* viderat ... coniugis ... laceram cum -e maesta (lacera ... maestam *var. l.*) effigiem ...; has latura viro taedas erat. VRAN. epist. 11 p. 866A illuminatis -bus ... sepulturam adeptus est. VITAE patr. 6, 1, 13 ducebat eum *mortuum* tota civitas ... cum -bus. 6, 3, 13 praeparationem ... cereorum et -arum. CE 1448, 6 -s funesta.
c *aliis*: OV. fast. 4, 493 accendit *Ceres* gemina pro -e pinus; hinc Cereris sacris nunc quoque taeda datur (STAT. Theb. 12, 270. *cf.* 8, 765 *turpi re aspecta* mystica -s ... purgavit lumina *Palladis*. silv. 4, 8, 51 *Cereri Actaeae Neapoli* votivam taciti quassamus -a mystae. MART. CAP. 2, 170 in eo *corpore lunae* sistra Niliaca Eleusinaque -s ... videbantur). SEN. Ag. 363 tibi *Iunoni* votivam matres Graiae -a iactabant. PLIN. nat. 34, 88 *Niceratus* repraesentavit ... -um accensu matrem eius *Alcibiadis* ... sacrificantem. ACT. Arv. a. 87 II 47 -b(us) incensis tuscanicas contigerunt (*item* a. 90, 62. a. 91 II 22. *al.*). a. 155, 56 -bus accensis. GREG. M. dial. 1, 5 p. 40, 3 *et* 6 M. (*in ecclesia; syn.* candelas).

2 *numinum*: a *Amoris (Amorum), Veneris*: VARRO Men. 204 ut parvulus Amor ardifeta -e arida agat amantis aestuantis. CIC. Verr. II 2, 115 argenteum Cupidinem cum -e. TIB. 3, 8, 6 illius *Sulpiciae* ex oculis ... accendit geminas -as acer Amor. OV. rem. 552 Lethaeus Amor, qui pectora sanat inque suas gelidam -as addit aquam. Pont. 3, 3, 60 numquam rapido -es igne vacent (*67* faces). STAT. silv. 1, 2, 80 (*loq. Amores*) illam summa leviter ... -e parcentes et inerti strinximus arcu. IVV. 6, 138 nec pharetris Veneris macer est aut -e fervet; inde (*sc. divitiis uxoris*) faces ardent, veniunt a dote sagittae. AVSON. 325, 50 p. 111 P. quamquam ... nubila ... rutilae fuscarent -os ignem. CLAVD. rapt. Pros. 1, 26 qua -e Ditem flexit Amor. ENNOD. carm. 1, 4, 93 (*Venus ad Amorem*) ad abstrusas veniat mea -a fibras *Maximi*. VEN. FORT. carm. 6, 1, 48 conspexit ... Cupido virginea mitem torreri -e regem. b *Furiarum sim.*: SEN. Herc. O. 671 sequitur dira -e Erinys. LVCAN. 3, 15 vidi ... tenentes Eumenidas, quaterent quas vestris -as armis. PETRON. 124 vers. 277 sanguineam ... quatiebat -a *Discordia*. SIL. 2, 610 Erinnys -a flammiferis tinctam Phlegethontis in undis quassat (*de eadem re* CLAVD. rapt. Pros. 3, 391 *Megaera* plenos excepit -e fluctus). STAT. silv. 2, 7, 119 pallidum visa matris -e ... Neronem (*cf. Suet. Nero 34, 4* confessus exagitari se materna specie verberibusque Furiarum ac taedis ardentibus). *v. etiam p. 909, 59.*

II *latius*: A *de ignibus caelestibus* (*cf. p. 911, 69*): 1 *fulminum, fulgurum* (*cf. p. 909, 20*): ACC. trag. 331 lucifera -e abietem (ari- *trad.*) exurat Iovis (*nom.*). LVCAN. 1, 532 nunc iaculum longo, nunc sparso lumine -s emicuit caelo. 10, 502 non alio motu ... quam solet aetherio -s decurrere sulco (SIL. 1, 359 caelo decurrens ignea -s). STAT. Theb. 10, 470 qui tremor inlicita (*vix sanum*, elicita *codd. rec., alii alia coni.*) caeli de -e tactis *hominibus est*, hic fixit iuvenem. *huc fortasse*: VEREC. satisfact. 173 -bus caeli facies rubicunda coruscat *in mundi interitu* (*cf. 171* fulgora). FRG. apoc. p. 153 arcus in caelo parebit et cornum et -a.

2 *solis*: a *varia exempla*: LVCR. 5, 402 Sol ... aeternam succepit -a mundi. 5, 610 rosea sol alte -e lucens (OV. fast. 5, 160 MART. 12, 60, 1). 6, 1198 octavo ... candenti lumine solis aut etiam nona ... -e (*cf.* SIL. 15, 214 Hyperionia lux septima -e surgens). VERG. Aen. 3, 637 lumen ... Phoebeae -is instar (4, 6 SEN. Phoen. 87 SIL. 10, 111). 7, 148 prima lustrabat -e terras orta dies. SIL. 1, 193 Phoebi (ENNOD. carm. 1, 1, 20). 6, 157 solis (7, 143 CYPR. GALL. gen. 15 exod. 248. 550. 602 GREG. TVR. Franc. 9, 6 p. 409, 23). 12, 575 prima ... rubescit -e Neptunus revocatque Aurora labores (*cf.* SIDON. carm. 2, 433 sceptri vice dextram *Aurorae* -is hasta replet). 12, 648 attollens rutilantem -a Titan. 12, 731 redditur ... flagrantior aethere -s. HOMER. 130 lucem terris dedit ignea -s (*B 48* ἠὼς ... φόως ἐρέουσα). STAT. Ach. 2, 4 nondum excusso rorantem -a ponto. AVIEN. Arat. 1579 ne liventi piceus color abdat amictu -a. CARM. de mens. 2, 23 *Iunius* Phoebum flectere monstrat iter; -s maturas ... designat aristas. RVFIN. Basil. reg. 2 p. 490C cotidianos solis ortus et unius -is fulgore illuminatum ... mundum. MART. CAP. 1, 29 laurus *Phoebi* ... in -em mundani splendoris accenditur. 1, 77 quem *Solem* iuxta luna ... ex fraterna fulgorem -e resumebat. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 168 prima novo (nova *ed. Jureti*) spargebat -e terras orta dies (*sec. Verg. Aen. 4, 584* prima novo spargebat lumine terras *Aurora; v. etiam l. 35*).

b *in significando solstitio* (*cf.* ISID. nat. 8, 2 [= SVET. frg. p. 177, 3; *inde* GLOSS.L I Ansil. LA 245] solstitium ... aestivum ... -s dicitur eo quod ex eo die -s solis claritatem maiorem accipiat [*utroque loco var. l.* -adas]): α 'dies -arum': FVLG. myth. 1, 11 *Proserpinam* etiam mater cum -bus raptam inquirere dicitur, unde et -arum d. Cereri dedicatus est, ... quod hoc tempore cum -bus, id est cum solis fervore, seges ... requiratur (*cf. l. 64sq.*). β *de ipso die solstitii*: PS. CHRYSOST. de solstit. l. 259sq. solstitium mundi, quando Ioannes natus est, quem diem -em appellant; -da enim erat luminis Christi, a quo lumen acceperat, cum esset adhuc in utero matris (*cf. p. 911, 30*). l. 415 octavo kalendas Iulias, quem -em appellant. PS. FVLG. RVSP. serm. 56 (*loq. Ioannes ad Christum*) misisti intus lucentem -em tuam, ut ego agnoscerem matrem tuam; o bona -a ...; si vultis recta lingua vocare diem (*natalem meum*) -arum, diligite spiritum sanctum, sed hoc dolemus, quia sunt multi, qui diem vocant -am et sunt in medio tenebrarum.

3 *stellarum*: a *variarum*: MANIL. 1, 352 deltoton ... dictum, quod -s tertia dispar conspicitur paribus (tertia -a *trad.; locus varie tractatus. de eodem sidere 5, 714* tribus facibus). STAT. silv. 5, 4, 9 Oeteae Paphiaeque ... -es (*sc. Hesperi et Luciferi, cf.* VEN. FORT. carm. 7, 6, 3 Lucifer ... terris -a mittit). AVIEN. Arat. 256 inocciduis attollens -a flammis Arctophylax (*gr. 94* ἀρίδηλος, *Germ. 94* flamma). ENNOD. opusc. 1, 82 p. 283, 24 *in descriptione caeli* iubaris -i non sufficeret humilium scintilla sermonum. *in imag.*: PS. FVLG. RVSP. serm. 4 p. 863A dedit eis *magis peregrinantibus* stellam, ut in nocturna deductione -em. b *crinitarum* (PLIN. nat. 2, 96 [*de facibus*] duo genera earum: -as vocant plane faces, alterum bolidas ...; distant quod faces vestigia longa faciunt priore ardente parte. SERV. auct. Aen. 10, 272 p. 422, 12 alter cometes est, qui -s [lampadias *Masvicius*] appellatur et quasi fax lucet. *cf.* lampadias): MANIL. 1, 846 ignis *cometae* ... -as (-a *var. l.*) ... fissas ramosos fundit in ignes. SEN. nat. 1, 15, 4 horum *cometarum* genera sunt pogoniae et cyparissiae et -es et alia omnia, quorum ignis in exitu sparsus est. CALP. ecl. 1, 81 polum ... igne cruento spargit et ardenti scintillat sanguine -s. PLIN. nat. 2, 100 scintillam *e stella ortam* ..., cum in caelum se reciperet, -em factam *esse*. PRISC.

[*Hübner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LYD. solut. 7 p. 85, 25 faces et -es (*Aristot. meteor. 341 b 28 οἱ καλούμενοι δαλοὶ καὶ αἶγες καὶ ἀστέρες*). *in imag.*: VVLG. Nah. 2, 4 aspectus eorum quasi -es, quasi fulgura.

4 *lunae* (*cf. p. 909, 23. 910, 48*): VAL. FL. 7, 366 -e Phoebes sub decima (*cf.* NEMES. cyn. 123 cum se bina formarit -e Phoebe). HOMER. 870 unde ... luna cava et nitida lustraret -e caelum (*in clipeo Achillis*). MART. 8, 51, 8 cum t o t a -e luna nitet (HIER. tract. p. 406, 5 quando t. eius -s, totus orbis impletur). AVIEN. Arat. 1522 rutilantis -e lunae. 1632 -is orbe arcet flammigerae radium facis *solis, i. efficit eclipsin.* 1752 rutilantis -os ignes. PRVD. cath. 5, 6 quamvis innumero sidere regiam lunarique polum -e pinxeris, *Christe* (*cf.* DRAC. laud. dei 1, 79 lunarem ... globum fuscata -e tectum). MART. CAP. 9, 912 -e menstrua. ENNOD. opusc. 3, 137 p. 366, 16 noctis -am (*opp.* solis iubar). VEN. FORT. carm. 4, 26, 131 quantum nocte dies distat, sol -e lunae. ARATOR act. 2, 1153 (*ad 27, 33* quarta decima die) hinc etiam ecclesiae gerit aurea luna figuram, quae quarto decimo de primo -is ortu conspicitur iam plena die (*cf. 1133* primi ... lumina mensis).

5 *arcus caelestis*: STAT. Theb. 10, 121 *Somnus* nec -e clara *Iridis* ... nec voce deae perculsus (*136* iubar).

B *de flammis variis*: ITALA gen. 15, 17 (Aug. civ. 16, 24 p. 161, 15 D.) flamma facta est et ... fornax fumabunda et -es ignis ([VVLG. -s]. I Macc. 6, 39 [recc. LBV]. VVLG. *l. 25. cf.* PAVL. PETRIC. Mart. 3, 312 tenebris taetrior ... ignis -e terribili mentita et [in *Barth*] luce micavit). exod. 20, 18 (Aug. quaest. hept. 2, 72 p. 140, 20 = VVLG.) populus videbat ... -as. VVLG. cant. 8, 6 sicut -es ignis atque f l a m m a r u m (CYPR. GALL. exod. 129 conspicua f. -e ... fulgere rub[r]um [*Vulg. 3, 2* in flamma ignis]. 1314 *Moysen* fulgentem -e flammae. *cf.* PRVD. perist. 3, 149 flamma ... -bus in latera stomachumque furit). *de fulgore lucernae*: MAX. TAVR. serm. 99, 4 M. lucerna ... vocatur Iohannes (*Ioh. 5, 35*) ...; lucernae obscuratur lumen, cum radius solis effulget; et defectionem quandam -ae suae patitur, cum clarioris lucis splendore superatur.

C *de oculorum fulgore*: PS. AVG. serm. 47, 1 (*ad Tob. 3, 17*) illuminatis oculorum tuorum -bus.

III *translate* (*hic illic in comparatione*): **A** *respiciuntur res incorporeae*: LVCR. 2, 79 quasi cursores vitai -a t r a d u n t *gentes caducae* ([*Plat. leg. 776*[b] *καθάπερ λαμπάδα τὸν βίον παραδιδόντας*]. VARRO rust. 3, 16, 9 quod de fructu nihil dixi, nunc cursu -a tibi trado, *ut pergas. cf.* PERS. 6, 61 qui prior es, cur me in decursu -a poscas?). GAVDENT. serm. 18, 26 G. ne ipsae in nobis fidei -es defectu operum exstinguantur (*ut -es virginum fatuarum, v. p. 909, 64. cf.* FAVST. REI. symb. 2 [Caspari Anecd. p. 328, 11] fidem velut magnam -am Christus ... exhibuit). FVLG. aet. mund. p. 140, 19 Sameramis totius libidinis ardore torretur et pueritia luxuriae -a inmoderatis augmentationibus vaporatur. RVFIN. Orig. in Ios. 16, 1 p. 395, 20 fulgore veritatis et -e sapientiae (*cf.* GREG. TVR. glor. conf. 104 veritatis -em). COMM. apol. 12 statim mihi -a fulsit ..., agnovi deum. RVSTIC. Conc.[S] 1 4 p. 183, 6 sanctitatem ... caliginem dissolventem perfectae circa deum notionis festa -e. GILD. Brit. 93 chron. III p. 77, 22 scientiae ... et bonorum operum. PETR. CHRYS. serm. 120 p. 529[B] iugi factorum -e. MAX. epist. p. 2 opinionis tuae -a praelucente (*cf.* GREG. M. in Ezech. 1, 5, 6 opinio longe lateque ut -s lucet). CORIPP. Ioh. 3, 110 furor omnis et ira horribili ... turbabunt -e mundum. *de febri*: SEDVL. carm. pasch. 3, 33 Petri validae torrebat -is aestu febris anhela socrum (op. pasch. 3, 4 validi ... -s ardoris).

B *respiciuntur homines* (*Christus l. 59, cf. l. 62*): GAVDENT. serm. 18, 26 G. exstinctis animarum suarum -bus (*de virginibus fatuis [v. p. 909, 64], ut* EVCHER. form. 7 p. 45, 5 -es: animae iustitia fulgentes). HIER. adv. Pelag. 2, 11 apostolicos igniculos clarissima C h r i s t i -e compleamus (PRVD. psych. 57. *cf.* EPIPHAN. in euang. 19 p. 23, 27 lux mundi est dominus, de cuius -a accensi apostoli nostris animabus offerunt lumen *eqs.*). VVLG. Is. 62, 1 salvator *civitatis Ierusalem* ... ut -s accendatur. RVFIN. hist. 11, 7 velut -am quandam divina luce fulgentem Didymum dominus accendit (*opp.* perfidiae caligo). HIL. AREL. vita Honorat. 11 l. 11 -as tuas (*i. homines fideles*) fidei igne fulgentes. VITA Hil. Arel. 30 l. 20 loca illuminare accensis fidei calore innumeris -bus (*sc. sacerdotibus*) et supra candelabrum ponere. GILD. Brit. 10 chron. III p. 31, 17 *deus* clarissimos (-as *var. l.*) -es sanctorum martyrum nobis accendit. VEN. FORT. vita Marcell. 2, 5 de illa caelesti -e (*opp.* meae scintillae).

deriv.: lampadarius, ?lampadio, lampaditas, ?2. lampena.
compos.: allampado, lampadifer.

lampēdo (*i. λαμπηδών*) splendor GLOSS. II p. XXXVII.

1. lampēna, -ae *f.*, *λαμπήνη*. *a* lampas *derivari vid. l. 81, cf.* 2. lampena. *i. q. c u r r u s tectus, l e c t i c a* (*l. 80*): ITALA iud. 5, 10 (cod. 91) ascendentes asinas et sedentes in -is (*gr. cod. Alex. ἐπὶ λαμπηνῶν, Vulg. aliter*). Is. 66, 20 (Hier. in Is. 66, 20 l. 7) in -is mulorum, cum umbraculis (*gr. ἐν λαμπήναις ἡμιόνων, Vulg.* in lecticis et in mulis. HIER. *l. c.* l. 23 Septuaginta et Theodotio dixerunt -as, pro quibus Symmachus lecticas interpretatus est, Aquila *σκεπαστά* posuit, quod et ipsum lecticas opertas pellibus significat. l. 82 -ae splendentia sanctorum intelligenda sunt corpora et animae fide domini illuminatae [*cf. supra l. 56 sqq.*]). *v. etiam* 2. lampena.

2. lampēna, -ae *f.* *a* lampas, *si recte trad., fortasse fictum.*

GLOSS.[L] IV Plac. L 17 -ae: stellae quaedam (quidam *trad.*) sic dictae (sellae *Rönsch, Coll. phil. 287 sq., obloquitur Götz, tacet Lindsay. cf.* GLOSS.[L] V Abba LA 31 -ae: stellae fulgentes. *inde* ANTH. 19 l. 11 *ad carmen componendum* de vobis, *viri optimi*, -am comtulam spero adiutandi [*vix ad* 1. lampena]).

[lamperbius splendidus, ex graeco partem habet PLACID. ed. Mai, class. auct. VI 565.**]**

lampificus, -a, -um. *a* lampare *et* facere, *cf.* contemnificus, terrificus. *i. q. fulgorem lampadis similem efficiens, fulgens*: VITA Amator. (BHL 356) 8 p. 54[A] -is ornamentis obsita processit; ita enim diverso splendore gemmarum ... perlucebat, ut nitorem solis obnubilaret.

lampium: pulpitum, analogium GLOSS. V 603, 43. *orig. inc.*

lampo, -āvī, -āre, *λάμπω*. [*tusc.* lampare, *it. mer.* lambá; *sard. centr.* lampare, *mer.* lampai; *prov.* lampá; *cat.* llampar; *hisp.* lampar. *cf. Battisti-Alessio III 2157. Wagner II 8. Wartburg V 145 sq. Corominas III 21. 1079 sqq. G.*]

1 *i. q. lucere, fulgere*: **a** *proprie*: CASSIOD. compl. in apoc. 18, 1 ('terra illuminata est a gloria eius') *angeli* claritas in toto orbe -vit. Ios. antiq. 2, 343 tonitrua ... coruscationesque -antes et fulmina (lambentes, labentes *var. ll., gr. βρονταὶ ... προσεξαπτομένης ἀστραπῆς καὶ κεραυνοὶ δὲ κατηνέχθησαν*). in psalm. 44, 3 forma eius *domini incarnati* decore lactei coloris eluxit aut flavo crine -vit. 118, 127 *topazion* maxime -at, cum solis splendore percutitur. **b** *in imag. et translate*: PS. FVLG. RVSP. serm. 52 p. 920[B] vigente in nobis potentiae eius (*spiritus sancti*) lumine primogenitorum ecclesiam -antibus faculis introire. CASSIOD. inst. 1, 21, 1 *Hieronymus in Bethleem habitavit*, ut ... ad instar solis eius quoque ab oriente nobis -ret eloquium. in psalm. 43 concl. nobis ecclesiasticus ordo ... -vit. 61 concl. -at fides, coruscat veritas, quam debeat ... populus intueri. 71, 6 Ambrosius ille, quaedam ecclesiae candela, mirabili fulgore -vit dicens: '*eqs.*' 131 concl. dicere celsiora, quae de domini adventu clarissimo lumine -verunt.

2 *i. q. illuminare*: CASSIOD. in psalm. 4, 7 de quo loco Iohannes *Chrysostomus* (*Migne gr. 50, 819*[A]) ... quasi multifarias definitionum stellas in crucis declamatione -vit dicens: '*eqs.*'

deriv.: lampabilis. *compos.*: lampificus. *cf.* allampado.

lampreda *v.* naupreda. **lampsanum** *v.* lapsanum.

lampyris, *pl. nom.* -ides, *acc.* -idas *f.*, *λαμπυρίς*. *i. q. cicindela*: PLIN. nat. 11, 98 (*cf.* 1, 11, 34) lucent ... noctu laterum et clunium colore -es. 18, 250 *v. vol. III 1050, 44. huc refert Niedermann, Idg. Forsch. 26, 1909, 56, 1* l a p a r i s POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 2 *inter* nomina insectorum sive reptancium. *Hübner.*

1. lamyrus *v.* lamirus.

2. lamyrus (*i. λαμυρός*) blandus GLOSS.[L] II Abav. LA 28 GLOSS V 602, 55. *v. Onom.* *B.*

***lāna,** -ae *f.* [*cognatum c. ind. vet.* úrṇā-, *avest.* varənā-, *got.* wulla, *slavon.* vlъna, *lituan.* vìlna; *omnia generis fem. in -ā- sunt. Sch.*]
de orig.: VARRO ling. 5, 113 -a graecum, ut Polybius (*frg. inc. 57 B.-W.*) et Callimachus (*frg. 722 Pf.*) scribunt. ISID. orig. 19, 27, 1 -a a laniando, id est a vellendo, vocata. NOT. Tir. 78, 91[a]. GLOSS. *ἔριον. ἐρέα. cf.* ORIBAS. eup. 2, 1 E 9 Aa p. 469 erias Graeci -am vocant.
inde a PLAVTO, CATONE. [*val.* lînă; *dalm.* luona; *it.* lana; *sard.* lana; *raet. occ.* lana, launa, *or.* lane; *francog.* laine; *francoprov.* lāna *etc.*; *prov.* lana, -o; *vasc.* la(a) *etc.*; *cat.*, *astur.* llana; *hisp.* lana; *port. vet.* lãa, *port.* lã, *dial.* laia (> *hisp.* laya). *cf. M.-L. 4875. Battisti-Alessio III 2159. Wagner II 9. Wartburg V 147 sqq. Corominas III 25. 58 sq. Machado II 1279. G.*]

i. q. ἔριον (*haec vox graece respondet, nisi alia adnotantur; opp.* p i l u s *p. 915, 12 et* PLIN. nat. 8, 191 INST. Iust. 2, 1, 37, s a e t a *p. 915, 14, cf. l. 79; plur. de generibus e. g. p. 913, 78* [*cf.* CHAR. gramm. p. 39, 2 B.], *de quantitate* HOR. *p. 913, 13. 22.* OV. *p. 913, 24. 58. al. et saepe tam in poesi quam inde a* COLVM. *in prosa; quae -a legata contineantur, inquirunt iurisconsulti, maxime* VLP. dig. 32, 70): **I** *o v i u m aut indicatarum aut potissimum intellegendarum* (*expresse* VARRO rust. 2, 2, 7 -am ... o v i u m [PAVL. FEST. p. 63 VLP. dig. 24, 3, 7, 9. *al. cf.* PLIN. nat. 20, 29. 28, 111]. PLIN. nat. 20, 6 a r i e t i s [28, 82]. PRISC. periheg. 430 vervecum. *ad rem v. Orth et Kroll, RE XII 594 sqq.*):

A *proprie*: **1** *strictius*: **a** *generatim*: **α** *exempla varia paucissima*: PLAVT. Men. 120 -am, aurum, vestem ... praebeo (*cf.* Truc. 947 oves et -am ... dabo). Mil. 687 eme, mi vir, -am, unde tibi pallium ... conficiatur tunicaeque. Stich. 376 -am purpuramque multam *advexit.* :: em qui ventrem vestiam. CATO agr. 2, 7 oves ..., -am, pelles. CIC. Verr. II 1, 86 quid a Milesiis -ae publice abstulerit. de orat. 2, 277 (*verba Q. Opimii*) cum tua c o l u et -a (CATVLL. 64, 311 colum molli -a ... amictum. OV. epist. 9, 116 gravem -a ... colum. 14, 66 -a colusque. PLIN. nat. 8, 194 -am in colu et fuso ... durasse. *al.*). OV. met. 13, 849 pluma tegit volucres, ovibus sua -a decori est, barba viros hirtaeque decent in corpore saetae. *et passim.*

β *iuncturae verbales*: ① *acc.*: PLAVT. Men. 797 inter ancillas sedere ..., -am carere (*cf.* VARRO ling. 7, 54 eam tum purgant ac deducunt ..., ex quo c a r m i n a r i dicitur ... -a [PLIN. nat. 9, 134. DIOSC. *p. 913, 64.* ISID. orig. 1, 39, 4]). CE 52, 8 (*aet. fere Gracch.*) domum servavit, -am f e c i t (LVCR. 5, 1354 facere ante viros -am natura

[Heine]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

coegit quam muliebre genus. Varro frg. Non. p. 322, 1 Ov. met. 6, 31. Vlp. dig. 7, 8, 12, 6 [*antea*: expediendam]. 32, 70, 1 sive ... facta est sive infecta. *al.*). Titin. com. 22 da pensam -am: qui non reddet tempori putatam recte *eqs.* (Varro rust. 2, 2, 18 ne -a inquinetur, quominus vel infici recte possit vel lavari ac putari). Varro Men. 190 manibus trahere -am (Pavl. Fest. p. 73 Plin. nat. 21, 82 Ivv. 2, 54. *cf.* detrahere *infra l. 41 et* Firm. math. 8, 19, 7 pertractent. Ivst. 1, 3, 3 tractanti [Drac. Romul. 2, 30]). ling. 5, 54 '*Veliae*', quod ibi pastores ... ex ovibus ante tonsuram inventam vellere -am sint soliti (5, 130 vellus -a tonsa universa ovis; id dictum, quod vellebant. rust. 2, 11, 9. Marcell. med. 1, 88 deinter femora. 1, 89 de fronte. Isid. orig. 19, 27, 1. *cf.* Plin. nat. 29, 34 detonsam ... evolsam [29, 38]). rust. 2, 11, 6 tonsa (Hor. carm. 3, 15, 13 te -ae ... tonsae ... decent. *al. cf. l. 10. 12 et* Colvm. 7, 4, 7 si -am detraxeris ..., si nondum detonderis). 2, 11, 9 demptam ac conglobatam (Calp. ecl. 5, 66 maturas). Cic. phil. frg. V 23 qui conbibi purpuram volunt, sufficiunt prius -am medicamentis (*cf.* inficere *l. 5 et vol. VII 1, 1411, 51sqq.*). Menol. Colot. Mai. 11 (CIL I^2 p. 280) -a lavatur (Plin. nat. 19, 48. 25, 52. Mart. 11, 58, 11 [*v. p. 914, 45*] lota [Vlp. dig. 32, 70, 4 Pavl. sent. 3, 6, 82. *al. cf.* Ser. Samm. 93 inlotis]. *et saepius. cf. l. 5. 27*). Verg. georg. 2, 465 alba neque Assyrio fucatur -a veneno. Hor. epod. 12, 21 muricibus ... iteratae. carm. 2, 16, 37 te bis ... murice tinctae vestiunt -ae (Lygd. 3, 17 Ov. ars 1, 251 met. 6, 9. *al.*). 3, 5, 28 medicata fuco. Ov. epist. 3, 70 quae -as molliat, apta manus (met. 2, 411 trahendo. fast. 3, 817. *cf.* Plin. nat. 31, 66 -as ... emolliunt *aquae marinae*). ars 2, 220 excoluisse. met. 4, 34 ducunt (*cf.* Colvm. 7, 4, 5 -a deducenda vinoque ... insucanda, ... tota est eluenda [7, 5, 6. Ivv. 7, 224 ferro. Serv. ecl. 6, 5 in tenuitatem. *adde p. 912, 82*]). 6, 19 rudem ... -am glomerabat in orbes (Manil. 4, 130 nunc glomerare rudes, nunc rursus solvere -as, nunc tenuare levi filo). Cels. 6, 6, 1^{K} bene carp[i]ta (*v. vol. III 492, 78sq. cf.* Plin. nat. 29, 35 concerpta. Marcell. med. 10, 45 decerpta). Sen. Herc. O. 664 aeno repetita. epist. 71, 31 saepius macerata et recocta (*cf.* Tert. cult. fem. 2, 10 l. 2 sucis ... incoquere -as). Colvm. 8, 13, 3 demetere. 12, 3, 6 pectitae (*cf.* Pavl. sent. 3, 6, 79 pectinata [Gloss. *p. 915, 62*]). Plin. nat. 8, 192 -ae et per se coactae vestem faciunt. 18, 236 scabendo purgare (Macr. Sat. 1, 16, 12. *adde p. 912, 81*). 33, 62 *aurum* netur ac texitur -ae modo vel sine -a (Mart. 14, 158, 1 tonsis neta [apta *var. l.*, nata *Heraeus*] ministris. Vlp. dig. 32, 70, 2 neta). 35, 175 suffiendas. Sil. 16, 568 albentes invertere -as murice. Stat. Ach. 1, 581 tenuare rudes attrito pollice -as (*cf. l. 30*). Ps. Qvint. decl. 13, 8 pecori -ae detrahuntur (Fronto p. 13, 12 v. d. H. Apvl. apol. 56. *adde l. 14*). *al.* (II) *nom.*: Ov. ars 3, 187 -a ... sucos bibit (Sen. Herc. O. 664 rubores. Plin. nat. 8, 193 colorem [35, 44]. *cf.* Sen. epist. 71, 31 quosdam colores semel ducit, quosdam ... non perbibit. Plin. nat. 9, 134 potat). met. 7, 541 sponte sua -ae ... cadunt (*cf.* Plin. nat. 11, 231 rarescunt. Evstath. Basil. hex. 6, 6, 1 depositam -am facile resumit *aries*).

γ iuncturae nominales: (I) *epitheta* (*cf. l. 2sq. 19. al.*): Cato agr. 96, 2 meliorem (*cf.* Petron. 38, 2 parum ... bona [78, 1]). Titin. com. 3 ab -a soloci ad purpuram data ([Fest. p. 301 *ad l.*: crassa]. Fronto p. 138, 20 v. d. H. [p. 144 N.]. Serv. auct. georg. 3, 385 hoc est minutam, duram atque hirsutam). Catvll. 64, 311 molli (*v. vol. VIII 1374, 24sq.*). Varro ling. 9, 39 firmior (Ps. Avg. serm. Migne suppl. 1, 295 firma, non floccida). rust. 2, 11, 6 a ... sudore recens -a tonsa sucida appellata est (Pavl. Fest. p. 118. 288 Cels. 2, 33, 2. *et saepe.* Gloss. οἰσυπηρόν. πιναρόν. ἄπλυτον. καρφώδης). 3, 16, 28 puram (Marcell. med. 14, 37). Ov. epist. 1, 78 quae *coniunx* ... -as non sinat esse rudes (ars 2, 220 met. 6, 19 Manil. 4, 130 Stat. Ach. 1, 581). ars 3, 222 quas geritis vestes, sordida -a fuit. met. 6, 9 bibulas tingebat murice -as (*cf.* Mart. 14, 154, 2 ebria ... cum sim de sanguine conchae, non video, quare sobria -a vocer [Avien. Arat. 347 veneno]). Cels. 4, 12, 4 sulpurata (4, 13, 3 Scrib. Larg. 43 Marcell. med. 15, 93). Sen. apocol. 4, 1 vers. 8 vilis. Colvm. 9, 14, 15 mundam (Itala *p. 914, 75.* Diosc. 2, 50 p. 197, 30 -as m. et carminatas [*gr. 2, 73, 1* καθαρὰ διαξανθέντα]. *al.*). Gell. 12, 1, 15 duriorem (*inde* Macr. Sat. 5, 11, 18. *cf. l. 52*). Edict. imp. Diocl. JRSt. 45, 1955, 111 grossa (*ibidem* grossioribus). Prob. Verg. georg. 3, 391 crassioris (*cf. l. 51*). Marcell. med. 9, 68 delicata. Cael. Avr. acut. 2, 18, 103 limpidis (chron. 1, 1, 9 lenes ac tenues et 1. 5, 1, 8). *al.* *ad colorem pertinentia*: Catvll. 64, 318 candentis (*cf.* Plin. nat. 33, 109 candida [*al.*]). Varro rust. 2, 2, 14 variam. Verg. georg. 2, 465 alba (Liv. 24, 16, 18 Sen. nat. 3, 25, 3. *al. cf.* Sil. 16, 568 albentes). Prop. 3, 11, 12 iret ut Aesonias aurea -a domos (Ov. epist. 12, 128 fast. 3, 876. *cf. p. 915, 21 et* Drac. Romul. 10, 35 ut rutilas subduceret ... -as *Iason*). Liv. 42, 2, 4 pulla (Sen. nat. 3, 25, 4). Lvcan. 2, 367 funerea (*cf.* Mart. 14, 158, 1 tristis). Petron. 54, 4 conchyliata (Plin. med. 1, 6, 3 Marcell. med. 9, 37). Plin. nat. 8, 191 nativas. 8, 193 -arum nigrae (20, 225. *saepius*). Sil. 15, 706 niveae (Clavd. 18, 276). Mart. 9, 49, 5 nitida. Pavl. sent. 3, 6, 79 versicoloria (*cf.* Prvd. perist. 10, 302 discolora). Itala Hebr. 9, 19 (cod. d *al.* = Vvlg.) coccinea (Barnab. 7, 8. *al.*). Vopisc. quatt. tyr. 13, 2 purpurea (Marcell. med. 9, 17. *al.*). *al.* *ad regionem pertinentia* (*fusius* Plin. nat. 8, 190sqq.): Varro ling. 9, 39 -a Gallicana et Apula (Plin. nat. 8, 190 laudatissima A. et ... Italica). Plin. nat. 29, 33 laudatissima ... Galatica, Tarentina, Attica, Milesia (Edict. imp. Diocl. JRSt. 45, 1955, 111 Mutinensi ... Terentina vel Ladicena vel Altinata [109 *bis*]. Char. gramm. p. 39, 2 B. Milesia, Hispana). Mart. 11, 56, 9 Leuconicis. 12, 65, 5 Baeticarum. 14, 156 tit. Tyriae. 14, 157 *et* 158 tit. Pollentinae. (II) *gen.* -ae *pendet a subst.*: Catvll. 64, 318 -ae vellera (Hor. epod. 12, 21 Vitr. 8, 1, 5 Plin. nat. 31, 46. *al. cf. etiam p. 915, 1*). Lvcr. 1, 360 glomere (*v. vol. VI 2, 2061, 36sqq.*). 6, 1075 corpore (*cf. p. 920, 50*). Cels. 4, 13, 3 abso (7, 26, 5^{C}). Marcell. med. 20, 145 globum. (III) *gen. qual.*: Plin. nat. 20, 29 -a coloris, quem nativum vocant. 28, 114 -a nigra primae tonsurae.

b *speciatim*: *α in rebus sacris*: Varro ling. 7, 24 velamenta his *hostiis* e -a quae adduntur, infulae (*affert* Trag. *l. 49*). Ov. am. 3, 7, 79 te traiectis ... venefica -is devovet. fast. 2, 21 pontifices ab rege petunt et flamine -as, quis ... februa nomen erat (*res ceterum ignota*). Pavl. Fest. p. 239 effigies ... ex -a Conpitalibus suspendebantur. Plin. nat. 29, 30 -is auctoritatem veteres Romani etiam religiosam habuere, postes a nubentibus attingi iubentes. Arnob. nat. 5, 16 -arum vellera, quibus arboris (*sc. pinus*) conligatis ... stipitem. *β in prodigiis*: Liv. 42, 2, 4 -a pulla terra enata. Plin. nat. 2, 147 (*cf.* 1, 2, 57) -a pluit (*cf.* Hier. chron. a. Abr. 2383^{d} -a caelo pluviae mixta defluxit [*inde* Oros. hist. 7, 32, 8]). Obseq. 12 -a ex arboribus nata (*conferendum videtur* Prvd. perist. 10, 302 *fatuos* -a terret discolora in stipite). *γ in re medicinali* (*exempla paucissima, fusius* Plin. nat. 29, 30sqq.; *cf.* Plavt. *infra l. 48 et in iure* Vlp. dig. 32, 70, 7 ne ea quidem, quae fomentationis gratia parata sunt vel medicinae, -arum appellatione continentur): Cels. 4, 2, 6 *rosa et aceto* tinctam -am sucidam imponere aliave refrigerantia cataplasmata (4, 11, 6. 4, 12, 9 supra stomachum. *al.* Plin. nat. 29, 39 fronti. 29, 42 oculis. *et saepius. cf.* Scrib. Larg. 209 superponere [Plin. nat. 30, 119]). 4, 5, 8 in gravedine ... fauces -a circumdare (4, 25, 2 alumen. Pelagon. 246 cervicem. *cf.* Cels. 5, 26, 23^{H} -am *vulneri*). 6, 6, 1^{H} linteolo an -a excipiatur *medicamentum* (7, 7, 11 album ovi [7, 7, 14^{F}]. Plin. nat. 20, 199 sucus). 6, 7, 9^{A} specillum -a involutum (8, 10, 7^{N} regulam. Colvm. 6, 15, 1 picem *eqs.* 7, 5, 18 *bis.* Scrib. Larg. 56 auriscalpium [230]. Petron. 54, 4 brachium. *al. cf.* Svet. Dom. 17, 1 brachio ... -is fasciisque ... obvoluto. Gell. 11, 9, 1 Demosthenen -a multa collum cervicesque circumvolutum). *al.* Scrib. Larg. 41 foramen summum -a sucida tegitur (Ser. Samm. 522 alumen. 653. Cael. Avr. acut. 1, 10, 75 caput. 2, 6, 27 collum). *al.* Plin. nat. 20, 61 *sucus lactucae* inponitur etiam oculis in -a (23, 70 *sucus* in -a admotus. 23, 127 sucus adpositus in -a. *sim. saepius*). 31, 127 -ae emolliunt, spongeae coercent. *al.* Mart. 6, 41, 1 qui recitat -a fauces et colla revinctus. 12, 89, 1 quod -a caput alligas, ... non aures tibi, sed dolent capilli. Tert. nat. 2, 5, 10 non -is nec antidotis ... ⟨gra⟩tiam meministis, sed medicis. *al.* *abluitur illuvies* (Mart. 11, 58, 11 *huc trahit Housman, Herm. 66, 1931, 411*): Pallad. vet. med. 44 vulnus ... -a tergendum.

2 *per adumbrationem respicitur*: **a** *res lanea*: Plavt. Mil. 1430 -am ob oculum habebat (*1178* scutulam ob oculos laneam). Trag. inc. 221 (*v. supra l. 12*) -a[s] ... velatas *hostias* (Liv. 24, 16, 18 pilleatis aut -a alba velatis capitibus [*cf.* 1, 32, 6 capite velato filo; -ae velamen est]. Tert. virg. vel. 17, 2 -is ... non velant caput, sed conligant). Hor. carm. 2, 16, 37 (*v. p. 913, 22*) vestiunt (Itala Ezech. 34, 3 [Tert. pudic. 7 p. 233, 9, *cf.* Vvlg.] lac devoratis et -is vestimini). Lvcan. 2, 367 obsita funerea celatur purpura -a. Arnob. nat. 5, 16 -arum ..., quibus Ia deficientem *Attin* contexit. *adde l. 79; cf. etiam sub 1b et de ipso vellere e. g. p. 913, 73.* **b** *lanificium*: Ter. Andr. 75 -a ac tela victum quaeritans (Schol. p. 80, 27 lanificio et filatura). Haut. 278 anus ... ad -am redit. Ov. ars 1, 691 non sunt tua munera -ae. Pont. 3, 8, 11 femina pro -a Cerealia munera frangit. Liv. 1, 57, 9 *Lucretiam* deditam -ae (Phaedr. 4, 5, 43). Manil. 4, 380 nec tantum -as Aries nec Taurus aratra ... amabit. Cvrt. 5, 2, 19 admovere -ae manus (*cf.* Ivv. 6, 497 *serva* admota ... -is). Tert. cult. fem. 2, 13 l. 42 manus -is occupate. *al.*

B *tropice in facete dictis, comparationibus, proverbiis sim.*: 1 *usu vario*: Plavt. Bacch. 1134 *vetulae* nec lac nec -am ullam habent; ... omnis fructus iam illis decidit. Lvcil. 995 -a, opus omne perit: pallor, tiniae omnia caedunt (*per comparationem* Itala Is. 51, 8 [Aug. epist. 78, 5, *cf.* Vvlg.] sicut -a a tinea comedentur). Lvcr. 4, 376 dispereunt, quasi in ignem -a trahatur. Ov. ars 2, 686 *puella in amore* sicca ... de -a cogitat ipsa sua. Plin. nat. 19, 5 in mollitiem -ae coactum *linum* (*cf.* 19, 13 nullum *linum* est candidius -aeve similius. *sim. al.*). Itala psalm. 147, 16 (Veron. *al.* = Vvlg.) *deus* dat nivem sicut -am. Is. 1, 18 (Tert. adv. Marc. 4, 10 p. 445, 2, *cf.* Vvlg.) etsi fuerint delicta vestra ... tamquam coccinum, velut -am exalbabo. Dan. 7, 9 (Lucif. non parc. 30, *cf.* Vvlg.) capillus capitis eius *senis* ut -a munda (*inde* apoc. 1, 14 [Cypr. hab. virg. 16. *al., cf.* Vvlg.] capilli ... albi velut -a aut nix). Cypr. Fort. praef. 3 (*de tractatu non expolito*) de agno ... -am ipsam et purpuram misi, quam cum acceperis, tunicam tibi ... conficies (*agni Christi ut* Hier. in Is. 53, 8/10 l. 34 nos ... -is operuit, ut algentes infidelitate sua veste calefaceret). Clavd. 20, 398 leviorem pondere -ae. Carm. Marcell. med. 8, 191 nec mula parit nec lapis -am fert. *in interpretatione allegorica*: Avg. serm. 37, 5, 6 (*ad* prov. 31, 13) -am carnale aliquid puto, linum spirituale. Greg. M. moral. 8, 87 (*ad* deut. 22, 11) per -am ... simplicitas, per linum vero subtilitas

[*Heine*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

designatur. 2 vellera -ae *de nubibus* (*per comparationem praeter* VERG.): LVCR. 6, 504 *nubes* concipiunt ... umorem veluti pendentia v. -ae. VARRO At. carm. frg. 21 nubes [sic]ut v. -ae constabunt (*Arat. 938 sq.* νέφεα ... πόκοισιν ἐοικότα. *cf.* VERG. georg. 1, 397 tenuia nec -ae per caelum v. ferri. PLIN. nat. 18, 356 si nubes ut v. -ae spargentur. APVL. Socr. 10 p. 143 ITIN. Anton. Plac. rec. A 31 p. 179, 19).

II *variorum animalium*: **A** *quadrupedum*: HOR. epist. 1, 18, 15 alter rixatur de -a saepe caprina ([PORPH.: de nihilo aut ... caprorum pilos non saetam dicens esse, sed -am]. VLP. *l. 10*). VLP. dig. 32, 70, 9 -a legata etiam leporinam -am et anserinam et caprinam credo contineri et de ligno, quam ἐριόξυλον appellant (MARCELL. med. 6, 20. *cf.* 28, 49 pili vel -a eius *leporis* de subventrili). OP. imperf. in Matth. 3 p. 648 (*ad 3, 4* vestimenta de pilis cameli) non de -a cameli ..., sed de asperioribus setis cameli (*postea*: non de -a camelina).
B *avium*: MART. 14, 161, 2 pluma, interior cygni quam tibi -a dedit. VLP. *l. 10*. **C** *conchae q. d. pina* (*v. Mus. Helv. 26, 1969, 48 sqq.*): EDICT. imp. Diocl. JRSt. 45, 1955, 111 lanario in -a Mutinensi vel marina pasto (MARCELL. med. 9, 73 PLAC. med. 3, 23 rec. *β*. CASS. FEL. 28 p. 47, 13 [*v. Junel, Stud. 70 sq.*]. GLOSS. masacula. βρύον). AMBR. hex. 5, 11, 33 aureum ... vellus aqua nutrit et -am in memorati speciem metalli gignunt litora (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 7, 6, 5 aurosam -am maritimae nutriunt pinnae). PLIN. VAL. 3, 1 aquaticae. ORIBAS. eup. 4, 37 Aa *et* Ab p. 554 maritimam (*om. gr. et* La).

III *arborum* (-am ἐριόξυλον *dicit* VLP. *l. 11. cf. comparationem* PLIN. nat. 13, 90 propior ... huic *arbori liniferae* natura -ae. *nihili est* -a silvestris PALLAD. vet. med. 3, 4. 32, 8 *male intellecto* COLVM. 7, 5, 18): VARRO frg. Serv. auct. Aen. 1, 649 Onesicritos (*134 F 23 Jac.*) ait in India esse arbores, quae -am ferant, item Epicadus in Sicilia, quarum floribus cum dempti sint nuclei, ex his inplicitis mulieres multiplicem conficere vestem. VERG. georg. 2, 120 quid *referam* nemora Aethiopum molli canentia -a velleraque ut foliis depectant tenuia Seres (SERV.: apud Aethiopiam, Indos et Seras sunt quidam in arboribus vermes et bombyces appellantur, qui ... fila deducunt, unde est sericum; nam -am arboream non possumus accipere, quae ubique procreatur. *similiter* SCHOL. Bern.). MELA 3, 62. 63. PLIN. nat. 16, 88 superior pars omnium *arborum* lanuginem ... habet, quae in aliis gentium -a est. MART. CAP. 2, 114 illa herbarum felicium -a, qua indusiari perhibent Indicae prudentiae vates *eqs.* 6, 667 arbores ..., quae -am obducunt instar serici pretiosam (*Plin. nat. 5, 14 et Sol. 24, 8* lanugine). GLOSS. bambacis.

IV *fructuum sim.*: CALP. ecl. 2, 91 sic flore iuventae induimur vultus, ut in arbore saepe notavi cerea sub tenui lucere cydonia -a (MART. 10, 42, 3 dubia est lanugo tibi ...; celantur simili ventura c. -a). MART. 13, 57, 1 Niliacum ridebis holus (*i. colocasiam*) -asque sequaces, improba cum ... fila ... trahes (*cf. 8, 33, 13 et Plin. nat. 21, 87* caule ... araneoso). GREG. TVR. glor. mart. 17 prope ... Hiericho habentur arbores, quae -as gignunt; exhibent enim poma in modum cucurbitarum, ... intrinsecus ... plena sunt -ae *eqs.* ORIBAS. syn. 1, 17, 12 Aa p. 56, 19 Mø. evacuas coloquintidas et ... carnes aut -as eius intra coloquintidas remittes (*v. p. 937, 62*).

in paronomasia c. lac *p. 914, 53. 65. al.*, linum PLIN. nat. 33, 87 GAIVS epit. 2, 1, 5 PAVL. sent. 3, 6, 79. *al.*

deriv.: lanaris, lanarius, lanatus, lanerum, lanester (-stris), laneus, lanitia, lanities, lanitium, lanosus, lanugo, lanula, lanutus.

compos.: lanicus, lanifer, lanifex, lanifica, lanificium, lanifico, lanifricarius, laniger, lanilavius, lanilotor, lanipendens, lanipend(i)a *et* -(i)us, lanipens (?), lanoculus. *cf.* altilaneus.

lānāgo *v.* lanugo.

lānāris, -e. *a* lana. *i. q. lanatus*: VARRO rust. 2, 9, 1 pecus pascimus -e. *pro* -rius *p. 916, 3.*

lānārius, -ī *m. et* -a, -um. *a* lana. -ρις, -ρος *p. 916, 3. 25.* GLOSS. ἐριοπώλης. ἐριουργός. lanam pectinans. [*1*) '*textor lanarum*': *val.* lînar; *abrut.* lanarə; *francog.* lanier, *dial. pic., wall., loth.*; *prov. vet.* lanier, *delph.* lanié, *prov.* lanië; *vasc.* laè; *hisp.* lanero. *2*) '*ignavus, piger*': *francog. vet.* lanier (>*sic. vet.* lanieri), *norm.* lanier, *pict.* lâgner. *3*) '*falco -us*': *francog.* lanier (>*it. vet.* laniere, *cat.* llaner); *francoprov. vet., vasc. vet., prov.* lanier, *comit.* ligni. *cf. M.-L. 4876. Battisti-Alessio III 2159. Wartburg V 150 sq. Corominas III 25. sed 2) et 3) huc pertinere negat D. Evans, Lanier (1967), notionem* '*ignavus, piger*' *ad* *lenarius < lenis *revocat Gamillscheg, Etym. Wb. d. franz. Spr.² (1969) 558. G.*] [*pro* lin-: GLOSS.ᴸ I Ansil. LA 256. *loco corrupto*: PS. DIOSC. herb. fem. 21 l. 10.]

1 *pertinet ad lanam tractandam*: **a** *de operariis* (*masc.*): *α nude*: PLAVT. Aul. 508 stat fullo, phyrgio, aurifex, -us (lin- *B¹*); caupones *eqs.* (ARNOB. nat. 2, 38 fullones, -os, phrygiones, cocos *eqs.* EDICT. imp. Diocl. JRSt. 45, 1955, 111 [*cf.* III/IV 21, 1 περὶ λαναρίων] *seq.* de fullonibus. FIRM. math. 3, 8, 7. 3, 10, 8. HIER. epist. 53, 6, 2 -i quoque et fullones et ceteri, qui ... vilia opuscula fabricantur). ARNOB. nat. 3, 20 deos ... alios fabros, alios medicos, alios -os, nautas *eqs.* FIRM. math. 8, 19, 12 erit -us (lanatarius *G*), siricarius, textor. DON. Ter. Eun. 455 nomen offensum, ut miles, -us. SCHOL. Iuv. 7, 224 ('qui docet ... lanam deducere ferro'). GREG. TVR. Franc. 7, 14 p. 336, 9 -um ... molinariumque (*antea*: pectinibus insedit lanasque conposuit). CIL VI 9491. 9492. 9493 (= 2364*). 31898 IX 826 XI 6367 XII 4480. 4481. *in serm. graeco*: INSCR. Herm. 7, 1873, 31 συνεργασία τῶν λαναρίων. Wiener Denkschr. 54, 2 (1911) p. 112 (*a. 145/6*) ὁμότεχνον τῶν λαναρίων. RevA. VI 2 (1933) p. 402 Βασσιανὸς λανάρις. SCHOL. Apoll. Rhod. 4, 177 λανάριοι. *β cum explicatione*: CIL V 4501 -ri pectinar(ii) sodales (INSCR. NSc. 65, 1940 p. 267 -ri pect. et carminatores). 4504 -ri coa(c)tores (4505. *cf.* VI 9494 [*spur.?*] -us coactiliarius). VI 9669 ⟨negoti⟩atori -o (*cf.* XI 862, 7 negotianti -o). XI 1031 -orum carminator(um) sodalici (*de* GLOSS. carenatoribus: -is [*vol. III 474, 27*] *non constat, v. Lindsay ad* GLOSS.ᴸ IV PS. Plac. C 41). *γ in titulis mutilis*: CIL VI 33869 lanar. INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 396 lanari. NSc. 1925 p. 341 lana⟨r(io) carmi⟩natori (?).

b *de negotio*: CAPITOL. Pert. 1, 1 ex continuatione -ae negotiationis (*trad.* lign-, *corr. Mommsen coll. 3, 3* tabernam coactiliariam). *f.* -a (*sc. ars*) *pro subst.*: GREG. TVR. Franc. 4, 26 p. 157, 7 erant ... artificis -ae filiae (*vix recte intellegitur mulier, sc. lanifica, vol. II 701, 82. antea*: pauperis cuiusdam).

c *de locis* (*cf.* lanatarius): PASS. Euseb. soc. (BHL 2742) 2 in vico, qui appellatur -us (Lann- *vel* Can- *fere codd., cf. edd. ad l.*).
f. -a (*sc. taberna vel domus, officina*) *pro subst.*: CIL IX 2226 -as et quae in iis sunt, ... fec(erunt).

2 *pertinet ad genus herbae, sc. struthion*: COLVM. 11, 2, 35 oves Tarentinae radice -a lavari debent, ut tonsurae praeparentur (SCRIB. LARG. 10 *struthion* est r. -a [*inde* MARCELL. med. 1, 10]. CHIRON 252 [Dianaria *Veg. mulom. 2, 6, 7*]. MARCELL. med. 9, 56. PS. DIOSC. Vind. 2, 163 p. 227, 19 στρούθιον ... Ῥωμαῖοι ῥάδιξ λανάρα [*R*, σανάρια *cett.*], οἱ δὲ ἕρβα λανάρια). PLIN. nat. 24, 168 (*cf.* 1, 24, 104) herba -a ovibus ieiunis data lactis abundantiam facit (PS. DIOSC. herb. fem. 56 [55] *struthion* quidam h. -am vocant ex eo, quod plerique lanam ex ea lavant [*cf.* ISID. orig. 17, 9, 56]).

3 -us *animal quoddam*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 3 (*inter* nomina insectorum sive reptancium).

cf. lanatarius *et Onom.*

lānātārius, (-a, -um). *e* lanarius *et* lanatus *conflatum.* [*var. lect. p. 915, 80.*] campus -us *i. ad lanarios pertinens*: REG. (= CVRIOS.) urb. p. 93, 1 N. c. -um (lanarium *Huelsen, cf. l. 17*). p. 99, 12 POL. SILV. not. urb. chron. I p. 545.

***lānātus,** -a, -um. *a* lana. *compar.* -ior *l. 69. inde a* LIV., VITR.; *afferuntur omnia exempla praeter l. 59.* [*francog. vet.* lané, *med.* lainé. *cf. Wartburg V 148. G.*] [*e coni. dub.*: CAEL. AVR. diaet. pass. 51 *ut scotomatici* ante oculos tractus ... ⌞-os aranearum texti similitudine⌟ transire putent (*Rose pro* inlanatas araneorum testis similitudinem, *sed cf. chron. 1, 2, 52* marmorum maculis similes tractus). *corruptum*: GLOSS. III 592, 3 lanalota i. -a.]

I *proprie i. q. lana praeditus, laniger*: **A** *de ornatu naturali*: **1** *animalium, fere ovium*: **a** *ipsorum*: LIV. 22, 1, 13 (*inter prodigia*) capras -as quibusdam factas. COLVM. 7, 3, 2 nisi -as oves emi non oportet (7 intonsas). 11, 2, 33 pecus -um (PLIN. nat. 17, 188. AVIEN. Arat. 535 in astro -i ... p. [*gr. 238* Κριοῦ, *Cic. 10* Aries, *Germ. 240* lanigeri]. orb. terr. 1183 [*Dionys. perihег. 996* μήλοις]). PLIN. nat. 8, 199 stultissima animalium -a (IVV. 15, 11). *subst.* -ae *i. q. oves*: IVV. 8, 155 -as robumque iuvencum ... caedit. PALLAD. 12, 13, 3 silvestria damnosa -is. **b** *part. corp.*: pellis (GLOSS. μηλωτή, ἀρνακίς. προβάτιον δέρμα. βαίτη *vel* -ης. νάκη): VITR. 10, 8, 1 p. ... -is involutis *fundulis*. PAVL. FEST. p. 114 in p. -a nova nupta considere solet. COLVM. 6, 2, 4 laquei, quibus capulantur *cornua iuvencorum*, -is p. involuti sint. SCRIB. LARG. 80 super ... eas *strumas* p. -a non nimium tonsa tegendi gratia inponenda est (*item in re medicinali*: PELAGON. 50 [*cf.* CHIRON 263 VEG. mulom. 2, 7, 1; *Hippiatr. gr. I p. 359, 2* δέρματι ἔχοντι ἐρέαν]. *al.* CHIRON 463. *et saepius*). VLP. dig. 32, 70, 8 ISID. reg. monach. 13, 1. *alia*: COLVM. 7, 3, 3 ventre *arietis* promisso atque -o. ARNOB. nat. 5, 21 *Iuppiter testiculos arietis* -o exuit ex folliculi tegmine.

2 *fructuum, foliorum*: COLVM. 3, 2, 12 (*inde* ISID. orig. 17, 5, 18) -am ... Aminneam *vitem* ..., quae hoc vocabulum non ideo usurpat, quod sola ex omnibus Aminneis, verum quod praecipue canescit lanugine (PLIN. nat. 14, 22). 3, 2, 17 duae -ae *sc. vites apianae.* PLIN. nat. 15, 48 *mala* in uno Italiae agro Veroniensi nascentia, quae -a appellantur; lanugo ea obducit *eqs.* 21, 147 folia eius *polii* thymo similia tradunt, nisi quod molliora sunt et -iore (-iora *d*) canitie.
subst. -a *i. q. phlomis herba*: PS. DIOSC. Vind. 4, 103 p. 258, 19 φλόμος ἕτερος ... οἱ δὲ λανάτα (-αμ *H*).

B *de apparatu*: FEST. p. 355 'tutulum': ... quidam pilleum -um ..., quo flamines ac pontifices utantur, eodem nomine vocari *aiunt* (*item* SVET. frg. p. 268, 3. *vix* '*ex lana confectum, laneum*', *cf. p. 930, 76 et* SERV. Aen. 2, 683 'apex' ... dicitur in summo flaminis pilleo virga -a, hoc est, in cuius extremitate modica lana est). MART. 14, 65 tit. soleae -ae (EDICT. imp. Diocl. III/IV 9, 25 Taurinae -ae ['*wahrscheinlich mit Wolle gefüttert*' *Blümner, gr.* μαλλωτῶν]). *subst.* -um (*sc. vestimentum*): PAP. Cairo catal. I 67006 B, 87 σίνδιον καὶ λανᾶτα δύο. *cf. II 67143 B, 10* περὶ λανατίου καὶ στρωμ(άτων).

II *proverbialiter* pedes -i *i. q. lana impediti, ut vid., incertum qua ratione* (*v. Otto, Sprichw. p. 110 sq. et edd. ad* PETRON.; *sunt, qui afferant Hor. carm. 3, 2, 32* pede poena claudo. *Tib. 1, 9, 4* sera ... tacitis poena venit pedibus): PETRON. 44, 18 dii p. -os habent, quia

[*Heine*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nos religiosi non sumus. PORPH. Hor. carm. 3, 2, 31/2 quod dicitur, deos iratos p. -os habere, quia nonnumquam tarde veniunt nocentibus. *cf. Macr. Sat. 1, 8, 5* Saturnum Apollodorus (*244 F 118 Jac.*) alligari ait ... laneo vinculo ... atque inde proverbium ductum, deos laneos p. habere.

III *tropice i. q. lanae similis*: PLIN. nat. 9, 61 luporum *piscium* laudatissimi, qui appellantur -i a candore mollitiaque carnis (*cf. p. 920, 69*).

deriv.: λανάτιον? (*v. p. 916, 80*). *cf. Onom. et* lanutus. *Heine.*

focu(s) **lanbron** (*i.* λαμπρόν) PAP. Corp. 277, 6.

°lancea, -ae *f.* [*cf.* λόγχα *et fort. hibern.* lāigen 'lancea' (ex *lāgīnā?). *Sch.*] *de origine: vocem hispanicam esse dicit* VARRO (Gell. 15, 30, 7), *graecam* λόγχην PAVL. FEST. p. 118, *Aetolicam* PLIN. nat. 7, 201. ISID. orig. 18, 7, 5 dicta ... -a, quia aequa lance, id est aequali amento ponderata, vibratur (*cf. l. 29*). *scribitur* -cia *saepe in codd., cf. gr.* λαγκία *et* PROB. app. gramm. IV 198, 8 -cea, non -cia. NOT. Tir. 77, 63. *de notione*: SERV. *l. 22*. SYNON. Cic. p. 425, 13 ferrum ... telum ... -a. sparus *eqs.* 449, 30 veru ... hasta. -a. vacilla. NON. p. 554, 9 -ae tela sunt non bellica (*affertur* SALL. *l. 34*). ISID. orig. 18, 7, 5 -a est hasta amentum habens in medio. GLOSS. λόγχη. III 208, 55 ξίφος. *cf.* laga. *de usu*: SERV. auct. Aen. 12, 375 '-a' raro lectum, et est telum missile. *legitur inde a* SISENNA, HIRT., VERG. *transit in serm. gr.* λαγκία. [*it. vet.* lanza, *it.* lancia (> *sard. mer.* lánča); *raet. occ.* la(u)ntscha, lontscha; *francog.* lance; *francoprov.* lanϑi; *prov. vet.* lansa, *delph.* lāso, *langued.* lanço; *vasc.* lance; *cat.* llansa; *hisp.* lanza (> *sard. centr. et mer.* lántsa); *port.* lança. *cf. M.-L. 4878. Battisti-Alessio III 2160. 2165. Wagner II 11. Wartburg V 151sq. Corominas III 29sq. Machado II 1295. G.*] [*falsa var. l. pro* lance *in elocutione q. e.* aequa lance GREG. TVR. Franc. 3, 1 p. 97, 16. 3, 18 p. 120, 1. *cf. l. 14.*]

genus teli missilis, λόγχη (*ad rem v. Grosse, RE XII 618sq.*):
1 *strictius*: a *vario usu*: SISENNA hist. 21 sparis ac -is eminus peterent hostem (SALL. Catil. 56, 3 pars quarta erat militaribus armis instructa, ceteri, ut quemque casus armaverat, sparos aut -as ... portabant. GELL. 10, 25, 2 in historiis veteribus). 29 Galli materibus aut -is configunt (71). HIRT. Gall. 8, 48, 5 -a ... infesta ... femur ... traiecit. VERG. Aen. 12, 375 -a ... rumpit ... loricam. OV. met. 3, 53 *telum Cadmo erat* splendenti -a ferro et iaculum (STAT. Theb. 7, 552 *illud fiet*, ante haec excusso frondescet -a f. APVL. met. 1, 4, 4 -ae f., qua baccillum [*cf. l. 65*] inversi teli ... subit. *cf.* SIL. 1, 539 cuspide [BACHIAR. repar. laps. 8]). 11, 330 -a ... costis immissa. LIV. 10, 26, 11 capita ... -is infixa. 22, 6, 4. 25, 34, 11. 27, 27, 7. 31, 34, 4. SEN. suas. 1, 5 (*verba Cestii*) *Alexander* se ab hac *praeceptoris* urbanitate -a vindicavit (*cf.* LACT. mort. pers. 22 domestici *Christiani* ... -a emendabantur). VELL. 2, 80, 3 cum lacerna eius perforata esset -a. VAL. MAX. 1, 7 ext. 4 -am ... missam. SEN. Thy. 363 militis. benef. 6, 7, 4. dial. 5, 23, 1 -am in convivas torquebat (LVCAN. 1, 210 torta [7, 472]. SIL. 1, 318 impulsa levi torquetur -a nodo [*cf.* 4, 102]. 11, 417 MART. epigr. 11, 4 ANTH. 409, 12. 412, 12. *cf.* SIL. 15, 631 turbine nigro. PRVD. psych. 324 stridula -a torto emicat amento). nat. 1, 1, 14. *al.* CVRT. 6, 1, 15. 6, 5, 26. *al.* LVCAN. 3, 465 nec ... solis excussa lacertis -a, sed tenso ballistae turbine rapta. 4, 201 quā -a dextrā exierit. 7, 140 -a saxo erigitur (*totum pro parte dicitur*). 7, 288 caelum ... tremens cum -a transit, dicere non fallar, quo sit vibrata (librata *var. l.*) lacerto. PETRON. 62, 11 -ā collum eius traiecit. PLIN. nat. 9, 15. 15, 133 *laurus* additur ... militum -is pilisque. VAL. FL. 3, 588 improba Mauri -a. 6, 124 inceptus iam -a temnit eriles *sc. Iazygum senum.* 6, 302. SIL. 4, 618 stat multa in tergo *elephanti* ... -a. *al.* STAT. Theb. 8, 471. 685. 12, 664 silv. 2, 6, 33. 5, 1, 93 FRONTIN. strat. 2, 1, 3. TAC. Germ. 6, 1 maioribus -is utuntur. hist. 1, 79, 4 missili pilo aut -is. 2, 29, 1. 2, 36, 1. 3, 27, 3 PLIN. epist. 1, 6, 1. SVET. Claud. 35, 1 ut speculatores cum -is circumstarent (Galba 18, 1). Dom. 10, 3 *Sallustium Lucullum interemit*, quod -as novae formae appellari Luculleas passus esset. TEST. Galli (CIL XIII 5708) II 23 *inter instrumenta venatoria* (*cf.* APVL. met. 1, 4, 3 venatoriam *ut* AMM. 24, 5, 2). APVL. met. 10, 1, 2 longissimo hastili conspicuam (*cf. l. 39*). TREB. Claud. 14, 6 (*epist. Valeriani*) Herculianas. AVG. loc. hept. 6, 10 p. 616, 15 (*ad Ios. 8, 18*) Gallicanam. SIDON. epist. 4, 20, 3 -is uncatis *Francorum*. THEOD. MOPS. in psalm. 34, 3^{a} p. 176, 20 -a, cum de theca sua educitur, nudatur. CIL XIII 3592 Vihansae ... scutum et -am d(onum) d(edit). *al.* b *in imag.* (*acced.* quasi *l. 82*): APVL. met. 1, 11, 2 non parvam incussisti sollicitudinem, immo vero formidinem, iniecto non scrupulo, sed -a. TERT. pudic. 7 p. 233, 23 moechiae ... non drachma *est exemplum*, sed talentum, quibus exquirendis non lucernae spiculo [lumine], sed totius ⟨solis⟩ -a opus est. HIER. in Ioel 3, 7sq. p. 983^{A} *filii ecclesiae* habent scutum et -am veteris et novi testamenti. adv. Rufin. 2, 7 p. 428^{C} grandi diabolus -a percutitur *inepto Rufini impetu* (*ironice dictum*). 2, 10 p. 431^{B} o infelices animas, quae tantis vitiorum -is vulnerantur. psalt. sec. Hebr. 55, 22 molliores sermones eius *amici perfidi* oleo, cum sint -ae (*gr.* βολίδες, *Itala et Vulg.* iacula), 57, 5 dentes eorum *hominum* -a (*gr.* ὅπλον, *Itala et Vulg.* arma) et sagittae, et lingua eorum gladius. VVLG. num. 33, 55 *hostes* qui remanserint, erunt vobis quasi -ae in lateribus (*Lugd.* bolides). sap. 5, 21 *homo iustus* acuet ... iram in -am (*gr. aliter*). PETR. CHRYS. serm. 83 p. 434^{B} ad discipulos *timidos post Christi obitum congregatos* poena dominicae transierat passionis, et non solum lateribus eorum, sed et cordibus doloris lancea tota figebatur.

2 *latius de aculeo insecti*: TERT. anim. 10, 5 personant culices ...; tubam pariter et -am (hiantiam *var. l. vix recta*) oris illius ostende (adv. Marc. 1, 14 p. 308, 12 muscae spicula, culicis et t. et -am).

de -a *pro abl. instrum.*: COMM. apol. 558 percussus de -a (ITIN. Anton. Plac. rec. A 22 p. 174, 12 = rec. B p. 206, 7. *cf.* BREV. de Hier. p. 153, 11 -a, unde p. est).

in parechesi c. lingua: AVG. serm. 161, 5, 5 ab illo *in corpus tantum saeviente* occidi non potest *homo*, a te *animam interempturo* potest, non -a, sed l.

deriv.: lancearius, lanceator, 2. lanceatus, lanceo, lanceola.

lancearius, -ī *m. et* -a, (-um). *a* lancea. *scrib.* -cia- *in omnibus inscr.* (*cf.* CIL VI 32964 laciear-), *saepe in codd.; v. etiam l. 16.* -arorum CIL VI 32965. *gen. pl.* -rium *l. 34.* *inde ab* AMM. *transit in serm. gr.* λαγκιάριος. [*francog.* lancier (> *it.* lanziere, lanciere, -o); *prov. vet.* lancier; *cat.* llancer; *hisp.* lancero; *port.* lanceiro. *cf. M.-L. 4880. Battisti-Alessio III 2160. Wartburg V 152. Corominas III 29sq. Machado II 1295. G.*]

nomen generis militum (*cf.* GLOSS. II 362, 24 λογχοφόρος -us. LYD. mag. 1, 46 λαγκιάριοι· ἀκοντοβόλοι. *ad rem v. Grosse, RE XII 621sq.*): 1 *subst.* (*iuxta vocem* miles *l. 33*): AMM. 21, 13, 16 cum -is et mattiariis (*v. vol. VIII 491, 31sqq.*). VVLG. act. 23, 23 parate milites ... et equites ... et -os (*gr.* δεξιολάβους [-βόλους *var. l.*], *Itala cod. h* pedites). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 120 pedites equitesque necnon et -os (*gr.* λογχοφόρους). NOT. dign. or. 5, 2 (42) -i seniores (CIL XII 673). 6, 7 (47) -i iuniores (9, 16 [38]. *cf. l. 34*). 8, 12 (44) Stobenses. 9, 14 (36) Augustenses. *al.* (*locos congessit Seeck in ed. sua p. 324*). AVELL. p. 34, 17 *virum sanctum quendam* raptum per -os. CASSIOD. hist. 6, 35, 1 millenarius erat circa palatia constitutus dux -orum (*Theodoret. 3, 16, 1* χιλίαρχος ... λογχοφόρων ἡγούμενος). CIL III 6194 lectus in sacro comit(atu) -us. VI 2759 militavit legione Moesiaca ..., inter -os, in praetorio *eqs.* 2787 mil(es) -us (INSCR. Arch. Anz. 30, 1915 p. 241 n. 16 pedatura militum -um iuniorum). 32964. 32965 aeq(uiti) ex numero -orum; mil(itavit) ... i(n) scola aequitum (*cf. l. 38*). 2 *adi. i. q. lanceariis exercendis sim. destinatus*: CIL VI 32943 in prima *legione* ... mil(itavit) ..., in und(ecima) ..., in -a (*sc. schola, cf. l. 35*) *potius per appositionem l. 33.*

lanceator, -ōris *m.* *a* lancea. *scrib.* -cia-. *i. q. vir lancea armatus*: LIB. geneal. chron. I p. 169, 183^{a} Tharsis *filius Lotham filii Iapheth*, id est gladiator (-r *var. l.*). 169, 183^{b} *de eodem* -r. 169, 195 Thyras *ultimus filius illius Iapheth*, id est -r (sagittarius *var. l.; Hier. nom. hebr. p. 11, 18* timens sive rediens ad superfluum).

1. lanceatus *v.* lanceo.

2. lanceatus, -a, -um. *a* lancea. *i. q. cuspide lanceae praeditus* (*ad vertendum hebr.* ḥ^{a}nît): VVLG. II reg. 23, 7 armabitur ferro et ligno -o.

lancella, -ae *f.* *a* lanx *deminutive, cf.* lancicula, lancula. [*neap., abrut.* lanǧellə, ranǧellə, runǧiellə, *apul.* ranǧeḍḍə, *sic., calabr.* lančeḍḍa; *suffixo mutato: abrut.* (la)ngòlə. *cf. M.-L. 4881. Battisti-Alessio III 2160. G.*]

i. q. lanx parva: AVG. serm. coll. Morin 1930 p. 197, 1 'da mihi aliquid vini ...' et ille 'do, veni ...'; ille urnam adtulit et dixit: 'ut iusseras', et ille 'ego putabam te allaturum unam -am ..., revoca vas maius ... et affer aliquid breve'.

lanceo, -āre. *a* lancea. [*it.* lanciare, *sic.* lantsari; *sard. centr.* lanϑare, laϑϑare, lantare, *mer.* lantsai; *francog. vet.* lancier, *francog.* lancer *variis notionibus, dial. wall., pic., norm., loth.; francoprov.; prov. vet.* lansar, *prov., alvern., vasc.* lansá; *cat.* llansar; *hisp.* lanzar; *port.* lançar. *cf. M.-L. 4879. Battisti-Alessio III 2160. Wagner II 11. Wartburg V 153sqq. Corominas III 29sq. Machado II 1295. G.*] [*falso trad.* DIFF. gramm. suppl. 282, 18sq. -at *pro* lancinat.]

i. q. lancea percutere (DIFF. ed. Beck p. 66 lancinat, qui ...; lanciat, qui veru versat [lancinat qui levius vexat *trad., corr. Bährens*]): TERT. *p. 919, 75 loco non satis perspicuo.* FIRM. math. 8, 20, 6 -ti morientur (8, 27, 5 -tus morietur. 8, 29, 7 *item*). AVG. serm. coll. Morin 1930 p. 617, 24 *Christus voluit* crucifigi, -ari (lancea percuti *corrector codicis*) et mori. PS. AVG. serm. 217, 3 (*loq. Iudaei*) si non dubitamus magistrum (*Christum*) -are, non debemus dubitare Stephanum lapidare.

lanceola, -ae *f.* *a* lancea *deminutive.* *scrib. in codd. etiam* -cio-. *transit in serm. gr.* λαγκιολα *p. 919, 1.* [*port.* lançó. *cf. M.-L. 4883. Machado II 1295sq. G.*]

i. q. lancea parva (GLOSS. Loewe, Prodr. 415 modica lancea):
1 *strictius*: GROM. p. 326, 1 *casa quaedam* in scamnum iacet per iugum in -am (*i. ita, ut -ae similis sit*). APVL. met. 8, 27, 2 tunicas albas in modum -arum quoquo versum fluente purpura depictas. CAPITOL. Maximin. 30, 2 -a *pueri* sic fissa est fulmine, ut tota etiam per ferrum finderetur. TREB. Claud. 8, 5 (*epist. Claudii*) spatis et -is *Gothorum devictorum* omnia litora operiuntur. ANON. Vales. 13, 78 ut ei *sectam Eunomianam secuturo* in ecclesia clamaretur 'in trinitatem -am non (*B, om. P*) mittis'. VVLG. III reg. 18, 28 incidebant se ... cultris et -is (*hebr.* r^{e}maḥîm). *v. etiam s. v.* laureolum.

2 *latius significatur herba*: PS. DIOSC. Vind. 3, 144 p. 153, 16
[*B.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

λογχῖτις· ... Ῥωμαῖοι βενέρικαμ, οἱ δὲ λαγκίολα (λανκ-, λακ-, λαμ- *var. ll.*).

deriv.: lanceolatus.

lanceolātus, -a, -um. *a* lanceola. [*a fem.: francog.* lancelée, *norm.* ancerée, anselée, *pict.* mainsolée, naincelée. *cf. Wartburg V 158. G.*] *i. q. lanceolis ornatus* (*cf. p. 918, 77*): Lyd. mag. 2, 4 (*de vestibus principis*) χλαμύσι ... λαγκιολάταις ἀντὶ τοῦ ... λογχωταῖς.

lancia, lanciārius, lanciātor *v.* lancea, lancea-.

lancicula, -ae *f.* *a* lanx *deminutive, cf.* lancella, lancula. *i. q. lanx parva*: Arnob. nat. 2, 23 -a *inter res usus cotidiani.* *B.*

lancinātio, -ōnis *f.* *a* lancinare. *i. q. actus lancinandi*: Sen. clem. 2, 4, 2 nullum *genus insaniae* certius quam quod in caedes hominum et -es (laniationes, lamentationes *var. ll.*) pervenit.

lancinātor, -ōris *m.* *a* lancinare. *i. qui lancinat*: Prvd. perist. 10, 1057 quid maximorum -es gregum eviscerata carne crudos criminor?

lancino, -āvī, -ātum, -āre. [*cf.* lacer (*q. v.*). *Sch.*] *de origine, notione, differentiis*: Gloss.L I Ansil. LA 271 (*al.*) -verunt: lacesserunt. IV Plac. LA 31 -o est lanio frequenter (*item* Gloss. V 80, 5. 112, 7), per lances dividere (*cf. infra l. 72*). Gloss. -at: κατακνίζει. multum laniat. vellicat vel trucidat (V 505, 15 v., t., aperit [*obscurum*]). *al. addas p. 824, 32. discernitur a* laniare *et* lacerare *p. 931, 13 sqq.* *scrib. in codd. saepe* lacin-. lacinio: Gloss. *p. 824, 36.* Not. Tir. 70, 53 -at. *legitur inde a* Catvllo, Sen. *rhet.*, Celso, Sen. *trag.*, *philos.* [*confunditur in codd. saepe c.* lacerare, laniare, *v. infra.* -tas *deterior var. l. pro* dilancinatas: Sol. 27, 22. *restituendum esse vid.* -at *pro* lanceat: Diff. gramm. suppl. p. 282, 18 sq.]

i. q. lacerare, discerpere sim.: 1 *corporaliter*: **a** *-antur res* (*cf. infra l. 68. 71*): Catvll. 29, 17 paterna prima -ta sunt bona *a Mamurra*, secunda praeda Pontica *eqs.* Plin. nat. 4, 19 tot sinus Peloponnesi oram -ant, tot maria adlatrant. Tert. nat. 2, 7, 5 decreta eorum *regum* ⟨et titu⟩los -atis, imagines detrahitis *eqs.* Symm. epist. 1, 64, 1 quot auri ... fuit direptione hostium -tum. Gloss.L III Abstr. LA 19 (*al.*) '-ta cute': osculis mordacibus laceratum (*terminationibus non congruis. 'Apuleium te audire putaveris' Loewe, Gloss. nom. 155*).

b *-antur animantia vel partes corporum* (*anima l. 65*): Sen. contr. 2, 5, 6 (*verba Iuni Gallionis*) seca, verbera, oculos (*vix sanum, coni. alii alia*) -a, fac iam *eqs.* (-a faciem *T*). Cels. 1 prooem. 42 mortui ... viscus omne in conspectum -antis (*Guilandini cod. teste Targa, coniecerat Hey, ALL 11, 1900, 36;* latrocinantis *ceteri codd.*) medici dari. Sen. Thy. 778 -at natos pater artusque mandit. dial. 3, 2, 2 ira ... alium intra leges ... -vit *eqs.* (5, 19, 5 gentes totas -at). 5, 40, 4 (*loq. Augustus ad Vedium*) e convivio rapi homines imperas et novi generis poenis (*sc. a murenis*) -ari. 10, 13, 6 (*loq. Pompeius de novo genere spectaculi*) depugnant? parum est; -antur? parum est; ingenti mole animalium *sc. elephantorum* exterantur. nat. 1, 16, 3 (*de Hostio Quadra*) portentum illud ore suo -andum (lacerandum, lenocinandum *var. ll.*). Plin. nat. 8, 33 *dracones* mollissimas -ant (laniant *var. l.*) partes *elephantorum.* 9, 13 *orcae* gravidas *ballaenas* -ant morsu (Sol. 45, 11 ab equo ... calcibus m.que est -tus [laceratus, laniatus *var. ll.; Plin. nat. 8, 156* confectum]). 10, 181 feminas *sues* in tantum efferari, ut hominem -ent (lacerent *var. l.*). 11, 116 est volucre canibus peculiare suum malum, aures maxime -ans (lanians *var. l.*). Flor. epit. 2, 9, 26 Baebium sine ferro ritu ferarum inter manus -tum (laniatum *var. l., Aug. civ. 3, 27 p. 141, 4 D.* laniantium manus). Tert. coron. 14 l. 22 quae (*sc. contumelia, dedecoratio, saevitia*) ... domini tempora foedaverunt et -verunt. resurr. 8 p. 37, 15 *caro captivi* cubilibus vincta ipsisque stramentis -ta, cum ... omni tormentorum machinatione laniatur. Sol. 15, 13 Essedonum mos parentum ... corpora ... dentibus -are (laniare *var. l.; Mela 2, 9* laniata). 40, 25 ciconiae ... eam, quae ultima advenerit, -ant (laniant *var. l., Plin. nat. 10, 62* lacerant). Arnob. nat. 1, 36 membratim. 2, 77 quibus *cruciatibus* corpora -atis et divexatis. Prvd. perist. 10, 460 hoc omne, quidquid -amur (laniamur *var. l.*), non dolet. Cypr. Gall. exod. 914 si ... pecus ... rabies ... luporum -at *eqs.* (lacerat *var. l., cf. Vulg. 22, 13* comestum). Apon. 4 p. 82 ne ... accipitrum daemonum ungulis -etur (lanietur *edd.*) *anima*, ostenditur ei via. Mart. Brac. ira 9 insanire videtur, si quis canem, a quo morsus est, -et (*Sen. dial. 5, 27, 1 aliter*).

2 *incorporaliter*: Sen. epist. 32, 2 diducimus illam *vitam* in particulas ac -amus. Tert. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 22 verus Prometheus deus omnipotens blasphemiis -atur *a Marcione.* Arnob. nat. 2, 8 credulitatem *Christianorum* facetiis iocularibus -are.

in lusu verborum obscuro (*derivationem verbi a* lanx [*cf. supra l. 19*] *subesse coni. Hoppe, Synt. u. Stil d. Tert. 118*): Tert. adv. Marc. 3, 13 p. 396, 12 (= Ps. Tert. adv. Iud. 9, 6) barbaricae gentis infantes in proelium erumpunt ..., qui ante norint lanceare quam -are (*ibid.*: ante militare quam vivere).

deriv.: lancinatio, lancinator.

compos.: dilancino. *van Wees.*

1. lancio *v.* lanceo. **[2. lancio** *v. p. 851, 13.***]** **lanciola, lanciolātus** *v.* lanceo-. **lancis,** ? **lancium** *v.* lanx. **lancla** *v.* lancula. **lancterna** *v.* lanterna.

lancula, -ae *f.* *a* lanx *deminutive* (*aliter* Varro), *cf.* lancella, lanciola. lancla Gloss. (*v. infra*), *cf. gr.* λάγκλα. langula Varro, Gloss. (*v. infra*).

i. q. lanx parva (Gloss. II 408, 48 πλάστιγξ lanx, planx, -a. III 453, 70 lancla λεκάνη [485, 29 l. λ. i. parva lanx]. IV 316, 56 catinus: lanx, -a): Varro ling. 5, 120 (*inter vasa*) -am ... latitudine finxerunt. Vitr. 10, 3, 4 *trutinae* caput, unde -a pendet.

landica, -ae *f.* [*orig. inc. Sch.*] *scrib.* len- Gloss. *semel.* *mensuram firmat Cic. fam. 9, 22, 2, ubi* -am *subauditur in vocibus* illam dicam. [*val.* lindic (*?*); *francog.* landie, *anglonorm.* laindie. *cf. M.-L. 4886. Wartburg V 159. G.*]

pars corporis muliebris, νύμφη, κλειτορίς (Gloss. ἐσχαράδιν): CIL XI 6721, 5 (*s. I med. a. Chr., glandi plumbeae inscriptum*) peto ⟨la⟩ndicam Fulviae. Cic. *v. supra.* Priap. 78, 5 *puella* misella -ae (-es *codd.*) vix posse iurat ambulare prae fossis (*i. rugis ligurriendo factis, ita ut -a nimis crassa facta sit*). Soran. p. 9, 6 a superiore parte *labrorum* descendens in mediis dicta est -a ([*p. 12, 19 Ilb.* νύμφην]. Cael. Avr. gyn. 1, 13). p. 106, 1 de inmoderata -a, quam Graeci yos nymfin appellant (*cf.* Cael. Avr. gyn. 2, 112 de immodica -a: quibusdam -is horrida comitatur magnitudo).

deriv.: landicosus.

landīcōsus, -a, (-um). *a* landica. *i. q. magna landica praeditus*: Inscr. Pomp. Della Corte, Case ed abitanti ...[2] 723b Eupl(i)a laxa, -a. *B.*

lānerum (lav- *codd. potiores*) vestimenti genus ex lana sucida confectum Pavl. Fest. p. 118. *a* lana.

[lānēsco *falso traditum vid. pro* can- Isid. orig. 17, 5, 18 (*emendatur ex Colum. 3, 2, 12*).**]**

lanesta *v.* lanista.

(lānester *vel* **-stris),** -e. *a* lana. *i. q. ex lana confectus*: Vopisc. Aurelian. 29, 1 fuisse in templo Iovis ... Capitolini pallium breve purpureum -e.

***lāneus,** -a, -um. *a* lana. Gloss. III 193, 26 ereum (*i.* ἐρεοῦν): -um. *inde a* Plavto, Varrone, Catvllo, Cic. [*pedem.* laŋña, lani, *cors.* lanniu; *francog.* lange, *dial. wall., occ.; francoprov.; delph.* landzo, *prov.* langi, lani; *port. vet.* lanio. *cf. M.-L. 4888. Wartburg V 159 sq. Machado II 1279. G.*] [*restituitur* lancea Fronto p. 122, 19 v. d. H. (p. 128 N.).]

1 *proprie*: **a** *i. q. ex lana confectus vel constans*: Plavt. Mil. 1178 habeas ... scutulam ob oculos -am (*1430* lanam). Varro Men. 325 -a tracta. ling. 5, 130 vestis a vellis ...; -⟨e⟩a (*vix pro subst.*) ex lana facta (Hier. vir. ill. 2 *Iacobus* v. -is non utebatur, sed lineis [*vertitur Hegesippi* ἐρεοῦν, *idem* Rvfin. hist. 2, 23, 6 -o ... indumento]. *cf.* vestimentum *l. 60 et* Vlp. dig. 34, 2, 23, 1. *al.*). Catvll. 64, 316 -a ... haerebant morsa labellis *Parcarum.* Cic. nat. deor. 3, 83 *Dionysius Iovi* -um pallium iniecit (*inde* Val. Max. 1, 1 ext. 3). Verg. georg. 3, 487 infula (*cf.* Pavl. Fest. p. 113 'infulae' sunt filamenta -a). Hor. sat. 1, 8, 30 -a et effigies erat, altera cerea *eqs.* (Pavl. Fest. p. 121). Prop. 3, 6, 30 cincta ... funesto -a vitta toro (Ov. fast. 3, 30). 4, 6, 6 orbis. Pavl. Fest. p. 115 coronarum. Fest. p. 360 'taenias' ... sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse -um capitis honorati. Svet. Aug. 82, 1 thorace. Pavl. dig. 41, 1, 26 pr. nec lana vestimento facto *maneret*, sed ... -um corpus fieret (Rvfin. Adamant. 5, 16 p. 207, 15 in -⟨o⟩ c., quod coactile dicitur [*gr.* ἐρίων]. *cf. p. 914, 8*). *et saepius.* *n. pro subst. i. q. vestimentum -um* (*usu non satis confirmato, ubi* vestimentum *praecedit*): Tert. scorp. 12 p. 174, 8 Eseias ex russeo et coccino niveum et -um repromittit (*Is. 1, 18* velut lana alba erunt *peccata. antea affertur Itala apoc. 7, 14* laverunt vestimentum suum *eqs.*). Itala lev. 13, 48 (Aug. quaest. hept. 3, 49) aut in lana aut in lineis aut in -is (*gr.* ἐν τοῖς ἐρεοῖς, *om. Lugd. et Vulg.; cf.* Avg. *ad l.* quodlibet -um ... generaliter de omnibus rebus -is ... dicere voluit. Hesych. *ad l.* p. 948D -um: eremi philosophia. *ibidem* 47 in vestimento -o). deut. 22, 11 (Lugd.) non indueris monstruosa, -a et lino in ipso (*gr.* ἔρια, *Vulg.* vestimento, quod ex lana ... contextum est). Vvlg. *p. 930, 23.* **b** *i. q. lanugine ornatus, lanatus*: Plin. nat. 19, 32 Theophrastus auctor est esse bulbi genus ..., cuius ... esse -am naturam, ex qua ... vestes ... conficiantur (*hist. plant. 7, 15, 8* ἔριον). Physiogn. 85 p. 114, 15 qui virilia habent magna -aque. Isid. orig. 15, 1, 57 vocatum ... Mediolanum ab eo, quod ibi sus medio -a perhibetur inventa (*cf. p. 930, 65*). **c** *i. q. ad lanam pertinens*: Schol. Verg. Bern. ecl. 8, 77 'ternos colores': id est -os colores (lanae c. *Philarg.*).

2 *tropice de mollitia i. q. lanae similis*: Catvll. 25, 10 -um latusculum manusque mollicellas *cinaedi.* Mart. 13, 89, 1 -us ... lupus *piscis* (*cf. p. 917, 6*). Cassiod. in psalm. 147, 17 l. 106 ('nivem sicut lanam') in -am mollitiem.

3 *proverbialiter*: Macr. *p. 917, 4.*

cf. altilaneus. *Heine.*

langa, -ae *f.* *orig. inc., cf.* langurus (*?*). *nomen bestiae*: Plin. nat. 37, 34 *electrum* Demostratus lyncurium vocat et fieri ex urina lyncum bestiarum ...; alios id dicere langurium et esse in Italia bestias languros (-rios, -rias, longoros *var. ll.*); Zenothemis -as vocat easdem et circa Padum iis vitam adsignat. *B.*

langē- *v.* langue-.

langōn, *acc. sg.* -ona, *pl.* -onas *m.*, λαγγών, -όνος. Schol. Verg. Veron. georg. 2, 93 ('lageos') -on (*desideratur inf. velut* λαγγάζειν) est iuxta dialecticos pedibus infi⟨rmis stare⟩ ac per ebrietatem ruere, unde et pigros vel otio deditos -onas vocarunt. *cf. Onom.*

[Pecere]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

langor *v.* languor.

languēdo aegritudo GLOSS. II 585, 42. effeta: . . . languedine enervata GLOSS. V 288, 39. *a* languere. *falso scrib.* -uid- *utroque loco.*

languēfacio, -ere. *a* languere *et* facere. *i. q. languidum reddere*: CIC. leg. 2, 38 *vis variorum sonorum* et incitat languentes et -it excitatos.

languēns *v. p. 922, 71.*

***langueo** (-u̯-), -guī, -ēre. [*cf.* laxus *et ad* n *infixam gr.* λαγγάζω (ἀντὶ τοῦ ἐνδίδωσιν *Bekkeri Anecd. gr. 106*) *sim. Sch.*] *scribitur* -gue- *in titulis et saepe in codd.*, -ge- *hic illic in codd.* *perf.*: -ui (*cf.* PROB. cath. gramm. IV 34, 2 [= SACERD. gramm. VI 485, 10] -ueo, -ui. PRISC. gramm. II 477, 15 'liqueo, licui' et -ueo, -ui pares habent in praeterito et in praesenti syllabas, corripiunt enim paenultimas praeteriti idque usus comprobat [*affertur Ov. met. 6, 291* relanguit *quadrisyllabum*]. *cf. de huiusmodi verbis Leumann, Studi ling. in onore V. Pisani 637 sqq.*): MIRAC. Theclae 5 multis annis -uit; *cetera exempla, sc. in quibus vis inchoativa excludi nequit, v. s.* languesco. lanxit: CIL III 13382 (*post* vixit; *inepte refert ad* languesco *et interpretatur* '*mortuus est*' *Banta, Abweich. Perfektbild. 43*). *part. praes. abl. sg.* -enti (-ente *saepe*): CATVLL. 64, 99 CAEL. Cic. fam. 8, 13, 2 Ov. met. 12, 318 GERM. 344 SEN. Herc. O. 975 Med. 727. *gen. pl.* -entum PRVD. apoth. 683 (-entium *saepe*). *tertiae coniug.*: COMM. instr. 1, 26, 16 -is *et hic illic var. ll. in codd.* GLOSS. -uo, -it. *quartae coniug.* -uire PS. SORAN. epit. 35. NOT. Tir. 112, 21 -et. GLOSS. νωθρεύομαι. -it: deficit, torpet. *alias explicationes v. sub 1b.* *legitur inde a* LVCIL., ACC., CIC. [*val.* lîñji; *it.* languire, *pedem.* laŋgi; *francog.* languir, *dial. wall., pic., norm., occ., loth., francoprov.: prov. vet.* languir, *prov., langued., alvern.* langui; *port.* languir. *cf. M.-L. 4889. Battisti-Alessio III 2163. Wartburg V 161 sq. Machado II 1297. G.*]

i. q. viribus destitutum esse, marcere sim.: **1** *-ent animantia*: **a** *in univ.*: **α** *partes corporum*: ACC. trag. 612 Thessala somno pectora -entque senentque (STAT. Theb. 10, 132 *Iuno* increpitans -entia p. *Iovis* dextra). CATVLL. 64, 99 quantos illa tulit -enti corde timores (VAL. FL. 1, 315 fortia -ent corda patrum). LVCR. 3, 947 corpus iam marcet et artus confecti -ent (*cf.* 5, 1008 membra [6, 797 LYGD. 5, 28 SIL. 1, 503. 10, 274. 11, 418 STAT. Theb. 6, 589. *v. et infra l. 82*]). CAEL. Cic. fam. 8, 13, 2 stomacho est . . . nunc ita -enti, ut vix id, quod sibi placeat, reperiat (CELS. 3, 6, 10 *opp.* firmus. 3, 19, 1). CIC. div. 1, 60 cum dormientibus ea pars animi, quae . . . rationis sit particeps, sopita -eat (*cf.* SEN. suas. 5, 1 animus [VAL. MAX. 6, 4, 1 HOMER. 664 IVV. 6, 365[18]. *al.*]). VERG. Aen. 11, 874 laxos referunt umeris -entibus arcus. HOR. epod. 8, 18 fascinum (*cf.* MART. 12, 97, 6 mentula). Ov. epist. 18 (17), 161 bracchia. met. 12, 318 -enti . . . manu (SEN. Herc. O. 975. *cf.* LVCAN. 3, 326 dextra [VAL. FL. 4, 40]. SIL. 6, 38 palmis). SEN. contr. 9, 2, 7 oculos (*cf.* LVCAN. 4, 169 lumina [VAL. FL. 4, 388 SIL. 12, 250. 13, 641]. PAVL. NOL. carm. 18, 461 acie). LVCAN. 3, 737 caput labens et iam -entia colla (8, 678). STAT. Theb. 1, 546 ora *Gorgonis occisae* (5, 502). **β** *ipsa animantia*: LVCIL. 400 qui in latrina -et. CIC. Pis. 82 -et iuventus nec perinde atque debebat . . . versatur. Phil. 1, 12 cum . . . e via -rem et mihimet displicerem. de orat. 1, 202 -entem labentemque populum (2, 35 -entis populi incitatio et effrenati moderatio). 2, 186 facilius est . . . currentem, ut aiunt, incitare quam commovere -entem. ac. 2, 6 in eo *otio* . . . hebescere et -ere nolumus (*cf.* nat. deor. 1, 67 otio). Tusc. 2, 5 ut . . . laudem iam -enti Graeciae eripiant. 4, 51 consulem. Att. 4, 15, 7 *ante comitia habenda* Messalla -et, non quo aut animus desit aut amici, sed coitio consulum ⟨et⟩ Pompeius obsunt (*cf. ad Q. fr. 1, 15 [14], 4* M. flaccet). 10, 8, 6 ipse *Caesar* per se etiam -entibus nobis concidat. fam. 10, 28, 2 senatum . . . iam -entem et defessum ad pristinam virtutem . . . revocavi. LVCR. 4, 36 sopore. 5, 1146 genus humanum defessum . . . ex inimicitiis -bat. 6, 1221 -bant pleraque morbo (VERG. georg. 4, 252). *al.* CAES. civ. 2, 14, 1 nostris -entibus atque animo remissis. SALL. Catil. 43, 3. 52, 18. CVLEX 93 -entia corpora somno. HOR. epod. 12, 14 Inachia -es minus ac me . . ., mihi semper ad unum mollis opus. epist. 1, 20, 8 (*ad librum*) in breve te cogi, cum plenus -et amator. TIB. 2, 6, 49 saepe, ubi nox promissa mihi est, -ere puellam nuntiat *lena*. 3, 10, 13 (*1* morbos) quod -eat illa, dixit in aeternos aspera verba deos. LYGD. 4, 22. PROP. 2, 22, 27 *Iuppiter Alcmenae concubuit* nec tamen idcirco -ens ad fulmina venit. 2, 34, 59. Ov. am. 3, 7, 27 num mea Thessalio -ent devota veneno corpora? ars 2, 692 *puella voluptatibus fatigata* -eat. PAVL. FEST. p. 75 halonem, id est hesterno vino -entem. PHAEDR. 5, 10, 3 canis . . . -ere coepit annis ingravantibus. *al.*

b *c. respectu morbi levioris, fere i. q. infirmum esse* (*cf.* AVG. civ. 13, 11 p. 570, 13 D. qui in languore sunt, -entes *dicimus. praevalet part. praes. fere pro subst., saepe numero plurali. nonnulla exempla sub a allata huc vergere videntur, velut l. 61. 66; congessimus hic exempla certiora*): **α** *proprie*: Ov. am. 2, 2, 21 *puella* ibit ad adfectam, quae non -bit, amicam: visat et indiciis aegra sit illa tuis *sc. custodis* (PETRON. 101, 10 visere -entem. *cf.* HIER. epist. 52, 3, 2 visitatio -entium. 52, 15, 1 visitare *ut* 60, 10, 5). AVG. imp. epist. Suet. Tib. 21, 7 attenuatum te esse . . .; si te -ere audierimus *eqs.* SEN. clem. 1, 5, 1 parcendum . . . inprobandis civibus non aliter quam membris -entibus. COLVM. 9, 5, 3 quae -entibus adhibentur. 9, 5, 6 sunt . . . remedio -entibus cytisi. 12, 3, 8 ut . . . salubria -entibus praebeantur *valetudinaria*. 12, 11, 2 SCRIB. LARG. praef. p. 3, 12. CE 1035, 4 (*s. I, ut vid.*) septima -enti summaque visa dies. MART. 5, 9, 1. PS. QVINT. decl. 8 *saepe.* CE 1551 D, 1 (*s. II*) -entem . . . dum flet Pomptilla maritum. POMPON. dig. 38, 1, 34 dum -et libertus, patrono operae . . . pereunt. TERT. anim. 24, 5 si -enti *leoni* theriacam composuerit. coron. 8 l. 13 meminit . . . Esaias (*38, 21*) Ezechiae -enti aliquid medicinale mandasse. adv. Marc. 4, 11 p. 449, 21 medicum, ad quem pertinent qui -ent. patient. 1 p. 1, 17 -entium, qui cum vacent a sanitate *eqs.* pudic. 9 p. 237, 16 medicus -entibus magis quam sanis necessarius. GARG. MART. 92. 145 VOPISC. Aurelian. 19, 3. HIER. epist. 39, 2, 8 (*opp.* sanus sum). PAVLA Hier. epist. 46, 2, 2 holera, -entium cibos (*cf. Rom. 14, 2* infirmus, *ubi gr.* ἀσθενῶν). *al.* **β** *in imag. et translate, maxime de haereticis*: ITALA I Tim. 6, 4 (Tert. adv. Marc. 1, 8 p. 292, 20. *al., cf.* VVLG.) si quis . . . non acquiescit sanis sermonibus . . ., superbus est, nihil sciens, sed -ens circa quaestionem (Ambr. in psalm. 118 serm. 7, 9, 2 *al.* languescens, *gr.* νοσῶν περί *c. acc.*). HERM. Pal. (= vulg.) sim. 9, 23, 2 in fide -ent. HIL. in Matth. 7, 6 quod in eo *Petro* ante -bat, dei verbo invalescens ministerio tamquam publico salutis operatum est. FILASTR. 138, 4 -enti saeculo in fine plus contulit medicinae *deus*. PELAG. in Tit. 2, 8 ('verbum sanum') nullius adulationis accessione -ente[m] (*pro* -ens). RVFIN. apol. Orig. 1 p. 554C philarchiae morbo -entes. SVLP. SEV. chron. 2, 40, 6 morbo quodam (*sc. haeresibus*) ecclesiis -entibus. *al.* *dubitanter huc referamus*: EVSEB. EMES. serm. 19, 11 salvati sunt tunc et David . . . et tres pueri . . . propter infirmitatem illorum, qui adoraverunt imaginem . . .; mirabilia facta sunt in -entibus locis (*fort. significantur amphitheatra sim., quae pagani fide christ. carentes frequentant*): quidam a feris salvati sunt, quia -bant loca (*pro ipsis spectatoribus, ni fallimur*), a quibus et passio martyrum agitabatur.

2 *-ent res*: **a** *actiones, affectus sim.*: **α** *varia exempla*: LVCR. 4, 765 meminisse (*pro subst.*) iacet -etque sopore. 4, 1124 officia *amantium*. CIC. off. 1, 133 sine contentione vox *Catulorum* nec -ens nec canora. 3, 3 nec eam solitudinem -ere patior, quam mihi adfert necessitas. AETNA 164 conceptae -ent vires animosque remittunt. Ov. ars 2, 436 amor (SIL. 14, 182). Pont. 1, 4, 3 iam vigor et quasso -ent in corpore vires. GERM. 77 illis *extremis Ophiuchi stellis* -et honos, umeris manet integer ardor. VAL. MAX. 3, 8, 3 fax tribunicia, quae temeritatem eius ruentem comitaretur et -entem . . . inflammaret. 4, 3, 14 Epiroticis armis -entibus (HOMER. 507 spes exacuit -entia militis arma). PHAEDR. 3 epil. 15 -entis aevi dum sunt aliquae reliquiae. SEN. Herc. O. 308 dolor. benef. 5, 22, 4 -entem amici fidem erexit (5, 23, 1 fides non cessat, sed -et). dial. 3, 7, 1 id . . . retinere, sine quo -bit actio et vis . . . animi resolvetur. LVCAN. 3, 692 *naufragi* incertas . . . manus ictu -ente . . . exercent. SIL. 17, 360 (*Iuno ad Iovem*) mihi gratia -et et cecidit iam primus amor. MART. 1, 46, 1 -et protinus et cessat debilitata Venus *ad opus immodice incitata* (IVV. 11, 167). TAC. hist. 1, 39, 2 -entibus omnium studiis, qui primo alacres fidem . . . ostentaverant. SER. SAMM. 603 irrita coniugii sterilis si munera -ent. ARNOB. nat. 1, 28 ab eo *Christo* deposcimus rebus fessis -entibusque tutamina. PRVD. cath. 4, 86 ira. *al.* **β** *audacius in poesi de rebus languore per se insignibus* (*cf. p. 925, 45 sqq.*): HIL. Macc. 91 -entem pone timorem. CLAVD. rapt. Pros. praef. 10 corda . . . -entem dedidicere metum.

b *naturales, corporeae*: LVCR. 5, 832 aliut putrescit et aevo debile -et, porro aliut ⟨suc⟩crescit *eqs.* (*simul in universum dicta*). VERG. Aen. 10, 288 -entis pelagi (MANIL. 3, 631 pelagus iactatum -et in undas. *cf.* 5, 211 -et . . . suis Neptunus in undis). 11, 69 -entis hyacinthi (*cf.* CALP. ecl. 2, 76 herbas). MANIL. 4, 845 signa suo pariter cum sidere (*cf.* GERM. 344 astro. LVCAN. 2, 723 plaustra Bootae. STAT. Theb. 1, 693 portitor Vrsae. *addas p. 925, 64*). SEN. Herc. O. 735 -et omne vellus *sanguine Nessi tinctum* et perdit comas. Med. 727 vado. LVCAN. 5, 454 caelo -ente fretoque. 5, 544 *sol* orbe . . . exhaustus medio -ensque (*cf.* 8, 471 nec Phoebus adhuc nec carbasa -ent). VAL. FL. 7, 24 aristas. SIL. 4, 490 stagni -entia quaerit. 7, 259 fluctus. STAT. Theb. 12, 305 iubar *lunae*. MART. 10, 30, 12 nec -et aequor, viva sed quies ponti *eqs.* SVET. Aug. 92, 2 demissos . . . -entesque ramos convaluisse. PRVD. ham. 964 aestu. perist. 2, 345 vapor.

structurae notabiles: *c. abl. rei causam indicantis saepe, c. abl. personae p. 921, 63.* *c. praepos.*: circa: SEN. suas. 5, 1 *et supra l. 15.* de: GELL. 16, 6, 2. ex: *supra p. 921, 50.* sub *aliqua re*: ENNOD. dict. 14, 6 p. 468, 24. unde: AVG. serm. 182, 3, 3. in *aliquid*: *l. 54.* *acc. intern.*: NICET. psalm. 44 aliud.

part. praes. **languēns,** -entis *v. supra, formas p. 921, 20 sqq.; nota l. 50 sq. p. 921, 75 sqq.* *distinguitur a* languidus *p. 924, 21.* *fort. huc pertinet* GLOSS. II 585, 52 languis (-uens *De Vit*) lentus.

in parechesi c. labi *p. 921, 46. 50.*

deriv.: languedo, languesco. *cf.* languidus, languitas, languor.

compos.: collangueo, elangueo; languefacio; languificus.

***languēsco,** -guī, -ere. *a* languere, *cf.* longisco. *scrib.* -gue- *in titulo p. 923, 37 et saepe in codd.*, -ge- *hic illic in codd.* *perf. exempla omnia huc relata sunt, excepto uno p. 921, 16, ubi vis inchoativa excluditur. v. etiam p. 921, 18.* NOT. Tir. 112, 34 -it. GLOSS. (ἐξ)ασθενῶ. ἀρρωστῶ. *inde a* CIC., CATVLLO, LVCR., VERG. [*port.* langue(s)cer. *cf. Machado II 1297. G.*] [*vix recte tradi vid.* AETNA 429 genus hoc lapidis . . . quod nullas adiunxit opes, et (*aegre intellegitur pro* '*etiam*') -uit ignis (et languet in ignes *var. l.*, elanguit *Jacob, cui*

[*Pecere*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adstipulantur edd. plurimi). TAC. hist. 1, 33, 2 indignatione -at *falso pro* indignatio elanguescat (*vel* rel-).]

i. q. vires amittere, marcescere *sim.* (*notio inchoativa augetur adiecto verbo* coepi *l. 21. 37; accedit* abl. limitationis *l. 10. 80,* in *c. abl. rei effectae l. 39. 51, c. acc. l. 51. p. 924, 2 [cf. etiam l. 39], acc. nudus sec. exemplar graecum l. 52,* ex *l. 47; vis passiva indicatur per* ab *l. 77*): **1** *-unt animantia*: **a** *in univ.*: α *-unt ipsa animantia*: CIC. de orat. 3, 197 numeri atque voces, quibus et excitamur ... et lenimur et -imus. fin. 4, 65 hebes acies est cuipiam oculorum, corpore alius -it. Cato 28 orator metuo ne -at senectute (*cf.* 37 nec -ens succumbebat senectuti). Phil. 8, 4 consensus ..., si nos -imus, debilitetur necesse est. 12, 8 legio hoc nuntio -et et mollietur ..., excident gladii *eqs.* Att. 13, 39, 1 *filius patri irascitur,* hic autem iam -uit et ait sibi illum iure iratum. LVCR. 4, 930 unde perturbari anima et corpus -ere possit (OV. trist. 3, 3, 39 nec mea consueto -ent corpora lecto. PLIN. paneg. 18, 3 nec animus modo, sed et corpora ipsa. *cf.* AVG. nat. et grat. 20, 22 substantia corporis). CVLEX 201 vidit caesum *serpentem* -ere. PROP. 1, 13, 15 te toto vinctum *a puella* -ere collo ... et cupere ... animam deponere. OV. am. 2, 10, 35 mihi contingat Veneris -ere motu, cum moriar, medium solvar et inter opus. CVRT. 6, 1, 11 Laconum acies -ere ... coepit. COLVM. 6, 34, 1 fastidio ciborum -it pecus. LVCAN. 4, 281 *Caesar* deflagrare minaces *hostes* incassum et vetito passus -ere bello. COD. Theod. 12, 1, 32 rei publicae incommodum est curias hominum paucitate -ere. *al.* β *-unt partes corporum*: CATVLL. 64, 188 -ent lumina morte (*cf.* ITALA psalm. 87, 10 [Sangerm. = VVLG.] oculi mei -uerunt prae inopia [*gr.* ἠσθένησαν, *Veron. al.* infirmati sunt]. HIER. in Matth. 26, 43 p. 199^{B} -bant ... et opprimebantur apostolorum oculi negatione vicina [*Itala et Vulg.* gravati, *gr.* βεβαρημένοι]). LVCR. 3, 595 videtur ... supremo -ere tempore voltus molliaque ... cadere ... membra. 4, 951 debile fit corpus -untque omnia membra (CORIPP. Ioh. 2, 467 fessa sopore). PORPH. Hor. epod. 12, 8/9 ('pene soluto') penis ... -uit. FIRM. math. 4, 1, 5 medullae ... tenuati corporis fatigative -unt.

b *c. respectu morbi levioris, fere i. q. infirmum fieri* (*exempla certiora*): α *proprie*: SVET. Nero 51 ter ... per quattuordecim annos -uit, atque ita, ut neque vino neque consuetudine reliqua abstineret. CE 422, 5 (*a. 127*) sextus *annus* ut excessit, coepi -ere in annum *septimum.* PAVL. dig. 29, 5, 22 cum -ret, questus est se veneno occidi. TERT. pall. 3, 2 *cervus* serpente pastus -it in iuventute (-tem *var. l., cf. vol. VII 1, 791, 51sqq.*). resurr. 47 p. 97, 23 quod percussum est, sanans, quod -uit, medicans. ITALA Is. 38, 9 (Hier. *ad l.*) quando -uit et surrexit de infirmitate sua (*gr.* ἐμαλακίσθη, *Vulg.* cum aegrotasset). Os. 14, 10 (Priscill. tract. 9, 122) inpii ... -ent in eis *viis dei* (*gr.* ἀσθενήσουσιν, *Vulg.* corruent). HIER. epist. 54, 15, 4 si privignus -uerit et condoluerit caput. adv. Pelag. 3, 11 corpus, quod numquam -uerit. reg. Pachom. 41. PALLAD. hist. mon. II 9 p. 354^{C} exemplum Giesi (*IV reg. 5, 27*) veniet super te, cuius ex passione -es (*gr. p. 44, 16 B.* οὐ καὶ τὸ πάθος νοσεῖς). β *translate*: ITALA *p. 922, 15* (*cf. Theod. Mops. ad l.* languorem dicit cogitationem eorum, eo quod relinquentes pietatem *eqs.*). CONC.^{S} I 2 p. 105, 28 in hoc estis sensu lapsi et in hanc tantam stultitiam -uistis (I 3 vers. Tur. p. 189, 18 in ... stultitia, II 3, 1 p. 88, 21 stultitiam *tantum, I 5 p. 336, 6* tanta stultitia aegrotastis, *gr. I 1, 4 p. 18, 3* τοσαύτην νενοσήκατε τὴν μωρίαν).

2 *-unt res*: **a** *actiones, affectus, facultates sim.*: CIC. orat. 6 non est, cur eorum, qui se studio eloquentiae dediderunt, ... -at industria (TAC. ann. 2, 38, 3). Tusc. 2, 31 cedet ... virtuti dolor et animi inductione -et (OV. met. 8, 523 crescunt ignisque d.que -untque iterum). LVCR. 3, 1040 *senectute* memores motus -ere mentis (*cf.* SEN. Oed. 817 prima -it senum memoria longo lassa sublabens situ). LIV. 7, 12, 11 *Galli erant* iis corporibus animisque, quorum omnis impetu vis esset, parvā eadem -ret morā (HOMER. 971 QVINT. inst. 4, 1, 67). 28, 25, 11 tranquillam seditionem iam per se -entem repentina quies ... Hispanorum fecit. SEN. nat. 6, 18, 6 *spiritus* cum senectute -it et ... marcet. epist. 23, 8 cursu *fluminis* -ente (VAL. FL. 3, 236). OCTAVIA 190 iuvenilis ardor ... furit, -it idem facile *eqs.* LVCAN. 7, 246 rabies ... paulum -uit. SIL. 13, 325 irae -unt ... et vis mollita senescit (TAC. ann. 11, 37, 2 PS. QVINT. decl. 17, 7). STAT. Theb. 12, 727 minae. QVINT. inst. 11, 3, 2 adfectus omnes. TAC. Agr. 39, 3 impetus famae et favor exercitus (ann. 4, 21, 1. 12, 12, 2). hist. 3, 31, 1 Vitellianorum animi (*cf. supra l. 14. 16*). 3, 58, 4 coepta initiis valida spatio -ere. PLIN. epist. 1, 16, 8 eiusdem *Saturnini* nunc honor ... et gratia quasi satietate -it. 3, 9, 19 ne ... satietate ... iustitia cognoscentium severitasque -ret. 4, 9, 11 dicentis calor et audientis intentio. 7, 3, 3 voluptates. 8, 20, 1 cupido. *al.* **b** *naturales, corporeae*: LVCR. 5, 769 suo si fulget luna nitore, cur nequeat certa mundi -ere parte? (TAC. ann. 1, 28, 1. *item de sideribus*: MANIL. 4, 853 [*855* lassata]. DRAC. laud. dei 1, 675 ab immensis ... flammis *solis*). VERG. Aen. 9, 434 volvitur Euryalus leto ..., purpureus veluti cum flos succisus aratro -it moriens *eqs.* (de *plantis ut*: SEN. Phaedr. 768 *forma cito perit,* -unt folio ut lilia pallido. COLVM. 4, 15, 4. 11, 3, 50 PLIN. nat. 18, 138 VAL. FL. 7, 361). HOR. carm. 3, 16, 35 Bacchus in amphora -it (PORPH.: quasi senescit et per hoc veterascit. *cf. p. 925, 75 et* BVC. Eins. 2, 26 -it senio B.). OV. met. 8, 523 (*l. 57*) ignis (*cf. p. 922, 84 et* CAEL. AVR. acut. 1, 15, 118 flamma. SALV. eccl. 2, 35 lumen). fast. 2, 775 fluctus (*cf.* CVRT. 4, 7, 22 fons. SIDON. epist. 2, 2, 1 aqua). PLIN. nat. 27, 133 colore in luteum -ente. PS. APVL. Ascl. 25 nec fecunda tellus erit et aer ipse maesto torpore -et.

in parechesi c. labi: SIDON. epist. 2, 2, 1.

compos.: e-, ob-, relanguesco.

languidē *v. p. 926, 3.* **languīdo** *v.* languedo.

languidulus, -a, -um. *a* languidus *deminutive. scrib.* -dol- *in parte codd.* PRVD., PAVL. PETRIC.

i. q. languidus (*vi deminutiva vix perspicua*): CIC. or. frg. A VI 1 humus erat ... coronis -is ... cooperta. CATVLL. 64, 331 coniunx, quae tibi ... -os ... paret tecum coniungere somnos. ANTH. 33, 2 *Phoebe* -os pueri *Endymionis* respiciens oculos. PRVD. cath. 5, 143 de -is fota natatibus (*sc. olei*) lucem ... flamma iacit. AVG. catech. rud. 10, 15 *gallinae* -is plumis teneros fetus operit. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 660 consumptis iam tabida membris ... -os stratis reiecerat artus filia. 5, 682 donec ... ora ... -o tremulus *esox* reseraret hiatu.

***languidus**, -a, -um. *cf.* languere, languor. -gi- LVCR. 1, 651 (*OQ*). *compar.* -ior *inde a* CIC.; *superl. non occurrit.* SYNON. Cic. p. 443, 16 segnis. remissus. -us. aeger. aegrotus *eqs.* GLOSS. νωθρός. νοσερός. ἀδρανής. inbecillis. enervatus. -a: lenta. -i: ἐξησθενηκότες. *distinguitur a* languens: ISID. diff. 1, 554 timidus est, qui semper timet, timens vero, qui ad tempus formidat ex causa; tali intellectu distinguuntur ... -us et l. NOT. Tir. 112, 33 -um. *inde ab* ACC., VARRONE, CIC. [*val.* lînced; *sard. centr.* lámbiđu. *cf. M.-L. 4890. Wagner II 6. G.*] [*sensu obscuro, si recte traditur*: MART. 5, 24, 13 Hermes *gladiator* casside -a timendus (*cf. quae adnotavit Heraeus*).]

i. q. viribus destitutus, marcidus *sim.* (*in fig. litotes q. d.* non -us *l. 42. p. 925, 34*): **I** *languent animantia*: **A** *in univ.*: **1** *de partibus corporum*: ACC. praetext. 18 sopore placans artus -os. CATVLL. 25, 3 cinaede Thalle, mollior ... pene -o senis (SER. SAMM. 675. *cf.* CATVLL. 67, 21 -ior tenera ... pendens sicula beta. OV. am. 3, 7, 66 iacuere velut praemortua membra turpiter hesterna -iora rosa. MART. 11, 29, 1 virilia). 64, 219 lumina (LAVREA epigr. 6 OV. met. 1, 716 MART. 14, 5, 1. *cf.* QVINT. inst. 11, 3, 76 *oculi* [PORPH. Hor. carm. 1, 36, 17/18 'putres oculos', videmus enim ex vino o. quasi -os fieri. FIRM. math. 2, 10, 2]). LVCR. 5, 887 membra ... deficiunt fugienti -a vita (6, 1268 CVLEX 207 OV. epist. 20 [21], 156. 228 LVCAN. 3, 8. *aliter l. 32*). HOR. epod. 2, 64 fessos vomerem ... boves collo trahentes -o (STAT. Theb. 6, 749. *cf.* 8, 639 cervix [10, 306]). PROP. 2, 18, 6 faceret scissas -a ruga genas. OV. epist. 9, 136 iacet in gremio -a facta manus (fast. 3, 20 SEN. contr. 9, 4, 4 SEN. Phoen. 659 CVRT. 8, 14, 32 SIL. 14, 537. CIL VIII 18042 frg. Ca 1 manibus non -is). PAVL. FEST. p. 231 'plauti' appellantur canes, quorum aures -ae sunt ac flaccidae (CELS. 2, 6, 1). SEN. Ag. 238 vultu (Herc. O. 1555 QVINT. inst. 11, 3, 159. *cf.* LVCAN. 9, 1034 effigies. SIL. 10, 457 ora). nat. 4, 13, 7 stomachus ... solutus et aestu suo -us. SIL. 3, 504 corda. APVL. met. 9, 13, 2 *muli* nares -as adsiduo pulsu tussedinis hiulci. SER. SAMM. 431 praecordia. PRVD. perist. 1, 26 venis. AVG. serm. coll. Morin p. 60, 21 pennae ipsae *gallinae pullos alentis* non collectae et alacres, sed hispidae et -ae.

2 *de ipsis animantibus*: VARRO Men. 139 corpori (CELS. 2, 1, 11 hebes, umidum, -um. SEN. epist. 66, 24 LVCAN. 4, 307). rust. 2, 11, 9 qui ... vellunt *oves*, ... habent ieiunas, quod -ae minus aegre radices lanae retinent. CIC. Verr. II 3, 31 Catil. 2, 10. Phil. 8, 21 -iores postea facti sumus, quam M. Antonii ... audaciam ... perspeximus. de orat. 1, 226 philosophus tam mollis, tam -us, tam ... enervatus. ad Q. fr. 1, 2, 16 qui antea ... fuerant ... -iores, nunc ... se cum bonis coniungunt. LVCR. 4, 864 multa per os exhalantur, cum -a anhelant *animantia.* CAES. Gall. 3, 5, 1 BELL. Alex. 25, 1. SVLP. RVF. or. frg. Quint. inst. 4, 2, 106 somnone te -um an gravi lethargo putem pressum? SALL. Iug. 51, 3 omnibus labore et aestu -is. or. Macri 8 -os socordesque. HOR. epod. 5, 56 ferae ... sopore -ae. sat. 2, 4, 39 carm. 3, 19, 21. TIB. 1, 9, 56 cum ... iuvenem lassaverit ..., *uxor* ... tecum ... -a ... cubet. PROP. 1, 3, 2. 38. RVT. LVP. 2, 7 (*e Lycone*) -us, qui cubando sit defatigatus. OV. am. 3, 7, 3 *puellam* in nullos tenui male -us usus. met. 2, 454 *Diana* venatu fraternis -a flammis. *al.* PRIAP. 47, 4 amica rivalem lasciviendo -um ... reddat. SEN. Herc. O. 834. dial. 5, 7, 2 generoso repulsa iram exprimet, -o inertique tristitiam. epist. 41, 6 *leo* impetu acer ... praefertur illi -o et bratteato. 122, 4 qui se tenebris dicaverunt ..., -i et evanidi albent. LVCAN. 1, 504 -us aevo ... parens. PETRON. 132, 8 vers. 2 -ior coliculi ... thyrso. *al.*

B *c. respectu morbi levioris, infirmitatis* (*exempla certiora; m. pro subst. maxime l. 77. p. 925, 10*): COLVM. 11, 1, 18 *si sauciatus* noxam ceperit, adhibeat fomenta, sive aliter ˪-ior est, in˩ (-iorem ut *trad.*) valetudinarium ... deducat. MART. 9, 85, 1 -ior ... si quando est Paulus ..., non se, convivas abstinet ille suos (*quae seq., v. p. 927, 18*). IVV. 1, 122 sequitur ... maritum -a vel praegnas ... uxor. ITALA Matth. 14, 14 (cod. a *al.* = VVLG.) curavit -os eorum (infirmos *cett., gr.* ἀρρώστους). Marc. 16, 18 (cod. n) supra -os imponunt manus suas (languentes, aegros [*item Vulg.*], aegrotos *cett., gr. ut supra*). act. 14, 7 (cod. h) infirmus ... -us ⟨pedibus⟩ (*gr.* ἀδύνατος ... τοῖς ποσίν, *Vulg.* infirmus p. *tantum*). GARG. MART. med. 11 fastidio -os ad cibum provocant *lactucae.* FIRM. math. 3, 2, 24 insanos, lunaticos, melancholicos, -os. *et saepe.* AMM. 27, 7, 4 iracundiores sunt incolumibus -i. CHIRON 343 -us toto corpore erit (*Hippiatr. gr. I p. 102, 5* ἀτροφεῖ). HIER. reg. Pachom.

[Pecere]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

43 nec poterit -us ingredi cellam vescentium. 46 (si ... aegrotaverit) ne in ullo frater -us contristetur. VVLG. II Esdr. 2, 1 eram quasi -us ... (2) dixitque mihi rex: quare vultus tuus tristis est, cum te aegrotum non videam? Is. 1, 5 super quo percutiam vos ultra ...? omne caput -um ..., non est in eo sanitas. act. 19, 12 ut ... super -os (*gr.* ἀσθενοῦντας) deferrentur ... eius sudaria ..., et recedebant ab eis languores. RVFIN. Orig. in gen. 14, 4 olera, -orum ... cibus (*cf. p. 922, 11*). AVG. in euang. Ioh. 114, 3 -i sanati, leprosi mundati. serm. 30, 4, 5 de natura sana laudas creatorem, excludis a -a salvatorem. serm. RevBén. 41, 1929, 12 l. 99 surrexit vetustissimus -us, continuo sanatus est. HIPPOCR. aer. 3 mulieres -as et reumaticas (*gr.* νοσεράς). *al.*

II *languent res*: **A** *actiones, condiciones sim.*: **1** *varia exempla*: CIC. Lig. 28 -iore ... studio in causa fuistis. Brut. 220 *orationes Curionis* (*cf.* SEN. contr. 3 praef. 7 *Cassii Severi* genus dicendi non remissum aut -um, sed ardens et concitatum. SEN. dial. 2, 18, 3 *Chaereae sermo* -us sono. QVINT. inst. 4, 1, 67 *or. Cic. pro Lig. habita* erat multo futura -ior, si esset aliter figurata). Tusc. 2, 47 est in animis ... naturae molle quiddam, demissum, humile, enervatum, quodam modo et -um. 2, 51 cave turpe quicquam, -um, non virile. 5, 16 quos nullae ... laetitiae ... -is liquefaciunt voluptatibus (SEN. dial. 7, 12, 2 modestae ac paene -ae). 5, 25 (*tractatur Theophrasti sententia de fortuna vitae rectrice*) negant ab ullo philosopho quicquam dictum esse -ius. Att. 3, 17, 2 quae ... scribis de nostra spe, intellego esse -iora. 10, 11, 3 consilia. 11, 9, 1 in dies iam Balbi ... litterae -iores. CAES. civ. 1, 21, 5 remisso ac -o animo (SEN. contr. 9 praef. 5 SEN. dial. 4, 17, 2 epist. 92, 8. 114, 23 -o fluidoque. *al.*). SALL. Iug. 53, 6 dolus ... nihil -i neque remissi patiebatur. CIRIS 461 -a fessae virginis in cursu moritur querimonia longo. OV. am. 3, 4, 10 ipsa potestas *peccandi* semina nequitiae -iora facit. Pont. 2, 4, 4 cura. LIV. 3, 65, 8 vis potestatis ... -ior (*cf.* vires: PHAEDR. 3, 2, 9 app. 10, 8). VAL. MAX. 8, 10, 3 remisso vultu et -a voce et soluto genere orationis. 9, 3, 6 quod ... causam suam -o patrocinio protexisset. PHAEDR. 5, 1, 13 gressu delicato et -o. SEN. Phaedr. 832 pallore. Phoen. 46 poenae -as longae moras (poenas ... morae *trad.*). benef. 7, 29, 2 fidem (SOL. 9, 9 durant vestigia non -ae fidei. CONC.[S] I 5 p. 352, 28 prava fides ... profane -a [*gr. I 1, 4 p. 60, 19* κακοπιστία ... νοσοῦσα τὸ βέβηλον]). dial. 1, 5, 9 -a ingenia et in somnum itura. PLIN. nat. 15, 121 -a auctoritas patrum facta est ac ... emarcuit maiestas. TAC. ann. 1, 50, 4 ne pax quidem nisi -a et soluta inter temulentos *erat*. 15, 49, 4 dissoluta ... mens et ... vita somno -a. PLIN. epist. 2, 17, 13 turbati maris ... fragorem et sonum ... -um ac desinentem. 9, 13, 4 ira. APVL. met. 9, 16, 1 amoris -i desidia. 9, 39, 7 anhelitu. SOL. 1, 63 *concepta femina* crura *matris* ... praepedit -a tarditate (*Plin. nat. 7, 41* crurum ... levis tumor). 27, 11 *Carthago restituta* ignobilis humili et -o statu. *al.* **2** *audacius in poesi de rebus languore per se insignibus* (*cf. p. 922, 50 sqq.*): VERG. Aen. 12, 908 in somnis oculos ubi -a pressit nocte quies (*Hom. X 199* ἐν ὀνείρῳ *tantum.* STAT. Theb. 11, 548 -a somno, ... regnis effeta q.). PANEG. in Mess. 181 otia (CLAVD. rapt. Pros. 1, 277). SEN. Herc. f. 1069 frater durae -e mortis. LVCAN. 5, 504 solverat armorum fessas nox -a curas. IVVENC. 2, 370 (*fort. interpol.*) ieiunia.

B *res corporales quasi animatae* (*accedit* quasi *l. 66*): **1** *lucidae* (*cf. p. 924, 33 sqq.*): LVCR. 1, 651 acrior ardor ... conductis partibus *ignis* esset, -ior porro disiectis. 5, 652 sol ... suos efflavit -us ignes (5, 758. *cf.* CENS. 8, 13 quia -o radio *solis* infirmum lumen ... mittatur). SEN. Herc. f. 126 iam rara micant sidera prono -a mundo (*cf.* nat. 1, 11, 2 *parhelia* nihil habent ardoris, hebetes et -i. AVIEN. Arat. 482 cervix *Equi* ... -a marcenti vix est spectabilis igne. 822 -a *sidera* [*gr. 385* ἠερόεντα]. CLAVD. 8, 186 stella ... dubitanda nihil nec crine retuso -a). nat. 2, 18 *fulguratio est* aëris ... iactatio -um ignem ... aperiens (PLIN. nat. 34, 79 STAT. silv. 1, 5, 58). 7, 5, 5 flammam aequalem ... nec ullo loco intermissam aut -am. PLIN. nat. 9, 141 grano *hysgini* -us sucus. 12, 43 colore -o in candidum vergente. 37, 34 lyncurium ... e maribus fulvum et igneum, e feminis -ius atque candidum. 37, 182 syrtitides ... stellas continent -as (*Sol. 2, 43* languentes). STAT. Theb. 10, 117 *in domo Vulcani* -a succiduis exspirant lumina flammis. PLIN. epist. 6, 20, 6 iam hora diei prima, et adhuc dubius et quasi -us dies. **2** *liquidae*: HOR. carm. 2, 14, 17 flumine -o Cocytos errans (CLAVD. carm. min. 28, 28 *Nili. cf.* SEN. Herc. O. 141 Ismenos tenui flumine -us. 1951 Acheron. nat. 3, 27, 9 Rhenus ne spatio quidem -us, sed latissime ... aquas impellit). LIV. 1, 4, 4 posse quamvis -a mergi aqua infantes (*antea*: lenibus stagnis. SEN. nat. 6, 7, 3 aliae *aquae* -iores ... leniter ac quiete fluunt). SEN. Herc. f. 554 stat nigro pelagus gurgite -um (*cf.* mare: SEN. epist. 53, 1 nat. 2, 6, 4. fretum: STAT. Theb. 10, 143 MART. 8, 51, 16). AVIEN. ora 478 stagno. orb. terr. 159 -a ... aequore iam fesso sese trahit unda. *respicitur gustus*: HOR. carm. 3, 21, 8 -iora vina (PORPH.: vetustate lenita. *cf. p. 923, 81*). **3** *variae*: OV. fast. 5, 318 violas arere ... filaque ... -a facta croci (*de herbis ut*: GERM. 338 radix. SEN. Thy. 164 foliis. CALP. ecl. 2, 51 plantaria. PLIN. nat. 17, 12 arbores. 20, 219. 21, 23. 22, 50). Pont. 2, 1, 2 *Tomis*, -a quo fessi vix venit aura noti (*de ventis ut*: 4, 10, 44 SEN. Herc. O. 711 OCTAVIA 880 ANTH. 475, 4). SEN. Herc. O. 1069 *cantu Orphei* haesit ... rota *Ixionis* victo -a turbine. LVCAN. 5, 421 ne Pompeiani ... -a iactatis comprendant carbasa remis. 7, 502 quis -a tela, quis contenta ferat (*cf.* HIER. epist. 1, 7, 3 -us ... in feminam mucro delabitur et ... torpet). PETRON. 134, 12 vers. 2 tellus ... siccatis arescit -a sucis. AMM. 23, 4, 13 -iori murorum parti ... admovet *helepolim.*

adv. **languidē**, *compar.* -ius. *i. q. marcide, aegre sim.*: **1** *c. verbis*: CIC. Att. 7, 3, 11 putasne ... verendum esse, ne aut obiciat id nobis aliquis, si -ius *agemus*, aut repetat *Caesar aes alienum*, si fortius? CAES. Gall. 7, 27, 1 -ius in opere versari. BELL. Afr. 18, 5 cum ... hostes -e tela neglegenterque mitterent. SALL. hist. frg. 2, 42 Octavius -e et incuriose fuit, Cotta promptius. SEN. benef. 2, 17, 4 si cum tirone ..., non tam rigide nec tam excusse, sed -ius *pilam mittemus.* dial. 6, 9, 2 quae multo ante provisa sunt, -ius incurrunt. CVRT. 4, 16, 4 *Mazaeus* quamquam validior erat, ... perculsis -ius instabat. 9, 9, 13 moliebantur. COLVM. 11, 1, 17 ne ... familia cunctanter et -e procedat, sed cum vigore et alacritate animi. PETRON. 98, 1 non servus publicus tam -e agit *quam Ascyltos.* PLIN. nat. 18, 53 cacumine *herbae* -e nutante. 37, 92 *carbunculi* masculi appellantur acriores et feminae -ius refulgentes (37, 94 qui -ius lucet. *cf.* SOL. 52, 62 chrysoberylli ... -ius micantes [*Plin. nat. 37, 76* paulo pallidiores]). PS. QVINT. decl. 13, 6 *apis* defecta nisu volandi adhuc per terram -e repit (AVIEN. ora 128 navigia lenta et -e repentia). PLIN. paneg. 30, 2 Nilus cunctanter alveo sese ac -e extulerat. RVFIN. hist. 9, 1, 9 qui ... -ius et ignavius egerant, ... medicinam poscere (*opp.* fideliter et viriliter, *gr.* τὰ τῆς πίστεως νενοσηκότες). AVG. op. monach. 21, 25 -ius educati laborem operum corporalium sustinere non posse. 47, 16, 30 *sermo* ad aures corporaliter sonans, in propinquo clarius, in longinquo -ius. SORAN. p. 15, 6 femina *in utero* ... tardius et -ius movere incipit (*opp.* velocius et exercitius, *gr. p. 32, 7 Ilb.* βραδυτέρας καὶ νωθροτέρας *sc.* κινήσεις). ARNOB. ad Greg. 20 p. 430, 4 ut ... delectationi corporis -ius reluctemur. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14 *animus* -ius et obscurius operabitur (*gr. Migne 44, 169*[D] ἀτόνως). **2** *c. adi.*: PLIN. nat. 13, 34 in Arabia -e dulces traduntur esse palmae.

deriv.: languidulus.

languificus, -a, -um. *a* languere *et* facere, *cf.* horrificus *sim.* *i. q. languidum faciens*: Q. CIC. carm. frg. 6 -os ... Leo proflat ... calores.

languis *v. p. 922, 73.*

languitās, -ātis *f.* *cf.* languor. GLOSS. II 245, 58 ἀρρωστία ... morbus, languitudo, infirmitas, -s, egritudo. 247, 29 ἀσθένεια ... inbecillitas, languitudo, -s, langor. 585, 45 -s: languor.

languitūdo, -inis *f.* *cf.* languitas, *ubi testimonia.*

langula *v.* lancula.

*****languor**, -ōris *m.* *cf.* languere. *scrib.* -guo- CE 1241 INSCR. Afr. Gsell I 2438 PAP. Corp. 279 col. 5, 28 *et saepe in codd. inde ab A* PLAVTI, *A* TER., *S* EVCHER.; -go- INSCR. christ. Rossi II p. 267 n. 19, 6 (*e cod.; citatur* MAXIM. eleg. 1, 6) *et saepe in codd.* *plur.* (*sub IA2 tantum*) COLVM. 7, 7, 2 PS. QVINT. decl. 2, 18 *et saepius inde ab* ITALA. *producitur* -or *in thesi* LVCIL. 391. *de notione*: NON. p. 338, 23 torpor et inertia (*affertur* CIC. off. 1, 123). p. 338, 25 defectio et dissolutio (*affertur* VERG. Aen. 9, 436). GLOSS. νωχέλεια. ἀσθένεια. νόσος. νωθρότης. *v. etiam ad IA2 praemonita.* NOT. Tir. 112, 32. *legitur inde a* PLAVTO, TER., LVCIL., CIC. [*val.* lîngoare; *it. vet.* langore, *ligur. vet.* langor; *francog.* langueur, *norm.* langueu; *prov. vet.* langor; *vasc.* langou; *port.* langor. *cf. M.-L. 4891. Battisti-Alessio III 2163. Wartburg V 163. Machado II 1297. G.*] [*confunditur in codd. c.* angor *p. 927, 65.* *falso tradi vid.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 97 lavacrum -um (longioribus *Bendz, Caeliana 94*) intervallis adhibendum.]

i. qui laniat: 1 *strictius de macellario* (*cf. l. 19 et* PAVL. FEST. p. 73 qui pecus discindit. p. 117 qui discidendo lacerat pecora. DIFF. Suet. *v. p. 931, 12.* GLOSS. κρεοπώλης. κρεοποιός. *victimas mactat l. 15; pressius distinguitur a macellario l. 20, ab institore l. 23*): PLAVT. Capt. 818 -i . . ., qui concinnant liberis orbas oves, qui locant caedundos agnos *eqs.* 905 quanta *erit* -is lassitudo! (*in serie parechesium*). Pseud. 197 lenonum aemulos, -os, qui item ut nos (*sc. lenones*) iurando iure malo male quaerunt rem (SALL. hist. frg. 1, 63 lenones et vinarii -ique). Pseud. 327 accerse hostias, victumas, -os, ut . . . sacruficem (332). Trin. 407. TER. Eun. 257 cuppedinarii omnes, cetarii, -i, coqui *eqs.* LVCIL. 1083 -orum immanes canes (VARRO rust. 2, 9, 5 ne a venatoribus aut -is c. emas). VARRO rust. 2, 4, 8 it retro *verres*, quoad pervenit ad -um; hic enim conciliator suillae carnis datus populo (3, 2, 11 num pluris tu . . . illic natos v. -o vendis quam hinc apros macellario Seius?). 2, 5, 11 -i, qui ad cultrum bovem emunt; *sed* qui ad altaria *eqs.* LIV. 3, 48, 5 (*v. p. 932, 60*). 22, 25, 19 *C. Terenti Varronis* patrem -um fuisse ferunt, ipsum institorem mercis (*cf. Val. Max. 3, 4, 4* macellaria patris taberna). COLVM. 7, 3, 13 agnos . . . -o tradit. PHAEDR. 3, 4, 1 pendere ad -um quidam vidit simium (*cf. ibid.* 3). 3, 15, 14. MART. 2, 48, 1 coponem -umque . . . praesta mihi (7, 61, 9). 6, 64, 21 multo sapit altius illud, quod . . . crudelis -us per compita portat. SVET. Claud. 40 cum de -is . . . ageretur *in curia*. TARR. PAT. dig. 50, 6, 7 *inter immunes*. APVL. apol. 41 'piscem . . . proscidisti'; hoc quis ferat philosopho crimen esse, quod -o vel coquo non fuisset? met. 4, 21, 5. 9, 1, 4. AMBR. Tob. 14, 50 ad -um *mittit*, ut vulvam procuret. ROMVL. fab. 76, 2 *et* 4 (rec. gall., vet.). 76, 8 *v. p. 932, 65.* *in inscr.*: CIL I² 978 conlegiu -i Piscinenses (III 4085 coll. -um). 979. 1221ª ⟨la⟩nius de colle Viminale. 1411 ab luco Lubent(inae). 1449 VI 9500 VIII 9429 IX 4227 XII 4482 XIII 7521. 7553. *cf. p. 932, 68.*

2 *latius de quibuslibet occisoribus* (*cf.* GLOSS. II 585, 36 -o: carnifex): PETRON. 62, 11 (*loq. Niceros libertus*) lupus . . . pecora ⟨perculit⟩, tanquam -us sanguinem illis misit. TERT. anim. 10, 4 Herophilus ille medicus aut -us, qui sexcentos exsecuit. CYPR. epist. 15, 2 p. 514, 20 ne, qui ovium pastores esse debent, -i fiant. ROMVL. fab. 52, 12 (rec. gall., W; *loq. leo*) semper -us veniebam atque nunc quasi familiaris.

v. Onom. *deriv.*: laniarium, 1. lanio. *cf.* laniena, 2. lanio.

2. lanius: pannus sutus GLOSS. V 505, 28. *obscurum; cf.* laniosus.

lanna *v.* lamina. *van Wees.*

lānoculus qui lana tegit oculi vitium PAVL. FEST. p. 118. *a* lana *et* oculus; *cf. p. 914, 48.*

lānōsitās, -ātis *f.* *a* lanosus. *fere i. q. abundantia lanae*: TERT. pall. 3, 6 de mari vellera, quae muscosae -is [p]lautiores conchae comant (*sc. pinae, v. p. 915, 16*).

lānōsus, -a, -um. *a* lana. [*val.* lînos; *it.* lanoso; *francog.* la(i)neux, *dial. wall., pict., loth.; prov. vet.* lanos, *delph., prov., vasc.* lanous; *hisp., port.* lanoso. *cf. M.-L. 4895. Battisti-Alessio III 2164. Wartburg V 148. Corominas III 25. Machado II 1279. G.*] [*e coni. p. 933, 6.*]

i. q. lana vel lanugine abundans: 1 *de ovibus*: COLVM. 7, 3, 7 eliges bimam *ovem* . . . -i et ampli uteri (*inde* PALLAD. 8, 4, 3). APVL. met. 6, 12, 5 -um aurum (*fere i. q. lana aurea*). 8, 28, 2 *flagrum* contortis taenis -i velleris . . . fimbriatum et . . . talis ovium tesseratum. 2 *de barba*: APVL. met. 5, 8, 4 iuvenem . . . -o barbitio genas inumbrantem. 3 *de herbis*: MARCELL. med. 36, 74 *phlomos* -a folia habet et thyrsum longum -um facit (DIOSC. *p. 934, 43. 936, 62.* PS. DIOSC. herb fem. 10. 21 [*var. l.* -i *sc.* utrique *i. phlomos masculus et femina*]).

deriv.: lanositas. *Heine.*

lanterna, -ae *f.* *a* λαμπτήρ, *cf.* lucerna. *de origine: a* latēre: PRISC. gramm. II 120, 20 longam habent paenultimam vel natura vel positione . . . 'luceo lucerna' . . ., 'lateo laterna' (*cf.* EVTYCH. gramm. V 454, 21). ISID. orig. 20, 10, 7 -a inde vocatur, quod lucem interius habeat clausam; fit enim ex vitro, recluso intus lumine, ut venti flatus adire non possit et ad praebendum lumen facile ubique circumferatur (GLOSS.ᴸ I Ansil. LA 299 -ae arculae sunt vitro clusae, intra quas ponuntur lucernae, quas circumferunt ad praebendum lumen, quod venti flatus adire non potest [*sim.* 300 III Abstr. LA 23. *al.*]. *v. et p. 936, 43sqq.*). *?quasi a* lātē (*Goetz, Thes. gloss. s. v.*): GLOSS.ᴸ II Philox. LA 55 -a: φανός, ἑστία (*cf. l. 82*) πλατέως κειμένη. *de scriptura*: lant- *passim, v. et derivatum.* *?*lanct- ITALA Ioh. 18, 3 (cod. a *difficilis lectu*). lat- (*cf. l. 66sqq.*): *in omnibus codd.* PLAVT. Amph. 406 *deficiente A*, SCHOL. Iuv., *in parte codd.* SYMPH., AMBR. in psalm. 37, 41, 2. 3, VVLG. Ioh. 18, 3 (*inde* AVG.), ISID. *al.* *forma* lanternum GLOSS. V 370, 16. NOT. Tir. 102, 2. *de notione* (*v. etiam supra*): CHAR. gramm. p. 454, 25 B. -a φανός (GLOSS.). GLOSS. III 194, 7 ipnos (*i.* ἰπνός) -a. V 306, 27 ubi ponitur lucerna intra c[h]orium (*corr. Svennung, StIt. 27/28, 1956, 550sq., cf.* GLOSS.ᴸ IV Ps. Plac. L 19 '-a Punica' [*p. 936, 15*] a pellibus, quas[i] ab unculis [ung- *var. l.* '*pro angulis?' Lindsay*] regularum adfixas extendunt). 369, 9 vas lucernae (416, 28 -is vasa lampadis perlucentia). *inde a* PLAVTO. *deest stilo grandiori.* [*it.* lanterna (*inde sard.*), *march., calabr., sic.* linterna, *abrut., neap., apul.* ləndernə; *raet. occ.* linterna, *centr.* linčerna, lunkérna, *or.* linδęrna; *francog.* lanterne, *dial. wall., occ., centr., camp., loth.; francoprov.* lẽtę̄rna, lintęrna *etc.; prov.* lanterno, *langued.* δantęrnu; *cat.* llanterna; *hisp.* linterna; *port.* (a)lanterna, *dial.* linterna. *cf. M.-L. 4896. Battisti-Alessio III 2164. Wagner II 10. Wartburg V 166sq. Corominas III 104. Machado II 1298. G.*] [*vix huc pertinet* GLOSS. *l. 48 allata.*]

i. q. lucerna portabilis (*distinguitur hic illic a* lucerna; *ad rem v. Loeschcke, Bonn. Jahrb. 118, 1909, 370sqq.*): PLAVT. Amph. 149 a portu . . . cum -a advenit *Sosia*. 406 mi est -a in manu (*cf. 341* qui Volcanum in cornu conclusum geris). Aul. 566 *agnus macer* pellucet quasi -a Punica (*p. 935, 84*). CIC. Att. 4, 3, 5 Clodi vestibulum vacuum sane mihi nuntiabatur; pauci (paucis *var. l.*) pannosi sine [a] -a (-am *var. l.*). PRIAP. 32, 14 *cum puella macerrima coiens* ductor ferreus insularis aeque ⟨et⟩ -ae videor fricare cornu (insulariusque *edd.; traditum def.*, et *suppl. Buchheit, Stud. z. Corpus Priap. 139sqq., qui de cunno per imag. dici conicit*). SEN. contr. 7 praef. 3 *Albucius* res dicebat omnium sordidissimas, acetum et . . . -as et spongias *eqs.* VAL. MAX. 6, 8, 1 -am praelatam. PLIN. nat. 11, 49 alvis *apium* cornu -ae tralucido factis (*cf.* MART. 14, 61 -a cornea: dux -a viae clusis feror aurea flammis, et tuta est gremio parva lucerna meo. 62 tit. -a de vesica: cornea si non sum, numquid sum fuscior? SYMPH. 216 tit. -a: cornibus apta cavis, tereti perlucida gyro, lumen habens intus *eqs.* (*v. etiam l. 14*). 37, 132 pessimam *astrion gemmam* . . . -arum lumini similem (*opp.* lucet fulgore pleno lunae). IVV. 5, 88 caulis olebit -am (*quia -ae oleo unctus est*). ITALA Ioh. 18, 3 (cod. b *al., cf.* VVLG.) venit *Iudas* illo cum -is, faculis et armis (*aur.* lampadibus, *gr.* φανῶν. *cf.* AVG. in euang. Ioh. 112, 3 deus . . . latebat in carne; et sempiternus dies ita membris occultabatur humanis, ut -is et facibus quaereretur occidendus a tenebris). act. 20, 8 (codd. e g, *cf.* NICET. vigil. 7 p. 63, 18) erant . . . -ae copiosae in cenaculo (*d* faculae, *gr.* λαμπάδες, *Vulg.* lampades). SCHOL. Iuv. 1, 51 (*Vallae*) 'Venusina digna lucerna' a Venusia, ubi -ae leves fuerunt, ut Probus inquit, quae vilissimi veniebant. VEG. mil. 4, 18 *ad incendendas machinas* in -is portant lucernas. AMBR. Iac. 1, 8, 36 tamquam in -a lumen etiam inter asperas procellas et gravissimos flatus suam lucere nec extingui posse animi virtutem. in psalm. 37, 41, 2 (*ad 37, 11* lumen oculorum meorum; *affert 118, 105* lucerna pedibus meis verbum tuum) lucernam illam etiam propheta quaerebat, non -am, sed lucernam; lucernam Iohannes (*5, 35?*) invenit et demonstravit, cum -a persecutor advenit (*v. l. 29*) et demonstravit; -a enim clausum habet, non liberum lumen; (3) . . . potest videri, sed non videtur . . .; venit ergo persecutorum turba cum -is et ideo inclusam lucem videre eorum oculi nequiverunt *eqs.*

deriv.: lanternarius.

lanternārius, -ī *m.* *a* lanterna, *cf.* lampadarius. *i. qui lanternam fert* (*vix fabricatur. forsitan huc* GLOSS. V 505, 45 laternus luminis portitor): CIC. Pis. 20 *certamen* cum altero barbaro Epicuro (*Pisone*), cum altero Catilinae -o (*Gabinio*) consule. CIL IV 7621 -I, tene scalam. X 3970, 3 M. Hordionius Philargurus . . . -us (*in fine tituli incisa est lanterna rotunda ansata*). *Hübner.*

[**lantida** ORIBAS. syn. 4, 40, 5 p. 42 Aa. *lege* cum fer[r]ola n⟨i⟩tida (*cf.* La *et gr.* νάρθηκι λείῳ).] [**lantio** *v. p. 851, 13.*]

lānūgināns, -antis *adi.* *a* lanugo, *cf.* aeruginare, auruginare. *i. q. lanugine praeditus*: AVG. in Iob p. 613, 23 (*ad 38, 36* texturae) infirmos fratres tamquam -em tramam firmorum . . . spiritalium quasi staminum contextione constringere.

lānūgineus, -a, -um. *a* lanugo. *i. q. ex lanugine constans*: PS. APVL. herb. 62 l. 24 *dictamnum* foliis . . . floccosis vel -is adnationibus (*i.* agn-; *Diosc. 3, 32, 1* γναφαλοειδῆ τὰ φύλλα ἔχει καὶ ἐριώδη τινὰ ἐπίφυσιν, *lat. 3, 33 p. 392, 5* folia . . . lanosa et super omne frutice velut lana).

lānūginōsitās, -ātis *f.* *a* lanuginosus. *i. q. abundantia floccorum*: CASS. FEL. 29 p. 53, 13 -em, quam in se detinet *cerussa* (*cf. p. 937, 70*).

lānūginōsus, -a, -um. *a* lanugo. *compar. infra l. 69.* GLOSS. ἀρχιγένειος. λαχνήεις. pubescens. *i. q. lanugine coopertus*: 1 *de herbis sim.*: PLIN. nat. 22, 50 pseudoanchusa . . . -ior. 24, 59 minor *vitex* ramosa, foliis candidioribus, -is (25, 63. 83. PS. DIOSC. herb. fem. 68 [67] lichnis . . . folia habet . . . -a, subalbida, caulem cum ramis -is). 24, 98 *apocynon* semine . . . -o. 25, 36 *hyoscyami* genus molle, -um. PS. DIOSC. herb. fem. 28 l. 4 flos *conyzae* . . . -us (*cf. Diosc. 3, 121, 1* ἐκπαππούμενον, *lat. 3, 131 p. 431, 1* cum floruerit, velut capillos facit). ORIBAS. syn. 7, 20, 15 La p. 154 (*de pilis platani*) illa, quae -a sunt (*gr.* τὰ ἐριώδη, *Aa* lanugine). 2 *de animalibus*: PLIN. nat. 29, 85 phalangi nomine araneus -us. 30, 101 vermiculos . . . -os (30, 139 asperi, -i).

deriv.: lanuginositas.

ˢlānūgo, -inis *f.* *a* lana, *cf.* aerugo. -nag- ORIBAS. syn. 1, 17, 12 La p. 56, 19 Mø. -o *pro longa* CLAVD. 8, 643 (*penthem.*). NOT. Tir. 78, 92. *de notione*: DIFF. Suet. *p. 934, 58.* CHAR. gramm. p. 454, 26 B. -o χνοῦς (EXC. Bob. gramm. I 553, 5 GLOSS.). GLOSS. ἴουλος. χνοῦς τῶν γενείων. λάχνος (-μος *trad.*). βρύον. prima barba

[Heine]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in similitudine lanae (*sim. al.*). similis filo lanae quae fertur per aerem. -e: supra poma lana (*v. infra l. 44*). *legitur inde a* PACVV., ACC. (laguna *codd.*), LVCR., *in prosa vix ante* CELS., SEN., COLVM. (*dub.* CAES. *l. 9*). [*port.* lanugem. *cf. Machado II 1279. G.*]

i. q. χνοῦς (*plur. infra l. 35. 52. 54*): **1** *certus*: **a** *animantium*: **α** *hominum* (*significantur quilibet pili molliores* [totius corporis TERT. cult. fem. 2, 8 l. 8, *alarum l. 28sq.*], *maxime barba pubescentium, accedente* oris *l. 26*, barbae SERV. Aen. 1, 267 ['sicut I. Caesar scribit' auct.]. AMBR. epist. 31, 13 l. 152): PACVV. trag. 362 nunc primum opacat flore -o genas (*cf.* ACC. trag. 246 -o flora nunc demum inrigat *genas*). LVCR. 5, 889 *iuventas* molli vestit -e malas (MART. 10, 42, 1 dubia est -o tibi, ... m. *cf. infra l. 37. 74*). VERG. Aen. 10, 323 flaventem prima -e malas ([*eodem versus exitu* OV. met. 12, 291 tectus. SIL. 7, 691 sparsus. 16, 468 aspersus]. PROP. 3, 7, 59 p. -is annos. EPIST. Sapph. 85 p. -is aetas. SEN. epist. 95, 24 STAT. silv. 3, 4, 65. 5, 5, 20. MART. 9, 36, 5 p. latet longis -o capillis. IVV. 13, 59 *opp.* senectae. SVET. Otho 12, 1. *al.*). OV. am. 1, 14, 23 cum graciles essent ... et -is instar *comae*. met. 9, 398 dubia ... tegens -e malas (13, 754 [molli M^2]. MART. 2, 61, 1. *cf. l. 12 et* CLAVD. carm. min. 25, 42 dubiam -is umbram caesaries intonsa tegit. CE 1355, 3 [*a. 442*] ora puer dubiae signans -e vestis). fast. 5, 173 dum nova -o est (STAT. Ach. 1, 163 necdum prima n. -e vertitur aetas). CELS. 5, 28, 19B *in leuce* albi pili sunt et -i similes (*inde emendatur* ORIBAS. syn. 7, 48 Aa p. 189). LVCAN. 10, 135 vix ulla fuscante ... -e malas (*cf.* MART. 1, 31, 5 dum nulla teneri sordent -e vultus [NEMES. ecl. 2, 77 n. tegimur -e malas]). CALP. ecl. 2, 87 gracili. PLIN. nat. 11, 230 -e oris (*in feminis*). 30, 41 pubescentium. 30, 132 *vespertilionum sanguine alis puerorum inlito* aut in totum tolluntur pili aut non excedunt -em (*cf.* 35, 188 *alumen* evulsis pilis ... inlinitur renascentesque mollit in -em). SIL. 2, 319 nondum signatae flava -e malae. STAT. Theb. 6, 586 deserpit ... genis nec se -o fatetur intonsae sub nube comae (*cf.* APVL. apol. 63 malis deserpat. met. 7, 5, 2 malis inserpebat. AMM. 31, 10, 18 genis inserperet). 7, 655 crescunt -e malae. 9, 703 nondum mutatae rosea -e malae. SVET. Nero 34, 5. APVL. met. 5, 16, 2 adolescens modo florenti -e barbam instruens. TERT. carn. 9 l. 15 -es ut muscos et comam ut caespitem (*plur. ut* ARNOB. nat. 3, 15 *nemo est*, qui pilos et -es credat in deorum corporibus nasci). *al.*

β *animalium*: PLIN. nat. 8, 117 molli plumata -e *cornua cervi* (PRVD. ham. 292 ferae. PS. AVG. serm. ed. Mai 71, 3 *in equis etc.*). 8, 133 *parte inferiore* raram et innocuam habent -em *irenacei*. 11, 20 guttas ... -e totius corporis *adgerunt apes*. 11, 65 alarum *papilionis*. 29, 86 *araneus* caeruleus, -e nigra. PRVD. cath. 7, 63 amictus hirtis bestiarum pellibus saetisve tectus hispida et -e *Iohannes baptista*.

b *herbarum, arborum sim.* (*accedit* veluti, quasi *l. 48. 49*): VERG. ecl. 2, 51 cana ... tenera -e mala (*cf. supra l. 2 et* COLVM. 12, 47, 2 PLIN. nat. 15, 48. 23, 101). COLVM. 3, 2, 12 (*v. p. 916, 66. item de vitibus* PLIN. nat. 12, 131. 14, 22. 24). 4, 29, 16 -e, quam excitabat ... terebra (*sc. materia sub cortice posita, quae insitum putrefacit. cf.* PLIN. nat. 17, 110 *cerasi* dempto libro habent veluti -em. PALLAD. 11, 12, 5.) SCRIB. LARG. 163 quasi -em quandam super se habent *folia trifolii* (PLIN. nat. 11, 77. 16, 86. *al.*). PLIN. nat. 2, 163 frondium (7, 25. *cf.* 5, 14 tenui eas *frondes* obduci -e [*inde* SOL. 24, 8]). 12, 39 circa fruticem *gossypini* -es esse. 13, 121 *coccygia* proprietatem habet fructum amittendi -e; pappum vocant (*cf.* 18, 360 populi aut spinae. 19, 119 semen est ... lactucis in -e. 27, 61 capitula ..., quae solvuntur in -es. *sim. al.*). *et saepe*. SOL. 50, 2 *Seres* vellera arborum ... depectunt ... et -is teneram subtilitatem umore domant (*cf.* EPIST. Alex. l. 66 H. AMM. 23, 6, 67 MART. CAP. 6, 693). SERV. ecl. 7, 45 'muscosi fontes' -e viridiore cooperti (*cf.* SCHOL. Bern. *ad l. et* 6, 62. *v. etiam supra l. 35*). Aen. 6, 462 situs ... proprie est -o quaedam ex umore procreata et fit in locis sole carentibus. MARCELL. med. 34, 101 -em de papyro (*seq.* illam -em, quae viridi papyro in summitate est quasi paniculae eminentis). ORIBAS. syn. 1, 17, 12 La p. 56, 19 Mø. *colocynthida* cum -e sua (*gr.* φλοιόν, *Aa* lanas. *redditur* ἐντεριώνη 3, 207 p. 890. 8, 3, 9 La p. 207 -em interiones, *ubi* i. *tantum Aa*). 7, 20, 14 La p. 154 -em sive tumentum *pilarum platani* (*gr.* κνάφαλα. *cf. p. 936, 75*).

c *rerum variarum*: PLIN. nat. 19, 9 *linteis* Retovinis ... -o nulla (*cf.* 19, 21 linteorum [36, 153]. 32, 126 linea). 26, 47 (*de ladano*) nervos ... circumdatos lanis trahunt adhaerescente roscida -e (*cf. 12, 74sq.*). 32, 86 *alcyoneum fit* e limo vel quadam maris -e. 34, 108 squamae *aeris* est alterum genus suptilius, ex summa scilicet -e decussum. PHILIPP. in Iob 24 p. 687A ut pulvis tenuissimus sive ut favillae -o erunt ante faciem dei (*cf. l. 78*).

2 *in universum*: LVCR. 5, 817 herba cubile praebebat multa et molli -e abundans. PLIN. nat. 34, 117 chalcitis ... mollis natura, ut videatur -o concreta. ITALA Is. 41, 15 (Cypr. testim. 2, 4) *colles* ut -em pones et ventilabis (*gr.* χνοῦν, *Cypr. cod.*: *A et Vulg.* pulverem. *tropice de re caduca ut* VVLG. sap. 5, 15 spes impii tanquam -o est [*gr.* χνοῦς]. LAVRENT. eleem. p. 115D peccatorum sarcina ... quasi -o combusta deperit. *cf. l. 71*). ARNOB. nat. 6, 16 *aves conducunt* pannos, -em, chartulas nidulorum in mollitiem.

deriv.: lanuginans, lanugineus, lanuginosus.

lānula, -ae *f.* *a* lana *deminutive.* *i. q. (modica) lana a medicis adhibita*: CELS. 6, 9, 6 *alumen* involutum in -a demitti *in dentem* (MARCELL. med. 34, 34 -a. *cf.* 12, 61 fimus corvi -a obvolutus). 7, 27, 1 carunculae -is similes. CHIRON 105 -am madidam in eas plagas subicies ...; tertio die ... -a eximes (*Veg. mulom. 2, 48, 8* lanam *bis*). MARCELL. med. 9, 14 aures ... conchyliata -a claudes (*Plin. med. 1, 6, 3* lana). 9, 91 -am madefactam inseras (9, 112 m. -a aurem claudes). 34, 50 lacertae ... sanguis in -a (PLAC. med. 30, 2 rec. *β*). PLIN. VAL. 2, 37 in picem liquidam -am intinges. DIOSC. 1, 139 p. 69, 20 M. -a molli colligitur *sucus* (*gr. 1, 127, 2* ἐρίῳ. 4, 166 p. 82, 18; *gr. 4, 170, 4 item*). 1, 141 p. 71, 6 si ... cum -a adponatur *alfus* (*gr. 1, 128, 4* ἐρίῳ).

lānūtus, -a, -um. *a* lana, *cf.* lanatus *et Heraeus, Kl. Schr. 36*. *i. q. lana praeditus*: GLOSS.L I Ansil. ME 205 melotam: -am. GLOSS. III 323, 44 ἀρνακίς: pellis -a (45 βαίτης p. -a). *Heine.*

***lanx,** -ncis *f.* [*orig. inc., fort. conferendum c. gr.* λέκος, λεκίς, λεκάνη. *Sch.*] *de scriptura*: lancx: NOT. Tir. 97, 2. *cod. C* CLAVD. MAM. anim. 3, 18 p. 189, 13. *fortasse huc* lans cias GLOSS. V 306, 14 ('-x vas?' *Götz*). *de formis*: *nom. sg.*: PROB. inst. gramm. IV 128, 27 quaeritur, ab eo, quod dixit Vergilius (*affertur* Aen. 8, 284 = 12, 215), nominativo casu numeri singularis -es an -ies dicatur; utique -es et non -ies *eqs.* -is: ISID. orig. 20, 4, 11 (*interpretamentum periit*). GLOSS. V 369, 42 (*si sana*) -is: mensuratio. *gen. pl.* -ium (*formam hanc postulat* PLIN. dub. serm. Char. gramm. p. 178, 29 B. [*ex Romano*]): SVET. frg. 3 p. 20, 13. *abl. pl.* -is *falso pro* -bus, *quod est var. lect. in codd. det.*, METROL. Isid. orig. 16, 25, 4 (-iis *Hultsch, quasi nomen* lancium *supponens*). *genus masc.*: PASS. Thom. p. 115, 13. 16 (*sed ibid.* 2. 5 *fem.*). *dub.* METROL. *l. c.* NOT. Tir. 97, 2. *legitur inde a* LEGE XII tab., PLAVTO. *transit in serm. gr.* λάγκιον (CHAR. gramm. p. 49, 24 B.), λαγκλίον (GLOSS.). [*falso tradi vid. pro* lux: TRACT. Pelag. 6 p. 132 novum *testamentum*, ubi plena -e (luna *ed. pr.*, luce *Caspari dubitanter*) et integro lumine ... castitas ... radios sui fulgoris emittit. *cf. p. 940, 8.*]

fere i. q. patella (GLOSS. δίσκος): **I** *vario usu*: **A** *in formula iuris prisca, obscura*: LEX XII tab. 8, 15a (Gell. 16, 10, 8) -e et licio *furtum quaeri debet*. *cf. explicationes*: PAVL. FEST. p. 117 quia, qui furtum ibat quaerere in domo aliena, licio cinctus intrabat -emque ante oculos tenebat propter matrum familiae aut virginum praesentiam. GAIVS inst. 3, 192 praecipit *lex*, ut ... nudus quaerat, l. cinctus, -em habens; qui si quid invenerit, iubet id lex furtum manifestum esse. (193) quid sit autem licium, quaesitum est; sed verius est (veriusseam *cod.*) consuti genus esse, quo necessariae parte tegerentur. (193a) quae res [lex tota] ridicula est; nam qui vestitum quaerere prohibet (perhibet *cod.*), is et nudum quaerere prohibitu⟨ru⟩s est, eo magis, quod ita quaesita re[s] ⟨et⟩ inventa maiori poenae subic atur. deinde quod -em sive ideo haberi iubeat, ut manibus occupa[n]tis nihil subiciat, sive ideo, ut, quod invenerit, ibi imponat, neutrum eorum procedit, si id, quod quaeratur, eius magnitudinis aut naturae sit, ut neque subici neque ibi inponi possit. certe non dubitatur, cuiuscumque materiae sit ea -x, satis legi fieri. GELL. 11, 18, 9 furta, quae per -em liciumque concepta essent, proinde ac si manifesta forent, vindicaverunt.

B *alia exempla* (*maxime est instrumentum mensae*, *cf.* GLOSS. μαζονόμος): PLAVT. Curc. 324 pernam, abdomen ... :: in carnario fortasse dicis. :: immo in -bus quae tibi sunt parata. LVCIL. 1175 illum sumina ducebant atque altilium -x. HOR. sat. 2, 1, 4 inter -es mensasque nitentes. 2, 4, 41 curvat aper -es. epist. 1, 5, 23 ne non et cantharus et -x ostendat tibi te. OV. Pont. 3, 5, 20 *pomum* de caelata sumere -e iuvat. PHAEDR. 5, 5, 20 *spectatores scurram victorem* honorant -bus (laudibus *var. l.*; *item* -es *donantur* MART. epigr. 29, 6. 10, 29, 1 IVV. 6, 204 ACT. lud. saec. Sept. Sev. [RhM. 81, 1932, 383sqq.] 76 CIL VIII 1858, 9). SEN. epist. 119, 5 inani me, inquis, -e muneras. COLVM. 6, 32, 1 quod in -bus salitus thynnus remittit. PETRON. 28, 8 *ianitor* in -e argentea pisum purgabat. 31, 10 -es, in quarum marginibus nomen Trimalchionis inscriptum erat. 50, 1 Corinthia. 59, 6 du⟨ce⟩naria. 70, 6. 97, 3 in -e argentea *nummi praeferuntur*. 135, 8 vers. 7 de caudice lento vimineae -es. PLIN. nat. 33, 145 quingenariam (1, 33, 52 immodicae). 33, 146 (*e Fenestella*) quas antiqui magides vocaverant. 36, 62 in Paro repertos *lapides* amplitudine, qua -es craterasque non excedant. MART. 2, 43, 12 immodici tibi flava tegunt chrysendeta mulli: concolor in nostra, cammare, -e rubes. 4, 15, 4 -em paucaque vasa rogas. 7, 48, 3 volant ... -es *a ministris cito et adlatae et sublatae*. 7, 72, 4 -es ... et scyphos avorum. 11, 31, 19 cavas. 14, 97 tit. -es chrysendetae (*in textu* chrysendeta *tantum*). IVV. 5, 80 (*opp.* exigua ... patella). 11, 18 -bus oppositis *sc. pignoribus*. 12, 43. PAVL. sent. 3, 6, 86 vasis argenteis legatis ... ministeria omnia debebuntur, veluti urceolae, -es, patinae *eqs.* VLP. dig. 34, 2, 19, 4 quadratas (PAVL. dig. 6, 1, 6 quadrata vel rutunda ..., pura an caelata). 34, 2, 19, 13 gemmae fialis vel -bus inclusae. TERT. anim. 33, 4 splendidissimis Sullanis. ITALA Marc. 6, 28 (cod. ff²) attulit caput eius *Iohannis* in -e (*gr.* ἐπὶ πίνακι, *Vulg.* in disco *ut cod. cit. ibid. 6, 25. 27*). SYMM. 1, 23, 2 scitamenta exiguae -is. *al.*

C *in sacris* (*cf.* SVET. frg. 3 p. 20, 10 satura *dicitur* a -e, quae referta variis multisque primitiis in sacro apud priscos dis inferebatur ..., cuius generis -ium et Vergilius [*affertur* georg. *uterque versus*] ... meminit): VERG. georg. 2, 194 -bus ... pandis (patulis *var. l.*) fumantia reddimus exta. 2, 394 -esque et liba feremus. Aen. 8, 284 (= 12, 215) cumulant ... oneratis -bus aras. PROB. 2, 13, 23 desit odoriferis ordo mihi -bus *in funere*. OV. fast. 1, 454 nec defensa iuvant Capitolia, [*B.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quominus anser det iecur in -es, Inachi lauta, tuas. Pont. 4, 8, 40 nec, quae de parva pauper dis libat acerra, tura minus grandi quam data -e valent (4, 9, 33). LIV. 40, 59, 8 -x (lana *trad.*) cum legumentis (integu- *trad.*), quae Iovi adposita fuit. LVCAN. 6, 710 (*loq. Erictho ad inferos*) quisquis vestris caput extaque -bus infans inposuit. PERS. 2, 71 damus id superis, de magna quod dare -e non possit *Messalae propago*. APVL. flor. 51 (*de fano Iunonis*) auri et argenti ratio in -bus, speculis, poculis et cuiuscemodi utensilibus. AVSON. 347, 5 p. 165 P. turibula et paterae, quae tertia vasa deum? -x.

II *pertinet ad libram* (GLOSS. πλάστιγξ. pondera, mensurae): A *de parte librae, in qua res pendenda ponitur*: 1 *proprie*: CIC. ac. 2, 38 ut ... necesse est -em in libra ponderibus impositis deprimi, sic animum perspicuis cedere. VERG. Aen. 12, 725 Iuppiter ... duas aequato examine -es sustinet et fata inponit diversa duorum (*Hom. X 209* ἐτίταινε τάλαντα. HOMER. 656 sustinet auratas aequato pondere -es fataque ... expendit [*Hom. Θ 69 ut supra*]). SVET. Vesp. 25 *in somniis vidit* stateram ... positam examine aequo, cum in altera -e Claudius et Nero starent, in altera ipsi ac filii. ITALA Is. 40, 12 (Pallad. hist. mon. I 2 p. 260[C]) *deus*, qui montes -e pensavit (*gr.* ἔστησεν ... σταθμῷ, *Vulg.* libravit in pondere). SER. SAMM. 267 omnia *unguenta*, quae geminis aequabis -bus. COD. Theod. 12, 7, 1 (= Iust. 10, 73, 1) aurum ... aequa -e et libramentis paribus suscipiatur.

2 *in imag. et translate* (*saepissime in elocutione q. e.* aequa [aequali, pari *sim.*] -e, *inde a* PLIN. *l. 33*; GLOSS. ἴσῳ ζυγῷ. aequali divisione. *al.; accedit* quasi *l. 43. 45*): a *in univ.*: α *actione pendendi valida*: CIC. fin. 5, 51 libra illa Critolai (*frg. 21 sq. Wehrli*), qui, cum in alteram -em animi bona imponat, in alteram corporis et externa, tantum propendere illam ... -em putet, ut terram et maria deprimat (*laxius pro 'elevet'. inde* 5, 91 sq.). MANIL. 4, 775 Libra ..., qua condita Roma ... retinet discrimina rerum -bus et positis gentes tollitque premitque (CYPR. GALL. lev. 153 posita rectum discernere -e. SIDON. epist. 2, 9, 3 ex aequo ... -em ponere). PERS. 4, 10 scis ... iustum gemina suspendere -e ancipitis librae. PLIN. nat. 7, 44 vitam aequa -e pensitabit, qui ... fragilitatis humanae memor fuerit. PS. QVINT. decl. 12, 24 in hac -e publica causa ... pendet: aut iste tarde fecit aut nos cito (CLAVD. MAM. anim. 1, 8 p. 48, 5 hac tantum -e). PS. APVL. Ascl. 22 *cum deus* homines efficeret ex parte corruptiore mundi et ex divina pari -e conponderans. ARNOB. nat. 6, 2 pari pendĕre cunctos -e (RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 9, 1 mala ac bona ... diversa -e [*gr. Migne 35, 945B* κρίσιν ... ἀντισηκοῦσαν τοῖς πονηροῖς τὰ βελτίονα]. GILD. Brit. 21 chron. III p. 37, 9). SYMM. epist. 40, 1 causam ... cum perspicerem pari -e libratam, maiestatis vestrae arbitrio reservavi. AMM. 23, 4, 8 (*describitur aries bellicus*) quasi ex -e vinculis trabis alterius continetur. AMBR. epist. 41, 22 *ecclesia* aequa omnes -e examinat. hex. 1, 6, 22 non ... quod in medio sit terra, quasi aequa -e suspenditur, sed quia maiestas dei ... eam ... constringit. in psalm. 118 serm. 7, 23, 3 non ... maledictum et ... parricidium aequa esset -e pensandum (HIER. adv. Iovin. 1, 15 aequali. EPIST. pontif. 609 Thiel p. 262 eadem. CONC.[S] I 2 p. 109, 3 iusta). AVG. c. Iulian. 6, 9, 26 utrumque aequa -e perpendis. CYPR. GALL. exod. 562 iusta deus librato examine -is iura dedit (*Vulg. 15, 25* constituit ... iudicia). CLAVD. MAM. anim. 3, 18 p. 189, 13 adhibeto iustitiae libram; si -x nostra pronior et vero gravior *eqs.* ENNOD. opusc. 8, 1 p. 414, 14 deus ... illa res humanas -e dispensat, ut *eqs.* CE 24, 5 dea Syria -e vitam et iura pensitans.

β *imag. plus minus plena*: MOD. dig. 42, 1, 20 (*interpol.?*) quod *constitutum* et in persona mulieris aequa -e servari aequitatis suggerit ratio. IREN. 5, 19, 1 aequa -e disposita ... inobedientia per ... obedientiam. SYMM. epist. 1, 1, 1 parentibus non ad -em neque ad demensum verba tribuenda sunt. 1, 92 curabo ..., ut obsequii mei trutina et libra praeponderet, ne videatur inertiae quoddam esse conludium semper esse aequa -e censeri. 2, 56, 1 quorum *officiorum* adsiduitas cultum circa te meum pari -e conpensat. 8, 74 quod *munus amicitiae* si pari -e reddideris. CLAVD. DON. Aen. 7, 360 p. 60, 6 aequa -e ... contendunt. HEGES. 1, 36, 2 p. 72, 4 aequa -e odium mulieris et amor viri adversum se certabant (*gr. 1, 436* τοσοῦτον ... μῖσος ..., ὅσος ... ἔρως, *Ps. Rufin.* tantum ... quantum). TRACT. Pelag. 3 p. 44 ut omnes aequali -e et pari iure possiderent *bona*. CLAVD. 18, 209 *ancipiti ducum Marte* in geminas nutat provincia -es. AVG. epist. 147, 16, 39 si ambobus nobis aequa -e putas esse credendum (*antea*: testium pondera ... perpende). CYPR. GALL. exod. 1060 ut iurgia noscant *Aaron et Hur* aequa -e. COD. Theod. 10, 19, 15 pr. aequa ... -e dividatur. 11, 28, 9 sub aequa -e ... concessimus. NOVELL. Maior. 6, 8 filios aequa iubemus -e succedere (7, 5). AVELL. p. 413, 13 merita -e dimisit. 576, 2 inter virtutem -em retinet et labores (*cf.* ENNOD. dict. 7, 9 p. 445, 18 ponderibus ornetur dictio castigantis, -em in exhortatione teneat, qui gestit audiri). SIDON. epist. 2, 4, 1 *facultas et alacritas* pari -e conquadrent. ENNOD. opusc. 2, 34 p. 298, 5 statuta nostra non una apud vos voluimus -e constare. CORIPP. Ioh. 2, 306 omnia -e probans. MART. BRAC. form. vit. 6, 3 quicumque in illa mediocri -e (*i. in prudentia extremis eius vitatis*) persistit. CE 927, 4 *rebus diversis aeque intende*, sic habeas -es semper ubique pares. INSCR. Ephem. epigr. VIII 696 iudicem sine ulla gratia, -is aequae. *al.*

b *c. determinationibus* (*gen. rei praeter p. 940, 12. 16*): RVFIN. Orig. in iud. 2, 3 in dilectionis -e praeponderat. CLAVD. carm. min. 26, 75 pari flammas undarum -e rependens. IVLIAN. in Iob 34, 18 quare ... inter dispares ... homines aequas iudiciorum -es admoveat (ENNOD. epist. 1, 16, 5 p. 28, 8 si vera sunt et a iudicii -e descendunt. GREG. M. moral. 24, 44 VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 8). BACHIAR. fid. l. 243 vetus et novum testamentum aequa (aequali *var. l.*) fidei -e suscipimus (*ibid.* libra). VITA Hil. Arel. 4 l. 23 aequitatis -e cuncta pensanda. LEO M. serm. 9, 2 p. 162[B] charitatis -e. 49, 4 p. 304[A] omnem consuetudinem suam in divinorum praeceptorum -e (luce *var. l., cf. p. 938, 26*) constituat. SIDON. epist. 6, 3, 1 aequali officiorum -e certandum. FAVST. REI. spir. 1, 8 p. 114, 2 (*ad Is. 40, 2*) in 'tribus digitis potentiae' unius aequalitatem sub quadam mysterii -e libravit. SEDVL. op. pasch. 5, 18 p. 288, 15 amborum merita divini cordis -e perpendens. ENNOD. epist. 1, 9, 5 p. 19, 18 per examinis -em caritatis incrementa pensamus (GREG. M. moral. 5, 21). 2, 7, 3 p. 46, 18 quos libra peritiae in eloquii -e pensavit. 4, 4, 1 p. 100, 5 quid in amoris -e promoveas. 9, 23 p. 245, 3 veritatis. opusc. 2, 104 p. 319, 11 in ... cognitoris -e ... aut poena debetur aut praemium. GREG. M. moral. 9, 38 iustitiae. 21, 1 utriusque partis.

B *de tota libra*: SIDON. carm. 2, 66 valeat divisio regni, concordant -is partes; dum pondera nostra suscipis, aequasti. CHRYSOST. ed. Froben V 724[D] inter nostrum ... et diaboli certamen Christus non media -e consistit, sed totus noster fautor exspectat.

III *de disco solis*: AMM. 20, 3, 1 cum lux caelestis operiretur, e mundi conspectu penitus -e abrepta, defecisse ... solem ... aestimabant. 20, 3, 8 *luna* nonnumquam ferienti se subserit -i (lamci *trad.*, luci *edd. vet.*).

deriv.: lancella, lancicula, lancula. *compos.*: bilanx.

lāotomiae *v.* latomiae. **lapa** *v.* lapathus. **lapacissum** *v.* lapathium. **lapācium** *v.* 1. lappacium. **laparis** *v.* lampyris. **laparum** *v.* lipara. **lapathia** *et* **-io** *v.* lapathium. **lapatio** *v.* lampadio.

lapathium, -ī *n.* *deminutivum gr.* *λαπάθιον *a voce* λάπαθος. *scrib.* -pp- CELS. 2, 25, 2 (*var. l.*). ISID. (*item*). GLOSS. III 558, 68; *ceterum* -thi-, -ti-, -ci-, -z- (DIOSC. 3, 117 p. 426, 12. 3, 138 p. 433, 19). *formae discrepantes*: -us ORIBAS., GLOSS. -a: ISID., GLOSS., *e quibus notandum* III 540, 30 lapathos id est -a. -o: GLOSS. *cf.* GLOSS. III 570, 42 oxilapatium id est lapacissum. [*calabr.*, *sic.* lapazzu, *tosc.* lapaccio, *cors.* lapazzu, lampazzu, *pedem.* lavassa, *langob. alp.* lavats, lavaza; *raet. occ.* lavatsa, *or.* lavats; *francoprov.* laváse, lavaϑi, lavę *etc.*; *prov.* laváso; *vasc.* alabasso; *port.* labaça. *a scriptura* lappacium: *langob.* lapass, *pedem.* lapása, *abrut.* lambazze, *roman.* lampattsə; *sard. centr.* lapáϑu, (a)lapattu, alaβattu, *mer.* lampattsu, *sept.* arabatu; *francog. med.* lapas; *francoprov.* la(m)pé; *delph. vet.* lapais, *delph.* lapá, *prov. vet.* lapaci, *prov.* lapas, *langued.* lāmpas *etc.* *cf. M.-L. 4897. Battisti-Alessio III 2166. Wagner II 11. Wartburg V 168 sq. Machado II 1279. G.*]

nomen plantae, quae latine rumex appellatur: 1 *sing.*: POMPON. Atell. 169 -um nullum utebatur, lardum lurchabat lubens. VARRO Men. 318 hanc eandem voluptatem ... consequi -o et ptisana possum. ling. 5, 103 quae in hortis nascuntur ... -um *eqs.* CELS. 2, 21 *inter plantas mali suci*. 2, 25, 2 *inter res stomacho alienas*. 2, 29, 1 *alvum movet ut* 3, 6, 14. GARG. MART. med. 8 -um (-thus *Rose*) *sc. herba* ... in cibo sumpta. CHIRON 972. MARCELL. med. 25, 32 herbam ... -um. 26, 33 -i seminis *quantum*. 27, 26 vinis ... ex -o *eqs.* PS. APVL. herb. 13. 33 -um acutum (*sc.* ὀξυλάπαθον. *cf.* MISC. Tir. 60, 24). 41 l. 6 *herba*, quae folia -i fert minuta. PLIN. VAL. 1, 38 agrestis -i, quod alii rumicem dicunt, radix. DIOSC. *locis citatis*. PS. DIOSC. herb. fem. 49 (48) -um (*caput totum e Plin. nat. sumptum, v. s.* lapathus). CAEL. AVR. chron. 4, 7, 105 ORIBAS. syn. 2, 29 (Aa = La) p. 107, 10 Mo. 4, 15, 13 p. 17 (*item*). 4, 23, 3 p. 25 (*item*). ISID. orig. 17, 10, 20 -a, haec ... confortat. 2 *plur.*: GLOSS. V 519, 55 vulbos (*i.* bulbos): -iones (*cf.* porrio *iuxta* porrum).

compos.: oxylapathium.

lapathius *v.* lapathium.

?**lapatho, -ōnis** *m.* *a* lapathus *auctum esse coni. Bulhart, WSt. 67, 1954, 155 coll. vocibus* Fronto, Capito *sim.* *i. q. lapathus maior, silvestris*: DIOSC. 2, 98 p. 218, 9 lapatune(m) (*gr. 2, 114, 1* λάπαθον ἄγριον, *ubi opp.* μικρῷ).

lapathos, lapathum *v.* lapathus.

***lapathus, -ī** *m., f. et* **lapathum, -ī** *n.*, λάπαθος (-ον). *scrib.* -pp- *et* -t- (*sine* h) *hic illic in codd.*, lafathym PS. APVL. rem. sal. p. 282, 10. *formae*: -us: LVCIL. (*voc.*), CAEL. AVR. (*acc. pl.*). -ŏs: COLVM. (*in versibus*). -um: PLIN., THEOD. PRISC., CAEL. AVR. *vulgariter* lapa *teste* SCHOL. Hor. epod. *l. c.* quam *herbam* vulgo -am dicimus. *cf. supra l. 42.* [*dub. an recte restituatur* -i *pro* lapti TERT. anim. 32, 2.]

nomen plantae, quae latine rumex appellatur: 1 *sing.*: LVCIL. 1235 o -e, ut iactare nec es satis cognitu(s), qui sis! in quo Laelius clamores ... solebat edere. CIC. fin. 25 (*citato frg. Lucili*) nec -i suavitatem acupenseri ... anteponebat. HOR. epod. 2, 57 *inter cibos rusticos* herba -i prata amantis. sat. 2, 4, 29 *alvum movet* -i brevis herba. COLVM. 10, 373 lubrica. SCRIB. LARG. 57 -i radices. 99 holera lenia ex ... -o (*inde* MARCELL. med. 20, 3). PLIN. nat. 19, 96 *est bulbus quidam* foliis -i. 19, 98 *radix* amplissima ... -o. 19, 123 singula genera sunt ... -o (*enumerantur* 20, 231–235 silvestre [*cf.* silvaticum ORIBAS. syn. 8, 13, *gr. 8, 12, 3* ἄγριον], cantherium, sativum, oxylapathum, hydrola-

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pathum, hippolapathum, bulapathum. *addas* agreste MARCELL. med. 19, 27). *al.* SER. SAMM. 365 -i ... legumen. 1088 facilis -i coma latior (cumulatior *trad.*) ulcera purgat. MARCELL. med. 12, 9 radix -i (12, 52. 19, 8). 36, 72 suci -i *quantum.* DIOSC. 2, 98 p. 218, 4sqq. *fusius de usu medic., gr. 2, 114*). CAEL. AVR. chron. 2, 7, 101. *al.* 2 *plur.*: CAEL. AVR. chron. 1, 1, 22 dabimus ... holerum betas ... aut -os.

deriv.: lapathium, ? lapatho.

compos.: bu-, hippo-, hydro-, oxylapathum.

lapatis (*an* -tes, lapas?), *acc. pl.* -ēs *f.?* *hebr.* liftā *vel* (*ut syr.*) laftā. *genus rapae*: VVLG. Iudith 10, 5 inposuit ... abrae suae ... pulenta et -es et panes *eqs.* (*lectionem codd. potiorum def. Stummer per litteras coll. vocibus peregrinis supra allatis*; palatas *vel* -tes *codd. det. et edd., cf. gr.* πήραν ἐπλήρωσαν ... παλάϑης).

lapes *v.* lapis. **lapicaedīnae** *v.* lapicidinae. *B.*

lapicīda, -ae *m.* *a* lapis *et* caedere; *cf.* lapidicida, lapidicaesor. *i. qui lapides caedit vel scalpit* (*cf.* VARRO ling. 8, 62 qui lapides caedunt. GLOSS. II 585, 8 lapicina: sector, caesor lapidum [*fortasse confunduntur* -a *et* lapicidina]): LIV. 1, 59, 9 Romanos homines ... opifices ac -as pro bellatoribus factos.

ˣ**lapicīdīnae,** -ārum *f.* *a* lapis *et* caedere. *de scriptura*: CONSENT. gramm. p. 10, 14 N. *et* 'honor' *et* 'honos' *recte dicta sunt*; simile est, cum dicit aliquis 'lapidicinas' et '-as'; in neutro enim metaplasmus est per transmutationem, quoniam utrumque certa etymologia recte et latine dicitur. -cid-: CIL VI 8486 (*e codd.*; -dic- *descripsit Gruter*) *et saepe in codd.* -caed-: LEX met. Vipasc. (CIL II 5181) 48. 54. CIL III 75 (*ca. a. 203*). INSCR. Dessau 8719 (*a. 172*). *cf.* CATO agr. 135, 6 -p[r]iced- (*littera* r *per lapsum inserta ut* PLAVT. Capt. 1000). GLOSS. IV 532, 20 lapigiae dina (lapicedina *c*). -dic- *ex. gr.* CIC. div. 1, 23 (-cid- V^2 *tantum*). VARRO ling. 5, 151 VITR. 2, 7, 3. SCRIB. LARG. 151 (= MARCELL. med. 26, 9). IAVOL. dig. 23, 5, 18 pr. *et saepe in var. ll.* -diciniae NOT. Tir. 56, 71. *sing. non nisi* GLOSS. NOT. Tir. *v. supra.* *de notione*: PAVL. FEST. p. 118 ubi exciduntur lapides. PS. ASCON. Verr. p. 228, 7 loca caesis lapidibus exsecta. GLOSS.^{L} III Abstr. LA 24 -cidina (-ced- *codd.*): locus ubi lapides caedunt. GLOSS. -dicina: λατομία. λιϑοτομεῖον. λιτομεῖον. λιϑοξοεῖον. -dicinae: lapideta.

i. q. locus, ubi lapides exciduntur (*audacius vel neglegentius fere de ipsis lapidibus l. 44sq.; exempla attulimus omnia, selecta e* DIG. *tantum*): PLAVT. Capt. 736 (*loq. Hegio*) extra portam ad meum libertum Cordalum in -as facite deductus siet *Tyndarus.* 944 in -as compeditum condidi. 1000. CATO agr. 135, 6 ex -is cum eximet *orbes.* CIC. div. 1, 23 fingebat Carneades in Chiorum -is saxo diffisso caput extitisse Panisci (2, 49 PLIN. nat. 36, 46). VARRO ling. 5, 151 Syracusis. rust. 1, 2, 23 neque -ae neque harenariae ad agri culturam pertinent. VITR. 2, 7 *passim.* 2, 7, 4 quae *monumenta* sunt circa municipium Ferenti ex his facta -is (*cf.* PLIN. nat. 36, 78 pyramis amplissima ex Arabicis -is constat). 8, 3, 9 crebrae sunt ibi *in Syria* -ae bituminis duri. 10, 2, 11. 12. 13. 15 de his -is, quemadmodum sint inventae, exponam (PLIN. nat. 7, 195). SCRIB. LARG. 151 (= MARCELL. med. 26, 9) nasci in -is bestiolas adhaerentes saxis. PLIN. nat. 3, 30 *in Hispania* sunt et marmorum -ae (*cf.* IAVOL. dig. 23, 5, 18 pr. vir ... -as marmoreas aperuerat [VLP. dig. 24, 3, 7, 13]). 31, 77 montes nativi salis ut ⟨in⟩ Indis Oromenus, in quo -arum modo caeditur. 36, 14 in Lunensium -is *lychnites repertus est.* 36, 55 non omnia *genera marmorum* ... in -is gignuntur (*cf.* 36, 125 marmora in -is crescere auctor est Papirius Fabianus [IAVOL. dig. 23, 5, 18 pr.]). 36, 57. 132. 168 Anicianis. 37, 105 cum -ae ... aperiantur. LEX met. Vipasc. (CIL II 5181) 48 qui in finibus met⟨alli⟩ ... -is opus *faciendum suscipiet* (VLP. dig. 7, 1, 9, 2 -as ... vel cretifodinas ...; si haec metalla *eqs.* 7, 1, 13, 5 venas ... -arum et huiusmodi metallorum. 27, 9, 3, 6 -as vel quae alia m.). 54. POMPON. dig. 23, 3, 32 si ex -is dotalis fundi lapidem ... vendiderit *maritus.* *al.* INSCR. Dessau 8719 (*a. 172*) Aurelianis. CIL III 75 (*ca. a. 203*) iuxta Philas novae -ae adinventae ... sunt. ADNOT. Lucan. 6, 34 ('avulsa ... saxa metallis') hic fuisse -as debemus accipere. VVLG. IV reg. 22, 6 ut emantur ... lapides de -is (*hebr. aliter ut* II par. 34, 11). COD. Theod. 10, 19, 8 potestatem ... exsecandi de privatis -is. CIL III 7146 ⟨Chr⟩esimus ⟨Aug. l. proc(urator) lapicidin⟩arum (*gr.* ἐπίτροπος λατομείων). VI 8486 Hymenaeus Caesaris ser(vus) ... a -is Carystiis.

deriv.: lapicidinarius.

lapicīdīnārius, -ī *m.* *a* lapicidinae. *scrib.* -cid- GLOSS. III 528, 54, -dic- *ceteris locis.* *i. q. lapicida*: GLOSS. II 358, 42 λαξευτής -us. 360, 59 λιϑοξόος -us. III 308, 33 λατόμος -us (498, 63. 528, 54). *falsa est* CIL XIV 31*.

lapicīna *v.* lapicida.

lapīcula, -ae *f.* *a* lapis *deminutive.* *i. q. parvus lapis*: VIRG. gramm. epit. 5 p. 28, 18 'lapis' est, ex quo habes '-am' (lapiculum *N*).

lithea (*i.* λιϑεία) **lapidāmen** GLOSS. III 202, 40. *a* lapis.

lapidantēs *v.* lapido. **lapidāria** *v.* lapidarius.

lapidāris, -e. *a* lapis. *i. q. lapidibus factus*: CIL XI 4638 (*e codd.*) terminos -es.

ˣ**lapidārius,** -a, -um. *a* lapis. *scrib.* -ped- INSCR. christ. Diehl 654. *abbrev.* lapi, lapid, lapidar *in inscr. saepe.* GLOSS. -us: λατόμος. λιϑαστής. λιϑουργός. λιϑοξόος. λιϑοπρίστης. cimentarius. *inde a* PLAVTO, PETRON.

1 *i. q. ad lapicidinas et artem quadratariorum sim. pertinens*: **a** *adi.*: PLAVT. Capt. 723 inde ibis porro in latomias -as. PETRON. 58, 7 -as litteras scio (*i. quae in lapidibus quadratae et grandiores inscribi solent*). 117, 12 me putatis esse ... -am navem? (*i. qua vehuntur lapides*). CIL XII 3070 exactor oper(is) basilicae marmorari et -ri. ars -a: ITALA exod. 28, 11 (Lugd.) opus -ri arti (*pro* -riae artis, *ut videtur*): scultura signaculi sculpes duos lapides (*gr.* ἔργον λιϑουργικῆς τέχνης, *Vulg.* opere sculptoris). 31, 5 (Lugd.) operari ... a. -am in opere (*gr.* ἐργάζεσϑαι ... τὰ λιϑουργικὰ εἰς τὰ ἔργα, *Vulg.* fabre quicquid fieri potest ex ... marmore et gemmis). CIL XIII 8352 neg(otiator) a. -ae.

b *masc. fere pro subst. i. q. lapicida* (*de sculptore lapidum pretiosorum l. 22; ad rem v. Hug, RE XII 774sq.*): *α nude*: FAST. min. dom. Aug. a. 49 (INSCR. Ital. XIII 1 p. 327) Herm⟨es l⟩apid(arius). PETRON. 65, 5 Habinnas ... est ... -us, ⌊qui videretur monumenta optime facere⌋ (*seclusit K. Müller*). TARR. PAT. dig. 50, 6, 7 -i *vacant a muneribus* (*cf.* COD. Theod. 13, 4, 2 app. -i, [clavicarii *Cod. Iust. 10, 66, 1*] quadratarii, sculptores). VLP. dig. 13, 6, 5, 7 (*e Mela*) si servus -o commodatus sub machina perierit, teneri fabrum. HERM. Pal. sim. 9, 9, 2 (*cf.* vulg.) artem hanc ... non habeo nec -us sum (*gr.* λατόμος). FIRM. math. 3, 5, 23 -os ... aut pollinctores. 4, 14, 14. VVLG. Sirach 45, 13 gemmis pretiosis ... opere -i sculptis (*gr. 11* λιϑουργοῦ). III Esdr. 5, 54 dederunt pecuniam -is et fabris (*gr. I Esdr. 5, 53* λατόμοις). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 26 -is cum ferramentis eorum necessitati congruis (*gr.* λιϑοτόμους). CIL II 2404. III 1601. 8840 ⟨co⟩llegium -orum (*cf.* INSCR. Schober, Die röm. Grabsteine von Noricum p. 19 n. 10 Valirio Martiali ex subaedianis collegae -ri posuerunt). 14409 Zoilus Corci -us. XII 732 Valentini -ri *monumentum.* XIII 5475 patron⟨o⟩ optimo ... -ri clientes eius. *al.* *huc fortasse abbreviatura* lapi: CIL III 1365. VI 33908 (*de eodem homine 33909* scalptor). *in nomine oppidi*: NOT. dign. or. 31, 66 in Castris -orum (*cf. Kees, RE XII 774, 54*). *β nominibus appositis*: EDICT. imp. Diocl. 7, 2 -o stru⟨ctori⟩ (*gr.* ⟨λιϑον⟩ϱγῷ τεχνείτῃ. CIL XIII 1034). CIL XI 6838 faber -us (INSCR. Gall. Narb. Espér. 580). XII 1384 opifices -ri.

2 *i. q. lapidum plenus, lapidosus, in nomine geogr.*: SOL. 2, 6 in Liguria ... -os Campos *dictos ab Hercule,* quod ibi eo dimicante creduntur pluvisse saxa (*inde* MART. CAP. 6, 642. *cf.* lapideus *sub 2a*). TAB. Peut. 4, 1 -a (*sc. taberna vel casa*; *cf. Keune, RE XII 774*).

3 *fem. fere pro subst. ratione non perspicua nomen herbae* (*fortasse lithospermonis, cf.* lapillus *sub IIB et André, Lex. des term. de botan. s. v.*): CHIRON 428 -ae semen.

v. Onom. s. v. Lapidarias.

lapidātio, -ōnis *f.* *a* lapidare. *i. q. actio lapidandi, iactus lapidum* (*ad rem v. Pfaff, RE XII 775sq.*): **1** *generatim*: CIC. Verr. II 4, 95 Agrigentini concurrunt; fit magna -o; dant sese in fugam ... milites (dom. 12 facta -o est. 67 quas iste tum caedes, quas -es, quas fugas fecerit. Sest. 34. SPART. Did. 4, 3 ⌊-em ... fecere⌋ [*del. Mommsen, Hohl propter verba insequentia q. s.* lapides ... in eum iecerunt]. VIR. ill. 73, 1). Sull. 15 *Autronius* iudicium tollere ac disturbare ... voluit ... -e atque concursu. dom. 14. Sest. 77 -es persaepe vidimus, non ita saepe ... gladios. de orat. 2, 197 vim, fugam *optimatium,* -em ... in iudicium vocabas. ad Q. fr. 2, 1, 2 is *Marcellinus* cum ... de Clodianis incendiis, trucidationibus, -bus questus esset. FLOR. epit. 3, 8, 5 non diu -e Romanos terruere *Baleares* (CYPR. epist. 59, 17 p. 687, 6). TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 553, 19 nemo in praedicatione bellorum legitimis armis debellandorum -em enumerat popularibus coetibus magis et inermi tumultui familiarem. SPART. Pesc. 2, 2 ut inter -es exsecrationesque omnium illi feliciter optaretur. AVG. epist. 91, 8 p. 433, 3 ecclesia lapidata est (*bis*) ..., grando -bus reddita est, ... tertiam -em ... intulerunt.

2 *specialia*: **a** *genus supplicii hebraici* (lapidare -e *v. p. 945, 13*): TERT. resurr. 55 p. 115, 1 Stephanus angelicum iam fastigium induerat, sed non alia genua -i (*PF,* -e *M,* ⟨in⟩ -e *Mesnart*) succiderant (PRVD. tituli 179. AVG. cons. euang. 1, 10, 16 Stephani [serm. 278, 1, 1]. in psalm. 70 serm. 1, 14 l. 76. serm. coll. Morin p. 326, 28 iniecerunt super eum duram -em). HIL. in Matth. 21, 2 p. 1035^C qui ... mortibus se et -bus offerendo ipsis se ... corporibus exuerunt. HIER. in Ezech. 16, 27 p. 145^B nec adulterarum -o ceterorumque criminum lege concessa exerceri potest. AVG. in euang. Ioh. 2, 9 l. 12 timentes -em. in psalm. 138, 20 l. 28 flagellis, plagis, -bus, carceribus, catenis. quaest. hept. 6, 9 p. 426, 7 (*ad Ios. 7, 15. 25*) cur -em ignem appellaverit dominus. CONSVLT. Zacch. 1, 32 p. 40, 24 quis hominum -bus saxa, quis ligna crucibus deputavit? SERM. RevBén. 72, 1962 p. 267, 18 iustorum. OROS. apol. 8, 5 Nabuthae. CASSIOD. Ios. antiq. 3, 22 *Moyses Hebraeos* ab impetu ... -is abstinuit (*gr.* τοῦ βάλλειν). **b** *transfertur ad grandinem* (*cf. l. 58*): SCHOL. Iuv. 4, 60 ut -o de caelo caderet supra memorati ponderis; propter quod prodigium *eqs.* COD. Theod. 9, 16, 3 (= Iust. 9, 18, 4, 1) ne ... ruentis grandinis -e quaterentur *vindemiae.*

lapidātor, -ōris *m.* *a* lapidare. GLOSS. λιϑοβόλος. λιϑαστής. *i. qui lapidat*: **1** *generatim*: CIC. dom. 13 *Sergius est* percussor, -r (latitator *vel* latrator *codd. Aquilae*), fori depopulator (*12. 14* lapidatio). MARCELL. chron. II p. 102, 523 plerique -um, percussorum urbisque depopulatorum ... expensi sunt. **2** *speciatim in supplicio hebraico*: AVG. in psalm. 70 serm. 1, 4 l. 27 erat Saulus Stephani -r (147, 25 l. 42 serm. 298, 4, 4. 317, 1, 1). serm. 49, 11 (= PS. AVG.

[*Lumpe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

serm. 211, 3) ventum est, ut oraret *Stephanus* . . . pro -bus suis (315, 5, 8. 318, 1. 319, 4, 4 Ps. AVG. serm. 215, 3 FAVST. REI. serm. 4 p. 238, 6 [= CAES. AREL. serm. 220, 2 p. 827, 23; *sim.* Ps. AVG. serm. ed. Mai 191, 1]). 315, 6, 9. 316, 1, 1 serm. dub. 382, 3, 3 de serm. dom. 1, 22, 76. Ps. AVG. serm. 215, 5 coepimus habere praedicatorem, quem sanctus Stephanus habuit -em. PRAEDEST. 2 p. 623B Saulus . . . -r Christianorum. GREG. M. in euang. 27, 8 p. 1209B.

f. **lapidātrīx,** -īcis. *i. quae lapidat*: ORIG. in Matth. ser. 28 p. 53, 6 dicit . . . dominus ad Hierusalem interfectricem et -em prophetarum.

?**lapideo** *v. s.* lapido.

lapidēsco, -ere. *a* lapis. *i. q. in lapidem converti*: 1 *proprie*: PLIN. nat. 2, 226 in flumine Silero . . . non virgulta modo inmersa, verum et folia -unt. 16, 21 probatur et ea *quercus*, cuius in balano utrimque ex longitudine extrema -it duritia. 24, 120 *radicis rubi* tanta vis (*sc. styptica*) est, ut spongeae ipsae -ant. 31, 27 hanc *aquam ad Nonacrim Arcadiae* putant nimio frigore esse noxiam, utpote cum profluens ipsa -at. 31, 111 *nitrum* -it ibi *circa Memphin* in acervis. 32, 22 aiunt *curalium* tactu protinus -ere, si vivat. 35, 167 in fonte Cnidio dulci intra octo menses terram -ere. 37, 52 *lyncurium* fieri . . . ex urina quidem lyncis, sed et genere terrae, protinus eo animali urinam operiente, quoniam invideat homini, ibique -ere. 2 *translate*: Ps. VAL. CEM. hom. 5 Migne suppl. 3, 187 quomodo . . . corda iam coelestis veris temperie mollita, inferna bruma rursus indurata -ant.

lapidēta, -ōrum *n. pl.* *a* lapis, *cf.* saxetum. *i. q. lapicidinae*: Ps. APVL. herb. 84 l. 10 *filicina* fere in -is (lapidibus *var. l.*) nascitur vel in parietinis. GLOSS.L II Abav. LA 40 lapidicinae: -a.

***lapideus,** -a, -um. *a* lapis; *cf.* lapidosus. *mensuratur* lā- CE 1977, 3 (*a. 299; quantitas syllabarum omnino neglegitur*). *scribitur* -dius SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 36 (*Γ*). *abbrev.* lapid CIL X 205. *desunt compar. et superl.* *de notione*: PORPH. Hor. carm. 1, 35, 11sq. ('purpurei . . . tyranni') purpurei pro purpurati . . ., nam sic dicitur purpureum, ut -um, ligneum, hoc est, quod purpura tantum constat. *legitur inde a* PLAVTO, ENN., CIC. [*1)* '*vas -um*': *langob. vet.* laueço, *langob. alp.* lavéyš, löytš. *Ravennae a. 1231*: lavezum de petra. *2)* '*olla*': *it.* laveggio, veggio, *tusc.* naveggio, lampezzo, *cors.* lavezzu, *abrut.* lapìjə, *march.* rapegghie *etc.*, *sic.* lavizzu, *ligur.* lavézu, *langob.* lavegg, lavönž, livenž *etc.*, *venet.* lavezo, lupisu; *sard. centr.* lapía, laβía; *raet. occ.* lavetsch, *centr.* labieč, lavyęč, laüč (> *basc.* lapitz '*lapis sectilis*'). *cf. M.-L. 4899. Battisti-Alessio III 2187. Wagner II 11sq. Wartburg V 169. G.*]

1 *i. q. e lapide constans*, λίθινος (GLOSS.; *quod ubi respondet, non adnotatur. distinguitur a voce* marmoreus *l. 74. audacius de duritia, soliditate p. 944, 7. 33*): **a** *in comparationibus* (*cf. p. 944, 9. 30. 952, 50sqq.; accedit* vere *l. 60*): PLAVT. Truc. 818 -us sum, commovere me miser non audeo (*sc. prae stupore et metu*). ENN. scaen. 139 -o sunt corde multi, quos non miseret neminis (VVLG. Ezech. 11, 19 [*sim.* 36, 26] auferam cor -um de carne eorum et dabo eis cor carneum [*cf.* HIER. *ad l.* p. 100B id est cor durum. AVG. grat. 14, 29 non significat nisi durissimam voluntatem et adversus deum . . . inflexibilem. *sim. al.*]). APVL. met. 4, 5, 3 (*hyperbolice de aegro*) tam diu mortuo, immo vero -o asino. HIER. hom. Orig. in Luc. 22 p. 139, 13 gentes -ae (*in* lapides *corr. M*1) esse cessabunt et pro duro corde recipient humanam in Christo . . . naturam. AVG. grat. 14, 30 quis ita sit caecus, ut non videat, quis ita -us, ut non sentiat istam gratiam . . . dari? (ACT. Archel. 24, 4 ita -us . . . et stolidus, ut *eqs. cf.* OP. imperf. in Matth. 25 p. 766 tam [ORIG. in Matth. ser. 134 p. 276, 25]). CONC.S I 3 vers. Tur. p. 64, 32 paene -us factus sum pro aestuatione, ut non possim vocem emittere. VEREC. in cant. 1, 17 (*ad exod. 15, 16* fiant immobiles quasi lapis) ut *homines obdurati* vere -i facti sensum non capiant sanitatis.

b *usu vario*: CIC. leg. 2, 45 ligneum . . . quodque voluerit uno e ligno dicato, itemque -um (*Plat. leg. 956a* ξύλον δὲ μονόξυλον ὅ τι ἂν ἐθέλῃ τις ἀνατιθέτω, καὶ λίθον ὡσαύτως). Tusc. 3, 63 Nioba fingitur -a propter aeternum . . . in luctu silentium. nat. deor. 2, 14 imbribus (div. 2, 60 LIV. 30, 38, 8). div. 2, 65 *draco* -us dicitur factus. VARRO ling. 5, 125 altera vasaria mensa erat -a quadrata oblonga (CIL X 205, 6. CE 1977 [*a. 299*]. *al.*). rust. 3, 5, 9 flumen . . . marginibus -is. 3, 5, 11 columnis (3, 5, 13 VITR. 5, 9, 1. PLIN. nat. 35, 172 -as c. et epistylia. *addas l. 73*). SALL. Catil. 55, 4 camera -is fornicibus iuncta. NEP. Alc. 4, 5 *devotionis* exemplum in pila -a incisum (VITR. 2, 8, 17). LIV. 1, 36, 1 muro (1, 38, 6 SEN. epist. 86, 8 VIR. ill. 6, 8. *al.*). 40, 29, 3 arcae (VAL. MAX. 1, 1, 12 GAIVS dig. 11, 7, 7, 1. *al.*). VITR. 2, 8, 9 -a . . . epistylia . . . et columnae (3, 3, 5. 5, 1, 1. *addas l. 69*). 3, 3, 2 theatrum (CIL XIII 1642 [*saec. I*]. OROS. hist. 4, 21, 4). 4, 2, 2 in -is et marmoreis aedium sacrarum aedificationibus. 4, 2, 3 operibus (SVET. Claud. 20, 1). 7, 8, 3 *vas* -um centenarium pondus inponatur (*ad rem v. Oxé, RhM. 89, 1940, 128sq.*). 8, 3, 9 in quem lacum pars . . . harundinis . . . si demissa fuerit et postero die exempta, ea pars . . . invenietur -a (*cf.* SEN. nat. 3, 20, 4 res abiectae in . . . lacum -ae . . . extrahuntur . . .; lapidem extrahis. PLIN. nat. 2, 226 in Ciconum flumine . . . lignum deiectum -o cortice obducitur. *sim. al.*). 8, 3, 10 *aqua* efficitur post annum crusta -a (*cf.* PLIN. nat. 1, 31, 20 quae *aquae* -ae fiant aut lapidem faciant). *al.* VELL. 2, 7, 2 postem (pontem *trad.*) -um ianuae. SEN. epist. 90, 25 -as moles. CVRT. 5, 1, 29 pons (CIL II 2478 XIV 126. *al.*). COLVM. 12, 15, 3 labra fictilia vel -a (CIL VIII 23991 [*a. 233*]). *al.* PETRON. 55, 6 vers. 13 Carchedonios optas ignes -os (*i. lapides pretiosos*). 62, 8 illa *vestimenta circumminctа* . . . -a facta sunt (62, 12. *cf.* PLIN. nat. 36, 131 specula . . . et strigiles et vestes et calciamenta inlata *sarcophago lapidi* mortuis -a fieri). PLIN. nat. 6, 150 stelae (6, 174). 13, 140 iuncos . . . -os perquam similes veris per litora *Indiae esse*. 27, 98 *lithospermon* gerit . . . lapillos . . . magnitudine ciceris, duritia vero -a (29, 112). 31, 29 fons . . . -am (lapidem *V*) faciens terram (35, 167. AVG. in psalm. 103 serm. 3, 12 l. 29 praestet deus, ut t. irrigata sitis, non -a, sicut Iudaeorum, unde tabulas -as accipere meruerunt). 32, 22 probatissimum *curalium* quam maxime rubens . . . nec scabiosum aut -um. *al.* HYG. grom. p. 89, 18 *termini* solent plerique -i (lapides *B*) esse (SIC. FLACC. grom. p. 106, 19. *al.*). lim. grom. p. 162, 3 aras (Ps. AGENN. grom. p. 55, 6). VLP. dig. 43, 21, 1, 10 si quis terrenum rivum signinum, id est -um (*sic Mommsen sec. Basil. et Tipuc.* λίθινον, lapidem *F; verba* id est -um *fort. interpol.*) facere velit. *al.* APVL. met. 7, 8, 3 domum (*opp.* auream). MIN. FEL. 22, 4 -us *deus* caeditur, scalpitur *eqs.* (ITALA deut. 28, 36 [Lugd.] d. alienis, ligneis et -is [*gr.* θεοῖς ἑτέροις, ξύλοις καὶ λίθοις, *Vulg.* diis alienis, ligno et lapidi]. FIRM. err. 3, 5. *al.*). TERT. idol. 4 p. 33, 25 imagines . . . ligneas et -as (*cf.* IVST. 20, 2, 7 simulacra [VVLG. apoc. 9, 20 SEDVL. op. pasch. 1, 1 p. 178, 6]. AVG. quaest. hept. 6, 30 p. 447, 10 idola). adv. Iud. 2, 7 legem Moysei scriptam in tabulis -is (adv. Marc. 5, 11 p. 611, 10. ITALA exod. 31, 18 [Lugd., *cf.* VVLG.]. II Cor. 3, 3 [cod. d, *cf.* VVLG.; *opp.* tabulis cordis carnalibus]. *al. addas l. 10*). ITALA gen. 31, 13 (Cypr. testim. 2, 5 p. 67, 14) titulum ([*gr.* στήλην, *Vulg.* lapidem]. 35, 14 [Aug. quaest. hept. 1, 116 p. 58, 1, *cf.* VVLG.]. EPIST. procos. ad Amphiss. [CIL III 568] 18). Ioh. 2, 6 (cod. a *al.*, *cf.* VVLG.) hydriae -ae sex (*cf.* GAVDENT. serm. 9, 28 G. *ad l.*: in unoquoque hominum sex quaedam inesse numerantur: visus *eqs.* . . . haec omnia, cum essemus gentes, -a erant in nobis et mortua. 9, 30 sensus sex . . . emortui atque -i). PEREGR. Aeth. 4, 2 altarium (VVLG. exod. 20, 25 altare). VVLG. Ios. 5, 2 cultros. VINDIC. med. 9 *vascula fictilia* in -am soliditatem veniunt. GREG. TVR. vit. patr. 14, 1 p. 718, 16 *Martius* montem -um caedere coepit, in quo cellulas sculpens habitacula sibi parvula fecit. *al.*

2 *i. q. multos lapides habens*: **a** *in nomine geogr.* (*hodie Plaine de la Crau; ad rem v. Ihm, RE III 1445sq. Keune, RE XII 776sqq.; cf.* lapidarius *s. 2*): MELA 2, 78 alioqui litus ignobile est, -um ut vocant, in quo Herculem . . . dimicantem cum tela defecissent ab invocato Iove adiutum imbre lapidum ferunt. PLIN. nat. 3, 34 campi (21, 57. VITA Hil. Arel. 32 l. 12 c. -i spatia [*sic sing.*: GREG. TVR. Franc. 4, 44 p. 179, 5 CAES. AREL. testam. p. 288, 3]). **b** *in describenda herba*: ORIBAS. syn. 2, 56, 3 La p. 119, 23 Mø. aloes elegenda est pinguis et non -a (*gr.* ἀλόης . . . τὴν . . . ἄλιθον, *Aa* pinguis et perlucida).

lapidicaesor, -ōris *m.* *a* lapis *et* caedere. *i. q. lapicida*, λατόμος (GLOSS.; *vox graeca etiam infra respondet*): ITALA II par. 2, 2 (Complut., *cf.* AMBR. in Luc. 2, 89, *ubi* lapidis caesores *et* lapidum caesores *var. ll.*) congregabit Salomon *ad templum aedificandum* . . . LXXX milia virorum -um in montibus (*Vulg.* qui caederent lapides in montibus; *explicatur allegorice* AMBR. *l. c.* veniant angeli illi, veniant -es, caedantur superflua lapidum nostrorum *in ecclesia exstruenda*). 24, 12 (Complut.) -es et fabros (*Vulg.* caesores lapidum). *cf. vol. III 110, 27.*

lapidicīda, -ae *m.* *a* lapis *et* caedere; *cf.* lapicida, lapidicaesor. *i. q. quadratarius*: SIDON. epist. 3, 12, 5 (*de epitaphio inscribendo*) vide, ut vitium non faciat in marmore -a (*infra*: quadratario).

lapidicīn- *v.* lapicidin-.

lapidifer, -a, (-um). *a* lapis *et* ferre. manus -ae *i. quae lapides ferunt, iaciunt sc. in Stephanum*: Ps. AVG. serm. 114, 3 serm. ed. Caillau 2, 85, 1 p. 141 MAX. TAVR. serm. app. 29 p. 907B.

[lapiditus *falso trad. pro* lapidibus VARRO Men. 524.**]**

***lapido,** -āvī, -ātum, -āre. *a* lapis. -erent: ITALA Ioh. 10, 31 (cod. e). *de notione*: QVINT. inst. 8, 2, 5 ut -are quid sit manifestum est, ita glaebarum testarumque iactus non habet nomen. GLOSS. λιθοβολῶ. λιθάζω. *inde a* BELL. Hisp., LIV., PETRON., *saepissime ap. eccl.* [*in falsa versione verbi gr. q. e.* συμβάλλειν VVLG. Sirach 22, 1. 2.]

i. q. lapides iacere, λιθοβολεῖν (*quod ubi respondet, non adnotatur*): I *usu personali*: A *proprie*: 1 -*antur animantia* (*fere homines; animalia p. 945, 11. 19*): **a** *generatim*: BELL. Hisp. 22, 4 eum, qui legatos iugulasset, -are et ei manus intentare. PETRON. 93, 3 saltem nobis parce, qui te *Eumolpum* numquam -vimus (*cf. 90, 1* lapides . . . miserunt). 114, 11 nos *naufragos mortuos fortasse ad litus eiectos* praeteriens aliquis tralaticia humanitate -bit (*iocose de sepultura*). FLOR. epit. 1, 22, 2 exercitus Postumium imperatorem . . . facta in castris seditione -vit (*cf. Liv. 4, 50, 5* ut tribunus . . . lapidibus cooperirietur. *6* tribunis . . . de morte conlegae . . . quaestiones decernentibus). AVSON. 362, 34 p. 88 P. Timon . . . -tus Athenis. RVFIN. hist. 5, 1, 7 verberari se . . . ac -ari . . . patienter accipiebant (*gr.* λίθων βολάς). MACR. Sat. 2, 6, 1 -tus a populo Vatinius cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat, ut aediles edicerent, nequis in harenam nisi pomum misisse vellet. *al.*

b *de supplicio Hebraeorum proprio, inde ap. eccl.* (*rem p. 945, 1*): TERT. patient. 14 p. 21, 13 -atur Stephanus (ITALA act. 7, 58 [cod. d *al.*]). adv. Prax. 22 p. 270, 14 *Christus* addit etiam multa se opera a

[*Lumpe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

patre ostendisse, quorum nihil -ari mereretur; et ne putarent ideo se illum -are debere, quasi se ... patrem voluisset intellegi ..., inquit: *seq. Ioh. 10, 34sqq.* (*ex* ITALA Ioh. 10, 32sq. [cod. b, *cf.* VVLG.] 'propter quod ... opus me -atis?' responderunt ei Iudaei: 'de bono opere non -amus te' [*gr.* λιθάζετε ... λιθάζομεν]). resurr. 26 p. 63, 26 quae *Hierusalem* occidit prophetas et -vit missos ad se (*ex* ITALA Luc. 13, 34 [cod. b, *cf.* VVLG., *etiam* Matth. 23, 37] Hierusalem, quae occidis prophetas et -as eos *eqs.*). scorp. 8 p. 161, 2 Hieremias -atur. ITALA exod. 8, 26 (Aug. quaest. hept. 2, 28 p. 107, 11) -bimur (*Vulg.* lapidibus nos obruent). 21, 28 (Lugd.) si cornu percusserit taurus virum ..., lapidibus -bitur taurus (*Vulg.* l. obruetur. AVG. loc. hept. 2, 102 p. 559, 23sqq. *ad l.*: quasi possit -ari nisi l.; differt aliquid ista locutio ab illa, qua diceret more scripturarum 'lapidatione -bitur', sed tamen similis est). act. 14, 19 (cod. h, *cf.* VVLG.) ut -rent Paulum, quem ... putaberunt eum esse mortuum (*gr.* λιθάσαντες. *inde* II Cor. 11, 25 [cod. d = VVLG.] semel -tus sum [*gr.* ἐλιθάσθην]. RVFIN. Orig. in gen. 13, 3 p. 117, 16 quotiens -tus est?). *al.* HIL. in psalm. 13, 5 p. 83, 6 qui *Israhel* in prophetis (*i. cum prophetae exsisterent*) -vit, cecidit *eqs.* VVLG. Hebr. 12, 20 et si bestia tetigerit montem, -bitur (*Vulg. exod. 19, 13* non vivet). RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 18, 3 si -andum tibi fuerit, sustine et patere (*pro 'si -andus fueris', etsi Engelbrecht haeret; Migne gr. 36, 332C* λιθάσθητι, ἂν τοῦτο δέῃ παθεῖν). *al.* *accedit* (in, cum) lapidibus *sim.*: *abl. solus*: ITALA *l. 10.* in l. (*sec. gr.* ἐν λίθοις): ITALA num. 14, 10 (Aug. loc. hept. 4, 41 p. 587, 10). deut. 13, 10 (Lugd.). 17, 5 (Aug. loc. hept. 5, 47 p. 608, 19). cum l.: ITIN. Anton. Plac. recc. AB 22 (*cf.* BREV. de Hier. p. 154, 23 lapis, unde -tus est).

2 *-antur res*: SVET. Cal. 5 quo defunctus est die, -ta sunt templa. AVG. epist. 91, 8 p. 432, 23 quam rem (*i. cultum paganum*) ... clericis prohibere temptantibus ecclesia -ta est. serm. 9, 15 tabulam ... pictam. VITAE patr. 3, 199 (= 5, 15, 11) faciem statuae (7, 42, 4 eam in facie). VEN. FORT. Mart. 4, 180 cum ... -ta (*sc. grandine, cf. l. 44*) cibum populis seges aegra negaret. *addas l. 1.*

B *in imagine et translate sc. actionibus, verbis*: PS. AMBR. serm. 30, 5 p. 666D videte ..., ne per opera vel cogitationes malas -etis Iesum, -etis salvatorem cum Iudaeis (*infra*: qui pro falsitate relinquit veritatem ..., nihil aliud facere videtur quam -are ... Christum). HIER. epist. 52, 17, 1 -to iam virginitatis libello (*sc. epist. 22*). hom. Orig. in Is. 3, 2 p. 255, 1 nec vero quasi blasphemantem me -etis. AVG. in psalm. 80, 14 l. 50 si dixeris: corruptibilis *substantia dei est*, non a populo, sed a teipso -beris. MACR. Sat. 2, 7, 5 impotentiam eius *Caesaris* hac dicacitate -tam. ORIG. in Matth. ser. 28 p. 53, 1 (*ad* Matth. 23, 37, *cf. supra l. 7*) occidunt et -ant verbis sine iudicio prolatis viros ... provectos.

II *usu impersonali* -at, -tum (est) *i. q. lapidibus pluit*: A *formae activae*: LIV. 27, 37, 1 de caelo -verat. 43, 13, 4 imbri -vit. B *forma pass.* -tum est: LIV. 29, 14, 4 quod de caelo -tum esset. 42, 2, 4 -tum *esse dicebatur*. 44, 18, 6 bis ... -tum esse. *p. p. p.* -tum *pro subst. i. q. lapideus imber*: LIV. 29, 10, 4 in libris Sibyllinis propter crebrius eo anno de caelo -tum inspectis.

part. praes. **lapidantēs**, -ium *pro subst. i. q. lapidatores*: AVG. civ. 14, 20 p. 44, 11 D. ut non dicam ictibus -ium, certe conspuentium salivis obruerentur *Cynici*. serm. 168, 4, 4 vestimenta ... -ium (*sc. Stephanum ut* 279, 1, 1 SACR. Leon. 680. 686). GREG. M. in euang. 18, 4 p. 1152C quid ... contra furorem -ium dominus fecerit.

deriv.: lapidatio, lapidator. *cf.* de-, di-, e-, illapido.

lapidōsitās, -ātis *f.* *a* lapidosus. *i. q. substantia lapidosa, res dura*: TERT. cult. fem. 1, 6 l. 17 aiunt ... de frontibus draconum gemmas erui, sicut et in piscium cerebris -s (capidositas *A*) quaedam est (*cf. Plin. nat. 37, 153* cinaediae *gemmae* inveniuntur in cerebro piscis eiusdem nominis). PS. VAL. CEM. hom. 5 Migne suppl. 3, 187 animorum asperitatem vel cordium -em habuimus.

***lapidōsus**, -a, -um. *a* lapis. *scrib. in codd.* -ped- ORIBAS. syn. 9, 56, 4 Aa p. 389. lepedonus *p. 946, 25.* *compar.* -ior *v. p. 946, 15.* NOT. Tir. 96, 71 -um (*seq.* saxosum). *legitur inde a* VARRONE, VERG.

i. q. λιθώδης (GLOSS.; *quod ubi respondet, non adnotatur.* GLOSS. V 306, 37 asper): I *proprie*: A *de rebus*: 1 *de locis, agris sim.*: VARRO Men. 75 rivus ... offensus aliquo a scopulo -o albicatur. rust. 1, 9, 2 terra, quae est mixta, in qua seri potest quid et nasci, ut argillosa aut -a (1, 9, 3 alia t. est valde -a, alia mediocriter, alia prope pura). OV. met. 1, 44 *deus* iussit ... -os surgere montes. 8, 799 agro (NVX 124. SERV. auct. ecl. 9, 7 alii agrum suum volunt descripsisse Vergilium, ut ostenderet ex utraque parte esse clivosum ..., et quidam tales a. -os dicunt, sicut ipse de suo ait [*affertur ecl. 1, 47*]. PS. AVG. serm. cod. Guelf. app. 3, 2 p. 179, 31). 15, 22 -as Aesaris undas (*de alveo fluvii ut* fast. 3, 273 rivus. 3, 581 Crathidis. CE 273 ⟨fon⟩te). SEN. Tro. 818 -a Trachin. COLVM. 6, 22, 2 siccis ac -is locis durantur ungulae (PLIN. nat. 19, 163 PALLAD. 2, 15, 14. DIOSC. 3, 17 p. 383, 16 [*gr. 3, 17, 1* πετρώδεσι]. *al.*). SIL. 14, 249 arvi. VEG. mulom. 2, 55, 1 in aspero vel -o itinere. MARCELL. med. 8, 128 sepibus. *in imag.*: ENNOD. carm. 2, 104, 7 oratoris opus -aque culmina Tulli non tetigit *Deuterius grammaticus*.

2 *de fructibus*: VERG. georg. 2, 34 corna ([SERV.: dura]. Aen. 3, 649 [SERV. auct.: dura; an quod in saxis nascantur? GLOSS.L I Ansil. LA 318 quia inter saxa magis crescit genus istud arboris vel quia bacae ipsius ossa in se durissima habent]. PRVD. c. Symm. 2, 947). COLVM. 10, 15 *terra* achradis aut pruni -is obruta pomis. PALLAD. 3, 25, 2 -i generis pira vitium mutare creduntur, si terris mollibus conserantur (*cf.* 3, 25, 6 si -a pirus est ..., terram priorem levabis et secernes omnes lapillos). ins. 91 -a ... viscera *mespili*. CYPR. GALL. num. 329 quae *mala* -a vocantur seu granata magis. DIOSC. 3, 153 p. 439, 25 semen *lithospermi* ... -um.

3 *de variis rebus* (*poetice de morbo artus duros reddente* PERS.): HOR. sat. 1, 5, 91 *in oppido quodam est* panis longe pulcherrimus, ultra callidus ut soleat ... portare viator, nam Canusi -us (*an i. q. lapidum plenus? cf.* SEN. benef. 2, 7, 1 Verrucosus beneficium ab homine duro aspere datum p. -um vocabat). PERS. 5, 58 cum -a cheragra fecerit articulos veteris ramalia fagi. PLIN. nat. 31, 109 *nitrum in Aegypto* fuscum -umque est. 34, 118 *chalcitis* friabilis nec -a. 34, 120 *sori* contritum splendescit ut misy et est -ius. 34, 173 probantur *molybdaenae* minime terrenae minimeque -ae (lapidiose *V*). 37, 145 aromatitis ... ubique -a. APVL. mund. 9 grandinare ... tum dicitur, cum aqua nubem -o pondere et festinante perrumpit (*gr.* βρῖθος *tantum. cf.* CLAVD. 26, 240 -os grandinis ictus). PALLAD. 1, 5, 1 ne aurosi pulveris *sit in agro* -a macies. VEG. mulom. 1, 56, 8 *hordeum* ne aut pulverulentum sit aut -um *eqs.* DIOSC. 3, 94 p. 419, 13 *ammoniacum* -um firama (*i.* phyr-) appellatur. 5, 95 p. 200, 19 metallis (*gr. 5, 74, 4* λιθίνοις. VEN. FORT. carm. 9, 15, 1 paries -o structe m. ... quidquid saxa, sablo, calces, argila tuentur). ORIBAS. syn. 2, 13 Aa p. 100, 19 Mø. omnia, que sunt metallica et -a et terrena (La omnia metallica et lepedonus [*St B*, -a *Li*] et terrestria. *cf.* eup. 2, 1 L 7 Aa omnia metallica terrestres et -a). 2, 56, 66 La p. 128, 9 sulfor optimus est, qui non est -us (*gr.* ἄλιθον).

B *de hominibus*: 1 *in comparatione c. testa ostreae*: TRACT. in Luc. 5, 12 (Migne suppl. 1, 340) *leprosus* ut ostria -us manebat et intrinsecus margaritam intellegentiae ... tenebat. 2 *de aegris* (*cf. supra l. 12*): ALEX. TRALL. 2, 265 ad magnas passiones, id est ad tuberosos et calcitrosos et ad -os porros generatos (*cf.* ORIBAS. syn. 9, 56, 4 Aa p. 389 tubi -i exinde per nodos nascuntur, quos Greci poros vocant).

II *translate c. respectu duritiae cordis, mentis*: OP. imperf. in Matth. 31 p. 795 homo, qui secus viam est, ... -us est et spinosus; ille autem, qui spinosus est, non omnino -us est; et ille, qui -us est, non omnino secus viam est; ... qui -us est et spinosus, id est, qui ex corde non credit, et est infidelis et vacuus *eqs.*

deriv.: lapidositas.

lapillātus, -a, -um. *a* lapillus. *i. q. lapillis distinctus, gemmis exornatus*: PS. AVG. serm. 49, 1 manibus -os circulos splendentes induxit *Iudith* (*Vulg. 10, 3* anulos *tantum*).

lapillīsco, -ere. *a* lapillus. *i. q. in modum lapilli durescere*: TERT. nat. 2, 12, 7 coepit et Caelo vox (*i. tonitrus*) insolescere et ubera Terrae (*i. montes*) lapillis⟨cere⟩ (*suppl. Gothofredus*); faciunt nuptias inter se.

lapillōsus, -a, -um. *a* lapillus. *i. q. plenus lapillorum, harenosus*: SERV. (auct.) Aen. 6, 238 'scrupea' -a: nam scrupus proprie est lapillus brevis, qui ⌊incedentibus inpedimento est et⌋ (*add. auct.*) pressus sollicitudinem creat (SCHOL. Stat. Theb. 9, 411 -a loca circa mare vel flumina s. dicuntur). SCHOL. Verg. Bern. georg. 2, 212 'glarea', -a terra (COMMENT. Lucan. 4, 301 'glarea' -a vel arenosa t.).

lapillulus, -ī *m.* *a* lapillus *deminutive.* *i. q. parvus lapillus*: SOL. 10, 12 *v. p. 947, 3.* AVIAN. fab. apol. 27 -is ipsam *urnam* implens *cornix* (*cf. fab. 27, 7* lapillis).

***lapillus**, -ī *m.* *a* lapis *deminutive.* NOT. Tir. 56, 70. GLOSS. λιθάριον. λιθαρίδιον. *legitur inde a* CATVLLO, BELL. Afr., VARRONE, VERG. [*roman.* rapello, rapel'u, *neap.* rapellə, *apul.* rapillu, *calabr.* rapiḍḍu, parriḍḍa, *sic.* ripiḍḍu. *cf. M.-L. 4900. Battisti-Alessio III 2167. G.*]

i. q. parvus lapis (*cf.* AVG. serm. 362, 17, 20 partes *lapidis* ... divide in -os, -os quidem in grana. *vis diminutiva interdum plus minus debilitatur, ut p. 947, 29. 948, 10, cf.* PRISC. gramm. II 106, 10 quae [*sc.* -us, anguilla, ungula], tametsi formam videantur habere diminutivi, significatione tamen non sunt diminutiva. *augetur deminutio per adi. l. 50. 69. 79. p. 947, 4. 29. 948, 10. 14*): I *strictius*: A *generatim*: CATVLL. 23, 21 (*ad Furium*) nec toto decies cacas in anno, atque id durius est faba et -is. BELL. Afr. 27, 1 quae *acies funditorum* ... -os minutos mitteret. VARRO rust. 1, 14, 4 huius *maceriae* fere species quattuor, quod fiunt e lapide ..., quod e lateribus coctilibus ..., quod e lateribus crudis ..., quod ex terra et -is compositis in formis, ut in Hispania et agro Tarentino. 3, 16, 27 in qua aqua iaceant testae aut -i, ita ut extent paulum, ubi adsidere et bibere possint *apes*. VERG. georg. 4, 194 *apes* saepe -os, ut cumbae instabiles ... saburram, tollunt, his sese ... librant (*cf.* PLIN. nat. 11, 24 *gerulae apes* adprehensi pondusculo -i se librant). PROP. 1, 2, 13 litora nativis ... picta -is (*cf. p. 947, 64*). OV. am. 2, 11, 13 nec ... tenues conchas pictosque -os pontus habet: bibuli litoris illa morast. met. 8, 18 petere exiguo resonantia saxa -o (CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 114, 10). 10, 260 teretes. 11, 604 invitat somnos crepitantibus unda -is. SEN. nat. 1, 2, 7 -us in piscinam ... missus circulos facit. COLVM. 1, 6, 23 eadem *frumenta* eventilata mundiora sunt -isque carent et glaebulis. PETRON. 131 vers. 5 *amnis* querulo vexabat rore -os. PLIN. nat. 9, 90. 100. 10, 59 *grues* excubias habent

[*Lumpe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nocturnis temporibus -um pede sustinentes, qui laxatus somno et decidens indiligentiam coarguat. 10, 60 certum est . . . saburra stabiliri *grues*; cum medium *Pontum* transierint, abici -os e pedibus (*Sol. 10, 12* lapillulis. CASSIOD. var. 4, 47, 5 parvos -os). 11, 203 in ventre hirundinum pullis -i candido aut rubenti colore, qui chelidonii vocantur, magicis narrati artibus, reperiuntur (*cf.* 30, 91 -i e ventre hirundinum pullorum . . .; dicuntur enim excluso pullo -um dare [MARCELL. med. 1, 68 ex quibus qui albi maxime fuerint, . . . capitis mulcent dolores. *cf. 8, 45 s. v.* lapisculus]). 28, 107 e ventre *crocodili* exemptos -os (29, 69). 28, 128 marinis. 28, 246 tradunt cervas . . . -um devorare. 30, 91 e nido earum *hirundinum* -us inpositus recreare dicitur confestim, adalligatus in perpetuum tueri. 36, 150 aëtites habet in alvo harenam iucundam et -os. *al.* MART. 8, 64, 6 tritis litoris aridi -is (*cf.* 9, 57, 6 qui litoribus nitent -i). QVINT. inst. 11, 3, 21 finditur etiam spiritus obiectu aliquo, sicut -o tenues aquae (*item in imag.* 12, 2, 11 aquae . . . obiectu -orum resultantis). APVL. flor. 9 p. 36 gemmam et aurum iuxta plumbum et -os nulli aestimare. VVLG. Is. 48, 19 fuisset . . . stirps uteri tui ut -i eius *arenae* (*de multitudine*). Am. 9, 9 sicut concutitur triticum in cribro, et non cadet -us super terram (*hebr.* sᵉrōr, *quod vertitur II reg. 17, 13* calculus. *cf.* HIER. *ad l.* p. 1093ᴬ -isque et calculis super terram non cadentibus. Ps. RVFIN. *ad l.* p. 1102ᴬ quod . . . -os ait inter frumenta residere, ad consuetudinem videtur respexisse purgantium, qui plerumque ad hoc in cribrum mittunt -os, ut vim concussui addant marginibus illisi, et nihil de quisquiliis remanere patiantur; secundum subtiliorem . . . sensum . . . nomine -orum eorum indicat firmitatem, qui malis haud facile corrumpantur exemplis). CONC.ˢ IV 2 p. 67, 39 lupos . . . effugare ac -is coercitionis obruere (*in imagine*). CASSIOD. var. 12, 14, 1 montanis. VEN. FORT. carm. 10, 9, 29 (*de Mosella*) scopulos . . . cacumina tendunt . . ., crescit ad astra lapis; nec vacat huc rigidis sine fructibus esse -is . . . saxaque vina fluunt. *al.*

B *specialia*: **1** *de lapidibus plus minus pretiosis* (GLOSS.ᴸ II ABAV. LA 45 -i: gemmae, gemmulae. *cf.* ocellatus): **a** *in univ.*: HOR. sat. 1, 2, 80 inter niveos viridisque -os (*i. inter margaritas et smaragdos.* BOETH. cons. 3 carm. 10, 10 Indus . . . candidis, *i. margaritis,* miscens v. -os). MAECEN. carm. frg. 2, 5 iaspios. PROP. 1, 15, 7 Eois pectus variare -is. 3, 3, 27. NVX 141 peregrinos. CVRT. 8, 9, 21 -i ex auribus *Indorum* pendent (9, 1, 30 insignes candore ac magnitudine). PLIN. nat. 33, 23. TERT. cult. fem. 1, 2 l. 11 lumina -orum. 1, 6 l. 1 terrae minutalia. 2, 10 l. 6 complectendis et distinguendis -is scrupulosa *opera auri* (CYPR. hab. virg. 14 p. 197, 19 distinctis auro -is. AMM. 23, 3, 6. 27, 10, 11. *cf.* 19, 13, aureum . . . figmentum interstinctum -is). LACT. inst. 2, 6, 6 insignes -is et coloribus vestes. PRVD. ham. 263 radiantes (*cf.* VEN. FORT. Mart. 1, 138 *Hilarius* gemmifer eloquiis, radiantior ore -is). RVRIC. epist. 1, 3 p. 356, 8 formatorem -orum nobilium. ALC. AVIT. epist. 87 p. 96, 30 vernantis -i. DRAC. satisf. 71 pretiosos. VEN. FORT. Mart. 2, 82 perspicuis. *al.* *distinguitur a voce q. e. gemma* (*cf. vol. VI 2, 1754, 34sqq.*): FLORENT. dig. 1, 8, 3 -i, gemmae ceteraque, quae in litore invenimus (*inde* INST. Iust. 2, 1, 18). VLP. dig. 34, 2, 25, 10 ornamenta muliebria sunt . . . aurum, gemmae, -i. 34, 2, 25, 11 si adhuc sint rudes -i vel margaritae vel gemmae. ARNOB. nat. 2, 41 gemmas, -os, margaritas. PRVD. cath. 7, 158 gemmas virentes et -os sutiles. **b** *de margaritis* (*non comprehenduntur -is l. 50. 51, cf. Sabinum ap.* VLP. dig. 34, 2, 19, 18): OV. ars 3, 129 vos quoque non caris aures onerate -is, quos legit in viridi decolor Indus aqua (MART. 10, 38, 5 o nox omnis et hora, quae notata est c. litoris Indici -is! *addas l. 80*). MANIL. 5, 531 perlucentes *sc. per aquam.* SEN. contr. 2, 5, 7 ex alieno litore petitos -os. STAT. silv. 4, 6, 18 nox et Erythraeis Thetidis signanda -is (MART. 5, 37, 4. *al.*). MART. 1, 109, 4 Issa *catella* est carior Indicis -is. AMM. 23, 6, 86 (*85* margaritae) guttae matutini roris . . . claros efficiunt -os et teretes, vespertini vero flexuosos . . . et rutilos et maculosos (*e Sol. 53, 24, ubi tres codd. ad verba* candicant orbiculi *addunt* -orum). SIDON. carm. 2, 419 bacarum . . . lēves . . . -os. DRAC. laud. dei 1, 319 niveos (BOETH. cons. 3 carm. 4, 2. *cf. l. 33*). **c** *de tessellis musivorum* (*cf. p. 946, 77*): HOR. epist. 1, 10, 19 deterius Libycis olet aut nitet herba -is *pavimento insertis*? AVG. ord. 1, 1, 2 p. 122, 21 si quis tam minutum cerneret, ut in vermiculato pavimento nihil ultra unius tessellae modulum acies eius valeret ambire, vituperaret artificem . . . eo, quod varietatem -orum perturbatam putaret. SIDON. carm. 23, 58 non . . . aureas . . . portas exornas asaroticis -is. epist. 2, 10, 4 vers. 15 sub versicoloribus figuris vernans herbida crusta sapphiratos flectit per prasinum vitrum -os.

2 *de calculis fere arithmeticis*: **a** *in tabula lusoria*: OV. ars 3, 365 (*cf.* ocellatus) parva tabella capit ternos utrimque -os, in qua vicissest continuasse suos (trist. 2, 481). **b** *in iudicio*: OV. met. 15, 41 mos erat antiquus niveis atrisque -is, his damnare reos, illis absolvere culpa (15, 45). **c** *in fastis, ephemeridibus*: PERS. 2, 1 hunc, Macrine, diem numera meliore -o, qui tibi labentes apponet candidus annos ([SCHOL.: Cretenses . . . dies laetos albo -o, tristes nigro indicabant]. MART. 9, 52, 5 felix utraque lux diesque nobis signandi m. -is). SIDON. carm. 14, 3 albus quem *diem* picei -us Indi . . . signet (*de margarita*). **d** *in usu astrologorum*: AVG. epist. 246, 3 p. 585, 10 *homo recte agens ita fato resistit,* ut prope manibus suis omnes mathematicorum -os supra capita eorum frangere videatur. **e** *in numerandis orationibus monachorum*: PALLAD. hist. mon. I 8 p. 279ᴰ trecentas numero orationes habebat, ita ut totidem collectos intra suum sinum gestaret -os, ex quibus singulos, ubi fecisset singulas orationes, de sinu proprio iactare consueverat (*gr. p. 63, 2 B.* ψηφία).

3 *in arte magica* (*cf. p. 947, 6. 11*): PETRON. 131, 5 ter . . . -os conicere in sinum, quos ipsa *anicula* praecantatos purpura involverat. APVL. apol. 31 vim herbarum et radicum et surculorum et -orum (*cf.* met. 2, 5, 4 maga . . ., quae surculis et -is . . . inhalatis omnem . . . lucem mundi . . . submergere novit).

4 *apud gromaticos de terminis*: GROM. p. 338, 20 L. usque ad -um, hoc est terminum (338, 25 decisum). 362, 19 -i facti tornatiles, sive alia factura breviores, hoc est minores, et in fine positi.

5 *in sermone iuris de lapidibus prohibendi causa iactis*: VLP. dig. 8, 5, 6, 1 si -i iactu impedierit (43, 24, 1, 6 [*e Pedio et Pomponio*] i. vel minimi -i prohibitus. *cf.* 39, 1, 5, 10 per manum, id est -i ictum, prohibere [iactum *var. l.; interpretamentum spurium esse vid.*]). PAVL. dig. 43, 24, 20, 1 prohibitus . . . intellegitur quolibet prohibentis actu, id est vel dicentis se prohibere vel manum opponentis -umve (suapuillumve *F¹*) iactantis prohibendi gratia.

6 *de monumentis sepulcralibus*: CE 321, 7 sc⟨rip⟩tor scripsit sculpsitque -o. 497 *Caecilia* tute tecta Tiburtino, Lunense, Lesbio -o. 1157 (*'cippus parvus' edd.*) parva sub hoc titulo Festi sunt ossa, -o quae . . . condidit ipse pater (*cf. p. 950, 48sqq.*). CIL IX 3229.

II *latius*: **A** *de calculis, qui in corporibus animantium nascuntur* (*cf.* lapis *p. 952, 9sqq.*): CELS. 7, 6, 2 maxime . . . in is *tuberculis*, quae renituntur, aut -is quaedam similia . . . reperiuntur. PLIN. nat. 11, 206 aliquando in iis *renibus animalium* inveniuntur -i. 11, 208 in vesica lupi *est* -us, qui syrites vocatur. 28, 42 eiectus -us calculoso alligatusque supra pubem levare ceteros dicitur (*inde* MARCELL. med. 22, 21 calculus sive -us) . . .; adicit Granius efficaciorem ad hoc esse ferro exemptum. 29, 129 viridem *lacertam* includunt . . . fictili et -os, qui vocantur cinaedia . . ., novem signis signant . . .; -os servant ad oculorum dolores. 30, 139 bovae capiti -um inesse. *ibid.* limacis -um sive ossiculum. 32, 113 ex asello pisce -i. **B** *de nucleis vel granis fructuum*: PLIN. nat. 27, 98 *lithospermon* (*cf. p. 944, 6*) gerit . . . in earum *barbularum* cacuminibus -os candore et rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia vero lapidea. PLIN. med. 2, 10, 3 acinorum -i (*cf. Plin. nat. 23, 13* nuclei a.). AVG. doctr. christ. 3, 27 G. haec siliqua (*Luc. 15, 16*) intra dulce tectorium sonantes -os quatit. MARCELL. med. 8, 27 de tribus cerasiis -os pertundes. 12, 11 rosae -os vel grana, quae in folliculis eius . . . inveniuntur.

deriv.: lapillatus, lapillisco, lapillosus, lapillulus.

(lap(i)o), lapit. [*obscurum; a* lapid- *vel* lapi- (*v. infra l. 79sqq.*) *verbum denominativum* *lapere *inauditum esset neque inter denominativa coniugationis quartae exstant, quae 'in illam materiam converti' vel 'convertere' significent. Sch.*] PACVV. trag. 276 -it cor cura, aerumna corpus conficit (NON. p. 23, 7 *ad l.*: '-it' significat 'obdurefacit' et 'lapidem facit'. PAVL. FEST. p. 118 -it: dolore afficit. GLOSS.ᴸ V Abba LA 39 -it: cruciat, sollicitat, dolet). *cf. Mus. Helv. 28, 1971, 110sq.*

ᵘ**lapis**, -idis *m.* [*orig. inc.; vocem cohaerere c. gr.* τὸ λέπας *'cautes', cuius casus obliqui desunt, neque sensu neque forma probatur. Sch.*]

de orig.: ISID. orig. 16, 3, 1 -s . . . dictus, quod laedat pedem. VIRG. gramm. epit. 14 p. 86, 25 -es dicuntur de sua lampaditate, quia ex eis lampades ignis accenduntur; -es pretiosi ex insito sibi splendore, velut ex quadam lampadum similitudine nominati sunt. *scrib.*: lab- CIL XIII 5252. 5253 (*e codd. utraque*) *et hic illic in codd.* *nom. sg.* -es VIRG. gramm. epit. 5 p. 32, 2 (*item* p. 28, 17 *P*). *cf.* -pede LEX Sal. Merov. 77, 1 (*A 1*). -peide CIL IX 2961. lapix GLOSS. II 360, 64 (*sec.* silex, *quod sequitur*). *abbrev.* lap CIL VI 2107, 14. INSCR. Bull. corr. hell. 47, 1923 p. 95 n. 34 lapdd *i.* lap(idem) d(edit) d(edicavit)? *pro longa est* la- COMM. instr. 1, 43 (2, 2), 12. *de genere* (*tam masc. quam fem. dici posse testantur* FEST. p. 241 dicimus tam hic -s q⟨uam haec -s⟩. NON. *l. 66.* VIRG. gramm. epit. 5 p. 32, 2 -pes pulves . . . masculina sunt, -pis pulvis . . . feminina sunt, sed declinatio eadem est): *masc.* (*testantur* MART. CAP. 3, 302 PRISC. gramm. II 250, 8 DVB. NOM. gramm. V 582, 25 GRAMM. suppl. 117, 17): *saepissime inde a* PLAVTO. *fem.* (*sec. gr., cf.* NON. p. 211, 10 -es et feminino genere dici possunt, ut aput Ennium [*affertur* ann. 553] ad Homeri similitudinem, qui genere feminino -es posuit [*M 287. τ 494*]): ENN. ann. 553 VARRO rust. 3, 5, 14 (*ceterum masc.*). GROM. p. 306, 20 L. 306, 22. 336, 8. 337, 9. 361, 4. 9. 362, 2. 13sqq. (*masc.* p. 306, 20. 307, 11. 320, 5. *al.*). IVL. VAL. 2, 29 p. 100, 22 -e . . . quadrata (*sic ex* quadrato *correxit cod. Taur., v. B. A. Müller, ALL 14, 1906, 368*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 22 (*ceterum masc., ut* rec. B *omnibus huius capitis locis*). A 31 (*item* rec. B, *ubi ceterum masc. in hoc cap.*). SERM. Arian. frg. II 2 p. 631ᶜ Migne (= p. 240 Mai, *ubi recte fem.*). ANTHIM. 81 *bis.* CIL XIII 5252. 5253. *confusiones*: ITALA gen. 28, 18 (Lugd., *v. p. 651, 14*). 28, 22 (Lugd.) -s hic, quam statui. *de formis*: *abl.* -idi: LVCR. 1, 884 (*si recte traditur*). CE 489, 1. *pl. gen.* -piderum GELL. hist. 31. *cf.* -pidarum *var. lect.* BELL. Afr. 83, 2. *stirpis* lapi- (*cf.* PRISC. gramm. II 250, 9 -dis: vetustissimi tamen etiam 'huius -pis' protulerunt [*affertur* ENN.]): ENN. ann. 398 -pi (*abl.*). VVLG. exod. 24, 10 (*B al.*) -pis (*gen.; in var. l. iuxta formam sollemnem ut* Sirach 6, 22 BOETH. c. Eut. 2, 29). ORIBAS. syn. 4, 24, 6 La p. 27 -pes (*acc. pl.*). NOT. Tir. 56, 69. *de notione*: AVG. serm. 4, 23 l. 530 in proprietate -s terra obdurata est, in figura

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

firmitas. Gloss. -es: silices. *de ratione q. e. inter* -em *et* saxum: *distinguuntur* (*cf.* Char. gramm. p. 403, 24 B. s. naturale est, -s qui ex saxo caesus est. Isid. orig. 16, 3, 1 -s mollis est et sparsus; saxa haerent et a montibus exciduntur. diff. 1, 537 saxa tantum durissima, nam -s et dura et mollis est petra [*item* Gloss.]) *ex. gr.* Plin. nat. 36, 136 nusquam hic *-s molaris* utilior quam in Italia gignitur -sque, non saxum est. 36, 169 *silex viridis* -s, non saxum est. Hyg. lim. grom. p. 157, 14 -es defigemus ex saxo. *v. etiam p. 952, 62. ceterum saepe variant ap. scriptores, ex. gr.* Verg. *infra l. 44.* Plin. nat. 2, 149 saxum casurum esset e sole ..., qui -s ... ostenditur. *legitur inde a* Naev., Plauto. *[1)* -em: *neap.* lápətə, *apul.* lápite, *calabr.* lápidi; *prov.* lābi, *delph.* lẹbi *etc.; hisp.* laude. *2)* -a: *it. vet.* làpida, *tusc.* lápita, *roman.* lápida; *francog. vet. et med.* laive *etc., burg.* lave, *loth., comit.* lẹv, lave; *francoprov.* lavo, làbie *etc. cf. M.-L. 4901. Battisti-Alessio III 2166. Wagner II 12. Wartburg V 169sqq. Corominas III 35. Machado II 1299. G.*]

i. q. λίθος: **I** *proprie*: **A** *strictius*: **1** *generatim*: **a** *vario usu* (*exempla selecta*): Naev. com. 57 saxa, silvas, -es, montes dissicis, dispulveras. Plaut. Asin. 31 ubi -s -em terit (*de -bus molaribus ut* Cato agr. 21, 4 Varro rust. 1, 55, 5 Verg. georg. 1, 274. *al. cf.* -s molaris *vol. VIII 1337, 5sqq.*). Bacch. 815 in eopse astas -e, ut praeco praedicat (*in imag. de catasta ut* Cic. Pis. 35 de -e emptos tribunos. Colvm. 3, 3, 8 parvi aeris vel de -e comparari). Capt. 593 hic nos insectabit -bus (Poen. 528. *al.*). 724 *in latomiis* -es ecfodiunt (Plin. nat. 36, 174). 730 sub terra -es eximet (Pavl. dig. 8, 3, 6, 1). Stich. 613 te ... -e percussum velim (Cic. de orat. 2, 197 Cels. 8, 4, 2. *al.*). Cato agr. 14, 1 pilas ex -e angulari (*v. vol. II 56, 10. 17sqq.*). 14, 3 rei materiam ... dominus praebebit ...: -em, calcem, harenam *eqs.* (*collective ut* 16. 38, 4 Colvm. 1, 2, 4). 14, 4 villa -e calce fundamenta ..., ceteros parietes ex latere (*cf. Hörle, Catos Hausbücher 227sq. et* Varro Men. 524 in domibus latericiis ... -bus [lapiditus *trad.*] suffundatis). Hemina hist. 37 -em fuisse quadratum circiter ...; in eo -e insuper libros *Numae* insitos fuisse (Varro frg. Plin. nat. 36, 91 Vitr. 2, 8, 3. *al.*). Sisenna hist. 23 manuales. Qvadrig. hist. 85 sagittam atque -em deorsum an sursum mittas (Bell. Afr. 27, 1 Ov. met. 1, 399. *al.*). Cic. dom. 53 -es iacti *non sunt* (Mil. 41 Caes. Gall. 2, 6, 2 Verg. ecl. 6, 41. *al.*). div. 1, 98 cum saepe -um ... imber defluxit (Mela 2, 78 Apvl. met. 8, 18, 3. *al.*). Caes. civ. 3, 22, 2 -e ictus ex muro perit (Nep. reg. 2, 2 Vell. 2, 68, 3 Plin. nat. 7, 90. *al.*). 3, 63, 7 multum ... ab ictu -um ... viminea tegimenta ... defendebant (Liv. 10, 1, 5 Val. Max. 1, 8 ext. 2. *al.*). Varro frg. Non. p. 547, 8 manalis (*v. vol. VIII 250, 62sqq.*). Catvll. 68, 148 si nobis is datur unis quem -e illa *Lesbia* diem candidiore notat (*cf. p. 947, 76sqq.*). Verg. georg. 2, 348 bibulum (*v. vol. II 1968, 80sq.*). Aen. 12, 906 -s ipse viri ... nec spatium evasit totum neque pertulit ictum (*897* saxum antiquom ingens, campo qui forte iacebat limes agro positus). Ciris 108 -s (*de muris Megarae*). Hor. sat. 2, 4, 83 varios (*de tesseris operis musivi ut* CIL X 6104. *cf.* Manil. 5, 509 -um vivos miscere colores. Plin. nat. 22, 4 parietes ... pingi -e [35, 3]. Apvl. met. 5, 1, 5 -e pretioso caesim deminuto). Ov. met. 13, 566 -um ... iactu (Apvl. met. 9, 37, 2. flor. 2 p. 7 -is. *al.*). Liv. 1, 31, 1 -bus pluvisse ([-es *duo codd. rec. ut codd. omnes* 28, 27, 16]. 7, 28, 7. 21, 62, 5. 22, 36, 7. *al.* Val. Max. 1, 6, 5 Plin. nat. 2, 104. *cf.* Liv. 1, 31, 2 cecidere caelo [22, 1, 9 Plin. nat. 1, 2, 59. *al.*]). Gratt. 404 vivom -em (Diosc. 5, 162 p. 239, 18 Isid. orig. 16, 4, 5. *cf. Plin. nat. 36, 138* quos *pyritas* vivos appellamus, ponderosissimi sunt). Cels. 4, 31, 7 -s ..., quem σαρκοφάγον Graeci vocant, excisus sic, ut pedes capiat, demissos eos, cum dolent, ... levare consuevit (Plin. nat. 2, 211 quo consumuntur omnia corpora. *cf. p. 950, 48sqq.*). 5, 5, 2 haematites (*v. vol. VI 3, 2491, 9sqq.*). 5, 11 pyrites (Plin. nat. 34, 135. *al.*). 6, 6, 30 scissilis (Cels. 5, 7 -s haematites et Phrygius et Assius et s. *cf.* Plin. nat. 29, 124 schisto [33, 84 Diosc. 5, 153 p. 238, 3]. Cael. Avr. chron. 4, 2, 17 scisso). Sen. Phaedr. 1095 durus (Plin. nat. 36, 149 Cens. 4, 6. *al.*). nat. 3, 20, 4 *v. p. 943, 79.* Colvm. 2, 2, 10 minutos (5, 9, 9). 3, 11, 7 mobilem. Scrib. Larg. 225 gagatis (*v. vol. VI 2, 1668, 63sqq.*). Petron. 68, 1 ex -e speculari pulverem tritum (Plin. nat. 1, 36, 45. 3, 30. *al.* Ser. Samm. 372 Lact. opif. 8, 11. *al.*). 88, 3 ne -um virgultorumque vis lateret, *Democritus diu laborabat.* Plin. nat. 2, 233 Syrium (*cf.* 36, 130 e Syro insula). 10, 12 aetites (*v. vol. I 1160, 9sqq.*). 27, 100 vulgaris (Isid. orig. 16, 3 tit. *opp.* insignioribus). 32, 73 marinis (36, 143 spongitae -es inveniuntur in spongeis et sunt m.). 33, 94 Thracius (Diosc. 5, 155 p. 238, 19). 34, 2 *aes* fit ... e -e aeroso, quem vocant cadmean (*cf.* 34, 116 aerario [34, 130 liquescentibus cadmea et a. -e. *cf. 34, 117* chalcitim vocant, de quo et ipso aes coquitur]). 36, 63 Thebaicus -s interstinctus aureis guttis (36, 157 Etesium -em in iis *-bus ad usum mortariorum medicinalium aptis* praetulere ceteris, mox Th. ... tertium ex chalazio chrysiten, medicis autem ex basanite). 36, 99 -s fugitivus. 36, 132 tralucidi (36, 163). 36, 134 -es osseos. 36, 140 melitinus (*v. vol. VIII 619, 58sqq.; cf.* Diosc. 5, 159 de -e melititen). 36, 147 basanite (*v. vol. II 1759, 58sqq.*). Lact. inst. 7, 26, 2 grandines -um ([*cf.* Vvlg. Ezech. 28, 22 imbre ... et -bus]. Oros. hist. 5, 18, 5 [*e Liv. 70, cf.* Obseq. 54 -bus ... pluit]). Hier. tract. in psalm. I p. 143, 6 ignario (*v. vol. VII 1, 271, 69sqq.*). CIL III 12924 hic -e lusit ponderibus his: *eqs. de magnete v. vol. VIII 104, 18sqq.* (*inde a* Lvcr.). *cf.* Marcell. med. 36, 54 Magnesio. *de marmore* (*v. etiam p. 950, 72. cf.* Plin. nat. 36, 45 fuit ... inter -em atque marmor differentia ... apud Homerum; dicit enim marmoreo saxo percussum [*Π 734* πέτρον μάρμαρον]): Verg. georg. 3, 34 stabunt et Parii -es, spirantia signa (Aen. 1, 593 Plin. nat. 36, 158 Val. Fl. 2, 467 Apvl. met. 2, 4, 3. *al.*). Hor. carm. 3, 1, 41 Phrygius. Tib. 2, 3, 43 externus. Prop. 3, 9, 16 Praxitelen propria vindicat urbe -s. Sen. Tro. 836 ferax varii (rari *var. l.*) -is Carystos (epist. 8, 5). epist. 86, 6 Thasius (Plin. nat. 36, 44 Svet. Nero 50). Plin. nat. 36, 3 inter maculas -um (*i. maculosa marmora*). 36, 14 marmore ... e Paro insula, quem -em coepere lychniten appellare (Damig. lapid. 28). 36, 60 hunc aliqui -em (*i. onycha*) alabastriten vocant (*v. vol. I 1472, 19sqq.*). 36, 158 Taenarium. *al.* Test. Galli (CIL XIII 5708) 1, 2 statua ... ponatur marmorea ex -e ... transmarino (1, 5). 1, 8 Lunensi (1, 9). Svet. Iul. 85 Numidici (*cf.* Sidon. carm. 5, 37 Nomadum). Gran. Lic. p. 6, 7 -e m⟨armoreo⟩ (*v. vol. VIII 413, 36sqq.*). Iavol. dig. 23, 5, 18 pr. lapicidinae *marmoreae*, in quibus -s crescere possit (*cf.* Vlp. dig. 24, 3, 7, 13 ut -s ibi renascatur). Scaev. dig. 20, 4, 21, 1 negotiatori marmorum creditur sub pignore -um *eqs.* Apvl. met. 2, 4, 4 canes ... ipsi -s erant. *al. cum acumine dicta* (*cf. p. 952, 21sqq.*): Cic. de orat. 1, 245 -es me hercule omnis flere ac lamentari coegisses (*cf. p. 952, 58*). Val. Max. 8, 11 ext. 4 muti -is (Avg. in psalm. 144, 13 l. 30). Sen. benef. 5, 19, 6 prodest ... et animal et -s et herba, nec tamen beneficium dant. dial. 4, 26, 4 *animalia muta* nocere ... nobis possunt ut ferrum aut -s, iniuriam quidem facere non possunt. Itala II par. 1, 15 (Complut.) posuit rex *Salomon* argentum et aurum in Iherusalem sicut -es (Vvlg. quasi -es. *de multitudine ut*: 9, 27 [Complut.]. Vvlg. III reg. 10, 27 tanta ... abundantia argenti ... quanta -um). Matth. 7, 9 (cod. a, *cf.* Vvlg.) quis ex vobis ... est, a quo petit filius eius panem, numquid -em porriget ei? (*cf.* Op. imperf. in Matth. 18 p. 733 *ad l.*: -s est omne mendacium *eqs.*). Luc. 19, 40 (cod. c = Vvlg.) si hi *discipuli* tacuerint, -es clamabunt (*cf.* Qvodv. [?] prom. 1, 18, 25 *ad l.*: -es ... appellat lapideos deos colentes. Vvlg. Hab. 2, 11 -s de pariete clamabit [*cf. Hier. ad l. p. 1296B* simile quid et Tullius ... pro Marcello (*10*): 'parietes ... huius curiae tibi gratias agere gestiunt *eqs.*']). Lact. inst. 1, 11, 28 *Iovem* ipsi -es hominem fatebuntur. Hier. hom. Orig. in Luc. 22 p. 138, 3 (*ad 3, 8*) non utique -es irrationabiles corporeosque monstrabat, sed homines insensibiles. Avg. civ. 5, 11 p. 210, 19 D. *deus hominibus* essentiam ... cum -bus, vitam seminalem ... cum arboribus, vitam sensualem ... cum pecoribus, vitam intellectualem cum ... angelis dedit. pecc. mer. 2, 5, 6 p. 77, 3 in -bus insensatis (Orig. in Matth. 16, 20 p. 544, 30). *al. per hebraismum* -bus lapidare: *p. 945, 22sqq.*

b *de instrumentis e -bus confectis*: **α** *significantur vasa*: Moret. 95 bulbum ... -is (*i. mortarii*) ... cavom demittit in orbem. Ivvenc. 2, 143 praeceptis *Christi* parent iuvenes undasque coronant conpletis labiis -um (*Ioh. 2, 7* hydrias). **β** *significatur mensa*: Hor. sat. 1, 6, 116 -s albus (*i. marmoreus*) pocula cum cyatho duo sustinet. **γ** *significantur sarcophagi* (*cf. p. 949, 56sq. necnon p. 948, 21*): Sen. rem. fort. 5, 3 *iacebis* traditus -i, qui te paulatim edat et exsiccet (*cf. Lucan. 6, 538* saxis). CE 1523, 2 (*s. II*) -e hoc inclusa quiesco (*cf.* 489, 1 clausa iacet -i coniunx). Cod. Iust. 3, 44, 2 (*a. 216*) ab alio illatum corpus in puram possessionem tuam vel -em (*fort. de toto sepulcro*) locum religiosum facere non potest. CIL IX 3073 (*a. 343*) in hoc -e ... quiescit.

2 *specialia notabiliora*: **a** *de monumentis* (*fere sepulcralibus, cf. p. 949, 56; fortasse huc pertinent p. 951, 33. 952, 31*): Cic. leg. 2, 68 *Plato* extrui ... vetat sepulchrum altius ... nec e -e excitari plus nec inponi quam quod capiat laudem mortui (*leg. 958e* λίθινα ... ἐπιστήματα). Copa 36 quid cineri ingrato servas bene olentia serta? anne coronato vis -e ista tegi? Cvlex 397 quem *tumulum* circum -em levi de marmore formans. Tib. 1, 3, 54 -s inscriptis stet super ossa notis. 1, 4, 60 infelix. Prop. 1, 17, 20 ultimus. 2, 13, 40 memores. 3, 1, 37 ne mea contempto -s indicet ossa sepulcro (CIL III 12437). *al.* Ov. am. 2, 6, 60 ossa tegit tumulus ..., quo -s exiguus par sibi carmen habet. CE 965, 2 (*a. 10*) duro. Liv. 39, 37, 16 monumentis litterarum in -e insculptis (*Polyb. 5, 93, 10* στήλην). Lvcan. 8, 802 Magni -s. Plin. nat. 20, 264 compositionem ... incisam in -e versibus (Ps. Apvl. Ascl. 24 verba -bus incisa). Mart. 10, 61, 6 flebilis. *al.* Svet. Vit. 10, 3 -em memoriae Othonis inscriptum. Pavl. sent. 1, 21, 8. Vvlg. Ios. 4, 7 positi sunt -es isti in monumentum. CIL V 7546 -em posuerunt (7958. *al.*). VI 35386 te, -s, optestor, le⟨viter super⟩ ossa residas (CE 1474, 1. *al.*). XII 5807 vanus. XIII 5252 (*fere s. VI*) sub ista -em marmorea (5253). CE 53, 1 tacitus. *al.*

b *de -bus sacris*: **α** *in iure iurando vel foedere faciendo* (*ad rem v. Wissowa, RE XII 779, 66sqq. Latte, Röm. Religionsgesch. 122sq.*): Cic. fam. 7, 12, 2 quo modo ... tibi (*sc. Epicureo*) placebit Iovem -em iurare, cum scias Iovem iratum esse nemini posse? (Gell. 1, 21, 4 'I. -em [lapideum *var. l.*]', inquit *Favorinus*, 'quod sanctissimum iusiurandum habitum est, paratus ego iurare sum'. Apvl. Socr. 5 p. 132 iurabo per I. -em Romano vetustissimo ritu? atque ... facilius me audierit -s quam Iuppiter. *cf.* Pavl. Fest. p. 115 -em tenebant iuraturi per Iovem, haec verba dicentes: 'si sciens fallo, tum me Dispiter ... bonis eiciat, ut ego hunc -em.' Avson. 153, 44 p. 9 P. si -es non iuro deos. Avg. serm. 180, 11, 12 tantum mali habet iuratio, ut, qui -es

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

colunt, timeant falsum iurare per -es). LIV. 30, 43, 9 fetiales cum in Africam ad foedus feriundum ire iuberentur, . . . senatus consultum in haec verba factum est, ut privos -es silices . . . secum ferrent (PAVL. FEST. p. 92 ex cuius *Iovis Feretrii* templo sumebant . . . -em s., quo foedus ferirent).

β in cultu deorum (*cf. quae l. 28 adnotabimus; in sermone Christiano saepius de monumentis religionis paganae*): LVCR. 5, 1199 nec pietas ullast . . . vertier ad -em atque omnis accedere ad aras. LIV. 29, 11, 7 sacrum . . . -em, quam matrem deum esse incolae *Pessinuntis* dicebant (*cf.* ARNOB. nat. 7, 49. 50 PRVD. perist. 10, 156). MIN. FEL. 3, 1 *p. 952, 36.* TERT. idol. 4 p. 33, 24 servitis -bus (VVLG. deut. 4, 28 -i. *al.*). adv. Marc. 4, 21 p. 491, 19 -em et lignum adorans (HIER. hom. Orig. in Luc. 22 p. 138, 6. AVG. in psalm. 25, 2, 2 l. 9 -es. *al.*). *al.* ITALA gen. 28, 18 (Lugd., *cf.* VVLG.) *Iacob* accepit -em, quam posuerat sibi ad capud suum, et statuit eum stantem, et infudit oleum super cacumine eius (*cf.* AVG. civ. 16, 38 p. 187, 4sqq. D. *ad l.*: nec more idolatriae -em perfudit oleo Iacob *eqs.*). lev. 26, 1 (Lugd. *al.*) neque -e sculptile ponetis in terra vestra (Ps. Aug. spec. 44 p. 483, 11 -em sculptum perspicuum, VVLG. insignem -em). *al.* IREN. 1, 18, 4 (1, 11, 3 H.) qui a Moyse positi sunt sub monte duodecim -es (*cf. Vulg. exod. 24, 4* aedificavit . . . d. titulos). CYPR. Demetr. 12 p. 360, 6 coluntur (VVLG. Ezech. 20, 32 AVG. in psalm. 64, 6 l. 10. *al.*). LAMPR. Heliog. 7, 5 -es, qui divi[di] (vivi *Salmasius*) dicuntur, ex proprio templo . . . adferre voluit. FIRM. err. 20, 5 idolatrorum. SCHOL. Pers. 2, 26 ut . . . fulmina transfigurata in -es infra terram absconderent *haruspices*. VVLG. Ier. 3, 9. *al.* AVG. civ. 2, 29 p. 96, 5 D. -s Capitolinus *Iovis* (*cf.* 4, 15 p. 165, 17 si non -s in Capitolio . . . coleretur). OROS. hist. 3, 22, 5 Aesculapi. *al.*

γ in finibus statuendis (*interdum cum respectu religionis, ex. gr. l. 30. 37*): TIB. 1, 3, 44 *aetate aurea* non *erat* fixus in agris, qui regeret certis finibus arva, -s (AVG. civ. 21, 4 p. 493, 3 D.). PROP. 1, 4, 24 sacer (SEN. Phaedr. 529). OV. fast. 2, 641 Termine, sive -s sive es defossus in agro stipes. CVRT. 7, 9, 15 transierant iam Liberi Patris terminos, quorum monumenta -es erant crebris intervallis dispositi (*fort. sepulcra*). TAC. ann. 12, 24, 1 *ad signandos fines pomerii.* GROM. *saepissime* (*epitheta collegit Bursian in indice editionis I 499*). CALL. dig. 47, 21, 2 (*verba imp. Hadriani*). APVL. apol. 56 negant vidisse se qui fuere unum saltem in finibus eius *Aemiliani* . . . -em unctum (*cf.* flor. 1 p. 5 -s unguine delibutus). VVLG. Ios. 15, 6 ad -em Boen filii Ruben (18, 18. *cf.* HIER. sit. et nom. p. 135, 30 terminus tribus Iudae). *al.*

c *de -bus pretiosis*: *α in univ.*: CATVLL. 69, 4 perluciduli deliciis -is. CVLEX 65 -um . . . fulgor (AMM. 21, 1, 4 AMBR. Nab. 5, 26). HOR. carm. 4, 13, 14 cari (clari *pars codd.*) -es. OV. medic. 21 induitis collo -es oriente petitos (met. 7, 266). ars 1, 432 elapsus . . . cava fingitur aure -s. MANIL. 5, 518 per . . . caput ducti -es, per colla manusque. SEN. benef. 4, 6, 2 pretiosissimi (dial. 11 [12], 9, 1 pretiosus. TERT. cult. fem. 2, 12 l. 14. *al.*). dial. 11 (12), 11, 3 desiderat . . . nationum omnium -es. nat. 3, 25, 12 perlucidum (*suppletur* perlucidos ⟨-es⟩ epist. 90, 45). PLIN. nat. 37, 147 -s amphidanes. *ibidem saepe.* TAC. ann. 3, 53, 4. AMPEL. 8, 21 tegulas ex -e prasino. VLP. dig. 34, 2, 25, 11 exemptiles. MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 7 -s universus, margarita, sardonyx *eqs.* APVL. met. 2, 19, 2 -es, ut bibas (*3* gemmas formatas in pocula). ITALA exod. 28, 17 (Lugd. = VVLG.) sardius (DAMIG. lapid. 50. *cf.* sardinus ITALA exod. 35, 8 [Lugd.; VVLG. onychinos]. 36, 17 [Lugd.]). Ezech. 28, 14 (Tert. adv. Marc. 2, 10 p. 349, 4) fuisti in medio -um igneorum (VVLG. ignitorum). *al.*

β de margaritis: HOR. carm. 3, 24, 48 in mare . . . gemmas et -es . . . mittamus. TIB. 1, 8, 39 non -s hanc gemmaeque iuvant. MANIL. 4, 399 nec -um pretio pelagus cepisse pigebit. 5, 405 censibus aequantur conchae -umque nitori (rapidumque notori *fere trad.*). SEN. Herc. O. 662 nec gemmiferas detrahit aures -s Eoa lectus in unda. Phaedr. 391 nec niveus -s deducat aures, Indici donum maris. dial. 6, 18, 6 -um gemmarumque fulgor. PLIN. nat. 37, 90 hoc *nomen onychis* aliubi -is, hic gemmae vocabulum est. 37, 192 -es esse, non gemmas. SIL. 12, 231 lucet in aure -s, rubris advectus ab undis. MART. 11, 49 (50), 4 gemma vel a digito vel cadit aure -s. SOL. 53, 23 in quibus *conchis* hoc genus -um requiritur. AMM. 23, 6, 85 (*84* margaritis) super ortu -is huius. RVFIN. Greg. Naz. orat. 6, 7, 2 -s ille margarita (*Migne gr. 35, 973C μαργαρίτης tantum, Vulg. Matth. 13, 46* pretiosa margarita). CLAVD. 8, 599 quis iunxit -es ostro? MACR. Sat. 3, 17, 17 (*infra*: margarita).

d *de miliariis* (-s miliarius FRONTIN. aq. 124): *c. praepos.*: ad: VARRO rust. 3, 2, 14 NEP. Att. 22, 4 LIV. 2, 11, 7. 3, 6, 7. 7, 9, 6. 26, 17, 4. 34, 5, 6. *al.* SEN. apocol. 6, 1. *et saepissime.* intra: LIV. 5, 4, 12. 27, 37, 9. 31, 13, 6 VAL. MAX. 4, 1, 10 PLIN. nat. 6, 122. *al.* ultra: LIV. 25, 5, 6. 40, 37, 5 TAC. ann. 2, 50, 3. *al.* iuxta: PLIN. nat. 6, 122. 15, 137. citra: PLIN. nat. 10, 77. ab: PLIN. nat. 33, 74. 36, 122 FRONTIN. aq. 124. *al.* apud: TAC. ann. 1, 45, 1. 3, 45, 2. 15, 60, 4 ACT. Arv. a. 224. in *c. abl.*: IVST. 22, 6, 9 (OROS. hist. 4, 6, 27 ad). PROSP. chron. I p. 462, 1191. PALLAD. hist. mon. I 18 p. 295D in tertio . . . vici -e (*gr. p. 87, 12 B.* ἀπὸ τριῶν μιλίων). *deficiente voce q. e.* -s: SYMM. epist. 6, 8 MART. CAP. 6, 644. ex: COD. Theod. 7, 4, 9 (= Iust. 12, 37, 2) e (et *Iust. I*, a *O*, *om. K*) vicensimo . . . -e . . . paleas convectare. *usu vario*: OV. fast. 2, 682 sacra videt fieri sextus ab urbe -s. PLIN. nat. 14, 49 decimi -is ab urbe deverticulo (31, 42). MART. 1, 12, 4 rura . . . signat vicina quartus ab urbe -s. *al.* QVINT. inst. 4, 5, 22 notata inscriptis -bus spatia (RVT. NAM. 2, 8). ITIN. Eucher. p. 128, 8 Chebron . . . -e ferme vicesimo . . . ab Hierusalem . . . distat (AMM. 19, 9, 7. EPIST. Orcist. [CIL III 7000] 2, 31). *al.* AMM. 14, 9, 8 quae *villa* ab Antiochia vicensimo . . . disiungitur -e (21, 15, 2. *al.*). 15, 11, 18 ab Arelate octavo decimo ferme -e disparatum *sinum* (18, 7, 9. *al.*). *al.* PALLAD. hist. mon. I 15 p. 292B octavo decimo -e puteus . . . remotus (*gr. p. 82, 22 B.* ἀπὸ δεκαοκτὼ σημείων εἶναι τὸ φρέαρ). CIL III 3705, 20 (*a. 354*) quinarios. *al.*

B *latius*: 1 *de corporum partibus obduratis* (*cf. etiam p. 949, 70*): SCRIB. LARG. 145 si cui . . . -s in renibus innatus fuerit (PLIN. nat. 22, 72 -es renium. AVG. civ. 22, 8 p. 578, 13 D. ANTHIM. 79. 81). 151 per urinam extrahere -es *vesicae* (SER. SAMM. 593 CHIRON 504 HIER. in Nah. 3, 1–4 p. 1255B MACR. Sat. 7, 15, 21). PLIN. nat. 9, 57 qui *pisces* -em in capite habere existimantur. 32, 102 -s, qui invenitur in scorpionis marini cauda. APVL. met. 5, 10, 2 detortos et duratos in -em digitos. ORIBAS. syn. 3, 139 La p. 877 -es et calagia *palpebrarum* (*Aa* saxosas et grandinosas palpebras, *gr.* λιθιάσεις καὶ χαλάζια). 2 *de grandinis globulis*: *v. vol. VI 2, 2190, 10. 39sqq.* (*ubi addas* VVLG. Ezech. 13, 11. 39, 22). VITA Nicet. 10 grandinis rigor in aquam resolvitur et duritia -um in liquorem laticis commutatur.

II *in imag. et translate* (*cf. p. 950, 18sqq.*): A *in locutionibus plus minusve proverbialibus* (*cf.* Otto, *Sprichw. s. v.* -s, silex, saxum): PLAVT. Aul. 152 mi misero cerebrum excutiunt tua dicta . . .: -es loqueris (*i. verba dura*). 195 altera manu fert -em, panem ostentat altera (*cf.* HIER. epist. 49, 13, 1 aliud loqui, aliud agere, panem, ut dicitur, ostendere, -em tenere [81, 1, 4]). Curc. 197 noli . . . verberare -em, ne perdas manum. PACVV. trag. 38 canis, quando est percussa -e, non tam illum adpetit, qui sese icit, quam illum eumpse -em, qui (*instr.*) ipsa icta est, petit (*cf.* PLIN. nat. 29, 102 -em a cane morsum usque in proverbium discordiae venisse). CIC. Planc. 95 dixisti, dum Planci in me meritum verbis extollerem, me arcum facere e cloaca -emque e sepulchro venerari pro deo. LVCR. 1, 313 stilicidi casus -em cavat (OV. Pont. 4, 10, 5 gutta. *cf.* LVCR. 5, 306 -es quoque vinci . . . ab aevo. OV. Pont. 4, 8, 49 consumit ferrum -emque vetustas). MIN. FEL. 3, 1 (*Octavius ad Marcum, qui Caecilium per incuriam non impediverat, ne imaginem Serapidis salutaret*) ut tam luculento die in -es eum patiaris inpingere, effigiatos sane et unctos et coronatos (*v. vol. VII 1, 618, 58sq.; cf.* AVSON. 400, 4 p. 231, 24 P. ut . . . ad eundem -em bis offenderes. CARM. ad senat. 80 qui pedis offensi -em vitare secundo nescit). OPTAT. 2, 4 p. 38, 17 ut Victor Garbensis hinc prior mitteretur, non dico '-s in fontem', quia nec valuit puritatem catholicae multitudinis perturbare ('*de industria*' *Ziwsa*). HIER. in Is. 18, 2 p. 179B ubicumque . . . eum *Eusebium* historia defecerit, transit ad allegoriam, et ita separata consociat, ut mirer eum nova sermonis fabrica in unum corpus -em ferrumque coniungere. *addas hebraismos*: VVLG. iud. 9, 5 *Abimelech* occidit fratres suos . . . septuaginta viros super -em unum (*i. simul; item* 9, 18). Sirach 21, 9 (8) qui aedificat domum inpendiis alienis, quasi qui colligat -es suos in hieme (-mem *var. l.*) *sc. ligno neglecto* (*locus obscurus*).

B *de hominibus*: 1 *inutilibus, stultis* (*cf.* MART. CAP. 4, 360 per differentiam aliena verba sunt, cum sine ulla ratione ex aliis assumuntur, ut si hominem neque corpore durum neque ingenio stolidum '-em' dicamus; sed his uti non convenit. *Otto, Sprichw. loc. cit.*): PLAVT. Merc. 632 egomet credidi homini docto rem mandare, is -i mando maximo. Mil. 236 erus meus elephanti corio circumtentust . . . neque habet plus sapientiai quam -s. Most. 1073 verba illi (*homini doctissimo*) non magis dare hodie quisquam quam -i potest (*iocose pro 'Thaleti' sim.*). Poen. 290sq. illa mulier -em silicem subigere, ut se amet, potest (*cf. p. 950, 19*).:: pol id quidem hau mentire, nam tu es -e silice stultior. TER. Hec. 214 me omnino -em, non hominem putas; an . . . nescire *me* arbitramini *eqs.*? (DON.: -s numquam utilis nisi ad telum, quem magis ad iniuriam delegit, nam saxum melius quam -s [*affertur Verg. Aen. 11, 131*]). Haut. 831 quid stas, -s? quin accipis *argentum*? 917 quot res dedere ubi possem persentiscere, ni essem -s. HIER. hom. Orig. in Luc. 22 p. 138, 13 (*ad 3, 8*) qui faciunt idola . . ., similes diis suis sunt: absque sensu, sine ulla ratione in -es lignaque conversi sunt. 2 *crudelibus*: TIB. 1, 10, 59 -s est ferrumque, suam quicumque puellam verberat. *in reddenda formula prisca*: OV. epist. 7, 37 (*Dido Aeneae*) te -s et montes . . . progenuere. SEN. Herc. O. 143 quis genuit -s *Herculem*? 3 *timore sim. attonitis*: OV. epist. 10, 50 (*Ariadne Theseo*) in saxo frigida sedi, quamque -s sedes, tam -s ipsa fui. APVL. met. 3, 10, 2 fixus in -e⟨m⟩ steti gelidus, nihil secus quam una de . . . statuis vel columnis. 6, 14, 6 mutata in -e⟨m⟩ Psyche, quamvis praesenti corpore, sensibus tamen aberat. VVLG. I reg. 25, 37 *terrore* factus est quasi -s. VITAE patr. 5, 5, 37 p. 884B *mulier* a timore velut -s facta est (*gr. Nau 1908 p. 274 n. 189* ἀπελιθώθη). 4 *de mortuo*: CE 1065, 4 (*s. I*) qui modo iucundus gremio superesse solebat, hic -s in tumulo nunc iacet ecce miser.

C *de verbis sim.*: HIL. trin. 7, 23 p. 219A verborum -es iniciunt. FAVSTIN. trin. 2, 1 p. 50A frons illa, quae est sine signo domini, crebris testimoniorum -bus elidenda est. 2, 11 p. 59D quantos adversum te sermonum -es et saxa congessit sub uno hoc testimonio. HIER. c. Lucif. 3 p. 157C blasphemiarum -es in Christum iaciebas. c. Rufin. 3, 38 p. 484B an ideo panem tibi non damus, quia haereticorum cerebro -em

[*Lumpe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

illidimus? hom. Orig. in Luc. 26 p. 156, 8 aedificemus domum nostram variis firmisque -bus praeceptorum dei. Avg. anim. 4, 9, 13 p. 392, 10 noli in me huius convicii -em iacere.

D *in allegoria hebraica, christiana*: Itala Zach. 9, 16 (Tert. adv. Marc. 4, 39 p. 553, 16, *cf.* Vvlg.) quia -es sancti volutant (*gr.* λίθοι ἅγιοι, *hebr.* 'ab^{e}nê-nezær. *cf.* Tert. *ad l.*: -es ... sunt et fundamenta, super quae nos aedificamur, exstructi ... super fundamenta apostolorum, qui -es sancti oppositi omnium offensui volutant). I Petr. 2, 5 (cod. s, *cf.* Vvlg.) vos tamquam -es vivi superaedificamini in domum spirituale. Zeno 1, 14, 3 diversis gemmis, -bus margaritis *ecclesia ornatur*. Hier. epist. 14, 10, 2 o solitudo, in qua illi nascuntur -es, de quibus in apocalypsi (*21, 19*) civitas ... extruitur! psalt. sec. Hebr. 31, 3 esto mihi in -em fortissimum et in domum munitam, ut salves me. Vvlg. gen. 49, 24 inde pastor *Ioseph* egressus est -s (*i. saxum, praesidium, auxilium; textu hebr. vix sano*) Israhel. Sirach 6, 22 quam aspera est ... sapientia ...; quasi -is virtus probatio erit in illis. Zach. 12, 3 in die illa ponam Ierusalem -em oneris cunctis populis (*cf.* Hier. *ad l.* p. 1509^{C} mos est in urbibus Palaestinae ..., ut in viculis ... rotundi ponantur -es gravissimi ponderis, ad quos iuvenes exercere se soleant *eqs.*). Avg. gen. ad litt. 11, 25 p. 358, 13 (*ad Ezech. 28, 14*) '-um flammeorum', id est sanctorum spiritu ferventium, -um vivorum. serm. 24, 1 (*ad I Cor. 3, 17*) iam videte quantum ille vivat, vel quomodo vivat, quando -es templi eius sic vivunt *eqs.* 24, 2 -es mortui utinam sentiant in se misericordiam -um vivorum! ... homines dico -es mortuos, quibus dii similes sunt. Evcher. form. 3 p. 14, 11 -es interdum Christus aut sancti (*afferuntur psalm. 117, 22 et Matth. 3, 9*). 7 p. 48, 3 (*ad apoc. 21, 19*) -es pretiosi apostoli vel sancti sive ipsa opera virtutum. Prosp. in psalm. 101, 15 in Sion multi sunt -es ..., de Sion sancti patriarchae *eqs.*
de Christo (*complures locos congessit* Cypr. testim. 2, 16 quod idem *Christus* et -s dictus sit): Avg. gen. ad litt. 8, 4 p. 236, 23 (*ad gen. 28, 18*) Christus est et -s unctus a Iacob. Nicet. appell. 1 p. 3, 9 B. -s dicitur *Christus*, quia nec serpens in eo fecit vestigium, et nobis ipse praestitit munimentum.

homoeoprophora: Lvcr. 6, 103 -es ac ligna (Hier. *p. 952, 66*. Avg. serm. 362, 18, 21 ligna et -es). Pallad. 1, 34, 4 luto et -e.

deriv.: lapicula, lapidamen, lapidaris, lapidarius, lapidesco, lapideta, lapideus, lapido, lapidosus, lapillus, lapisculus. *cf.* lap(i)o.

compos.: de-, elapido; lapicida, lapicidinae; lapidicaesor, lapidicida, lapidifer.

lapisculus, -ī *m.* *a* lapis *deminutive.* *i. q. parvus lapis*: Marcell. med. 8, 45 hirundinis ventriculo scisso albi ac nigri -i inveniuntur (*cf. p. 947, 6*). Alc. Avit. epist. 77 p. 97, 7 (*de parva gemma; p. 96, 26* vernantis lapilli) -us ... indetur *anulo.*

lāpistrus (-um) *v.* rapistrum. *Lumpe.*

lapitearum CIL II 2395^{b}. *obscurum.*

lappa, -ae *f.* [*orig. inc. Sch.*] *a* 1. latus *derivare vid.* Isid. orig. 7, 9, 66 -a dicta, quod habeat caulem ingentem per terram dispositam. *scripturam* -pp- *testatur* Mar. Victorin. gramm. VI 10, 1.
[*it.* lappa; *francog. vet. et med.* lappe, *dial. centr., pict., borbon., comit.; francoprov.* lapa, -o; *alvern.* lapa, *langued.* napo; *hisp.* lapa, *dial.* lampa; *port.* lapa. (*inde basc.* lapa). *cf. M.-L. 4903. Battisti-Alessio III 2167sq. Wartburg V 172sq. Corominas III 23. 30sq. Machado II 1298. G.*] [*falso trad.* Ps. Diosc. herb. fem. 71, *v. vol. II 206, 67.*]

nomen plantae (Gloss. II 285, 6 εἶδος ἀκάνθης ἱματίῳ κολλώμενον. III 540, 32 menta. *cf. André, Lex. des term. de botan. s. v.; respicitur maxime inutilitas; in imag. l. 60. p. 954, 1*): 1 *de tota planta* (*saepissime iuxta* tribulus): Verg. georg. 1, 153 *carduo orto* subit aspera silva -aeque tribulique (3, 385 si tibi lanitium curae, primum a. s. -aeque t. absint). Ov. Pont. 2, 1, 14 *post pluvias* mixta tenax segeti crescere -a solet; nos quoque frugiferum sentimus, inutilis herba, numen et invita saepe iuvamur ope. Plin. nat. 18, 153 -as ... non magis quam rubos inter frugum morbos potius quam inter ipsius terrae pestes numeraverim. 21, 104 (*cf.* 1, 21, 64) notabile et in -a, quae adhaerescit, quod in ipsa flos nascitur non evidens, sed intus occultus, et intra se germinat. 24, 176 philanthropon herbam Graeci appellant nasute, quoniam vestibus adhaerescat; ex hac corona imposita capitis dolores sedat; nam quae canaria (carania *var. l.; an* coronaria? *cf. l. 81 necnon* Theod. Prisc. *infra*) appellatur -a, ... trita ex vino carcinomata sanat ...; haec est herba argemon (*cf.* Oribas. eup. 2, 1 A 34 p. 439 argimonia, quam rustici -a inversa vocant [*item* Gloss.]). 26, 105 -ae boariae. Zeno 2, 44, 1 *deus* -as ... in laeta frumenta mutavit. Vvlg. Os. 9, 6 *erit* -a in tabernaculis eorum (*hebr.* ḥôḥā, *Itala Weing.* spinae. *cf.* Hier. *ad l. c.* p. 983^{B} longam significat vastitatem *eqs.*). 10, 8 -a et tribulus ascendet super aras eorum (*hebr.* qôṣ). Prvd. cath. 8, 42 campo, vibrat impexis ubi nulla -is spina. ham. 216 *post primum peccatum produxit terra* lolium -asque leves (*Vulg. gen. 3, 18* spinas et tribulos). Marcell. med. 17, 35 radicis -ae maioris, id est herbae personaceae, *quantum* (Gloss. III 564, 4 gogiles [*v. vol. VI 2, 2125, 64*] -a m.). 26, 15 -ae radicem. Theod. Prisc. add. p. 276, 27 -a capiti circumdata mirum est. Ps. Diosc. Vind. 3, 139 p. 148, 17 βούφθαλμον ... Ῥωμαῖοι λάππα (κάππα *trad.*) κορωνάρια. 3, 143 p. 152, 15 ἐρυθρόδανον ... Ῥωμαῖοι ῥούβια σατίβα, Θοῦσκοι λάππα μίνορ. 4, 106 p. 261, 14 ἄκριον ἢ προσωπίδα ... Ῥωμαῖοι περσωνάκιαμ, οἱ δὲ λάππαμ. 4, 136 p. 281, 15 ξάνθιον ..., Ῥωμαῖοι λάππαμ. Cassian. c. Nest. 1, 2, 1 (*de haeresibus*) semper has dominici agri seges -as sentesque toleravit. Isid. orig. 17, 9, 84 -a [genus herbae]. lappago. lapella. Gloss. III 535, 37 apridem i. -a, quae in frumentis crescit. 543, 66 bunglusa (*i.* buglossa): -a draconis (dracon *trad.*, *cf.* 626, 7 -a id est dravoca). 540, 8 (= 568, 17. *cf.* 544, 42) -a Herculina: kappares (*i.* καππάρεως).

2 *de globulis -ae*: Plin. nat. 25, 81 *est herba quaedam*, quae fert -as minutas. 25, 104 echion personatam ... grandes -as ferentem.
cf. Onom.

deriv.: lappaceus, ?1. lappacium, ?lappago, lappella, lappula.

lappāceus, -a, -um. *a* lappa. [*vocibus romanicis subesse vid. neutr. pro subst.* -um *vel* -ium, *immixto vocabulo q. e.* lapathium: *1) i. q. lappa: delph.* lapā, *prov.* lapas, *langued.* (a)lapas *etc.; francog. med., pict.* lapace; *vasc.* lapasse; *hisp.* lampazo (*inde neap., it. vet.* lampazzo). *2) i. q. ricinus: pict.* lapace; *vasc.* lapás. *3) planta verbascum q. d.: prov.* lapás, *langued.* (a)lapas *etc. cf. M.-L. 4904. Wartburg V 172. Corominas III 23. G.*]
i. q. lappae similis: Plin. nat. 22, 41 *helxine habet* semina in capitibus -is adhaerentia vestibus.

?**1. lappācium,** (-ī) *n.* *a* lappa? *scrib.* lapac- *praeter* Gloss. III 626, 9, *ubi* lappat-. Gloss. III 592, 31 -um parada (613, 63. 629, 9. *cf.* 594, 5 p. id est -um [615, 63. 627, 56]. *vocem medii aevi q. e.* bardana '*lappa maior*' *subesse coni. Götz, Thes. gloss.*).

2. lappacium *v.* lapathium.

lappāgo, (-inis) *f.* *a* lappa? *cf.* Isid. *l. 2 et* lampago. *nomen herbae*: Plin. nat. 26, 102 (*cf.* 1, 26, 65) medetur *podagrae* et verbenaca ... et -o, similis anagallidi, nisi esset ramosior ac pluribus foliis, gravis odoris; quae talis est, mollugo vocatur; similis, sed asperioribus foliis, asperugo. Ps. Diosc. Vind. 4, 159 p. 305, 13 ἱππόφαες· ... Ῥωμαῖοι λαππάγω, οἱ δὲ λάππο⟨υ⟩λα μέρα. *Hübner.*

lappāta Plin. Val. 5, 31 *v.* lavo.

1. lappatium *v.* lapathium. **2. lappātium** *v.* 1. lappacium.

lappella, -ae *f.* *a* lappa *deminutive.* [*hisp.* lapilla. *cf. Corominas III 23. G.*] *nomen plantae*: Isid. *v. supra l. 2* (*scrib. una* p). Gloss. III 537, 29 (= 542, 22) cinaglosa (*i.* cynoglossa) ... id est -a.

lappula, -ae *f.* *a* lappa *deminutive.* *trad.* -pol-, *var. l.* -ll-. [*it.* (*tusc.*) láppola, *langob., aemil.* náppol, nápul; *langued.* nápoul; *francog. med., borbon.* rapoule. *cf. Battisti-Alessio III 2167sq. Wartburg V 127. G.*] Ps. Diosc. (*v.* lappago).

lāpsābundus, (-a, -um). *a* lapsare; *cf.* labebundus. *scrib.* -bs-.
i. q. ad lapsum pronus: Ivlian. in Iob 18, 14 (Migne suppl. 1, 1620) in qua *spe* vel -us possit inniti. Pomer. 2, 4, 3 illis, qui undante -i (lassa- *var. l.*) corporis motu ... incedunt. *B.*

lapsana, -ae *f. et* **lapsanum,** -ī *n.*, λαψάνη. *scribitur in codd. etiam* -amps-, -ams-, -abs-. Gloss. -ena, -ina. *de formis*: -a: ?Carm. pop. *l. 62*, Colvm., Plin., Pallad., Oribas., Dionys. Exig., Isid., Gloss. -um: Varro, Cels., Vitae patr. -us *vel* -is: Gloss. *inde a* ?Carm. pop. *l. 62*, Varrone. [*march., neap., calabr., sic.* lássana, -u, *neap.* lássinə, *aemil.* lássan; *sard.* lássana, lánsana, lántsana *etc.; prov.* lásseno, lassino. *cf. M.-L. 4905a. Battisti-Alessio III 2168. Wagner II 13sq. Wartburg V 177. G.*] [*latere vid.* Marcell. med. 20, 115 hoclamsani (*q. v.*). *falso tradi vid.* Plin. Val. 5, 25 uvae, quae dicuntur -ae (*cf. Alex. Trall. II p. 405* σταφίδας ... Λαρισσηνάς).]

genus holeris vile: Varro rust. 3, 16, 25 e -o cibum, mel, ceram *colligunt apes* (*cf.* Colvm. 9, 4, 5 notae vilioris ... herbae ..., quae favorum ceras exuberant, ut vulgares -ae nec his pretiosior armoracia). Cels. 2, 25, 2 *aliena stomacho sunt* thymum ..., -um. 2, 31 *inter extrahentia.* Colvm. 12, 7, 1 *inter ea, quae in usum colligantur, flos* -ae. 12, 7, 2 -a et pastinaca ... in alveos componuntur et sale conspersa ... reponuntur. Plin. nat. 19, 144 (*e carm. pop., p. 92 Morel*) nec non olus quoque silvestre est, triumpho divi Iuli carminibus praecipue iocisque militaribus celebratum; alternis quippe versibus exprobravere -a se vixisse apud Dyrrhachium, praemiorum parsimoniam cavillantes; est autem id cyma silvestris. 20, 96 (*cf.* 1, 20, 37) inter silvestres brassicas et -a est, pedalis altitudine, hirsutis foliis, sinapi similis, nisi candidior esset flore; coquitur in cibo. Diosc. 2, 96 p. 217, 25 *nomen armoracii* (Isid. orig. 17, 10, 20 Gloss.; *cf. l. 56*). 2, 100 p. 219, 1sqq. de -a. Oribas. syn. 2, 34 Aa p. 109, 23 Mø. -a cataplasomena (La p. 110, 1 -i cataplasmati, *gr.* λ. καταπλασσομένη). Vitae patr. 3, 200 p. 804^{D} herbas usibiles, id est -um, pastinacas ...; iste quippe erat praecipuus eorum victus. Pallad. hist. mon. I 19 p. 298^{B} herbulas quasdam suo more conditas, quas -as vocant. Dionys. Exig. vita Pachom. 8 -as ..., id est agrestia olera ..., consuerant edere.

deriv.: lapsanium.

lapsanis *v.* lapsana.

lapsanium (-ion), (-ī) *n.* *deminutivum gr.* *λαψάνιον *a voce* λάψανον. *scrib.* -bs- Cassian. *i. q. lapsanum* (*deminuitur fort. ad vilitatem significandam*): Hier. reg. Pachom. 52 -a, quod genus herbarum est viliorum. Cassian. inst. 4, 11 in qua summae reputantur disciplinae, si herba sale condita, quam -on vocant, aqua diluta ... adponatur. 4, 22 secta singulis mensibus porrorum folia, -a *eqs.* *addas formas erroneas* Gloss. III 547, 25 lapsidium: lapsina. 584, 21 lencola i. lapsinia. *Hübner.*

lāpsāns *v.* lapso. **lapsidium** *v.* lapsanium.

[*B.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

γλίσχρον **lāpsile** GLOSS. II 263, 28. *a* labi.

lāpsīna: lapsus GLOSS.L II Abav. LA 37 GLOSS. II 585, 14. V 629, 43 (-bs- *trad.*). *a* lapsus; *cf.* labina.

lapsinia *v.* lapsanium.

lāpsīnōsus, -a, -um. *a* lapsus; *cf.* lapsosus. *i. q. plenus locorum, ubi labi possis*: ITALA Ier. 23, 12 (Cassiod. in psalm. 34, 6) facta est via eorum -a in tenebris (*Cassiod. cod. Germ. l. c. manus altera add. in marg.* ruinosa. *gr.* εἰς ὀλίσθημα, *Vulg.* quasi lubricum). GLOSS. II 382, 16 ὀλισθηρός: -us, lubricus.

lāpsio, -ōnis *f.* *a* labi. *vox ad reddendum gr.* ευεμπτωσία (*Chrysippi frg. 421 sq.*) *facta*: CIC. Tusc. 4, 28 haec (*proclivitas*) in bonis rebus ... facilitas nominetur, in malis proclivitas, ut significet -em, in neutris habeat superius nomen (*sc. aegrotationis*). *var. lect. pro* prolapsio HEGES. 4, 30, 1 p. 289, 15.

lāpso, -āre *et* lāpsor, -ārī. *a* labi; *cf.* DIOM. gramm. I 344, 21 -or iterativum, inchoativum labiscor, principale eorum est labor. *in codd. scrib. hic illic* -bs-, *variat c.* lasso. *depon. exempla non exstant, testimoniis firmantur* -or DIOM. (*v. supra*) *et* -ari: saepius labi GLOSS. *activum* (STAT.) *dependet a participio Vergiliano* lapsantem; *a dep.* labi *formatum est iter. dep.* lapsari, *cuius est partic.* lapsant-; *inde* STAT. *elicuit act.* lapsare.

i. q. (frequenter) labi, labare (*cf.* GLOSS. *l. c.; incorporaliter l. 30. 33. 37. 39. 40. 41. 48*): **1** *partic. praes.* lāpsāns, -antis (GLOSS. -es: labentes. lubricantes, cadentes): VERG. Aen. 2, 551 *Priamum* in multo -em sanguine nati (SIL. 10, 145. *addas infra l. 43*). SIL. 3, 632 gressum (6, 79 PRVD. psych. 319 GREG. TVR. Mart. 3, 15. *cf.* PRVD. c. Symm. 2 praef. 35 gradu). 7, 610 *Idmonem* super tepido -em sanguine. 17, 468 -es sanguine fratris nisus. TAC. hist. 1, 79, 3 equis (ann. 1, 65, 5 sanguine suo et lubrico paludum). GELL. 1, 15, 1 inportuni locutores ... verbis uvidis (humidis *fere trad.*) et -bus diffluunt. AMM. 14, 2, 6 plantis (*i. pedibus*). RVFIN. hist. 6, 41, 22 (*epistula Dionysii*) cum quidam Christianus ... torqueretur et ... ad negandum declinaret, ... *ceteri* sublevare -is animos gestiebant. 8, 1, 7 refrenare -es. Orig. in gen. 10, 1 p. 94, 7 *allegorias indoctis prodere nequeo*; asperior fortasse vobis videor, sed non possum linire parietem -em (*Vulg. Ezech. 13, 14* cadet). PRVD. cath. 2, 78 -e claudus poplite. AVG. c. acad. 1, 1, 1 p. 4, 5 infirmo rationis atque -e vestigio (ENNOD. opusc. 1, 48 p. 274, 12 -bus tremebunda *Roma* vestigiis). conf. 4, 2, 2 *quo tempore rhetoricam docebam*, deus, vidisti ... -em in lubrico ... fidem. RVRIC. epist. 2, 23 p. 408, 3 *hominem* errabundum et per saeculi praecipitia -em. ENNOD. carm. 2, 67, 7 ebria -is ... verba Thaliae. APON. 2 p. 35 -ia dialecticae arte composita doctrinae itinera. **2** *ceterae formae*: STAT. Theb. 5, 223 Gyan vidi -are ... vulnere. 9, 162 qualem *Adrastum* -are in sanguine vidi! FLOR. epit. 2, 10, 3 equo inpositus cum subinde crapula et capitis errore -ret, captum sese ..., postquam expergefactus est, didicit (*Liv. 41, 4, 7* temulentus ... in equum impositus fugit). AVG. pat. 24, 21 *voluntas* potest et sine alterius spiritus instinctu se ipsa seducere et defectu a superioribus in inferiora -ando. CYPR. GALL. iud. 27 quo ... celeri -rent moenia casu. VEN. FORT. carm. app. 1, 193 ne sarcina -et. *addas l. 18.*

deriv.: lapsabundus.

lāpsōsus: saepe cadens GLOSS. II 585, 21. *a* lapsus.

lāpsūra: ὄλισθος GLOSS. II 493, 33 (*scrib.* -bs-). *a* labi. *B.*

***lāpsus** (-bsus), -ūs *m.* *a* labi. *de scriptura* -bs- *v.* PROB. *p. 779, 78. legitur in lapidibus* CE 690, 4. 1966 A, 6 INSCR. Ital. X 2, 81, 2 *et in cod. A* PRVD. (*s. VI*) *ubique*. *de formis*: *acc. pl.* -os ITALA IV Esdr. 8, 17 (-us *var. l.*). *abl. sing.* -o ITALA psalm. 114, 8 (cod. 306). *quasi neutr.*: -um, quod GREG. TVR. Franc. 8, 10 p. 377, 6. NOT. Tir. 47, 45. *de notione*: SYNON. Cic. p. 424, 5 erravit ... -us fecit. peccavit. GLOSS. ὄλισθος. ὀλίσθησις. cecidit vel casus. -u: decessu. *legitur inde a* LIV. ANDR. [ex + lapsus: *lemov. vet.* eslaus, *lemov.* eilau, orlaou, *langued.* ọrlaw. *cf. M.-L. 4906. Wartburg V 177. G.*] [*loci dubii*: AFRAN. com. 188 ludum -umque petulcum (lussumque *Bücheler*). AMM. 24, 4, 15 *cataphracti loricis suis confidebant*, quod tela rigentis ferri -bus impacta resiliebant (cratibus, cassibus *coni. viri docti*).]

I *de actione labendi*: **A** *de motu deorsum facto* (ab *aliqua re p. 957, 32*): **1** *proprie*: **a** *praevalente notione delabendi*: **α** *rerum*: (I) *aquae, nivis*: LIV. ANDR. trag. 37 quo Castalia per struices saxeas -u accidit. SEN. nat. 4, 3, 5 nec longus (longius *var. l.*) illi *nivi* per aëra, sed ex proximo -s est (AVSON. 346, 4 p. 165 P. non denso ad terram -u ... fluit nix). 5, 13, 4 stillicidia, quamvis iam inclinent se et labantur, nondum tamen efficere -um. PS. MAR. VICTORIN. phys. 18 quae *aurae* pluvias decurrentes in stillicidiis ita constringunt, ut in ipsis -bus glacientur. (II) *stellarum, i. q. occasus*: CIC. Arat. 464 inferiora cadunt Aurigae lumina -u (-um *codd.*, *graeca non respondent*). AVIEN. Arat. 1870 astrorum -us, astrorum ... ortus. ISID. nat. 25 tit. de -u stellarum: falsa ... opinio est nocte stellas cadere *eqs.* (*afferuntur Verg. georg. 1, 366 Lucan. 5, 561*). (III) *terrae, saxorum sim.*: LIV. 21, 36, 2 locus ... recenti -u terrae ... abruptus erat (*dubitanter contulerimus* SIDON. epist. 3, 2, 3 valles -uum assiduitate derasas [taediosas *Wilamowitz, alii alia*]). 22, 5, 8 *motus terrae* montes -u ingenti proruit. SEN. epist. 71, 15 hos fertiles campos ... in subitam cavernam considentis soli -s abducet (COLVM. 2, 2, 9 *fossae* superioris s. -bus replentur). nat. 6, 2, 6 subitos montium -us. AVSON. 368, 17 p. 95 P. si quis vellat de fornice saxum ..., simul devexa sequentur cetera communemque trahent a vertice -um. CLAVD. 5, 508 dubio tibi pendula rupes immineat -u (*sec. Verg. Aen. 6, 602* silex iam iam lapsura ... imminet). (IV) *variarum rerum*: LVCR. 6, 324 celeri ... percurrunt fulmina -u. SEN. nat. 1, 14, 6 ventum significant eiusmodi -us (*sc. ignium caelestium*). PLIN. nat. 9, 116 *conchae* nullo -u franguntur. 14, 119 *vina* superne ⟨de⟩ciduo immundiore -u ... polluta. VAL. FL. 1, 686 molli zephyros descendere -u aspiciunt. SIL. 4, 384 implerunt clipeum miserando viscera -u. CHALC. comm. 240 radius ... delabitur ...; ob similem -um fracti radii per acclivia. CLAVD. carm. min. 25, 40 ad terram tacito defluxit fistula -u (*var. l.* flatu). AVG. civ. 22, 6 p. 564, 19 D. -u ortuque foliorum.

β *animantium*: (I) *deorum sim.*: OV. met. 6, 216 *Phoebus et Phoebe* celeri ... per aëra -u contigerant ... arcem. VAL. FL. 1, 91 deae celeri ... per aethera -u diversas petiere vias. SIL. 3, 169 per humentem noctis Cyllenius umbram aligero -u portabat iussa parentis. AVSON. 1, 2 p. 320 P. ab aerio praeceps Victoria -u. PRVD. perist. 8, 11 spiritus aeterno solitus descendere -u. (II) *hominum*: SEN. Phoen. 147 noxias -u vias cludes? FIRM. math. 8, 12, 4 in tecto insidiantes somno maritorum praecipiti -u moriuntur. CAEL. AVR. acut. 2, 3, 16 -us ... a superioribus lecti partibus ad inferiora. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 201 praestraverat angelus oras, mollis ut ascensus ... pateret, nec traherent pronos praerupta et concava -us.

b *praevalente notione collabendi*: **α** *vario usu, labuntur*: (I) *animantia*: VERG. Aen. 10, 750 illum infrenis equi -u tellure iacentem [(SERV.: casu]. TAC. hist. 2, 33, 1. 4, 34, 5 AMM. 31, 13, 13). LIV. 21, 35, 12 sustinere se a -u. VAL. MAX. 1, 5, 2 subito -u decidit. SEN. dial. 5, 6, 6 levia ... in hanc aut illam partem transferre sine -u. LVCAN. 4, 786 membrorum ... videt -um et ferientia terram corpora. PLIN. nat. 22, 43 contra ... -us ... et praecipitia, velut vehiculorum eversiones, singularis *est herba*. SIL. 3, 552 nec pestis -us simplex: abscissa relinquunt membra gelu *eqs.* 5, 300 -u resupino in terga cadentem. PLIN. epist. 9, 26, 2 frequentior currentibus quam reptantibus -s; sed his non labentibus nulla, illis non nulla laus, etiamsi labantur. CHALC. comm. 231 -s epilepticus. PETR. CHRYS. serm. 3 p. 191C (*ad Luc. 15, 20* cecidit super collum eius *filii reversi*) non -u viscerum, sed compassionis. *al.* (II) *aedificia sim.*: SEN. dial. 6, 26, 5 magnarum urbium -us. nat. 2, 59, 3 ruinarum subito -u procidentium pondera. LVCAN. 6, 136 nutant turres -umque minantur. PLIN. nat. 7, 124 -u scalarum exanimatus. IVV. 3, 7 -us tectorum adsiduos. CYPR. ad Donat. 15 p. 15, 26 *domus a deo facta* numquam procumbet in -um. IVL. VAL. 1, 35 p. 46, 7 fortuna ... -um oppido minaretur (*Hist. Alex. M. I p. 39, 11 Kr.* ἐπὶ ἐδάφους ... ἔρχεται). MARCELL. chron. II p. 87, 459 ruinam ... Antiochiae ..., Nicomediae -um. CE 690, 4 post -um *basilicae*. INSCR. Ital. X 2, 81, 2 hoc fuit ... templum quassante ruina terribilis -u.

β *pressius fere i. q. mors*: IVLIAN. in Iob 30, 24 ('si corruerint, ipse salvabis') non ad perpetuum ducetur interitum, nam post -um corporis restituetur in vitam.

2 *translate et in imag.*: **a** *de labe damnosa, perniciosa*: **α** *per infirmationem, deminutionem facta*: CIC. carm. frg. 11 (de consul.), 30 ea, quae -u tandem cecidere vetusto. VAL. MAX. 3, 2 ext. 5 excellentissimos Spartanae virtutis proventus mi⟨se⟩rabilis -s sequitur. SEN. nat. 4 praef. 22 velox ad imum -s e summo. LVCAN. 1, 71 negatum stare diu nimioque graves sub pondere -us nec se Roma ferens (LACT. inst. 7, 15, 13 *Romani* maiore decident -u, quia plus habent ponderis ad ruinam, quae sunt ceteris altiora. PS. AVR. VICT. epit. 16, 2 quasi uno -u ruissent omnia status Romani). PANEG. 4, 25, 5 quam faciles -us infirmitas habeat. IVL. VAL. 1, 33 p. 44, 16 cum ... praescivisset fortunae suae -us (*gr. aliter*). HEGES. 4, 2 p. 241, 21 prudentis est, in adversis -um corrigere ..., infirmi autem, -u aliquo summae rei diffidere (*gr. 4, 42* ἐν τοῖς πταίσμασιν, *Ps. Rufin.* in offensionibus). 5, 7, 2 p. 308, 17 proeliares -us futuris virtutibus causas dedisse (*gr. 5, 127* τὸ παρὸν πταῖσμα, *Ps. Rufin.* peccatum praesens). 5, 37, 2 p. 378, 24 si quis -u aliquo communem victoriam turparet (*gr. non respondet*). AMBR. Nab. 13, 57 p. 502, 11 numquam gratulatus est -u inimicorum suorum (*Vulg. Iob 31, 29* ad ruinam eius). VVLG. Sirach 20, 20 -s falsae linguae, quasi qui pavimento cadens, nam et sic casus malorum ... venient (*gr. 18* ὀλίσθημα). RVFIN. Basil. hom. 4, 2 p. 1754B si ... infaustum aliquid accidat, si aliquis -s occurrat. CLAVD. 3, 23 iniusti tolluntur in altum, ut -u graviore (maiore *var. l.*) ruant. FORT. vita Marcell. 8, 31 qui alteri -um parat, iam cecidit. *al.* **β** *per abolitionem facta*: SYMM. rel. 39, 3 *v. p. 784, 27.* CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 219B -um causa incurrit, non potest rursus audiri.

b *de labe per errorem, vitium facta*: **α** *respiciuntur errores intellectus*: CIC. de orat. 2, 339 cum sint populares (*i. apud populum*) multi variique -us, vitanda est acclamatio adversa populi. ac. 1, 45 ab omni -u continere temeritatem. VAL. MAX. 9, 9 pr. (*cap. de errore*) paucos ... eius -us referemus. SEN. dial. 3, 19, 6 scelera -u, non crudelitate commissa. PLIN. nat. 5, 12 dignitates ... mentiri non piget, haut alio fidei proniore -u, quam ubi falsae rei gravis auctor existit. STAT. silv. 1, 2, 100 *poeta quidam* iuvenum -us suaque aut externa revolvit vulnera. PS. QVINT. decl. 15, 8 (*amor potione exstinctus est*) felix ... mortalitas,

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

si reliquos -us incommodosque mentis errores fas esset . . . compescere. HIL. trin. 6, 1 p. 158B periculosus est error in plurimis; et multorum -s . . . auctoritatem sibi praesumit. HEGES. 5, 15 p. 319, 1 habent hunc -um improvidae mentes hominum (*ut spem vanam alant*). RVFIN. Orig. princ. 2, 10, 7 per liberi arbitrii -um. COD. Theod. 4, 13 (12), 3, 3 error . . . vel . . . ignorantia vel aetatis infirmae -s. NOVELL. Valent. 19, 2 his . . . tantum volumus ignosci, in quorum -bus sola potest fortuna accusari. PETR. CHRYS. serm. 82 p. 431A nec -um patitur sermonis humani *euangelista*, sed rei gestae . . . aperit veritatem. CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 122, 22 praecipiti -u stultitiae. ENNOD. dict. 2, 8 p. 432, 22 *deus Christianorum*, cui nullus versutiam vestram (*sc. idolorum*) -s abscondit. COD. Iust. 1, 17, 1, 9 *veteres constitutiones raro receptae sunt*, ne ex continuatione huiusmodi -us oriatur aliquid . . . spinosum. FACVND. defens. 8, 4 p. 723A -s invenitur in verbo. *al.*

β vigente vi morali: (I) *absolute*: SEN. epist. 75, 9 in illa, quae fugerunt, decidere non possunt; iam ibi sunt, unde non est retro -s. ITALA IV Esdr. 8, 17 video -os nostros. psalm. 55, 13 (Veron. *al.*, *cf.* VVLG.; *item loco gemino* 114, 8) eruisti . . . pedes meos de -u (*gr.* ἐξ ὀλισθήματος. *loco gemino Hier. psalt. sec. Hebr. 116, 8* ab offensa). Ier. 22, 21 (Wirc.) locutus sum ad te in -u tuo (*gr.* ἐν τῇ παραπτώσει σου, *Vulg.* in abundantia). Dan. 11, 21 (Wirc.) confirmavit res in -bus (*gr. Theodot.* ἐν ὀλισθήμασιν, *Vulg.* in fraudulentia). CYPR. laps. 7 p. 241, 19 voluntario -u se ipse prostravit (*item de fide negata*: epist. 56, 1 p. 648, 15. 57, 1 p. 651, 14. PS. AVG. quaest. test. 102, 7 p. 205, 7 qui post -um convertuntur ad eum, ut post apostasiam regressis remittat peccata). PS. CYPR. pudic. 13 caro, quae semper in -u est (*infra*: ruinae conlapsi generis. *cf.* RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 63, 21 in -us carnis et in impudicitiae praecipitia corruerunt). LACT. ira 2, 3 ex quibus . . . gradibus (*ad veritatem*) . . . pronus est -s et facilis ad ruinam. AMBR. in Luc. 4, 8 nisus ad virtutem difficilis, -s facilis ad errorem. AVG. civ. 13, 1 p. 556, 26 D. de -u primi hominis. PS. TIT. epist. l. 468 (*ex actis Ioh.*) *copula carnalis est* -s a sensu[s]. *al.* (II) *c. gen. explic., inhaerentiae sim.*: CYPR. epist. 65, 1 p. 721, 17 post gravem -um ruinae suae (RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 11, 3 -um r. excelsioris. ALC. AVIT. carm. 2, 227 *serpens in paradiso* iuvat in -um pendentis prona r.). AMBR. obit. Valent. 14 ante correxit errorem, quam disceret esse -um alicuius erroris. PHILIPP. in Iob 16 p. 657C ne in -um blasphemiae caderent. 25 p. 687B ne per aliquem -um peccati inimicitias . . . incurrant (RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 229, 32. SVLP. SEV. epist. app. 2, 12 peccatorum et malorum). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 197, 8 nihil de peccatorum miseriis, nihil de fragilitatis -u (*var. l.* fragilitate -uum). CASSIOD. inst. 1, 21, 1 pravitatis. CONC. Aurel. a. 541 p. 89, 4 qui . . . ad heresis -um . . . discendunt. GREG. M. dial. 3, 7 p. 149, 24 M. perditionis.

B *mera notione fluendi, praetereundi*: 1 *proprie*: a *de motu per aerem facto*: *α stellarum, caeli*: CIC. Arat. 215 sese . . . erigit Hydra, praecipiti -u . . . serpens (*gr. 445* ἠνεκὲς εἰλεῖται). 470 emergunt alite -u e terris Volucres (*gr. 690* ἀνέρχεται). carm. frg. 11 (de consul.), 9 *stellae*, quae verbo et falsis Graiorum vocibus errant, re vera certo -u spatioque feruntur. VERG. Aen. 4, 524 cum medio volvuntur sidera -u (SERV.: medium cursum tenent). GERM. 52 *Serpens* tendit ⟨. . .⟩ ad Cynosuran squamigero -u (*cf.* SIL. 3, 193 geminum -u sidus circumligat Anguis). LVCAN. 2, 268 otia . . . ages; sicut . . . inconcussa suo volvuntur sidera -u. STAT. Theb. 1, 499 multivago transmittis sidera -u. 8, 177 sidereos -us (*cf.* CONSVLT. Zacch. 1, 25 p. 31, 17 siderum. CASSIOD. inst. concl. 2 stellarum). 10, 210 caeli secreta vagosque edocui -us. APVL. mund. 1 intermino -u. FIRM. math. 6, 30, 26 -um caeli et omnium siderum cursus. AVIEN. Arat. 135 tardo . . . -u. 510 Aries . . . numquam Cynosuridos ursae segnior ab -u convertitur (*gr. 227* τροχάει). 1028 similis nascentibus ortus . . ., par . . . -s . . . et simili conduntur sidera casu. 1061 quanto nox atra sibi trahat otia -u. 1355 alterno . . . -u (*gr. 750* τοτὲ μέν τ' ἀνιὼν τοτὲ δ' αὐτίκα δύνων). *al.* *β avium*: CIC. carm. frg. 7, 9 *aquilam* praepetibus pinnis -uque volantem. nat. deor. 2, 99 volucrium -us atque cantus. VERG. Aen. 3, 225 horrifico -u de montibus adsunt harpyiae. STAT. Theb. 2, 349 avium -us. CONSVLT. Zacch. 1, 30 p. 38, 8 volantum -us.

b *de motu per terram facto*: *α herbarum*: CIC. Cato 52 *vitem* serpentem multiplici -u et erratico (APVL. mund. 36 faciles vitium -us [*gr.* ἄμπελοι *tantum*]). CYPR. ad Donat. 1 p. 3, 13 erratici palmitum -us . . . per harundines baiulas repunt (ENNOD. dict. 8, 10 p. 448, 21 adstringe . . . erratici palmitis -us). *β serpentium* (*cf. l. 51*): VERG. Aen. 2, 225 gemini -u delubra ad summa dracones effugiunt (SERV.: labi proprie serpentum est). SEN. dial. 4, 31, 6 repentes . . . innoxio -u dracones. AMBR. epist. 28, 5 venenato -u corporis sese trahunt. CLAVD. 22, 430 tacito relegens exordia -u. carm. min. 53, 8 *gigantes* stridula volventes gemino vestigia -u. rapt. Pros. 1, 13 -u . . . sereno . . . tendunt ad carmina cristas. *de diabolo*: EPIST. pontif. 386 Conc.S I 2 p. 89, 26 ne . . . lupus . . . serpentino -u ad mortem perveniat animarum (VEN. FORT. vita Hil. 8, 26). *γ variarum rerum vel animantium*: VERG. Aen. 2, 236 pedibus . . . rotarum subiciunt -us (IVL. VAL. 3, 37 p. 145, 11 [*Hist. Alex. M. I p. 120, 22 Kr.* ἐπὶ τροχῶν συρομένη]. VEG. mil. 4, 17 volubili. RVFIN. Basil. hom. 2, 6. *cf.* SORAN. p. 42, 13 *infans est* in sellam, quae in pedibus rotas habet, exponendus, ut -u eius assuescat gressum facere). SOL. 31, 6 himantopodes . . . serpunt potius quam incedunt et pergendi usum -u magis destinant quam ingressu (*Plin. nat. 5, 46* serpendo ingredi). CLAVD. 1, 103 *equi* -u protinus uno, quem poscunt, tetigere locum (*cf.* ENNOD. carm. 1, 9, 103 -u gradiens celer ignis Olympi, . . . cursus imitatus equorum).

c *de cursu aquae*: CIC. div. 1, 100 si lacus emissus -u et cursu suo ad mare profluxisset. VARRO ling. 5, 71 ab aquae -u lubrico lympha. HOR. carm. 1, 12, 10 Orphea . . . rapidos morantem fluminum -us (APVL. mund. 4 frigidos. PS. QVINT. decl. 298 p. 179, 14 perennes. PRVD. cath. 9, 112 et undas). OV. met. 8, 163 Maeandrus in undis ludit et ambiguo -u refluitque fluitque. 9, 95 dum flumina *Acheloi* pacem et placidos habeant -us. PAVL. FEST. p. 118 latex a -u, profluens aqua dicitur. CVRT. 8, 9, 18 flumina . . ., quae leni modicoque -u segnes aquas ducunt. COLVM. 1, 5, 3 palustris *aqua*, quae pigro -u repit. LVCAN. 10, 315 *Nilum* mollis -s agit (*de eodem* 10, 317 cum -us abrupta viarum excepere tuos. CLAVD. carm. min. 28, 15 vago -u). SIL. 15, 238 fluctus rapido fugiebat in aequora -u. 15, 622 refluo . . . per aspera -u in sese redit *Metaurus*. STAT. Theb. 9, 414 -u . . . sonoro. PLIN. paneg. 30, 4 placido . . . mollique -u. MIN. FEL. 17, 9 *flumina* eunt semper exercitis -bus. LACT. inst. 2, 5, 1 flumina sempiterno -u fluere praecepit *deus*. AVSON. Mos. 61 -s aquarum. *al.*

d *de natantibus, navigantibus*: OV. fast. 6, 500 *Panope sororesque* placido -u per sua regna ferunt *Inonem et Melicertem*. CVRT. 4, 3, 10 *natantes* subibant aquam occultoque -u ad molem usque penetrabant. RVT. NAM. 2, 63 *navibus* advehimur celeri . . . moenia -u.

2 *translate*: a *varia exempla*: CIC. phil. frg. IX 12 leni quodam et facili -u ad deos . . . pervolare. AVIEN. Arat. 51 -u continuo ruiturae in corpora nostra prorumpunt animae. SERV. georg. 4, 399 ('doli . . . frangentur') cum religata in eo (*sacerdote*) fuerit . . . cupiditas . . ., -s animi, aquarum mobilitati similis. HIER. in Soph. 1, 1 p. 1339B (*in disputatione*) hucusque quasi prono -u et per plana currentes. RVFIN. Basil. hom. 2, 1 mentis motus et cogitationum -us (GREG. M. dial. 2, 3 p. 82, 18 M. cogitationis). PRVD. ham. 849 (*845* facili . . . volatu) *anima* celeri relegens secat aera -u. VITA Hil. Arel. 13 l. 4 *cum praefectus impius* consuetudinario -u ferretur . . . in praeceps. GREG. M. moral. 4, 23 ad . . . incommutabilitatis statum mente recurrit et mortalitatis -um per prospera et adversa variantem . . . maledicendo declaravit. 11, 68 nostrum vivere quotidie a vita transire est; quem . . . -um homo ante culpam habere non potuit.

b *labitur tempus*: *α indicatur tempus per gen.*: CLAVD. DON. Aen. 4, 35 p. 360, 9 temporis (COD. Theod. 2, 6, 2. 11, 31, 2 CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 34A). AVG. civ. 20, 3 p. 409, 12 D. temporum (COD. Theod. 11, 31, 8 EDICT. append. Visig. 2, 14). COD. Iust. 7, 39, 7, 4 (*a. 525*) institutae diei. *β nude*: COD. Theod. 11, 31, 9 ut, si . . . -um . . . provocator incurrerit, tempora . . . observentur. 11, 32, 1 si . . . gemino -u causa fuerit evoluta.

C *de actione elabendi*: SEN. benef. 4, 6, 6 puerilium dentium -s. STAT. Theb. 6, 700 molis praevalidae castigat pulvere -us (*i. e. discum p. aspergit, ne elabatur*). SORAN. p. 18, 9 propter -um infantis (*gr. p. 40, 22 Ilb.* πρὸς τὴν τῆς ἀποτέξεως χρείαν. *item de partu*: 82, 2 ut . . . praeparato -u facillime exire possit [*gr. p. 136, 20* εἰς ὄλισθον]. 89, 14). CAEL. AVR. acut. 3, 1, 5 omnis . . . humoris fluor, quem rheumatismum vocant, multi liquoris est -s sive egestio. 3, 18, 178 gonorrhoea, quam nos seminis -um vocamus, siquidem . . . sit seminis involuntaria . . . elapsio (*de eodem morbo*: chron. 1, 3, 54. 1, 4, 63. 2, 1, 13 ORIBAS. syn. 9, 37, 1). chron. 4, 6, 91 laxamenti . . . causa atque -us faciendi. CASS. FEL. 46 p. 117, 4 per somnum involuntario -u urinam emittunt. *cum gen. explic.*: GREG. TVR. Franc. 5, 48 p. 257, 24 cum . . . reductus a fugae -u (fuga elapsu(s) *var. l.*) teneri non possit.

II *metonymice de rebus, in quas vel per quas quid labitur*: A *usu minus pleno, accedente gen.*: TERT. resurr. 60 quo . . . spelunca haec oris et dentium statio et gulae -s et competum stomachi . . ., cum esui et potui locus non erit? POTAM. tract. 2 p. 1416A laxatis venarum -bus . . . croceus se . . . imber infudit. B *usu pleno de rete piscatorum*: GREG. TVR. Franc. 8, 10 p. 377, 6 intra -um, quod opere meo ad capiendorum piscium necessitatem praeparaveram. glor. conf. 5 p. 752, 17 invenit *piscator* . . . esocem in -um suum (*var. l.* -u suo). vit. patr. 17, 4 p. 731, 25 -s . . . noster, in quo pisces decidere soliti sunt (*v. etiam ibid.* p. 732, 4).

in lusu verborum c. illapsus: *vol. VII 1, 337, 67.*

deriv.: lapsina, lapsinosus, lapsosus. *Steinmann.*

[lapti TERT. anim. 32, 2 *corruptum; v. p. 940, 74.*]

[laptiles PLAVT. Truc. 54 *corruptum.*]

laptūca *v.* lactuca. *B.*

1. laquear, -āris, *saepius* **laqueāria** (lacuāria), -ium *et* -ōrum, *inde* (*in doctrina gramm.*) **laqueārium**, (-ī) *n.* [*eiusdem sensus atque* 1. lacunar, *quod a* lacuna *derivandum esse constat; unde* laquear *simili formatione ortum sit, non liquet; ad formam* lacuar (*prius* lacuatus *Enn.*, ablacuare *Varro*) *cf.* lacus. *Sch.*] *de orig.*: SERV. Aen. 1, 726 (*inde* ISID. orig. 15, 8, 6. 19, 12) principaliter 'lacus' dicitur . . .; diminutio 'lacunar' facit . . .; inde fit alia diminutio 'lacunarium' et per antistoechon '-um' facit (*cf. p. 959, 4. 18*). PRISC. gramm. II 127, 7 'lacus lacūnar' . . ., 'laqueus' autem '-ĕar' (222, 6 a lacu 'lacunar lacunāris', a laqueo '-r -āris'. GRAMM. suppl. 69, 27. *cf. p. 959, 5 et de mensura* PS. PRISC. gramm. III 523, 22sq.). *scrib.* lacuaria (*cf.* lacuatus, abla-

[*Pecere*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cuo): VERG. Aen. 1, 726 (SERV. auct.: legitur et 'lacuaribus' [*confert* ENN. *p. 960, 11*]. *inde* GLOSS.[L] I Ansil. LA 345 lacu[n]aribus [*affert* laqueata *Lucr. 2, 28, ubi auctor glossae* lacuata *legisse videtur*]). 8, 25 (SERV.: multi 'lacuaria' [*F*, lacunaria *cett.*] legunt, nam 'lacus' dicuntur [*affert* lacunar *Hor. carm. 2, 18, 2*]. auct.: non enim a laqueis dicitur, sed ab eo, quod sunt lacus. SCHOL. Veron.: lacuar⟨. . .⟩. *cf.* CAPER gramm. VII 105, 15 -a, non lacuaria [*C[1]*, lacunaria *cett. et Keil*]). *codices Vergilii praebent* laqu(e)ar-, *cf.* SCHOL. Hor. carm. 2, 16, 10/11. laquiar-: CIL VIII 16530 (laquear- 1183. *al.*). *de formis: sg. grammaticis exceptis* (-r *l. 22. p. 958, 82*, -um *l. 22. 23. p. 958, 81*, *gen.* -is *l. 958, 83; adde* PHOC. gramm. V 430, 2 hoc -r ab hoc -i) *non exstat nisi abl.* -e CVLEX 64 (*cf.* lacunari *p. 859, 6*). *plur.* -a *et* -bus *passim*, *gen.* -ium (*cf.* lacunarium *p. 859, 8*) PLIN. nat. 12, 9, -orum (*cf.* lacunariorum *p. 859, 9*) CIL VIII 1183, *abl.* -is (*cf.* lacunariis *p. 859, 10*) AMM. 29, 2, 4 *et in parte codd.* VVLG. III reg. 6, 9. AVG. serm. 15, 1, 1 (*cf.* MAX. TAVR. hom. 11 p. 246[C]). GLOSS.[L] III Abol. LA 51 (*cf. infra l. 75*). *de notione*: SCHOL. Hor. carm. 2, 16, 10/11 -a . . . dicuntur opera camerae in lacus conlectae (*affert exempla* VERG.). ISID. orig. 15, 8, 6 -a sunt, quae cameram subtegunt et ornant, quae et lacunaria dicuntur (19, 12 GLOSS.). GLOSS. -a: camera (laqueata). ornamenta tectorum. caelum in domo. domorum tignaria. tabulae sub trabibus. GLOSS. II 337, 13 καλάθωσις: -r, lacunar. 387, 23 ὀροφή: lacunar, -um *eqs.* 387, 24 ὀρόφωσις: lacunarium, -um. *cf. l. 30*. *legitur in poesi praecipue dactylica inde a* VERG. (*cf.* lacunar *p. 859, 5*), *in prosa primum ap.* SEN. *philos.* (*bis*, lacunar *quinquies*), PLIN. nat. (*iuxta* lacunar, *v. l. 40*), PS. QVINT., TAC., APVL. (*semel*, lacunar *ter*). [*confunditur in codd. c.* lacunar *l. 2 sqq. et* PS. CYPR. spect. 9 HIER. epist. 52, 10, 1.]

i. q. lacunar (*fere de conclavi* ITALA, *de porticu* RVT. NAM.):
1 *proprie*: VERG. Aen. 1, 726 dependent lychni -bus aureis ([GLOSS. IV 449, 18 tignis vel domibus auratis. *cf.* 2. laquear]. ANTH. 443, 3 ARNOB. nat. 6, 3 AVG. serm. 15, 1. CORIPP. Iust. 3, 21 tecti. CIL VIII 16530. INSCR. christ. Diehl 1786 B b, 2 *e suppl.*). 8, 25 *lumen* summi . . . ferit -a tecti (VAL. FL. 5, 243 currere per summi fulgor -a t. PRVD. perist. 11, 219. *adde l. 31*). CVLEX 64 nitor auri sub -e domus (AMM. 29, 2, 4 ex summis domorum -is). MANIL. 5, 288 sculpentem . . . -a templis. SEN. epist. 90, 15 versatilia cenationum -a (*cf. p. 960, 17*). 90, 42 non inpendebant caelata -a. PERS. 3, 40 auratis pendens -bus ensis (PS. QVINT. decl. 9, 17 AMBR. Nab. 13, 54 PAVLA Hier. epist. 46, 11, 1 PRAEDEST. 1, 24 MAX. TAVR. hom. 11 p. 246[C]). PLIN. nat. 12, 9 -ium auro. 33, 57 -a, quae . . . auro teguntur ([*sed 1, 33, 18* lacunaria *ut 35, 124*]. PS. CYPR. spect. 9 auro licet tecta -a reluceant. PANEG. 3, 11, 4). SIL. 7, 145 *splendor solis* tremula -a verberat umbra. STAT. Theb. 1, 144 nondum crasso -a fulva metallo . . . nitebant (PRVD. perist. 12, 51 c. Symm. 2, 838). silv. 3, 3, 103 quod domini celsis niteat -bus aurum. TAC. ann. 4, 69, 1 tectum inter et -a tres senatores . . . sese abstrudunt. APVL. met. 5, 1, 3 summa -a citro et ebore curiose cavata. TERT. apol. 40, 14 nubila de -bus exspectatis (*cf. p. 859, 64*). ITALA *p. 859, 51*. CYPR. ad Donat. 15 auro distincta -a et . . . marmoris crustis vestita domicilia (PS. AVG. quaest. test. I 106, 12). ANTH. 21, 4 antiquus cepit -a fulgor. VVLG. III reg. 6, 9 texit . . . domum -bus cedrinis (Ier. 22, 14). 6, 15. cant. 1, 16 cypressina. PRVD. cath. 5, 142 pendent mobilibus lumina funibus, quae subfixa micant per -a. perist. 3, 197 aureolis. CLAVD. 22, 277 summae tangunt -a cristae. 26, 223 fulta . . . auro. CYPR. GALL. exod. 1115 pendeat ut lychnus . . . -bus altis (*respicitur* VERG. *l. 29, item* lev. 223). SVLP. SEV. dial. 1, 21, 4 celsa. RVT. NAM. 1, 111 quid loquar inclusas inter -a (*i. columnas porticus laqueatae, cf. Hor. epist. 1, 10, 22*) silvas . . .? SIDON. epist. 9, 13, 5 v. 48 coruscis. CIL VIII 1183 (*s. III ex.*) addito cultu meliori -orum. 23888 porticum marmoribus et -bus et columnis exornavit. 2 *in imagine de caelo* (*cf. l. 21*): STAT. silv. 4, 2, 31 fessis vix culmina prendas visibus auratique putes -a caeli (MART. CAP. 8, 808 v. 4 video splendescere pulsu icta . . . -a c.).

deriv.: laquearis, 1. laquearius. *cf.* 1. laqueatus.

2. (laquear), laqueāria, (-ium) *n.* *a* laqueus *sec.* 1. laquear *ab interpretibus Vergilii (supra l. 29) fictum esse videtur, cf.* 2. lacunar. GLOSS.[L] I Ansil. LA 338 -a: catenae aureae (III Abol. LA 13 VAbba LA 64. GLOSS. IV 532, 15 aut corona. V 305, 51. 306, 42 catenae, candelabrum. 369, 14 funes, lucernae, id est aureae catenae. 505, 35). 340 funiculi, de quibus candelae de camera suspenduntur.

laqueāris, -e. *a* 1. laquear, *cf.* 1. laquearius. opus -e *fere i. q. laquearia*: CET. FAV. 21 -is operis . . . aut arcuatilis camerae exemplis uteris.

laqueārium *v.* 1. laquear.

1. laqueārius, -ī *m. et* -us, (-a), -um. *a* 1. laquear, *cf.* laquearis. [*vix huc pertinet* GLOSS.[L] III Abol. LA 24 -is: deauratis. *forsitan legendum sit* domibus auratis *aut* tectis d., *v. l. 30*.]

a *m. pro subst. i. q. laquearium artifex* (GLOSS.[L] II Abav. LA 41 -i: domorum tignarii): COD. Theod. 13, 4, 2 architecti, -i, albarii, tignarii *eqs.* (*cf.* laccarius). b opus -um *fere i. q. laquearia*: CASSIOD. Ios. antiq. 8, 68 cameras . . . de lignis . . . fecit, caelatis opere -o auroque vestitis (*gr.* ἐξεσμένην εἰς φατνώματα).

2. laqueārius, -ī *m.* *a* laqueus, *cf.* retiarius. [*fem.*: *tusc.* lacciaia; *francog.* lassière; *suffixo mutato*: *francog. vet. et med.* laceure *etc. cf. Battisti-Alessio III 2146. Wartburg V 179 sq. G.*] *i. qui laqueum inicit*: ISID. orig. 18, 56 de -is: -orum (laqueatorum *Otto ex codd. det.*) pugna erat fugientes in ludo homines iniecto laqueo inpeditos consecutosque prostrare amictos umbone pellicio. CIL XIV 2032 Splendor l(aquearius) t(iro) (*sic solvit Vollmer in schedis*, laqueator tiro *Lanciani*).

?**laqueātor** *v.* 2. laquearius.

1. laqueātus (lacuātus), -a, -um *et inde* **laqueo,** -āre. [*ex eodem fonte fluxisse videtur atque* 1. laquear (*q. v.*). *Sch.*] -cua- (*cf.* arcuatus *sim.*) ENN. *teste* SERV. auct. Aen. 1, 726 (*ex* CIC. Tusc. 1, 85. 3, 44, *ubi* -quea- *codd.*). *cf. p. 959, 4*. PRISC. gramm. III 445, 3 (*de syncopa*) -us lacus.

1 -tus *i. q. laquearibus ornatus*: a *proprie*: ENN. scaen. 95 tectis caelatis -is (CIC. Verr. II 1, 133 pulcherrime. leg. 2, 2 pavimenta marmorea et -a t. LVCR. 2, 28 -a aurataque t. [*Macr. Sat. 6, 4, 21 Gloss.*[L] *I Ansil.* LA *345*, templa *codd. Lucr.*]. HOR. carm. 2, 16, 11 LVCAN. 10, 112). OV. fast. 2, 315 antra . . . tofis -a et pumice vivo. LIV. 41, 20, 9 templum non -um auro tantum, sed parietibus totis lamina inauratum. SVET. Nero 31, 2 cenationes -ae tabulis eburneis versatilibus (*cf. p. 959, 36*). AVSON. Mos. 49 Phrygiis sola levia consere crustis tendens marmoreum -a per atria campum. VVLG. Agg. 1, 4 domibus ([*gr.* κοιλοστάθμοις. *cf.* HIER. *in l.*: id est ornatis atque compositis et quae non tam ad usum sunt quam ad delicias]. AVG. in epist. Ioh. 2, 12 marmorata et pulchre -a [serm. 170, 4, 4 serm. coll. Morin p. 318, 19]). GLOSS. *p. 959, 20*. b *in imagine de caelo* (*cf. l. 27*): MART. CAP. 2, 198 caelestis sphaerae globum ac -um stellis ambitum. 6, 582 camerae exterioris ornatum et -a sideribus palatia.

2 -are *i. q. tamquam laquearibus ornare* (lacunare *dixit Ov.*): MANIL. 1, 533 sidera . . . ignibus in varias caelum -antia formas.

compos.: sublaqueo. *cf.* ablaqueo (-lacuo), 1. oblaqueo.

2. laqueātus *v.* 1. laqueo.

1. laqueo, -āvī, -ātum, -āre. *a* laqueus. *inter verba act. coniug. primae afferunt* CHAR. gramm. p. 473, 11 B. PRISC. gramm. III 469, 28. *inf. perf.* -asse VEN. FORT. GLOSS. βροχίζω. παγιδεύω. -are: vincire, alligare. -ari[a]: collum ligari. *legitur inde a* GRATT., MANIL., COLVM. [*it. vet.* lacciare, *it.* allacciare; *francog. vet.* lacier, *francog.* lacer, *dial. wall., pic., norm., occ., pict., burg., loth.; francoprov.; prov. vet.* lasar, *prov.* laçá; *cat.* llasar; *port.* laçar. *cf. M.-L. 4907. Battisti-Alessio III 2146. Wartburg V 177 sqq. Machado II 1283. G.*] [*dub.*: SEN. epist. 48, 8. PS. AVG. serm. WSt. 50, 1932 p. 136, 32 (*v.* liquo).]

i. q. laqueo vincire: 1 *proprie*: a *generatim*: GRATT. 29 (43) ipsum medio cassem quo nascitur ore per senos circum usque sinus -bis (-as bis *pars codd. et edd.*). MANIL. 5, 659 extentis -are profundum retibus et pontum vinclis artare. COLVM. 6, 19, 3 corpus -tum et distentum temonibus obligatur. SOL. 25, 10 *serpentes* pedes *elephantorum* nodis ligant, ut -tis cruribus inpediant gradiendi facultatem (*cf. Plin. nat. 8, 33*). AMM. 31, 2, 9 *Huni* hostes . . . contortis laciniis inligant, ut -tis resistentium membris equitandi vel gradiendi adimant facultatem. ORIENT. comm. 1, 146 agmina . . . ferarum . . . -ta plagis. CASSIOD. hist. 9, 47, 3 ut eum iactu -ret (*antea*: alligaret. *cf. Sozom. 7, 26, 8* βρόχον, σχοινίον). b *c. respectu suspendendi*: ITALA Matth. 27, 5 (cod. δ) *Iudas* -vit se (*Vulg.* laqueo se suspendit, *gr.* ἀπήγξατο. *cf.* ITIN. Anton. Plac. rec. A 27 catenam . . ., cum qua se -vit infelix Iudas. PS. AVG. serm. Cas. 1 p. 166 b 1 tu *Iudas* pendes gutture -to). SCHOL. Stat. Theb. 11, 644 Erigone . . . se . . . -vit (*cf. Hyg. fab. 130, 3* suspendio se necavit). CASSIAN. conl. 16, 18, 2 qui manu sua quempiam -verit. VEN. FORT. carm. 10, 6, 41 viduae genito -to, deinde reducto.

2 *in imag. et translate*: a *vario usu*: IVVENC. 1, 523 si te forte oculi dextri -verit error (*Matth. 5, 29* si oculus . . . scandalizat te). FVLG. aet. mund. p. 156, 9 Saul . . . adipatae gregis -tum adfectu et taurorum pinguium muscipulatum adpetitu. ASTER. ad Renat. (RevBén. 47, 1935) p. 106 ubi quibusdam decipulis errantem ceperit virum vel . . . si -verit monachum. CASSIAN. inst. 7, 7, 3 cum huiuscemodi cogitationibus -averit mentem. ORIENT. comm. 1, 369 *Salomon* ducitur in facinus vetito -tus amore. PETR. CHRYS. serm. 11 p. 222[A] istis . . . hominis filium tu, *diabole*, -are non posses (*cf.* EPIPHAN. in euang. 14). 18 p. 249[A] non -emur auguriis, non divinatione fallamur, non capiamur sortibus *eqs.* 105 p. 493[A] *diabolus* mendacio decepit Evam, . . . cupiditate -vit Iudam *eqs.* CASSIOD. hist. 10, 5, 1 populum Celticorum Arianis retibus -tum (*Theodoret. 5, 30, 1* ὑπὸ τῆς Ἀρειανικῆς θηρευθέντα σαγήνης). in psalm. 19, 9 -ti pravis desideriis (*seq.* se . . . nexuosis erroribus inligare). VEN. FORT. carm. 4, 26, 90 infelix quisquis maculosis actibus usus ante redemptorem se -asse videt. GREG. M. dial. 4, 50 p. 310, 20 M. ut . . . valeat *spiritus deceptor* animam ex una aliqua falsitate -are (illaqueare *var. l.*). THEOD. MOPS. epit. in psalm. 34, 7[a] ad p. 177 tectis me captionibus, ut interficerent, -are voluerunt [me]. PS. VIGIL. THAPS. c. Arian. 1, 1 Evam serpens in paradiso dolosis persuasionibus -vit. b *proverbialiter*: PAVL. NOL. carm. 23, 79 fit laqueus -tus (*sc. a diabolo*) homo et sua praeda latronem decipit. EVAGR. sent. mon. 33 (Leclerq, Scriptorium V 2, 1951, 206) qui ponit laqueum, conprehendetur ab ipso, et qui abscondit eum, -bitur ab illo (*altera versio Migne 20, 1182*[C] disperiet, *gr.* ἁλώσεται). *huc respicere videtur* PS. CYPR. or. 1, 1 contra diaboli minas . . . munitum pectus concedas, ne . . . hostis letalibus laqueis implicemur . . .; -etur (loquetur *T*), concidat *eqs.*

[*Pecere*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. p. p. **laqueātus,** (-a), -um *fere pro adi.*: 1 *i. q. in modum laquei conexus*: CE 1037, 3 illa licet collo *amantis* -os inliget artus *eqs.* 2 *i. q. implicatus, flexuosus*: POTAM. tract. 2 p. 1416^B (*de martyrio Isaiae*) patuerunt ... internorum viscerum ... -a commercia.

compos.: e-, il-, 2. oblaqueo.

2. laqueo *v.* 1. laqueatus.

?**laqueolus,** -ī *m.* *a* laqueus *deminutive.* [*it.* lacci(u)olo, *venet.* tsolo; *raet. centr.* čol; *francog. iud.* laçol; *prov. vet.* lasol; *vasc.* lassoü; *cat.* llassol. *cf. M.-L. 4908. Battisti-Alessio III 2147. Wartburg V 180. G.*] *i. q. laqueus, quo hostes capiantur* (*cf. p. 962, 15*): HEGES. 5, 50 p. 406, 2 *Tiridates* -o (iaculo *var. l.*; laquei iaculo *coni. Hofmann, vol. VII 1, 74, 76, cf. p. 960, 48*) insertus in potestatem hostium vivus concesserat, ni ... gladio nodum informem (*cf. vol. VII 1, 1476, 75 sqq.*) ... intercidisset (*seq.* laqueos iacere atque hostem innectere. *gr. 7, 250* βρόχον, *deinde* τὸν τόνον κόψας. *Ps. Rufin.* laqueo, *deinde* rupisset laqueum).

^x**laqueus,** -ī *m.* [*vox procul dubio denominativa; radix* *lac- (lacio, *cf.* illicio *sim.*) *sensu decipiendi tantum obvia parum convenit. Sch.*] *scrib.* lac-: TAB. devot. Audollent 250 B, 10 (*s. III*) lac⟨ueos⟩. *genus masc. affirmant* CAPER gramm. VII 101, 12 DVB. NOM. gramm. V 583, 4; *neutr.* ITALA *p. 963, 56. 964, 12.* GLOSS.; *fem.* (*sec.* muscipula) ITALA *p. 963, 54.* NOT. Tir. 91, 90. SYNON. Cic. p. 427, 34 insidiae ... decipula, -i *eqs.* GLOSS. βρόχος, παγίς. ποδάγρα, ἀρπεδόνη. βροχίον. ἀγχόνη. *legitur inde a* PLAVTO, LVCIL., CIC., CAES. [*val.* laṭ; *it.* laccio, *pedem.* las, *abrut. vet.* lazzo; *sard. centr.* láttu, lánϑu, *mer.* láttsu; *raet. occ.* latsch, *or.* lats; *francog.* laz, lacs, *dial. wall., pic., norm., occ., centr.; francoprov.; prov. vet.* latz, *delph. vet.* las, *prov.* las; *cat.* llas; *hisp.* lazo; *port.* laço. (> *basc.* lakio, *alb.* lak). *cf. M.-L. 4909. Battisti-Alessio III 2147. Wagner II 15 sq. Wartburg V 180 sqq. Corominas III 59. Machado II 1283. G.*]

I *usu stricto i. q. restis ad vinciendum apta,* παγίς (*gr. respondet, nisi alia adnotantur*; funium -i *p. 964, 24 et* HIL. in psalm. 118 heth 14 p. 431, 9 nun 2 p. 475, 5): A *instrumentum suspendendi vel strangulandi*: 1 *proprie*: PLAVT. Aul. 78 ⟨meum⟩ -o collum quando obstrinxero. Cas. 113 proin tu te in -um induas (*cf.* CALP. decl. 42 cum -um induisset [APVL. met. 1, 16, 4. 6, 30, 6]). 392 paratum oportet esse iam -um tibi. CIC. fin. 5, 28 qui aut -os aut alia exitia quaerant. CIL I² 2123 quei sibei ⟨la⟩queo manu(m) attulissent. SALL. Catil. 55, 5 -o gulam fregere (MARCELL. chron. II p. 93, 490. *cf.* LVCAN. 2, 154 -o fauces elisaque guttura fregit. TAC. ann. 6, 40, 1 fauces ... iam exanimis -o vexatae. PS. AVR. VICT. epit. 40, 5 fractis -o cervicibus). HOR. sat. 2, 2, 99 cum deerit egenti as, -i pretium. 2, 3, 131 -o uxorem interimis matremque veneno. epist. 1, 16, 37 contendat -o collum pressisse paternum. 1, 19, 31 nec sponsae -um famoso carmine nectit *Alcaeus* (CALP. ecl. 3, 87 ab ... ilice. QVINT. inst. 8, 5, 23. AVSON. 23, 1 p. 316 P. collo [4 aptavit c.... -um]. *cf.* Ov. met. 10, 378 -o ... innectere fauces. ARNOB. nat. 3, 27 innectuntur cervicibus -i). Ov. ars 1, 284. epist. 2, 142 colla ... -is inplicuisse. rem. 17 -o collum nodatus amator a trabe ... pependit. met. 6, 134 *Arachne* -o ... ligavit guttura (Pont. 1, 6, 39 colla). 7, 604 animam -o claudunt (*cf.* Ib. 550 animae -o sit via clausa). 14, 735 cum foribus -i religaret vincula summis (Ib. 614 vincula per -i fac tibi guttur eat). CARM. de bell. Aeg. 49 -is ... artis ... animam ... effundere. LIV. 42, 28, 12 -o dependentem (*cf.* SEN. epist. 4, 4 pependit [PLIN. nat. 14, 119 OROS. hist. 5, 16, 18]). SEN. contr. 7, 1, 21 non est imperatum, ut manu occiderem, non ut -o, non ut mari. *al.* VAL. MAX. 6, 1 ext. 3 -is sibi ... spiritum eripuerunt. 7, 3 ext. 5 de -o et suspendio cogitabat. 9, 12 ext. 1 *miseri* ferrum acuant, venena temperent, -os adprehendant. SEN. Phaedr. 259 -one vitam finiam an ferro incubem? (FRONTIN. [?] strat. 4, 7, 5 VOPISC. quatt. tyr. 5, 2. *al. cf.* TAC. Germ. 6, 4 infamiam -o finierunt). Phoen. 148 artis colla -is inseri. epist. 70, 12 sive ferrum appetit sive -um sive aliquam potionem venas occupantem. LVCAN. 6, 543 *Erictho* -um nodosque nocentis ore suo rumpit, pendentia corpora carpsit. 8, 655 -um collo tortosque aptare rudentis. 9, 107 enses aut -os aut praecipites ... iactus. PLIN. nat. 2, 156. 14, 119. 28, 49 -um suspendiosi circumdatum temporibus. STAT. silv. 5, 3, 77 -o ... illa supremo inclusit gemitus. QVINT. decl. 270 p. 108, 23 vultus ... -o tumentes. TAC. ann. 3, 50, 1 neque carcer neque -us, ne serviles quidem cruciatus. 4, 70, 3 vincla et -us. 5, 9, 2. 6, 25, 3 *Agrippina* -o strangulata (SVET. Tib. 53, 2). 14, 48, 4 carnificem et -um. 15, 57, 2 vinclo fasciae ... in modum -i ad arcum sellae restricto indidit cervicem. SVET. Tib. 54, 2 -os et uncos. Vitell. 17, 1 iniecto cervicibus -o. CALP. decl. 10 contentus -us adulescentis colla tenuabat. AMPEL. 2, 6 *Erigone* se suspendit -o (APVL. met. 5, 16, 4 -o nexili. MIN. FEL. 23, 7 de -o. VVLG. *p. 960, 50. al.*). *et passim.* *in quibusdam locutionibus vergit ad notionem q. e. suspendium*: Ov. met. 10, 388 -i ... requirere causam. 10, 417 indicium -i coeptaeque minatur mortis. PLIN. nat. 36, 12 ad -um eos conpulisse (PORPH. Hor. epist. 1, 19, 30. *cf.* PS. QVINT. decl. 15, 9 *dolor* saepe egit in -os, in praecipitia compulit). QVINT. decl. 260 p. 67, 12 si ... mollior frons ad -um, ad praecipitia, ad qualemcumque vitae festinasset exitum (CALP. decl. 29 *seq.* properavit ad mortem. *cf.* VAL. CEM. hom. 20, 9 proditus quidem ductus ad supplicium, sed proditor currit ad -um). IVV. 10, 53 cum Fortunae ipse *Democritus* minaci mandaret -um (*cf. Apul. met. 9, 36, 4* suspendium ... mandare). SEN. contr. exc. 8, 1 tit. orbata post -um sacrilega. 2 *translate*: CIC. Verr. II 4, 37 homini iam perdito et collum in -um inserenti subvenisti. HOR. carm. 3, 24, 8 non mortis -is (*cf. l. 79. p. 963, 53. 67. 964, 20*) expedies caput. AMBR. Tob. 14, 46 strangulat ... animam -us creditoris. AVG. nupt. et concup. 2, 13, 27 quibus -is peccati naturalis suffocetur adsertio. PS. AVG. serm. ed. Mai 36, 2 *Thomas* paene perfidiae -o suffocatus. GREG. M. moral. 2, 38 quos volentes in peccati -o strangulant *spiritus maligni* (6, 44 p. se -o strangulant).

B *instrumentum capiendi, impediendi, retinendi sim.*: 1 *proprie*: a *in re militari*: α *avertuntur tormenta*: CAES. Gall. 7, 22, 2 *Galli* -is falces (*sc. murales*) avertebant. LIV. 36, 23, 2 Aetoli ... non -is, ut solet, exceptos declinabant ictus *arietis.* VITR. 10, 16, 12 *Massilitani* permiserunt -um et eo ariete constricto ... suspenso capite eius non sunt passi tangi murum. VEG. mil. 4, 23 alii -is captos arietes ... in obliquum trahunt. β *capiuntur hostes*: MELA 1, 114 nec ferro dimicant *Ixamatarum feminae*, sed quos -is intercepere trahendo conficiunt. VAL. FL. 6, 133 doctus ... Auchates patulo vaga vincula gyro spargere et extremas -is adducere turmas. VEG. mil. 3, 23 catafracti equites ... capi faciles et -is frequentur obnoxii. HEGES. *et* PS. RVFIN. *p. 961, 15. 16.*

b *in re venatoria*: VERG. georg. 1, 139 -is captare feras et fallere visco (HOR. epod. 2, 35 leporem et ... gruem. TIB. 2, 6, 23 volucres [ANTH. 415, 53]). HOR. epist. 1, 16, 51 metuit foveam lupus accipiterque suspectos -os. Ov. epist. 18 (19), 13 volucrem -o ... ducitis. met. 11, 73 suum -is, quos callidus abdidit auceps, crus ubi commisit volucris *eqs.* 15, 473. GRATT. 89 fuit et -is aliquis curracibus usus. MANIL. 5, 186 mendaces ... parant foveas -osque tenaces. PHAEDR. 4, 2, 17 *mus* -os et muscipula effugerat. SEN. Phaedr. 45^b alius ... portare plagas, alius teretes properet -os. 75. dial. 5, 16, 1 -os fera, dum iactat, adstringit; sic aves *eqs.* nat. 4^a, 2, 15 *Tentyritae crocodilos* fugientes ... iniecto trahunt -o. epist. 89, 22 insatiabilis gula ... alia hamis, alia -is, alia retium variis generibus ... persequitur. OCTAVIA 413 (?). PROC. dig. 41, 1, 55 in -um, quem venandi causa posueras, aper incidit (VLP. dig. 9, 2, 29 pr.). PLIN. nat. 8, 215. 9, 36 -um inici supinae *testudini.* TEST. Galli (CIL XIII 5708) 2, 24 volo ... omne instrumentum meum, quod ad venandum et aucupandum paravi, mecum cremari cum ... retibus, plagis, -is *eqs.* PLIN. paneg. 43, 5 opertos praeda -os. ITALA psalm. 123, 7 (Sangerm. *al.* = VVLG.) anima nostra sicut passer erepta est de -o venatorum (*Veron.* muscipula). NEMES. auc. 5 adductos -i cum senseris orbes. IVVENC. 2, 492 *passeres* -os incurrere. VVLG. eccles. 9, 12 aves -o comprehenduntur. Am. 3, 5 numquid cadet avis in -um terrae absque aucupe? *al.* *i. q. rete sim.* (*captantur pisces*): EVSEB. EMES. serm. 28, 11 nec pisces a -is cum vi trahuntur quamdiu et capiuntur. BOETH. cons. 3 carm. 8, 5 non altis -os montibus abditis, ut pisce ditetis dapes.

c *vario usu*: PROP. 2, 34, 48 non ante ... taurus succumbit aratro, cornua quam validis haeserit in -is (*cf.* SEN. Phaedr. 1086 implicuit cadens *Hippolytus* -o tenaci corpus et ... nodos ligat. COLVM. 6, 2, 4 -i, quibus capulantur *cornua iuvencorum.* CLAVD. carm. min. 18, 16 *mulae* exutae -is). Ov. ars 2, 578 Mulciber obscuros lectum circaque superque disponit -os *eqs.* (*cf.* met. 4, 177 catenas retiaque et -os. IVV. 10, 314 nec erit *adulter* felicior astro Martis, ut in -os numquam incidat). met. 11, 252 ignaram *Thetin* -is vincloque innecte tenaci. fast. 3, 323 *Faunus et Picus* emissi -is (*syn.* vincula. *huc spectat* ARNOB. nat. 5, 2 manus, quae constringi -is et nodorum possent inligationibus coerceri). LIV. 1, 26, 8 'i, lictor, colliga manus'; accesserat lictor iniciebatque -um. SCRIB. LARG. 84 utrem si quis medium -o constrinxerit. *ibid.* si quis super -um percusserit venam in brachio. FRONTIN. strat. 1, 5, 26 bubulos -is ad arbores alligaverunt. APVL. met. 8, 22, 4 *mulier* -um sibi nectit infantulumque ... eodem funiculo nectit seque per altissimum puteum ... praecipitat. ARNOB. nat. 5, 11 Liberum ... innectentem -os mobiles (*seq.* circumpositi -orum morsus). SYMPH. 252 -o conexa tenaci *scopa.* *al.*

2 *in comparatione, imagine, metaphora*: a *usu profano et communi*: α *exempla varia*: PLAVT. Truc. 395 ut esset aliquis -us et redimiculum, reversionem ut ad me faceret denuo *miles.* LVCIL. 990 -is, manicis pedicis, mens inretita est (*de amore ut* TIB. 1, 9, 46 poteram ad -os cautior esse tuos. Ov. ars 3, 591 cadit in -os ... amator). CIC. Verr. II 1, 13 artioribus apud populum Romanum -is tenebitur. 2, 102 videte, in quot se -os induerit, quorum ex nullo se ... expediet. Ov. ars 2, 595 nec vos rivali -os disponite. VAL. MAX. 3, 2, 12 *Crassus* iniectos ab ea (*sc. fortuna*) libertati suae ... -os ... rupit. 7, 4 ext. 2 aciem ... astutiae copulatam -is. SEN. Thy. 287 quibus captus dolis nostros dabit perductus in -os pedem? benef. 7, 4, 1 teneo te; volo videre, quomodo ex his -is, in quos tua sponte decidisti, expliceris. IVV. 7, 50 -o tenet ambitiosum ... scribendi cacoethes. 13, 244 dabit in -um vestigia noster perfidus et ... patietur carceris uncum *eqs.* DECL. in Catil. 55 quos ... tetenderit ibi coniurationis -os aut quas catenas scelerum conflaverit nobis. APVL. met. 6, 5, 3 quo ... tantis -is inclusa vestigium porrigam ...? 10, 24, 2 *uxor* coepit puellam ... crudelissimis -is mortis insidiari. 10, 24, 5 fraudis extremae lapsa decipulo -os insidiarum accessit. 10, 27, 3 -is fraudium pessimarum uxor inducta. CYPR. domin. orat. 20 expeditus et succinctus nullis -is rei familiaris involvitur. GALLICAN. Avid. 2, 2 sponte ... fatales -os inciderit (SORT. Sangall. 4, 7 in -o. QVEROL. p. 48, 23 R.). FRG. Vat. 248 (*a. 330*) necessitatis

[Pecere]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-is adstricti (Cod. Theod. 11, 34, 2). Firm. math. 1, 4, 1 animus terrenis sordium -is impeditus. *al.* Amm. 29, 1, 43 impiae falsitatis. Clavd. 26, 475 se ... velut clausum -is *Alaricus conspicit*. Cod. Theod. 6, 4, 2 cuius (*sc. necessitudinis praefecturae*) -is vinciantur. 8, 4, 28, 1 condicionum. Novell. Theod. 22, 1, 1 alios curialibus oneribus, alios discussionum -is implicavit. Valent. 27, 1 colonatus. Cod. Iust. 10, 32, 64 pr. curialium munerum. *al.* *verborum (fere i. q. sophisma)*: Cic. Caecin. 83 aequitatem rei verbi -o capi. de orat. 1, 43 Stoici ... disputationum suarum atque interrogationum -is te inretitum tenerent (*cf.* Tusc. 5, 76 ut iam a -is Stoicorum ... recedamus). fat. 7 Chrysippi. Plin. epist. 1, 5, 7 nec me -is tam insidiosae interrogationis involveram. Gell. 1, 2, 4 *adulescens philosophiae sectator* syllogismorum captionumque dialecticarum -is strepebat. Lact. inst. 2, 8, 56 sic adsentiar, ut aliis illum (*sc. Cottam*) -is teneam. Avg. ord. 2, 4, 11 videte, rogatio quos -os habeat. Boeth. herm. pr. 1, 9 p. 114, 2 argumentationis. Vigil. Thaps. c. Eutych. 5, 5 gloriantur syllogismo ...; sed videte ..., quomodo, dum -os innectunt, inextricabiles ipsi quaestionum nodos incurrunt. *legum, iuris sim.*: Cic. Cluent. 150 putant ... minus multos sibi -os legum et condicionum ac iudiciorum propositos esse oportere (Sest. 88 Cael. 71 Cod. Theod. 7, 1, 8. 7, 22, 9. 14, 10, 4. *et saepe. cf.* Prvd. perist. 10, 203 Iuliae *sc. legis*). Mil. 40 cum M. Antonius ... illam beluam (*sc. Clodium*) iudici -os declinantem, iam inretitam teneret. Qvint. inst. 5, 7, 11 *testes* a patronis diversae partis inducuntur in -os. 5, 10, 101 plurimi, cum in hos inexplicabiles -os inciderunt, omnem ... conatum velut adstricti certis legum vinculis perdiderunt. Gell. 13, 10, 1 scientia ad enodandos plerosque iuris -os utebatur *Labeo* (Cod. Theod. 3, 6, 1 pr.). Paneg. 4, 38, 4 veterum *legum* calumniosae ambages recisae captandae simplicitatis -os perdiderunt. Cod. Iust. 11, 9, 4, 4 (*a. 424*) ne quis ... in -os novae constitutionis incurrat. *β locutiones proverbiales*: Cic. Verr. II 5, 151 si ... ex his te -is exueris ac te ... explicaris, in illas tibi maiores plagas incidendum est (*cf.* or. frg A VII 8 mihi duos -os in causa esse propositos, ut, si me altero expedissem, tenerer altero [*sim.* Nicet. spir. 2]. Apvl. met. 8, 16, 6 peiores inhaesimus -os. Vvlg. Is. 24, 18 qui se explicaverit de fovea, tenebitur -o [*sim.* Ier. 48, 44]). Ov. ars 1, 646 *puellae* in -os, quos posuere, cadant (*cf.* rem. 502 in -os auceps deciderat ... suos [Ambr. Ioseph 5, 22 *domina* retia sua misit et indagine sua capta est, -os suos sparsit et suis haesit vinculis. Ven. Fort. carm. 2, 16, 39]. Val. Max. 8, 6, 4 domesticis -is constrictum. Itala psalm. 9, 16 [Sangerm. *al.* = Vvlg.]. Hier. adv. Pelag. 1, 11 proprio captus es -o. Vvlg. Sirach 27, 29 qui -um alii ponit, peribit in illo. *cf. l. 17. p. 960, 80*). Sen. dial. 9, 10, 1 tibi ignoranti ... fortuna ... -um impegit, quem nec solvere possis nec rumpere (*cf.* Plin. epist. 2, 8, 2 numquam hos artissimos -os, si solvere negatur, abrumpam?). Lact. inst. 2, 3, 3 prudens et sciens pedem -o inserit (6, 12, 13 prudens ac sciens in hos se -os induit).

b *usu christiano* (*cf.* Hil. in psalm. 140, 15 -us ... est adhortatio voluptatum et incentivum adpetitionis inhonestae, quod modo -i fallens capit. Evcher. form. 7 p. 46, 14 -us: dolus [*affert* Vvlg. psalm. 56, 7]. Cassiod. in psalm. 140, 11 [9] -i sunt diversa carnis desideria, quibus mentes humanae blandis nexibus illigantur. *in locis* Italae *legitur etiam* muscipula *vel* rete): *α generatim*: ① *in script. sacris*: Itala psalm. 17, 6 (Veron. *al.* = Vvlg.) praevenerunt me -i mortis (Vvlg. II reg. 22, 6 prov. 21, 6). 30, 5 (*ibid.*) educes me de -o isto, quam (*Veron.*, quem *cett.*) occultaverunt mihi. 90, 3 (Sangerm. *al.* = Vvlg.) liberavit me de -o venantium (*cf. p. 962, 38*). 140, 9 (*ibid.*) custodi me a -o, quod (*Sangerm.*, *Hil. in psalm. 140, 15*; quem *cett. et Vulg.*) statuerunt mihi. prov. 20, 25 (Rufin. Orig. in lev. 11, 1 p. 448, 22) -us est viro forti cito aliquid de suis sanctificare (*Vulg.* ruina). Luc. 21, 34 (cod. a *al.*, *cf.* Vvlg.) ne ... instet super vos repentaneus dies ille tamquam -us. I Tim. 3, 7 (cod. d *al.* = Vvlg.) ut non ... incidat ... in -um diaboli (6, 9 II Tim. 2, 26 [*ibid.*]). *al.* Vvlg. Iudith 9, 13 capiatur -o oculorum suorum in me. Sirach 9, 3 ne respicias mulierem multivolam, ne forte incidas in -os illius. 51, 3 liberasti corpus meum a perditione, a -o linguae iniquae. Is. 24, 17 formido et fovea et -us super te, qui habitator es terrae. *al.* ② *apud eccl.* (*exempla selecta*): Tert. uxor. 1, 3 l. 39 (*de* I Cor. 7, 35) *apostolus nobis* -um non imponit (Hier. adv. Iovin. 1, 13 p. 231^C = epist. 49, 7, 3). Cypr. Demetr. 16 mortis aeternae -is vinctos (unit. eccl. 2 zel. 10 Lact. epit. 58, 9 inst. 4, 26, 15 Firm. err. 24, 2 Avg. serm. 32, 20. *al. cf.* Firm. err. 23, 1 mortalibus [Compvt. Carth. 1, 1]. 25, 2 mortalitatis [25, 3 Avg. in epist. Ioh. 8, 7]). ad Donat. 14 implicantis mundi -is solvi (epist. 76, 7). epist. 1, 1 (*ad II Tim. 2, 4*) molestiis et -is saecularibus obligari non debent (mortal. 26 Avg. c. Pelag. 4, 10, 28 Pallad. hist. mon. I 42. *cf.* Cypr. Fort. 7 tit. saeculi [mortal. 7]). 4, 2 servus dei ..., qui se diaboli -is implicavit (Novatian. Cypr. epist. 30, 3 Rvfin. hist. mon. 1 p. 403^A Avg. civ. 14, 11 p. 30, 27 D. pecc. orig. 17, 18. *al. cf.* Cypr. zel. 3 inimici [Fvlg. Rvsp. epist. 4, 8 Bachiar. repar. laps. 8 Vitae patr. 3, 129]. Lact. inst. 4, 30, 2 adversarii. *sim. saepius*). 43, 3 letales (52, 4 zel. 14 Ps. Cypr. or. 1, 1). 59, 14 delictorum (Sacr. Leon. 1040). 65, 4 erroris (Ivvenc. 3, 12. 402. 4, 731 Rvfin. hist. 4, 16, 3 Avg. serm. 12, 2, 2. *cf.* Ivvenc. 4, 98 errantum). unit. eccl. 23 fallaciae. Lact. inst. 6, 22, 5 cavenda sunt ... oblectamenta ista tamquam -i et plagae. Hil. in psalm. 140, 15 habemus ... -os in hominibus malae adhortationis. Ambr. Abr. 1, 9, 91 infirmitatis (Ps. Avg. serm. ed. Mai 186, 2). Hel. 1, 1 *diabolus* cibum velut escam -i praetendit, ut sic inlaquearet adpetentiam corporalem *eqs.* Nab. 6, 28 *peccator* semper in -is, semper in vinculis, numquam liber a compedibus. Noe 10, 34 labiorum. Hier. epist. 51, 6, 10 (*Epiphan.*) Origenis. Pavl. Nol. carm. 5, 36 vitemus -os, quos letifer implicat anguis (*i. diabolus*). Avg. c. acad. 2, 8, 21 superbiae (virg. 43, 33). conf. 10, 31, 44 concupiscentiae. *et saepe.* *β speciatim de hominibus vel rebus insidiosis*: Itala psalm. 68, 23 (Sangerm. *al.* = Vvlg.) fiat mensa eorum in -um ([-o Veron., cod. 136 Cas.]. I Macc. 1, 35 [rec. L = Vvlg.] facti sunt in -um magnum. 5, 4 [*ibid.*] erant populo in -um et in scandalum. Vvlg. Is. 8, 14 *dominus erit* in -um et in ruinam habitantibus Ierusalem). Os. 5, 1 (Lucif. Athan. 1, 35, *cf.* Rufin. Greg. Naz. orat. 1, 57, 2 Vvlg.) ut -um (-us *Vulg.*) facti estis ad insidiam et sicut retia extensa ad aviarium venantis. Vvlg. eccles. 7, 27 *mulier* -us venatorum est. thren. 3, 47 formido et -us facta est nobis vaticinatio et contritio. Os. 9, 8 propheta -us ruinae factus est. *inde apud eccl.*: Ambr. in psalm. 118 serm. 8, 36, 1 oculus ... meretricis -us amatoris est (*cf.* Evseb. Emes. serm. 7, 23 *oculus virginis* non videatur, ne fiat -us videntibus, ne muscipulum occurrentibus). Avg. conf. 5, 3, 3 Manichaeorum episcopus, Faustus nomine, magnus -us diaboli (5, 7, 13 Faustus, qui multis -us mortis extitit).

C *instrumentum, quo corpora leventur*: Sall. Iug. 94, 2 Ligus saxa ... -is vinciebat, quibus adlevati milites facilius escenderent (*cf.* Cvrt. 7, 11, 15 alii manibus eminentia saxa complexi levavere semet, alii adiectis funium -is evasere). Hil. c. Const. 8 (*inter miracula martyrum*) elevari sine -is corpora et suspensis pede feminis vestes non defluere in faciem (*cf. Sulp. Sev. dial. 3, 6, 4* hos sublatis in sublime pedibus quasi de nube pendere).

D *instrumentum ad detrahendum aptum* (*cf. p. 962, 31*): Octavia 798 membra *statuae Poppaeae* per partes trahunt deducta -is. Lvcan. 6, 638 corpus ... inserto -is feralibus unco per scopulos ... trahitur. *huc pertinere videtur* Plin. nat. 35, 4 honorem *imaginum* non nisi in pretio ducentes, ut frangat heres furisque detrahat -us (-ū *var. l.*, -is *Urlichs*, -o *Detlefsen et pro dat. accipiens Mayhoff*).

II *usu dilatato*: A *in compar. de ramis conexis*: Cvrt. 6, 5, 15 occulti ramorum velut -i perpetua saepe iter cludunt (*16* nodi, in se implicati arborum rami). B *de torque*: Tert. cult. fem. 2, 13 l. 25 *cervix* margaritarum et smaragdorum -is occupata. C *de spira serpentis*: Prvd. c. Symm. 1 praef. 24 vipera sarmentis -os corporis implicans. *ambigue dictum l. 4.*

deriv.: 2. laquearius, 1. laqueo, ?laqueolus. *cf.* lacatismus, 2. lacunar, 2. laquear. *Pecere.*

ᵃ**lăr** (Lăr), laris *m.* [*vox fortasse etrusca. Sch.*] *de origine: a gr.* λαύρα *derivat* Arnob. (*v. infra*). *obscurum* Gloss. Prisc. gramm. suppl. p. CLXXVIII -r ignis a graeco †κατolieo, id est uro. *de scriptura*: las- (*antiquos in cas. obliquis sic dixisse testantur* Varro ling. 6, 2 ab -sibus -res. Pavl. Fest. p. 264 -sibus, fesiis pro ... -ribus, feriis. Qvint. inst. 1, 4, 13 Scavr. gramm. VII 13, 14 Gloss.): Carm. Arv. (CE 1) *ter.* las (*cf.* Exc. Bob. gramm. I 548, 29 legimus et -s et -r. Gramm. suppl. 115, 22 -s, quod et -r dicitur. Gloss. V 369, 54 -s -ris): *non legitur.* *abbreviatur, notatur*: larib: CIL I² 2193. lar (*cas. obliq.*): CIL I² 1762. 1825 *et saepe.* la: CIL III 3460. l: CIL X 8067[12] (*iuxta* fam *i.* familiar-, *cf.* 8068[3.4] Inscr. NSc. 1908 p. 369; *vix* CIL IX 3424). *de prosodia*: Prisc. gramm. II 223, 13 producitur in nominativo ... -r (*de quantitate non constat, quamvis* -r *pro longa sit ante caesuram* Ov. fast. 5, 141, *corripiatur* Epigr. Bob. 8, 9). 326, 7 corripiunt paenultimam genetivi ... -r -is. *de numero* (*cf.* Char. gramm. p. 34, 14 B. -es ...; sed legimus et -r, -is. *sim.* Diom. gramm. I 327, 28. Gloss. II 325, 48 pluraliter tantum declinabitur, dicitur et hic -r): *plur. occurrit inde a* Carm. Arv., *sing. inde a* Plavto. *de formis*: *gen. pl.* -um R. Gest. div. Aug. *et passim in inscr. et codd.*; -ium Liv. 40, 52, 4 (*dub. an recte*). Non. p. 531, 11 (*ante* familiarium *in explicanda vetere lege; error fortasse ex analogia ortus*). *in parte codd.* Plin. nat. 2, 16. 28, 267. *dat. pl.* -rub- Fast. ann. Num. Antiat. (NSc. 1921 p. 83 sqq.) Iun. 27. *de notione*: Cic. Tim. 38 quos Graeci δαίμονας (*gr. 40^d*) appellant, nostri opinor -es (Plvt. quaest. Rom. 51 p. 277^A. Apvl. Plat. 1, 12 daemonas ..., quos genios et -es possumus nuncupare). Apvl. Socr. 15 p. 152 hunc *animum humanum a corpore solutum* vetere Latina lingua ... lemurem dictitatum; ex hisce ergo lemuribus (*cf. p. 965, 69*) qui posterorum suorum curam sortitus placato et quieto numine domum possidet, -r dicitur familiaris; (p. 153) qui vero ob adversa vitae merita nullis [bonis] sedibus incerta vagatione ceu ... exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterum malis noxium, id genus plerique larvas perhibent; cum vero incertum est, quae cuique eorum sortitio evenerit, utrum -r sit an larva, nomine Manem deum nuncupant *eqs.* (Arnob. nat. 3, 41 Varro ... l. esse dicit -es, quasi quosdam genios et functorum animas mortuorum. Avg. civ. 9, 11 p. 382, 16 D. Mart. Cap. 2, 162. *cf.* Serv. Aen. 6, 152 apud maiores ... omnes in suis domibus sepeliebantur, unde ortum est, ut -es colerentur in domibus; unde etiam umbras larvas vocamus [a -bus *add. auct.*], nam dii penates alii sunt). Tert. apol. 13, 4 domesticos deos, quos -es dicitis (Porph. Hor. sat. 2, 3, 281 Gloss.). Cens. 3, 2 eundem esse genium et -em multi veteres memoriae prodiderunt. Arnob. nat. 3, 41 *-es*, quos arbitratur vulgus vicorum atque itinerum deos esse ex eo, quod Graecia vicos cognominat

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

λαύρας (*sic Ursinus,* laude *trad.*). *ibid.* Nigidius ... modo tectorum domumque custodes, modo Curetas ⟨ait⟩ illos ..., modo digitos Samothracios *eqs.* (DIOM. gramm. I 478, 25 SCHOL. Stat. Theb. 4, 787 HYG. fab. 139, 4). *ibid.* Varro similiter haesitans nunc esse illos manes et ideo Maniam matrem esse cognominatam -um, nunc aerios ... deos et heroas pronuntiat appellari *eqs.* (AVG. civ. 7, 6 p. 282, 17 D. *aerias animas* vocari h. et -es et genios. *cf. etiam l. 45. 62*). *alia v. infra.*

legitur inde a CARM. ARV., NAEV., PLAVTO. [*it.* alare, -i, arali, *tusc.* (*Lucca*) làrie, *aemil.* laro, *venet.* lari; *raet. or.* laris; *francoprov.* la; *prov. vet., langued.* lar; *vasc. vet.* laa, *vasc.* la *etc.*; *cat.* llar; *hisp.* llares; *port. dial.* lar, laria. *cf. M.-L. 4910. Battisti-Alessio I 105. Wartburg V 182. Corominas III 36. Machado II 1300. G.*] [*confunditur* -es *c.* parens: SEN. Herc. O. 318. 353 LVCAN. 9, 992.]

nomen dei Romani: **I** *de deo ipso vel eius imagine*: **A** *strictius*: **1** *usu communi* (*exempla selecta*): CARM. ARV. (CE 1) enos -ses iuvate (*ter*). INSCR. arae Consi (Tert. spect. 5) -es compito (*sic Heinsius,* coillo *trad.*) potentes (*cf.* VARRO ling. 6, 25 Compitalia dies attributus -bus. OV. fast. 2, 616 *Lara* geminos ..., parit qui compita servant ..., -es. PLIN. nat. 3, 66 compita -um). NAEV. com. 102 -es ludentes peni pinxit bubulo. PLAVT. Aul. 386 haec (*sc. tusculum et coronae*) imponentur in foco nostro -i, ut fortunatas faciat gnatae nuptias. Merc. 834 di penates meum parentum, familiai -r pater. 836 alios deos penates persequar, alium -em, aliam urbem, aliam civitatem. Trin. 39 -em corona ... decorari. ENN. ann. 620 -es, tectum nostrum qui ... curant. AFRAN. com. 277 a -bus missa sum. VARRO Men. 463 suspendit -bus ... pilas, reticula ac strophia. ling. 5, 74 vovit ... Quirino, Vortumno, -bus. 9, 61 Maniam matrem -um (ACT. Arv. a. 183 II 11. *al. v. vol. VIII 443, 39sq. cf. supra l. 18*). CIC. leg. 2, 19 lucos in agris habento et -um sedes. 2, 27 posita in fundi ... conspectu religio -um. 2, 55 quod genus sacrificii -i vervecibus fiat. nat. deor. 3, 63 aedem -um (CIL I² 1825. R. GEST. div. Aug. 19 [*vertitur in gr.* ναὸν ... ἡρώων *ut* app. 2]. *al. cf.* TAC. ann. 12, 24, 1 sacellum -um). VERG. Aen. 8, 543 *Aeneas* hesternum (*i. quem heri adierat; var. l.* externum *sc. Euandri*) ... -em parvosque penates ... adit. HOR. epod. 2, 66 renidentes. sat. 1, 5, 66 donasset iamne catenam ex voto -bus *post manumissionem.* 2, 3, 165 aequis. 2, 5, 14 ante -em gustet *poma* venerabilior -e dives. 2, 6, 66 ante -em proprium (SCHOL.: aut ante deos domesticos aut in -e proprio). TIB. 1, 1, 20 agri custodes. 1, 3, 34 antiquo (2, 1, 60 OV. trist. 4, 8, 22. *cf.* TIB. 1, 10, 15 patrii. *sim. al.*). PROP. 3, 3, 11 Hannibalem ... -es Romana sede fugantes. OV. fast. 1, 136 haec *frons ianuae* populum spectat, at illa -em. 2, 634 incinctos (*cf.* PERS. 5, 31 subcinctis). Ib. 81 plebs superum, fauni satyrique -esque. LIV. 8, 9, 6 Mars pater, Quirine, Bellona, -es *eqs. al.*

2 *indicantur*: **a** *varia genera* (*saepe per adi.*): familiaris (GLOSS. *θεοὶ vel ἥρωες κατοικίδιοι. anteponitur* f. *nonnisi l. 49*): PLAVT. Aul. 2 ego -r sum f. (*i. ἥρως fabulae Menandreae*). Mil. 1339 saluto te, ⟨-r⟩ f., priusquam eo. Rud. 1207 CATO agr. 2, 1. 143, 2 POMPON. Atell. tit. VARRO frg. Char. gramm. p. 166, 1 B. (*ex Romano*). CIC. Quinct. 85. dom. 108 deos penates et f. meos -es expulit. Phil. 14, 10 rep. 5, 7 leg. 2, 42 CIL I² 1762. *al. v. etiam p. 964, 70.* *alia exempla*: PLAVT. Merc. 865 viales ([diales *Non. p. 476, 8*]. ACT. Arv. a. 214 b 8 ⟨-i v⟩iali [*sing. ut* CIL III 1422]. CIL II 2417. XI 3079 conpitalibus, v., semitalibus. INSCR. Dessau 9251 semitales, curiales, v. *al.* SERV. Aen. 3, 302 manes piorum, qui -es v. sunt). TAB. triumph. Aemil. 11 aedem -bus permarinis vovit (LIV. 40, 52, 4. *dies eorum erat dec. 22*: FAST. ann. Num. Antiat. [NSc. 1921 p. 83sqq.]. Iul. Praen. [CIL I² p. 238]. Ost. [CIL XIV 4547]). OV. fast. 5, 129 praestitibus (PLVT. quaest. Rom. 51 p. 276F *πραιστίτεις*). PLIN. nat. 21, 11 publicorum privatorumque (CIL II 816 V 2795 VI 456 XI 697). SVET. Aug. 31, 4 compitales (CIL XIII 11816 -bus c. sive quadriviis. *al. v. supra l. 16. 52 et vol. III 2074, 57sqq.*; *sing.* INSCR. Dessau 9252 -i c. *cf.* SERV. auct. georg. 2, 383 compitalicii. *Dionys. ant. 3, 70, 2* ἡρώων. *4, 14, 3* ἥρωσι *προνωπίοις*). CIL VI 975 (*a. 136*) reg. XIII vico -um alitum. reg. XIV vico -um ruralium (*an* putealium*? v.* INSCR. Dessau 6073). 455 (*a. 168*) ⟨-b⟩us Augg. colleg⟨iu⟩m -um praedio⟨rum⟩. 646 Silvano, -i agresti (*cf. l. 63*). ACT. Arv. a. 213 l. 27 militaribus (MART. CAP. 1, 48 -r caelestis nec non etiam m. CIL III 3460. 3463). HIER. in Is. 57, 7/8 post fores domorum idola ..., quos domesticos appellant -es (CIL III 4160. *cf. p. 964, 81*). MART. CAP. 2, 162 manes ... appellati lemures ... in -es domorum urbiumque vertuntur. CIL VI 459 -bus salutaribus. VIII 12918 custos lar(um) min(orum) (*dubitanter solvit Schmidt*). IX 725 lar(ibus) cas(anicis) (*suppletum sec. 2100* Silvano casanico. *cf.* III 3491 ⟨Silva⟩no domest⟨i⟩co et lar⟨ibus⟩). XI 2096 -i victori. CE 20, 8 aram dicavit ... Concordiae, Granno, Camenis, Martis (*i. belli?*) et pacis -i. **b** *certi homines vel coetus, quorum -es sunt*: VARRO ling. 5, 49 -um Querquetulanum sacellum. VERG. Aen. 5, 744 Pergameum. 9, 259 Assaraci ... -em (SIL. 3, 566). CIL VI 448 (*a. 2 a. Chr.*) -bus Augustis (*al. v. vol. II 1396, 83sqq.*; A. *postponitur nonnisi* CIL V 4865. *cf.* CIL II 5929 Augustales. V 3259 -bus A(u)gustorum). PAVL. FEST. p. 102 Hostiliis -bus immolabant, quod ab his hostes arceri putabant. SEN. Herc. f. 917 Tyrium (STAT. Theb. 4, 374). LVCAN. 9, 992 Aeneae. VAL. FL. 2, 246 Iliaci. SIL. 1, 659 Laurentem. STAT. Theb. 10, 585 Cadmeos. silv. 4, 5, 2 Teucros (Ach. 1, 933). MART. 11, 4, 1 sacra -esque Phrygum. IVV. 12, 113 cadat ante -es Gallittae victima. APVL. apol. 53 apud -es Pontiani. CARM. c. pag. 3 qui colitis ... Palladium Priamique -es. CIL III 4038 colleg(io) magno -um et imaginum domini (VI 671 Antonini Pii. *cf.* 692 Silvano sancto sacro -um Caesaris ... et collegi magni. IX 2481 c. -um Marcellini. *v. etiam p. 965, 64 et vol. III 1594, 3sqq.*). VI 10266 iussu decur(ionis) -um Volusianorum (10267). XII 2677 cultor(es) -um Sex. Antoni Mansueti et L. Valeri Rufini. *al.*

B *latius, sc. inclusa notione domus* (*cf. II A*): CIC. Verr. II 3, 27 relinquent arationes, relinquent -em familiarem suum? (LIV. 1, 29, 4 -em ac penates tectaque. PS. QVINT. decl. 13, 4 avitos -es. APVL. met. 1, 19, 12. AMM. 20, 4, 4 relictis -bus transrhenanis. *cf. p. 967, 41 et* HOR. epod. 16, 19 profugit ... agros atque -es patrios. OV. fast. 1, 478 deserit Arcadiam Parrhasiumque -em). 3, 125 qui ... in agros atque ad suum -em familiarem redirent (AMM. 16, 11, 7. *al. cf.* CIC. Sest. 30 reditus in suas civitates, ad suos -es familiares. Att. 16, 4, 2 nisi ad -em suum liceret *sc. reverti* [VAL. MAX. 2, 10, 2(?). SEN. Ag. 782. *al. similiter l. 48. 84*]). Phil. 14, 10. fam. 1, 9, 20 a meis -bus in provinciam est profectus. CATVLL. 31, 9 peregrino labore fessi venimus -em ad nostrum *eqs.* VARRO ling. 5, 92 pauper a paulo -e. SALL. Catil. 20, 11 illos *divites* binas ... domos continuare, nobis -em familiarem nusquam ullum esse. VERG. georg. 3, 344 omnia secum armentarius Afer agit, tectumque -emque (SERV. auct.: -em deos dicit penates, id est ignem, unde focum faciat). HOR. sat. 1, 2, 56 patrium mimae donat fundumque -emque. carm. saec. 39 mutare -es et urbem (SIDON. carm. 9, 292). epist. 1, 7, 58 gaudentem parvisque sodalibus et -e certo (curto *codd. rec., sed cf.* SEN. Med. 21 incerti -is. 478 certum. AVIEN. orb. terr. 282 certi -is inscia gens *Maurorum*). 2, 2, 51 inopem ... paterni et -is et fundi paupertas impulit audax, ut *eqs.* TIB. 1, 7, 58 *quem* candida ... antiquo detinet Alba -e. 2, 4, 54 ite sub imperium sub titulumque, -es (*de venditione, item* OV. rem. 302 sub titulum nostros misit avara *puella* -es). OV. am. 1, 8, 113 di tibi dent nullos ... -es *eqs.* fast. 5, 652 *comites Herculis* montibus ... ponunt spemque -emque suum (COD. Theod. 7, 21, 4 -em adque domicilium. *cf.* OV. trist. 1, 10, 40 constituisse -em [CASSIOD. var. 3, 21. *al.*]. VLP. dig. 25, 3, 1, 2 collocarent [AVIEN. ora 198]. APVL. met. 8, 23, 2 statuere [*al.*]. VOPISC. Prob. 24, 1 locaverunt [*al.*]. AMM. 17, 13, 3 fixere). *al.* SEN. contr. 7, 1, 18 patria, populo, -e (*Madvig,* patri populari *sim. trad.*) carere (*cf.* CVRT. 5, 12, 2 sine pignore, sine -e, ... exulem). GERM. 124 nulliusque -em, nullos adit illa penates (*cf.* MART. 12, 57, 2 cur ... parva rura ... -emque villae sordidum petam). *et saepius.* *in imagine*: HOR. epist. 1, 1, 13 ne ... roges, quo me duce, quo -e tuter (*i. quam sectam sequar, cf. p. 967, 24 et vol. V 1, 1981, 1sqq.*).

II *metonymice* (*exempla certiora; ceterum cf. I B*): **A** *de domicilio, sede sim.*: **1** *strictius* (*cf.* SYNON. Cic. p. 422, 8 domi. in urbe ... apud sedes. apud -es. 422, 18 domus. sedes. penates. aedes. sacra. arae. penetralia. foci. -es *eqs.* ISID. orig. 20, 2, 24 antiqui domos -es dicebant. GLOSS. domus. domus honesta. foculare intra domum. *οἰκίαι. al.*): **a** *hominum*: TRAG. inc. 199 extulisti saucios patrio -e. LABER. mim. 110 eques ... ⟨e⟩ -e egressus meo domum revertar mimus (SIDON. epist. 1, 9, 3 -bus egrediebantur. CASSIOD. var. 6, 1, 6 -es proprios ... egredere. *cf.* OV. rem. 237 a -bus patriis exire). HOR. carm. 1, 12, 44 avitus apto cum -e fundus. 3, 29, 14 parvo sub -e pauperum cenae (SIL. 7, 173 parvosque -es humilisque subire limina ... tecti. *al. cf.* APVL. met. 1, 23, 6 contentus -e parvulo). PROP. 4, 1, 128 in tenues cogeris ipse -es. 4, 8, 50 ad primos ... -es (*i. portam*). 4, 10, 18 qui tulit a parco (*Jacob,* aporco *trad.*) frigida castra -e. OV. fast. 6, 95 -e communi soceros ... receptos (LIV. 26, 25, 12 urbe, tecto, mensa, -e. *cf.* SIDON. epist. 1, 9, 1 Pauli ... venerandis -bus excepti). 6, 362 -e pulsa suo est *Roma* (LVCAN. 1, 278 pellimur e patriis -bus. SIL. 7, 558 pulsus -e. *al.*). Pont. 1, 1, 10 latere sub -e privato. 1, 7, 58 (*57* domus) vestro sub -e semper eram. VAL. MAX. 7, 7, 3 in proprio -e (*sic Madvig;* iure *codd., tuetur Halm*) procreato filio (*cf.* IVV. 8, 14 natus in Herculeo Fabius -e. CAPITOL. Alb. 4, 3 natus -e modico, patrimonio pertenui. AVIEN. carm. ad Nort. 3 -e cretus Vulsiniensi, Romam habitans. CE 1238, 3 pau⟨p⟩ere progenitus -e sum parvoq(ue) parente). SEN. Herc. f. 197 me mea tellus -e secreto tutoque tegat (*cf. 200* parvae ... domus). Phoen. 594 parva me abscondat casa ..., liceat exiguo -e pensare regnum? (APVL. met. 1, 21, 6 *avarus* e. -e inclusus). LVCAN. 5, 528 o vitae tuta facultas pauperis angustique -es (PLIN. paneg. 47, 6 -em a., *opp.* domo principis. AVIEN. ora 614 a. -is tenuique censu civitas. *al.*). 6, 511 summittere tecto aut -bus ferale caput (*cf.* APVL. met. 5, 7, 6 tectum et -em nostrum ... succedite). PERS. 5, 109 modicus voti, presso -e. STAT. Theb. 2, 439 anne feret luxu consueta ... hunc regina -em *pauperem*? silv. 3, 1, 83 *tenuis casa* magnum Alciden humili -e parva premebat. 3, 3, 197 tu *pater defunctus* custos dominusque -is (MART. 11, 48, 3. *cf.* IVV. 3, 110 matrona -is). 4, 8, 23 Lucina pium ... intravit ... -em (5, 1, 146 VEN. FORT. carm. 1, 1, 14). MART. 9, 43, 12 privatos ... habitare -es. 10, 61, 5 -e perpetuo, ... turba sospite (*cf.* APVL. met. 11, 19, 1 -em temporarium mihi constituo). APVL. apol. 21 vivo gracili -e. met. 9, 24, 1 femina ... -em mariti pudice gubernabat. 9, 31, 3 unum -em varie dispergit venditionis ... fortuna. AVIEN. orb. terr. 495 *Tybris* Romanos ... -es ... praelambit (*Dionys. perieheg. 355 οἶκον. cf.* ora 708 unda lambit oppidum -emque fusa). SYMM. epist. 1, 1, 5 (vers.) armenta ... eruta Geryonae de -e. AMM. 16, 7, 1 abire ... in -em (*cf.* 31, 10, 3 reversus in -em. RVFIN.

[*Hübner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hist. 8, 17, 10 agere in propriis -bus [*gr.* ἐν τῇ ἑαυτῶν ἑστίᾳ]. COD. Theod. 7, 13, 6 pr. in priore -e derelictam *uxorem*. CASSIOD. var. 1, 17, 4 in -bus propriis esse. *sim. al.*). COD. Theod. 8, 12, 3, 1 extra patriam et provinciam ... extra provinciam -emque suum. IORD. Get. 153 provincias ... sibi tamquam -es proprias vindicaret. *al.* *audaciora*: STAT. Theb. 1, 587 (*582 Lino exposito* cunabula ... gramineos dedit herba toros et vimine ... texta domus) fata nec illum concessere -em. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 183, 8 non sumus incolae huius mundi, sed advenae ...; properamus enim ad -em patrium (*i. ad superos*). CARM. laud. dom. 29 *sepulcro aperto* reserata est ianua leti horrendumque -em iam lux ingrata retexit (*cf. l. 22*). PRVD. perist. 10, 782 (*de matre Maccabaeorum*) per huius alvi fida conceptacula, per hospitalem mense bis quino -em. **b** *deorum, nympharum* (*cf. infra l. 54*): PROP. 4, 3, 54 raris ... adsueta kalendis vix aperit clausos una puella -es. STAT. Theb. 10, 88 qua ... atria Somni securumque -em segnis natura locavit. MART. 9, 61, 15 sub hac latuit rustica fronde Dryas atque oluere -es ... Lyaeo. PRVD. perist. 2, 511 mors ... martyris mors vera templorum fuit, tunc Vesta Palladios -es impune sensit deseri (*cf.* c. Symm. 2, 967 ante ... quam Palladium, quam Vesta penates sub -e Pergameo servarent igne reposto). CLAVD. rapt. Pros. 1, 136 Phoebus largitur Amyclas et Delon Clariosque -es. carm. min. 53, 86 Mimas *gigas* Lemnum ... cum -e Vulcani ... eruit undis. CE 442, 4 in -e Ditis (*cf. l. 11*). **c** *rerum*: AMM. 16, 10, 13 Romam ..., imperii virtutumque omnium -em. BOETH. cons. 1, 3, 2 W. cuius ab adulescentia -bus obversatus fueram, Philosophiam (*cf. p. 966, 40*).

2 *latius de aliis sedibus, latebris sim.*: **a** *animalium*: **α** *variorum*: VERG. georg. 4, 43 *apes* effossis ... latebris sub terra fovere (fodere *var. l.*) -em penitusque repertae pumicibusque cavis exessaeque arboris antro (*inde* CORIPP. Iust. 4, 33 dulces ... -es in pumice figunt). HIL. gen. 96 (*ad deum*) donas ... regna hominum pecudumque -em requiemque volucrum (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 7, 4, 4 singula genera *beluarum maritimarum* in stationibus a natura sibi datis velut in regionibus terrarum -em proprium incolere coguntur [*gr. p. 156C* ὥσπερ ... πατρίσιν ... ἐναυλίζεται]). AVIEN. Arat. 1855 lupus ... affectans ... locos hominum lectumque -emque sponte petens (*gr. 1127* ἵνα οἱ λέχος ... εἴη). AVIAN. fab. 34, 10 in propriis -bus ... grana legit *formica hieme*. **β** *avium* (*in imag. ap.* CLAVD.): OV. fast. 3, 242 nunc avis in ramo tecta -emque parat. VAL. FL. 4, 45 *fluctus* rapit halcyonis ... fetumque -emque (*48* domus. *Stat. Theb. 9, 360* domum madidosque penates). STAT. Theb. 8, 617 *hirundines* repetunt ... hospitia atque -em ... relictum stantque super nidos. CLAVD. carm. min. 19, 8 *carmina* nidum pennis confisa relinquunt et -e contempto non reditura volant (*cf. Hier. epist. 47, 3, 1 opuscula* evolaverunt de nidulo suo). AVIAN. fab. 21, 6 *vox rustici* turbavit ... nidos *cassitae*, suaserat et (suasit et e *Ellis*) -bus continuare fugam. **b** *rerum*: PALLAD. ins. 116 castaneae prunus *insita* iussa tenere -em (*cf. 130* cubilia). CARM. de aegr. Perd. 149 (*antea*: splenis ... cubilia, fellis ... domus) sunt omnia sana, per proprium digesta -em.

B *de foco, igni* (*cf. p. 966, 45 et* GRAMM. suppl. 113, 29 -r id est ignis [GLOSS. V 369, 54]. *exempla afferimus certiora*): COLVM. 10, 354 innata ... -is (-i *Gesner*) ... favilla (*cf. vol. VII 1, 1690, 79*). SEDVL. carm. pasch. 1, 260 hic *superstitiosus* laticem colit, ille -em (*op. pasch. 1, 25* cultor ... flammarum).

III *transfertur ad alios deos, ad hominem*: CE 1527 A, 2 (*a. 166/180*) nostri publice -r populi, sancte Medaure (*i. Aesculapi*) ..., parva magnus in effigia. 492, 13 -r mihi haec *uxor* quondam, haec spes, haec unica vita. *dub. an huc* MART. CAP. 1, 54 Neptune ..., -r omnium cunctalis.

in parechesi: APVL. met. 1, 8, 1 -i et liberis. AVIEN. Arat. 1855 lectumque -emque.

deriv.: laralia, lararium. *v. etiam Onom.* (Lara, Larentia, Larunda). *compos.*: larifuga, larophorum.

laragātum *v.* laricatum.

larālia, (-um) *n.* *a* lar. FEST. p. 253 popularia sacra sunt, ut ait Labeo, quae omnes cives faciunt nec certis familiis adtributa sunt: Fornacalia, Parilia, -a *eqs.*

larārium, -ī *n.* *a* lar. [*vasc.* larę, laréy, łarę; *port.* lareira, -o. *cf. M.-L. 4910. Wartburg V 182. Machado II 1300. G.*]

i. q. aedes, ubi lares colebantur (*cf.* GLOSS. Verg. Aen. 12, 199 ed. Hagen p. 524, 9 -a, ubi lares penates habitant): CIL IX 2125 (*a. 236*) signum scultum lara⟨rio⟩. CAPITOL. Aur. 3, 5 tantum ... honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in -o haberet. LAMPR. Alex. 29, 2 in -o suo, in quo et divos principes ... *et* Christum, Abraham et Orfeum ... habebat ac maiorum effigies. 31, 4 *Vergili* imaginem cum Ciceronis simulacro in secundo -o habuit ...; (5) Alexandrum vero Magnum inter optimos et divos in -o maiore consecravit. VOPISC. Tac. 17, 4 in -o dii omnes ... conciderunt. *Hübner.*

larbasis, -im, -ī *f. et* -on *n.*, λάρβασον. *nomen lapidis*: PLIN. nat. 33, 101 (*cf.* 1, 33, 34 de ... -i) in ... argenti metallis invenitur ... spumae lapis candidae ...; stimi appellant, alii stibi, alii alabastrum, aliqui -im (turbasin *var. l.*). DIOSC. 5, 109 p. 211, 4 de lapide stibio: ... larvoson.

larbus, -ī *m.* *orig. inc.* [*fem.*: *prov.* larba. *cf. Wartburg V 182. G.*] *nomen piscis*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 17 -us.

lārdārius, lārdiolus *v.* larid-.

?**lardo** GLOSS. *vol. III 502, 6.* *obscurum.*

lārdum, lāredum (-dus) *v.* laridum. **larex** *v.* larix. **largātus** *v.* laricatum. **largē** *v.* largus. **largiēns, largienter** *v.* largior. *B.*

largifico, -āre. *a* largificus. *i. q. largiri* (*ni fallimur textu manco*): CE 934, 2 (*Pompeis, v. etiam* CIL I² 2540) *vol. VI 2, 1766, 7.*

largificus, -a, -um. *a* largus *et* facere. *i. q. largus*: PACVV. trag. 414 grando mixta imbri -o. LVCR. 2, 627 argento sternunt iter *Magnae Matris* ... -a stipe ditantes.

deriv.: largifico.

largifluus, -a, -um. *a* largus *et* fluere. *i. q. large fluens*: LVCR. 5, 598 *e sole* mundi patefactum totius unum -um fontem scatere. ANTH. 893, 3 manant lacrimis -is genae. IVVENC. 1, 102 -is humiles opibus ditavit egentes (*Luc. 1, 53* esurientes implevit bonis). ZENO 2, 2 communis ... undae ... magnitudo ... -a.

largiloquus, -a, -um. *a* largus *et* loqui. *i. q. large loquax*: PLAVT. Cist. 122 ubi saburratae sumus *meretrices*, -ae extemplo sumus, plus loquimur quam sat est. Mil. 318 non tu tibi istam praetruncari linguam -am iubes?

largīmentum, -ī *n.* *a* largiri. *fere i. q. largum donum*: FVLG. myth. 2 praef. p. 35, 18 haec non nostra sunt, sed eius (*dei*) donum, et quae ampliora eveniunt, non hominis, sed divinum est -um.

***largior,** -ītus sum, -īrī *et* largio, -ī(v)ī, -īre. *a* largus. *de formis*: *fut.* -ib-: PLAVT. (*alias* -iar) Bacch. 828. IVVENC. 2, 560 (-itur *var. l., quam redarguit Hanssen, Textkrit. zu Iuvenc. 44sq.*). CASSIOD. Ios. antiq. 4, 116. *imperf.* -ib- PROP. 1, 3, 25. *imper. fut. depon. antiquus* -ito: TER. Ad. 940 (*teste* Gloss. V 536, 59; -itor *codd. Ter.*). LEX VRSON. (CIL I² 594) 132, 30 (*antea*: dato, donato). -go(r) GLOSS. *activis* (*cf.* NON. p. 470, 29 -i pro -re [*afferuntur* LVCIL., ACC.; *Cato* illargibo]. PRISC. gramm. II 392, 21 -o pro -or dicebant *vetustissimi contra consuetudinem* [*affertur Sall. p. 969, 56*]. 393, 9 eorum *verborum item utrasque formas exhibentium* ... usus tam apud Caprum quam Plinium et Probum invenies): LVCIL., ACC. -i. ?CALP. decl. 17 -veris *var. lect. deterior* (-iebaris *cod. potior*). ?HIER. epist. 38, 4, 3 -emus *cod. N* (-emur *cod. B*). IORD. Rom. 354 -ierat (*antea*: adiecerat). GREG. TVR. Thom. p. 105, 22 -res (-reris *WR*, praestares *ed. Nauseae*). vit. patr. 4, 4 p. 676, 29 -ire (*ibid.* p. 677, 2 -itum *passive*). GLOSS. -go. *de notione*: SYNON. Cic. p. 422, 9 dat ... concedit. -itur *eqs.* 446, 27 tribuit. dat. -itur. *eqs.* GLOSS. φιλοτιμοῦμαι. (ἐν)δαψιλεύομαι. -itur: gratificatur. *legitur inde a* PLAVTO *aliisque scaenicis*, RHET. Her., CIC.

[*it.* largire; *francog. med., francoprov. vet.* largir. *fortasse a viris doctis restituta. cf. M.-L. 4912. Battisti-Alessio III 2169. Wartburg V 183. G.*] [*variat cum.* elargior PERS. 3, 71 SCHOL. Cic. Bob. p. 155, 11. *falso tradi vid.* -imur *pro* largiter QVADRIG. hist. 88. *ad* largus *traximus* PLAVT. Asin. 290 -ior.]

cum militibus . . . -um vel recens forsitan caro . . . erogabitur, ungulas orisque tantummodo summitatem praecidi . . . praecipimus, ne porcina . . . separetur *eqs.* 7, 4, 6 (= Iust. 12, 37, 1) -um, . . . carnem vervecinam. 12, 6, 21, 1 (= Iust. 10, 72, 9, 1). CASSIOD. var. 2, 12, 1 speciem -i nullatenus iubemus ad peregrina transmitti (12, 14, 6). ANTHIM. 14 de -o . . ., qualiter melius comedatur: . . . de cute vero ipsa nihil praesumatur. *ibid.* de crudo . . . -o, quod solent . . . Franci comedere. 52 napi . . . cum carnibus vel -o cocti.

2 *t. t. carnificum, nomen tormenti ceterum ignoti*: PASS. Pont. Cim. (BHL 6891) 12 eculeum, ungulam, faculas, -um (laminam *Delz in plagulis*), nervum.

deriv.: lar(i)darius, 2. laridus. *cf. Onom.*

1. lār(i)dus *v.* laridum.

2. lāridus, -a, -um. *a* laridum. *i. q. e larido constans*: COD. Theod. 8, 4, 17 pro octogenis libris -ae carnis . . . singuli solidi perferantur (*sic R; textus lacunosus in T, sed* dae *exstat*). *B.*

larifuga, -ae *m.* *a* lar *et* fugere. *i. qui lares deserit, domo fugit*: PETRON. 57, 3 (*libertus quidam de Ascylto*) -a nescio quis, nocturnus, qui non valet lotium suum. *Hübner.*

larignus, -a, -um. *a* larix, *cf.* lariceus. *i. q. e ligno laricis constans*: VITR. *l. 40.* *cf. Onom.*

larion hedera GLOSS. III 568, 10. *obscurum.*

lariōnes *v. s.* turio.

larix, -icis *f.* (*m.*). [*orig. inc.; videtur peregrinum. Sch.*] *derivatur a nomine castelli q. e.* Larignum VITR. 2, 9, 15*sq.* ISID. orig. 17, 7, 44. *masc.* VITR. (*sed* CET. FAV. 12 *fem.*), *fem.* PLIN. nat. 16, 219. 222. PALLAD. (*sec.* CET. FAV.). *scrib.* -rex PALLAD. (*sed* CET. FAV. -rix). ISID. *l. c.* GLOSS.ᴸ I Ansil. LA 351. *legitur inde a* VITR., *transit in gr.* λάριξ, -κος. [(*it.* làrice), *venet.* larsa, larzo, lares, *langob.* lâres, larza *etc.*, *aemil.* lars, lâriz, laris, *abrut.* large, arğe; *raet. occ.* larš, läriš, *centr.* lérəš, *or.* lâriš; *francoprov.* arzə, larzə, lãže, lârži *etc.* (*inde francog. med.* large, larege, larèze), *comit.* ɫardze, -a *etc.* (*inde theod.* lärche). *cf. M.-L. 4916. Battisti-Alessio III 2170. Wartburg V 193sq. G.*]

nomen arboris (*ad rem v. Stadler, RE XII 422sq., qui vocabulum gr. q. e.* πεύκη *a* PLIN. *saepe voce q. e. -x verti monet*): 1 *de ipsa arbore*: VITR. 2, 9, 14 -x . . ., qui non est notus nisi is municipalibus, qui sunt circa ripam fluminis Padi et litora maris Hadriani *eqs.* (15) *ea materia reperta est a Caesare, cum oppugnaret* castellum munitum, quod vocaretur Larignum *defensum turri larigna, quae incendi non potuit.* (16) ideo id castellum Larignum, item materies larigna est appellata. LVCAN. 9, 920 *Psylli ad angues pellendos* -es . . . urunt. PLIN. nat. 13, 100 *Homerus tradit* cedrum . . . -emque . . . uri (ε *60* κέδρου τε . . . θύου τε . . . δαιομένων. *non* κέδρου *verti, sed aliam versus formam subesse coniecit Morel, Phil. Woch. 45, 1925, 429*). 16, 30 *gignuntur gallae in ea.* 16, 43sqq. *passim de materie, resina* (*sexu tam masc. quam fem., v.* 16, 47. 59. 187; *fusius* 24, 32sq., *v. etiam* 28, 194. *cf. infra sub* 2), *foliis non decidentibus* (16, 80). 24, 28 -is folia *medentur.* 24, 136 chamaepeuce -i folio similis. PALLAD. 12, 15, 1. VEG. mil. 4, 34 (*v. app. crit.; trad. def. Andersson, Stud. 175sq.*). 2 *de resina -is* (*cf. l. 45 et* GLOSS. III 602, 45 -e(m) medicamen. 625, 65 -e idest rasina pinia): MARCELL. med. 16, 14 ad . . . tussim . . . -is *tot.* 36, 23 ad podagram . . . -is *tot.* ORIBAS. syn. 1, 17, 21 Aa p. 58, 18 Mə. -em cocliarem unum (*gr. deest*). 9 add. p. 398 -em calicem unum. *ibid.* p. 401 -e coclear. *ibid.* -em calicem bibat . . .; quod si laragatum (*i.* laricatum) bibere non potuerit *eqs.* (*cf. Svennung, Unters. zu Pallad. 526*). RVF. podagr. 4.

v. Onom. (Larice).

deriv.: laricatus, *?* lariceus, larignus.

larna rasorium GLOSS. V 603, 16. *obscurum. an* lamna, lima, ralla *?*

laron *v.* larus. *B.*

larophorum, -ī *n.* *a* lar *et* -phorum (-φόρος), *cf.* aristophorum *sim.* *fere i. q. lararium*: CIL III 1952 Curia Prisca Matri magnae fanum rifecit, signa posuit, -um, cymbala, tynpana *eqs.* (*'tripus est sigillis candelabrisque sustinendis aptus' Mommsen coll. VI 30972* delficam cum laribus et ceriolaris).

larsus v. larvus. *Hübner.*

lārua (lārva), -ae *f.* [*vox fort. etrusca, apud ipsos Etruscos a* lar *derivata. Sch.*] *derivant a* lar VARRO *p. 964, 76.* SERV. Aen. 6, 152. *scribitur etiam* -rb- (*cf.* MARTYR. gramm. VII 186, 9 b mutam decenter in scriptura tenebit. *sim.* CASSIOD. *ibid.* 186, 7) *hic illic in codd.* -rv-, -ru- *in inscr. et plerumque in codd.* *trium syllabarum est ap.* PLAVT., *duarum ap.* HOR., ANTH., CE, *al.* NOT. Tir. 58, 73. *masc. in serm. vulgari p. 978, 50.* *neutr.* -um (*sec.* ἄγαλμα, simulacrum, *si recte trad.*) GLOSS. II 215, 37. *de notione*: SYNON. Cic. p. 419, 6 cineres. ossa. reliquiae. manes. inferi. animae. umbrae. -ae. simulacra. GLOSS. δαιμόνιον, εἴδωλον. φάντασμα. portentum, diabulus. simulacrum. daemon vel umbra errans. umbra aut maleficus vel incantator. HESYCH. λάρεις· λάραβες (λάρβες *Niedermann*). τοὺς Κυρῖτας (Κούρητας *idem*), Ῥωμαῖοι οὕτως. *cetera v. s.* lar, *specialia infra.* *legitur inde a* PLAVTO, STILONE, PLANCO. [*vix recte tradita var. lectio teste Salvagnio* OV. Ib. 144 ossea -a (o. forma *codd. servati omnes*). *falsa var. l.* -as *pro* umbras VEG. mulom. 3,1 2, 4.]

nomen geniorum malorum, tam de animis mortuorum quam de numinibus quibusdam (*distinguuntur* mortui *p. 978, 14; ad rem v. Kock, RE XII 878sqq. Latte, Röm. Relig. 99, 1*): 1 *strictius*: PLAVT. Amph. 777 quin tu istanc *Alcumenam* iubes pro cerrita circumferri? :: edepol qui facto est opus, nam haec . . . -arum plenast. Aul. 642 -ae hunc atque intemperiae insaniaeque agitant senem. Capt. 598 deliramenta loquitur, -ae stimulant virum. PAVL. FEST. p. 87 *faba* lemuralibus iacitur -is. p. 119 larvati: furiosi et mente moti, quasi -is exterriti. FEST. p. 129 (*Stilo*) manias . . ., quas nutrices minitentur parvulis pueris, esse -as, id est manes deos deasque (MART. CAP. 2, 163). SEN. apocol. 9, 3 qui contra hoc senatus consultum deus factus . . . erit, eum dedi -is et proximo munere inter novos auctoratos ferulis vapulare placet (*sensu ambiguo de servis ornatu larvali vestitis dici coniecit Heinze, Hermes 61, 1926, 66*). PLIN. nat. praef. 31 nec Plancus inlepide, cum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quae ab ipso aut libertis post mortem Planci ederentur, ne respondere posset: 'cum mortuis non nisi -as luctari'. APVL. apol. 64 (*quae praecedunt v. infra l. 60sqq.*) pro isto mendacio . . . deus iste (*Mercurius*) . . . obvias species mortuorum, quidquid umbrarum est usquam, quidquid lemurum, quidquid manium, quidquid -arum, oculis tuis oggerat. met. 6, 30, 1 nec noctis intempestae manes -asque formidatis? 9, 29, 3 *postulat uxor* -a vel aliquo diro numine immisso violenter eius *mariti* expugnari spiritum. NON. p. 44, 20 (*v. s.* larvatus). p. 135, 13 lemures: -ae nocturnae et terrificationes imaginum et bestiarum. AMM. 14, 11, 17 sauciabantur eius sensus circumstridentium terrore -arum. 28, 1, 7 praesagia sollicitare -arum. SERV. Aen. 6, 152 umbras -as vocamus. HIER. epist. 40, 2, 2 placet mihi de -is . . ., de Niliacis ridere portentis. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 389 veluti -is exagitati (*gr.* δαιμονῶντες). PRVD. c. Symm. 1, 497 cave . . . prodigia ⌊et -as⌋ (*var. l.* esse deos) solito tibi fingere cultu. 1, 631 quascumque solent Capitolia claudere -as. 2, 840 -as sanguine placant. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 613 semet cum sociis istaec mendacia -is sevisse. 5, 408 ut . . . torqueret trepidas captivo in corpore -as. 5, 732 expulsas captivo a pectore -as. GREG. TVR. Franc. 9, 21 -as inergia famulante nomen eius *regis* invocantes audieram. vit. patr. 4, 4 eiciebat . . . daemonia . . .; sed cum eorum exorcizatione -a non fuisset expulsa *eqs.* 19, 4 p. 741, 2 (*de energumenis sanatis*) nec moratur -a egredi e corpore. VEN. FORT. Mart. 1, 440 imposita . . . manu puero fera -a recedit (*Sulp. Sev. Mart. 17, 4* inmundum . . . spiritum). 2, 136 quamvis varia tegeretur -a figura. 2, 277 territa Martini . . . nomine -a refugit. 3, 285 tibia . . . -am iaculata sagittat. 4, 160 agmina -arum trepidabant ore, rotatu. 4, 523 -as . . . tegmine pullatas, tristi terrore sonoras *eqs.* (*Sulp. Sev. dial. 3, 15, 1* daemones). VITAE patr. Iurens. 1, 4 p. 134, 5 vexatos daemoniis ceterisque diaboli -is. 3, 13 p. 159, 25 dabat . . . contra (*var. l.* contraria) -is ac miseris (*var. l.* miseriis) scripta mandata. CIL XIII 7555ᴵᴵᴵ data nomina ad inferas -as (*Hirschfeld*; ad infer(orum) fanu(m) *Zangemeister*). TAB. devot. Rev. Archéol. V 30 (1929) p. 424 n. 228 (*v. vol. VI 3, 3055, 42*). CE 1448, 7 (*e cod.; 'non ante saec. VI' Bücheler*) mancipatur -is (mancipatura arvis *trad., corr. idem*) umbrisque truditur imis.

2 *in imag. et latius*: a *de hominibus*: α *malis* (*contumeliose dictum*): PLAVT. Cas. 592 amator . . ., qui me atque uxorem ludificatust, -a. Merc. 981 etiam loquere, -a? (983). PETRON. 44, 5 (*loq. libertus*) -as sic istos (istas *Scheffer*) *aediles* percolopabant. ANTH. 794, 32 (*fort. medii aevi*) tam terribilis -a pudorque patris. β *evisceratis, infirmis sim.*: PETRON. 62, 10 in -am intravi, paene animam ebullivi (ut -a *Bücheler*; *cf. vol. VII 1, 768, 37sqq.*). ANTH. 931, 130 (*fort. medii aevi*) sordibus et multo similis squalore sepultis vix inter vivos -a videnda vagor.

b *de rebus*: α *i. q.* προσωπεῖον (GLOSS.): HOR. sat. 1, 5, 64 nil illi -a aut tragicis opus esse cothurnis. β *de figuris quibusdam* (*cf.* GLOSS. σκελετός): PETRON. 34, 8 -am argenteam attulit servus sic aptatam, ut articuli eius vertebraeque laxatae in omnem partem flecterentur. APVL. apol. 63 mendacium vestrum fuit macilentam vel omnino evisceratam formam diri cadaveris fabricatam, prorsus horribilem et larvalem (*var. l.* larvilem); quodsi compertum habebatis tam evidens signum magiae *eqs. ibid.* hiccine est sceletus, haeccine est -a, hoccine est quod appellitabatis daemonium? *ibid.* hunc qui sceletum audet dicere, profecto ille simulacra deorum nulla videt aut omnia neglegit; hunc denique qui -am putat, ipse est larvatus (*sic codd. det.*, larvans *cett. et edd. nonnulli, qui 'larvis terrens' intellegere volunt*).

deriv.: larvalis, larvaticus, 1. 2. larvatus, larveus, larvula. *cf.* larvearum.

lāruālis, -e. *a* larua. *quattuor syllabarum est* PRIAP. *scribitur in codd. et* -ru- *et* -rb-. GLOSS. εἰδωλοφανής. daemoniosus. daemoniacus. GLOSS.ᴸ I Ansil. LA 374 maleficus aut incantator. 376 daemonita (-i⟨s⟩ta *Lindsay*, -icta *Heraeus*) vel incantator. GLOSS. II 585, 54 statua sculpta (*'male ex graeco versa' Götz*). V 523, 22 daemones vel umbra seu discum (*?*) daemoniorum vel mortuorum.

i. q. ad larvas pertinens: PRIAP. 32, 12 uvis aridior puella passis . . . affert pallorem maciemque -em. SEN. epist. 24, 18 nemo tam puer est, ut Cerberum timeat et . . . -em habitum nudis ossibus cohaerentium (PAVL. sent. 3, 4b, 2 *in testamento* condiciones contra leges . . . vel bonos mores adscriptae nullius sunt momenti: veluti . . . si -i habitu processeris. DOSITH. gramm. VII 428, 4 -i habitu). APVL. apol. 63 (*v. supra l. 62*). met. 1, 6, 3 tu hic -e simulacrum cum summo dedecore nostro viseris (AMM. 31, 1, 3 -e s. Armeniae regis et miserabiles umbrae). 11, 2, 2 Proserpina triformi facie -es impetus compri-

[*Steinmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mens. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 93 tamquam -i terrore circumdati (*gr.* πανικῷ δείματι, *item* 5, 295). 6, 296 -is quaedam imago visa est: . . . visi sunt per inane ferri currus . . . et armatorum acies (*gr.* φάσμα τι δαιμόνιον). VOLVS. Aug. epist. 135, 2 -is illa (*sc. a Christo peracta*) purgatio (GLOSS. V 462, 49 -is p.: daemonum illa p.). SIDON. epist. 3, 13, 7 tota . . . est misero facies ita pallida veluti per horas umbris maestificata -bus. DRAC. Romul. 8, 632 solet umbra sequax hominem, -is imago, muta sequi. ARATOR act. 1, 479 hostes (*i. daemonas, qui morbos efficiunt*) a sensibus atros proicit ac nebulis -bus exuit artus (*Vulg. 5, 15* ut . . . liberarentur ab infirmitatibus suis).

[lārvāns *p. 978, 67.*]

lārvāticus, -a, -um. *a* larua; *cf.* lymphaticus, lunaticus. *i. q. morbo comitiali affectus*: ISID. orig. 4, 7, 6 hos etiam vulgus lunaticos vocant, quod per lunae cursum comitetur eos insidia daemonum; item et -i (*var. l.* barbatici, larvatio, barbatio).

[larvatio *l. 15.*]

1. lāruātus, -a, -um. *a* larua; *cf.* cerritus, lymphatus *sim. quattuor syllabarum est* PLAVTO. *in codd. scrib. et* -ru- *et* -rb-. *de notione*: PAVL. FEST. *p. 978, 5.* NON. p. 44, 20 cerriti et -i male sani, et aut Cereris ira aut larvarum incursatione animo vexati (*afferuntur exempla e* PLAVT. Amph.). GLOSS. daemoniacus. insanus, quem larva contigerat.

i. q. larvis occupatus, male sanus: PLAVT. Amph. frg. 6 -u' s; edepol hominem miserum; medicum quaerita. 8 morbo medicari iube: tu certe aut -us aut cerritus es. Men. 890 quid esse illi morbi, . . . num -ust aut cerritus? frg. inc. 48 pro -o te circumferam (*cf. p. 978, 1*). APVL. *p. 978, 66.* met. 9, 31, 1 quem ad modum *pistor* -us ad inferos demeasset (*describitur larva in mulierem mutata 9, 30, 3*).

2. lārvātus, -ūs *m. a* larua; *cf.* 2. lymphatus. GLOSS. II 266, 1 δαιμονισμός -s (*prior* u *pro* d *corr. in cod.*).

Laverna: **larvcarum** dea, quae furibus praeest PORPH. Hor. epist. 1, 16, 60. *obscurum, vix cum* larva *coniungendum. an* lavernionum *scribendum* (*cf.* lavernio)?

lārveus, -a, -um. *a* larva, *fictum ad angustias carminis figurati superandas. i. q. larvalis, larvae similis*: VEN. FORT. carm. 5, 6 p. 117, 13 *diabolus* serpens . . ., zelator, -us hostis. *Steinmann.*

larvoson *v.* larbasis.

larus, *acc.* -on, -um *m.* (?), λάρος. *nomen gaviae avis* (EVCHER. instr. p. 157, 14 GLOSS.): ITALA deut. 14, 15 (Lugd.) -on (-um VVLG.). VVLG. lev. 11, 16 -um (*Lugd.* mergum. *cf.* HESYCH. *ad l.* p. 910B) -us animal est in utroque vivens, id est aqua et terra . . .; cui non male comparantur hi, qui simul circumcisionem venerantur et baptisma).

lārvula (-rbu- *trad.*) egisgrima (*anglosax.*) GLOSS.L Corp. L 11. *a* larva.

χαρωπός caesius, **larvus** GLOSS. II 476, 1. *vix sanum nec a* larva *derivandum. cf.* GLOSS. III 454, 1 (485, 24) larsus χαροπός (ravus, torvus *coni. viri docti*).

laryngotomia, -ae *f.*, λαρυγγοτομία. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 39 *Asclepiades* approbat arteriae divisuram ob respirationem faciendam, quam -am vocant. *cf.* pharyngotomia.

1. lās *v.* lar.

[2. Lobon id est **las** CHRON. min. I p. 186, 478. *falso trad. pro* lac, *v. Lagarde, Abh. Götting. 38, 1892 p. 19, 507. Wutz, Onom. sacra p. 757 et comm. p. 660.*]

lasanum (-us), -ī *n.* (*m.*), λάσανον. *masc.* -us ANTH. (*sec.* vir *sim.*), *restituitur ap.* PETRON. *in serm. vulgari.* la- *pro longa est* ANTH. [*vix recte trad.* Ps. THEOD. PRISC. add. p. 283, 29 *si os telumve in corpore latet*, incantas '-a, piscator, exi foras et fac, quod tibi iussit Iupiter' (*sana coniecit Heraeus in exemplari suo*).]

i. q. vas alvo exonerandae aptum: HOR. sat. 1, 6, 109 praetorem quinque sequuntur te *Tillium* pueri, -um portantes oenophorumque (SCHOL.: vas, in quo exoneratur venter *eqs.*). PETRON. 41, 9 Trimalchio ad -um (lasammum *trad.*) surrexit. 47, 5 (*loq. Trimalchio*) si quid plus *quam crepitus ventris* venit, omnia foras parata sunt: aqua, -i (*Bücheler*, lassant *trad.*, -um *Scheffer*) et cetera minutalia. *inde de homine foetido*: ANTH. 205, 13 -us es plenus.

lasar *v.* lasser. **lascīveo** *v.* lascivio. *B.*

***lascīvia,** -ae *f. a* lascivus. SYNON. Cic. p. 426, 21 gaudium. laetitia . . . lusus . . . -a. exultatio. GLOSS. -a: ἀσωτία. voluptas animi. luxuria. -ae: iocus, lusus, cachinnus. *legitur inde a* PLAVTO, TER.

i. q. habitus lascivus (*hic illic significantur potius actus lascivientium, lascive facta sim., maxime per plur.; vis corporalis, qua magis mobilitas, saltandi facultas sim. illustrentur, imprimis p. 980, 76. 981, 22 apparet; opp.* data opera *p. 980, 37*; in, ad *c. acc. p. 980, 55. 981, 42; quasi persona est p. 981, 30*): **I** *in quibuslibet actionibus vel condicionibus*: **A** *generatim* (*respiciuntur exsultantia, petulantia vel intemperantia, improbitas sim.*): **1** *hominum nec non rerum ad homines pertinentium* (*naturae quasi deae p. 980, 23; per iocum dicitur de ipso homine l. 80*): **a** *sing.*: PLAVT. Asin. 298 (*de servo verberibus adsueto*) gymnasium flagri, salveto . . . :: o virgarum -a (*item c. gen. rerum* TAC. ann. 4, 48, 1 omittere stationes -a epularum. GELL. 6, 16, 6 *matteas* repertas esse . . . per luxum animi . . ., per improbam satietatis -am. ARNOB. nat. 1, 53 cachinnorum. *al. gerund.*: HIER. in Ezech. 25, 1—7 p. 234A insultandi). Trin. 751 adulescenti . . . indomito, pleno amoris ac -ae. TER. Haut. 945 *animus* luxuria et -a diffluit. PORC. LIC. carm. frg. 3, 1 dum -am nobilium . . . petit *Terentius.* CIC. fin. 2, 65 non . . . hilaritate nec -a nec risu aut ioco . . . sunt beati. PVBLIL. L 7 -a et laus numquam habent concordiam. LVCR. 5, 1400 caput . . . redimire coronis . . . -a laeta monebat. SALL. Catil. 31, 1 ex summa laetitia atque -a. Iug. 39, 5 quos . . . licentia atque -a corruperat. 41, 3 -a atque superbia (LIV. 8, 29, 3). 66, 2 *dies festus* ludum et -am magis quam formidinem ostentabat. RVT. LVP. 1, 18 (*vertitur Lycurgi frg.*) cuius omnes corporis partes ad nequitiam sunt appositissimae: oculi ad petulantem -am *eqs.* (*cf. p. 981, 22*). OV. fast. 5, 331 quare -a maior his foret in ludis (*Floralibus ut* LACT. inst. 1, 20, 10 celebrantur . . . cum omni -a). LIV. 1, 5, 2 ut nudi iuvenes . . . per lusum atque -am currerent *Lupercalibus.* 2, 18, 2. 23, 11, 3 (*responsum Apollinis*) -am a vobis prohibetote. 24, 16, 14 per -am ac iocum . . . ludibundi. 37, 20, 5 in iuvenales lusus -amque versi *milites.* 39, 15, 7 *Bacchanalia* concessum ludum et -am . . . esse. 39, 42, 9 ⟨per⟩ -am (-a *var. l.*) cum cavillaretur. CELS. 3, 24, 5 *utendum* lusu, ioco, ludis, -a, per quae mens exhilaretur. SEN. dial. 11 (12), 18, 5 quem non in iocos evocabit illa (*nepotis*) -a. CVRT. 6, 6, 1 continentiam . . . et moderationem . . . in superbiam ac -am vertit. 8, 10, 15 non divino instinctu, sed -a esse provectos *milites bacchantes.* PLIN. nat. 5, 7 Aegipanum Satyrorumque -a impleri *Atlantem montem* (*cf. Mart. Cap. 6, 667* Satyris Aegipanisque bacchantibus). 11, 123 nec alibi maior naturae -a: lusit animalium armis (14, 15 est et illa n. -a, ut praegrandibus *uvis* adhaereant parvi comites. *cf. 14, 42* naturae lusu. *v. et p. 982, 81*). 36, 12 imaginem eius *Hipponactis* -a iocosam (*Jahn*, iocorum *trad.*) hi *i. Bupalus et Athenis* proposuere ridentium circulis. STAT. silv. 3, 5, 14 -a corde nulla. TAC. Agr. 5, 1 more iuvenum, qui militiam in -am vertunt. Germ. 24, 1 *iuvenes* inter gladios se . . . saltu iaciunt; . . . audacis -ae pretium est voluptas spectantium. dial. 29, 2 parentes non probitati neque modestiae parvulos assuefaciunt, sed -ae et dicacitati. hist. 4, 2, 3 adversum plausum ac -am insultantis volgi immobiles. ann. 1, 31, 4 -ae sueta, laborum intolerans *multitudo militum.* 13, 15, 2 dissimulationem nox et -a exemerat. 14, 17, 1 oppidana. 14, 20, 4 patrios mores funditus everti per accitam -am *sc. per ludos et certamina. al.* FRONTO p. 122, 9 v. d. H. (p. 128 N.) *exercitus* luxuria et -a et otio . . . corruptus. GAIVS inst. 3, 202 si quid per -am et non data opera . . . factum sit (*similiter significantur in sermone iuris delicta, quae non dolo malo committuntur*: MEN. dig. 49, 16, 6, 7 per vinum aut -am lapsis. VLP. coll. Mos. 12, 5, 2 nisi in lata et incauta neglegentia vel -a fuit [*interpolatori tribuit Kunkel, ZSavSt. 45, 1925, 331sq.*]. dig. 48, 8, 4, 1 cum quidam per -am causam mortis praebuisset). APVL. Plat. 2, 4 *opp.* avaritia. TERT. nat. 1, 10, 44 (= apol. 15, 1) -ae ingenia. apol. 35, 1 solemnia eorum *sc. imperatorum* conscientia potius quam -a celebrant. pudic. 6 p. 230, 7 quae *caro* non -ae frondibus, sed sanctimoniae floribus praecingeretur. AVR. VICT. Caes. 14, 6 omnia . . . prospicere, quae luxus -aeque essent. EVTR. 9, 8, 1 *Gallienus* diu placidus et quietus, mox in omnem -am dissolutus. AMM. 14, 6, 25 quae *vela* Campanam imitatus -am Catulus . . . suspendit *in theatro* (*Val. Max. 2, 4, 6* luxuriam). HIER. epist. 24, 5, 2 in urbe pompae, -ae, deliciarum. VICTRIC. 27 intemperantiae, -ae . . . colla fregerunt *apostoli.* CE 1166, 3 cuius . . . -a surgere . . . coeperat et dulces fingere nequitias. *al.*

nomen tabulae, ut videtur: PLIN. nat. 35, 110 *Philoxenus Eretrius* pinxit . . . -am, in qua tres Sileni comissantur. **b** *plur.* (*cf. p. 981, 31. 43*): VAL. MAX. 6, 9 ext. 1 *ut* praecepta *Xenocratis* temulentiae -is elevaret *Polemo.* TAC. ann. 11, 36, 3 *Messalina* paribus -is ad cupidinem et fastidia. TERT. apol. 39, 19 inceptiones -arum. idol. 1 p. 31, 5 in illa (*idololatria*) -ae et ebrietates. adv. Val. 12 p. 191, 9 nauticorum -as gaudiorum. ARNOB. nat. 6, 12 ut in deorum corporibus -ae artificum luderent darentque his formas, quae . . . possent esse derisui. HIL. in Matth. 11, 5 quod luxu ac -is mollescat. EVAGR. vita Anton. 1 p. 841 nec infantum -as nec puerorum negligentiam sectabatur (*Migne gr. 26, 841A* ὡς παῖς ἐρραθύμει, *Vita Anton.* vagabatur). AMBR. in Luc. 4, 2 -arum . . . inlecebris. in psalm. 37, 5, 4 luxui et voluptatibus et -is et carnis cupiditatibus vivit (*cf. seriem similem* 37, 6, 3). AVG. in euang. Ioh. 49, 14 -is et flagitiis inquinati. serm. 307, 1, 1 inter delicias et -as convivantium. EVSTATH. Basil. hex. 9, 5, 17 -as et protervitates illorum *infantum* (*gr. non nisi* τὸ ἀκόλαστον. *cf. Ambr. hex. 6, 6, 38* libertatem lasciviendi). ENNOD. epist. 1, 6, 5 p. 14, 20 antiquorum -as parca nituntur frugalitate reparare et profligantia patrimonium fulcire culmina.

2 *animalium* (*cf. infra p. 981, 7*): PACVV. trag. 409 piscium -am (*cf.* PLIN. nat. 9, 34 *delphinorum* [*opp.* tristitia *thursionum.* PLIN epist. 9, 33, 9]). COLVM. 6, 29, 1 -a et alacritate (*eculei ut* AMBR. virg. 2, 6, 41 prius adsuescitur verbo -ae quam verbere disciplinae). 7, 6, 7 haedorum -a compescenda. 7, 12, 12 *canum catulos emitti* lusus ac -ae causa. PLIN. nat. 8, 52 simiarum. 11, 115 posteriorum -a crurum petauristae *nominantur animalia pulicum similia.* 18, 364 pecora exultantia et indecora -a ludentia. LACT. inst. 3, 10, 2 *ridere videntur bestiae* cum . . . oculis in -am resolutis . . . homini adludunt (*fere eadem* ira 7, 9. *cf.* epit. 28, 6 in gaudium et -am resolvuntur *animalia*). *al.*

B *speciatim in re amatoria* (*respicitur impudicitia sim.; argute per metonymiam fere de ipsis partibus genitalibus p. 981, 12; per oxymoron usurpatur in bonam partem p. 981, 29*): **1** *sing.*: OV. am. 1, 4, 21 cum tibi succurret Veneris -a nostrae. 3, 14, 19 stet procul inde (*i. a*

[*Beikircher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cubiculo) pudor; hinc simul exieris, -a protinus omnis absit, et in lecto crimina pone tuo. EPIST. Sapph. 47 placebam ... tunc praecipue, cum fit Amoris opus; tunc te plus solito -a nostra iuvabat. SEN. contr. 2, 7, 3 adversus sollicitatoris -am *tuta matrona*. SVET. Cal. 25, 3 *Caesonia* luxuriae ac -ae perditae. 36, 2 *post concubitum* recentibus adhuc -ae notis reversus. APVL. met. 2, 17, 1 crinibus ... dissolutis ad hilarem -am in speciem Veneris. 7, 23, 1 propter luxuriem -amque amatoriam *asini*. 9, 5, 1 uxorcula ... postrema -a famigerabilis. TERT. nat. 2, 14, 9 *Hercules* ob -am venenis circumventus. coron. 14 l. 11 quid ... est in capite feminae corona quam formae lena, quam summae -ae nota. ieiun. 1 p. 274, 10 pro dispositione membrorum ordo vitiorum; prior venter, et statim cetera saginae substructa -a est; per edacitatem salacitas transit. 6 p. 280, 10 (*de homine epulis saginato*) ad -am sapere (*postea*: lusum ... impudicum). 17 p. 296, 26 appendices ... gulae *sunt* -a atque luxuriae. pudic. 17 p. 256, 5 in luxuriae et -ae et libidinis negotia. ITALA Gal. 5, 19 (Tert. pudic. 17 p. 256, 13) fornicationem, immunditiam, -am (*gr.* ἀσέλγεια, *codd. d g* impudicitia, *Cypr. testim. 3, 64* spurcitiae, *Ambrosiast.* obscenitas, *Vulg.* luxuria). PORPH. Hor. carm. 3, 18, 1 *Nympharum* per -am ... fugientium *sc. Faunos, ut magis illiciantur*. CYPR. hab. virg. 19 -ae et petulantiae crimen (*adeundi promiscuas balneas*). SER. SAMM. 656 mobilis (*sc. cinaedorum*) hirsutas horret -a saetas. IVST. 1, 3, 2 cum mollitia corporis et oculorum -a omnes feminas anteiret *Sardanapalus* (*cf. Ctesias 688 F 1 Jac. p. 444 apud Athenaeum* τὰ λευκὰ ἐπαναβαλὼν τῶν ὀφθαλμῶν *et sim. apud alios; an mero respectu impudicitiae? cf. p. 980, 9*). AMBR. in psalm. 47, 8, 2 edomare carnis -am (HIER. vita Malchi 3). RVFIN. Orig. in gen. 3, 6 p. 47, 4 qui ... in omnem -am proruit et per diversos ... pendet amplexus. Orig. in Ios. 13, 4 p. 374, 11 *deus* eradicat -am, pudicitiam plantat. TRACT. Pelag. 3 p. 37 *evangeliorum* fecunditatis casta -a (*per allegoriam a quattuor coniugibus Iacob sumptam*). *al.* -a *quasi dea*: DRAC. Romul. 10, 263 *inter comites Amoris* mollis -a saltat. 2 *plur.*: ARNOB. nat. 5, 32 -as eum (*Iovem*) exercuisse cum filia (*cf.* 6, 22 amatorias ... miscuisse -as cum ... signo *Veneris*). AVG. bon. coniug. 21, 26 p. 220, 22 amatores feminarum et -arum (*var. l.* -orum). nupt. et concup. 1, 12, 13 non est ... libido nuptiarum bonum, sed obscenitas peccantium, necessitas generantium, -arum ardor, nuptiarum pudor.

II *in dicendo, scribendo* (*plur. l. 43; acced. gen. gerund. l. 56*): A *in carminibus* (*respicitur sive poetae habitus sive operis stilus eiusve argumentum maxime res amatorias tractans*): OV. rem. 385 Thais in arte mea est: -a libera nostra est; nil mihi cum vitta. trist. 2, 313 in nostra nimia est -a Musa. 2, 345 haec tibi me invisum -a fecit ob artes. LIV. 4, 53, 13 sollemnis militum -a in consulem. TAC. dial. 10, 4 elegorum -as et iamborum amaritudinem ⟨et⟩ epigrammatum lusus. PLIN. epist. 4, 14, 4 *poetas* non modo -a rerum, sed ne verbis quidem nudis abstinuisse. ARNOB. nat. 5, 1 illa, quae historiae continent ..., poetarum sunt excogitata -a? AVSON. 360 p. 218, 9 P. Plinio in poematiis -am, in moribus constitisse censuram. B *in oratione soluta*: 1 *respicitur nimius ornatus*: SEN. epist. 114, 2 argumentum est luxuriae publicae orationis -a. QVINT. inst. 2, 5, 22 ne recentis huius -ae flosculis capti voluptate prava deleniantur *discipuli* (10, 1, 43 -a deliciaeque). TAC. dial. 26, 2 quo *cultu* ... actores ita utuntur, ut -a verborum et levitate sententiarum et licentia compositionis histrionales modos exprimant. 2 *respicitur dicacitas, maledicendi cupiditas sim.*: PLIN. nat. 26, 2 lichenas appellavere ... ioculari ... -a, ut est procax multorum natura in alienis miseriis ..., mentagram. QVINT. inst. 9, 2, 76 maledicendi. TAC. ann. 11, 13, 1 theatralem populi -am severis edictis increpuit, quod in P. Pomponium ... probra iecerat. GREG. M. moral. 10, 8 p. 923^{C} obtrectationis.

in locut. adverbialibus: per -am: LIV. 1, 5, 2. 2, 18, 2. 24, 16, 14. 39, 42, 9 (*suppl.* per; *var. l.* -a). TAC. hist. 2, 68, 2. 3, 33, 2. 3, 62, 2. ann. 12, 7, 3. 14, 20, 4. *et saepius*. *abl.*: PLIN. nat. 18, 364. 26, 2 TERT. apol. 35, 1. *cf. l. 60*. cum -a: LACT. inst. 1, 20, 10.

homoeoprophora: luxuria, -ries (TER. Haut. 945 SEN. epist. 114, 2 SVET. Cal. 25, 3. FRONTO p. 122, 9 v. d. H. [p. 128 N.]. APVL. met. 7, 23, 1 TERT. ieiun. 17 p. 296, 26 pudic. 17 p. 256, 5. *cf.* luxus: AVR. VICT. Caes. 14, 6. 31, 2 HIL. in Matth. 11, 5 AMM. 21, 16, 5), laetitia (SALL. Catil. 31, 1 TAC. ann. 14, 21, 3 ITIN. Alex. 43. *cf.* laeta LVCR. 5, 1400), licentia (SALL. Iug. 39, 5 TAC. dial. 26, 2 COD. Iust. 5, 9, 10, 2), ludus, -sus (SALL. Iug. 66, 2 LIV. 1, 5, 2. 37, 20, 5. 39, 15, 7 CELS. 3, 24, 5 COLVM. 7, 12, 12 TAC. dial 10, 4. *cf.* -a ludere PLIN. nat. 18, 364), levitas (TAC. dial. 26, 2 RVFIN. Orig. in Ios. 15, 3 p. 385, 1 AVG. civ. 2, 14 p. 69, 19 D.), libido (TERT. pudic. 17 p. 256, 5 RVFIN. Orig. in Ios. 15, 3 p. 385, 1).

deriv.: lasciviosus.

lascīvibundus, -a, -um. *a* lascivire. *fere i. q. habitu lascivo insignis, lasciviens*: PLAVT. Stich. 288^{3} quidnam dicam Pinacium -um tam lubentem currere (*A*, lubenter *cett.*; *cf. 285* age ut placet, curre ut lubet *eqs.*). *Beikircher.*

^{2}**lascīvio, -v(i)ī, -īre.** *a* lascivus. *formas perf. non invenimus nisi* GELL. 4, 20, 6 -visset. HIER. hom. Orig. in Luc. 9 p. 53, 18 -visse. in Ioel 1, 17 -vierunt. PS. HIER. epist. 18, 2 -visti. ? PS. AVG. serm. WSt. 50, 1932 p. 134, 9 -verunt (-verent, -virent *var. ll.*). *abl.* -enti PLIN. nat. 8, 5 FVLG. myth. 2, 2; -ente MACR Sat. 2, 2, 5. *coniug. primae vel secundae*: ANTH. 176, 13 Cecropii -ans bucula fabri. CHAR. gramm. p. 469, 12 -eo. GLOSS. -ens: ludens (?, *scrib.* luciens). -entes: ferventes. *inde ab* ENN., LVCIL., CIC. (lascivibundus PLAVT.). [*in sent. corrupta* SEN. contr. 2, 6, 4.]

i. q. lascivum esse (*minus valet quam* saevire *l. 12. al., sed cf. l. 29; c.* in *fin. l. 46. 62, acc. int. l. 51*): I *quidlibet agendo*: A *de animantibus eorumque affectibus, gestis sim.* (*-unt res animatae l. 34. 66*): 1 *generatim*: a *praevalente vi incorporali*: ENN. scaen. 50 quid -i⟨s⟩, stolide ? CIC. rep. 1, 63 in pace et otio; licet enim -ire, dum nihil metuas. LIV. 2, 28, 5 otio -ire plebem (SEN. dial. 2, 10, 3 TAC. Agr. 16, 3. *al. cf.* LIV. 2, 52, 2 ex copia ... otioque -ire ... animi. PS. QVINT. decl. 3, 12 -it otium. TAC. Germ. 44, 3 otiosae ... manus facile -unt). 2, 29, 9 -ire magis plebem quam saevire. 23, 4, 5 civitas ... ita ... -ire, ut nec libidini nec sumptibus modus esset. SEN. contr. 9, 5, 7 nepotem ... inter pueriles iocos petulantius -entem. SEN. benef. 7, 20, 3 ludibria regum in mari -entium. dial. 1, 1, 6 -ire et voluptatibus fluere (*opp.* laborare, sudare *eqs.*). epist. 56, 9 numquam vacat -ire districtis. STAT. silv. 3, 2, 111 cur ... Therapnaei -at ora Canopi. MART. 4, 3, 7 quis siccis -it aquis (*i. nive*) et ab aethere ludit? (ARNOB. nat. 6, 13. 7, 33 l., -ire, saltare. PS. HIER. epist. 18, 2 lusisti puer, adulescentulus -isti). QVINT. decl. 291 p. 160, 16 non est istud (*i. in amorem incidere*) nisi -entis animi. PS. QVINT. decl. 15, 10 *amor* -entis adhuc aetatis instinctu tumultuosus ac petulans (HIER. epist. 52, 1, 1). TAC. hist. 3, 83, 2 et furere ... et -ire. ann. 1, 16, 2 -ire ..., denique luxum et otium cupere. 2, 44, 1 urbano luxu. *al.* GELL. 1, 11, 7 -entium delicias conviviorum (*cf.* MACR. Sat. 1, 5, 11 cenam ... non -entem ferculis, sed quaestionibus doctis pudicam). TERT. adv. Marc. 1, 27 p. 329, 5 voluptates circi furentis et caveae saevientis et scaenae -entis. CYPR. epist. 13, 4 temulentus et -ens. LEX conviv. (Querol. p. 60, 22) *quasi hominum* -ens turba desaeviat. SYMM. epist. 8, 23, 3 me -ire in tanta locorum amoenitate et rerum copia. AMBR. hex. 6, 6, 38 (*v. p. 980, 67*). in psalm. 118 serm. 15, 37, 1 ne cupiditates ... indomito fervore -ant. PS. RVFIN. in Os. 2, 11 cum tota regio choreis, canticis epulisque -ret (*cf.* PRVD. apoth. 353 choris). CLAVD. rapt. Pros. 2, 146 galeam mitescere sertis; ferratus -it apex horrorque recessit Martius *eqs.* LEO M. serm. 48, 2 quo ... aut ira saevit aut luxuria -it. *al.* b *praevalente vi corporali* (*respicitur motus*): LVCIL. 212 -ire pecus nasi (?) rostrique repandum (*de delphinis ut* SEN. Ag. 454 PLIN. nat. 18, 361 SOL. 12, 12. *cf. p. 983, 79*). CIRIS 142 *Scylla* sacris operata deae -it et extra procedit ... matrum ... catervam. OV. met. 7, 321 exilit agnus -itque fuga (COLVM. 7, 3, 18 *seq.* luxuriantem, exultatione. VVLG. prov. 7, 22). LIV. 27, 4, 13 angues ... -entium piscium modo exsultasse. PLIN. nat. 8, 5 *elephantos* -enti pyrriche conludere. 10, 59 mansuefactae -unt *grues*. SIL. 13, 329 dextera *Panis* -it caesa ... capra verbera laeta movens (*cf.* CE 1237, 3 [*s. II/III*] non manus Idalia -at improba virga. FVLG. myth. 2, 2 -enti pollice fusi ... rotare vertiginem). PS. QVINT. decl. 13, 9 -entem ⟨in⟩ luxuriam fugam *apium*. TAC. ann. 2, 55, 5 vagum ac -entem per agros militem. SVET. Iul. 67, 1 (*nisi ad a pertinet*) licentiam ... passim -endi permittebat *militibus*. FLOR. Verg. 2, 9 M. *Iuppiter taurus Europam* portans ... per tota maria -it. APVL. met. 5, 22, 6 alis *Cupidinis* quiescentibus extimae plumulae ... tremule resultantes inquieta -unt. 5, 25, 3 vago pastu -unt ... capellae. 6, 6, 3 gannitu constrepenti -unt passeres. PORPH. Hor. carm. 3, 18, 9 ('ludit ... pecus'). PROB. Verg. georg. 4, 10 ('haedi ... petulci'). HIER. hom. Orig. in Luc. 9 p. 53, 18 (*ad 1, 41. 44*) 'exsultasse' infantem et quodammodo gaudio -isse. in Ioel 1, 17 iumenta ... -ierunt (*antea*: subsaltaverunt, *gr.* ἐσκίρτησαν). adv. Pelag. 1, 38 p. 532^{D} (*ad II reg. 6, 6, ubi Vulg.* calcitrabant) -entes boves (VVLG. I par. 13, 9). VVLG. Os. 4, 16 vacca -ens. RVFIN. Clement. 7, 37, 5 -entibus equis. PALLAD. hist. mon. I 5 p. 267^{B} sues agrestes discursibus ac strepitu -entes (*gr. p. 43, 2 B.* σκιρτῶντας).

2 *in re amatoria c. colore pruriendi*: PRIAP. 47, 4 uxor aut amica rivalem -endo languidum ... reddat. MANIL. 5, 321 -it amores in varios (COLVM. 6, 24, 2 pecudes ... -unt in venerem. APVL. met. 7, 14, 5 ut ... in greges equinos -ens discurrerem. MACR. Sat. 2, 2, 5 tam in matrem quam in puellam). APVL. met. 10, 31, 2 laciniam ... ventus satis amanter nunc -ens reflabat ..., nunc luxurians aspirabat. TERT. uxor. 1, 5 l. 28 per -endi voluptatem. SOL. 23, 7 equae -unt mira fecunditate. 30, 3 luxuria incesti (*i. impudicitiae*) -entis. ARNOB. nat. 1, 64 qui cum pueris cubitant formonsis, -entibus, nudis. EVANTH. de com. 1, 3 amatorie. HIL. in psalm. 118 heth 11 p. 429, 16 occursus -entium feminarum esse continentium oculis captiosos (AVG. c. Iulian. 3, 15, 29). HIER. adv. Iovin. 1, 13 carnem -ire et ebullire in libidinem (PALLAD. hist. mon. I 11 p. 287^{D} [*gr. p. 75, 15 B.* ἡμῖν ἐπιτίθεται]. *cf.* CASSIOD. in psalm. 118, 121). 1, 38 subant ad coitum et pecudum more -unt (2, 7). VVLG. Am. 6, 4 -itis in stratis vestris (HIER. *ad l.*: ut somno libidinem copuletis). AVG. c. adv. leg. 2, 9, 32 nulla ... -endi, sed sola ... causa generandi (civ. 14, 16 p. 39, 4 D. non solum g. voluntati, verum etiam -endi libidini. *cf.* pecc. orig. 38, 43 non propagandi voluntate ..., sed -endi voluptate). in psalm. 97, 1 l. 34 accepta sanitate -unt; qui aegroti casti erant, sanati adulteri fiunt. *al.*

B *de rebus naturalibus*: PLIN. nat. 21, 1 rerum naturae ... -enti ... et in magno gaudio fertilitatis ... ludenti. OP. imperf. in Matth. 40 p. 853 arbores -entes, dum ... ramos suos exporrigunt.

II *loquendo, scribendo* (*significatur genus ludicrum, impudicum,*

[*Heine*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tumidum, loquax): **A** *de carminibus sim.*: SEN. nat. 3, 27, 14 (*de ineptiis Ovidii*) non est res satis sobria -ire devorato orbe terrarum (QVINT. inst. 4, 1, 77 Ovidius -ire in Metamorphosesin solet. *cf. p. 986, 17*). epist. 49, 5 *lyrici* ex professo -unt. STAT. silv. 1, 5, 9 arma nocentia, Thebae, ponite: dilecto volo -ire sodali (*14* Clio mea ludit Etrusco). MART. 11, 16, 3 mea Lampsacio -it pagina versu (APVL. apol. 87 versibus amatoriis). QVINT. inst. 9, 4, 6 Sotadeorum et Galliamborum et quorundam in oratione simili paene licentia -entium *pedum*. SIDON. epist. 9, 13, 2 vers. 19 *epistulas* cantu ac modulis luxuriantibus -ire vetat mascula dictio. **B** *de quolibet sermone*: QVINT. inst. 2, 4, 3 ut sit ea *ratio narrandi* neque arida ... neque rursus sinuosa [et] arcessitis descriptionibus ... -at (-va *ed. vet.*). 4, 2, 39 toto ... et rerum et verborum et compositionis genere -unt *oratores*. 9, 4, 28 ut exultent atque -ant *transgressiones verborum* (*postea*: in re tristi ludit compositio). 11, 1, 56 *in miseriis narrandis* cantare ... aut -ire. 12, 10, 73 dicendi genus, quod aut verborum licentia exultat aut puerilibus sententiolis -it aut ... turgescit aut ... bacchatur. GELL. 4, 20, 6 intempestive (*postea*: ioci scurrilis). APVL. met. 8, 24, 3. TERT. apol. 48, 3 multis ... locis ex otio opus erit, si velimus ad hanc partem -ire, quis *eqs.* CYPR. hab. virg. 18 (*de iocis Fescenninis*) in illa -entium libertate sermonum conloquia incesta miscere *eqs.* (AMBR. off. 1, 3, 12 alliga sermonem tuum, ne luxuriet, ne -at et multiloquio peccata sibi colligat). SOL. 52, 16 -enti famae *de origine Dionysi prolatae* (*Mela 3, 66* praecipuam). PANEG. 4, 30, 4 in exprimendo ... gaudio ingrata, nisi et ipsa -it, oratio. ARNOB. nat. 3, 24 ludimus et -imus tanta in re. 4, 3 (*opp.* serio ... faciatis). PS. IVL. RVF. schem. dian. 1 p. 60, 11 (*loco corrupto; 'in promptu esse, abunde suppetere' Halm vix recte*). SCHOL. Cic. Gron. A p. 346, 6 compositiones non -ire, sed ad rigorem vetustatis inferri. MACR. Sat. 5, 1, 5 pingui et luculenta et florida oratione. somn. 1, 20, 1 non frustra nec ad laudis pompam -it oratio, sed res verae vocabulis exprimuntur.

deriv.: lascivibundus. *Heine.*

lascīviōsus, -a, -um. *a* lascivia. *fere i. q.* ***lascivus***: ISID. orig. 6, 8, 7 panegyricum est licentiosum et -um genus dicendi ..., quod malum a Graecis exortum est, quorum levitas instructa dicendi facultate et copia incredibili multas mendaciorum nebulas suscitavit.

lascīvitās, -ātis *f.* *a* lascivus. GLOSS. -s: iactura (*an* luxuria?). *fere i. q.* ***lascivia***: FIRM. math. 1, 2, 4 nec Asiana -s sobria Iovis moderatione corrigitur. SCHOL. Iuv. 6, 292 ('luxuria incubuit') -s, quae nos invasit. AMBROSIAST. in Rom. 13, 13 ('cubilibus et impudicitiis') concubitus impudicus; hic enim huius -is est fructus. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 118 convivia, quae ciborum parcitate, animi tamen -e frequentent *hydropici*.

lascīvius *v.* lascivus *l. 55.* **lascivo** *v.* lascivio.

lascīvolus, -a, -um. *a* lascivus *deminutive.* *fere i. q.* ***aliquantum lascivus***: LAEV. carm. frg. 4 per ludum manu -a ac tenellula ... insolita plexit munera (insolito plexi munere *trad.*).

lascīvus, -a, -um. [*radix* las-, *quae subest vocibus ind.* lasati *'exultat, ludit sim.', gr.* λιλαίομαι *'cupio',* λάστη· πόρνη *Hesych., slavon.* laska *'amor, blanditiae', et sensu et forma satis convenit; at formatio vocis Latinae parum perspicua. Sch.*] *derivatur a* laxus ISID. orig. 10, 160. laxi-: CALP. ecl. 5, 23 *G.* CLAVD. 1, 153 *B* (*ut* 10, 83). lassi-: NEMES. ecl. 3, 46 *G.* -ibus: CIL XIII 10001, 20 LACT. inst. 1, 21, 49 *B. cf.* MARTYR. gramm. VII 191, 11 -us per v digammon scribitur, quoniam longam naturaliter paenultimam tenuit. -vius *var. lect. e. g.* Ov. trist. 5, 1, 15 LACT. inst. 1, 21, 49. NICET. *p. 985, 71.* *abl. sing. compar.* -iori CVRT. 7, 10, 4. NOT. Tir. 66, 45. *paenultimam longam testatur* MARTYR. *l. c.* *de notione*: PROB. app. gramm. IV 200, 1 inter -um et petulantem et temulentum hoc interest, quod '-um' satullum gestientem significat, 'petulantem' autem libidinosum ostentat (satullum libidinosum *M*), 'temulentum' vero satullum vinolentum esse demonstrat (ISID. diff. 1, 327 inter -um et p.: -us luxu, petulans temeritate [*eadem* DIFF. ed. Beck p. 67, 9, *sed pro* luxu *exhibet* lapsu]). SYNON. Cic. p. 433, 7 -us. procax. hilaris. petulans. GLOSS. -us: ὡραῖος. luxuriosus. mollissimi actus homo. -a: libidinosa. -i: προπετεῖς. GLOSS.[L] V Aa L 132 -us: ioculator. *in interpretationibus verborum graecorum* ἀκόλαστος ὁ ἐξώλης: ganearius, -us, lividinosus. ἄσωτος: ganearius, -us, luxuriosus *eqs.* ἄτακτος: -us. ἁπαλός, τρυφερός: tener, -us. κωμαστής: -us, procax. ἡδυπαθής: -us. *ad singulos locos vide infra.* *legitur inde a* LIV. ANDR., CIC., LVCR.

i. ***modum excedens****, imprimis gravitatem, moderationem, continentiam sim. vel pudicitiam (fere i. q. ludibundus, petulans, effrenatus sim. vel libidinosus, impudicus sim.; respici solet habitus animi, hic illic etiam motus corporis, e. g. l. 82. 84. p. 984, 61. 78; -um est c. enunt. sec. p. 985, 72; usurpatur pro subst. e. g. p. 984, 35. 60. 985, 62*): **I** ***quidvis agendo***: **A** *de animalibus* (*eorumque motibus et partibus corporum; v. et p. 985, 59*): **1** ***variis***: LIV. ANDR. trag. 5 -um Nerei simum pecus ludens ad cantum (*item de piscibus*: RVT. NAM. 1, 379 ludere -os ... pisces. *cf.* Ov. met. 3, 685 *delphini* in ... chori ludunt speciem -aque iactant corpora. PAVL. NOL. carm. 17, 119 laeta -o ... admeabunt monstra natatu). LVCR. 1, 260 proles ... -a per herbas ludit. MART. 1, 44, 1 -os leporum cursus lususque leonum (*cf. de eodem spectaculo 1, 6, 4 lepus* ludit in ore *leonis. 1, 48, 7* lepus improbe). NEMES. cyn. 266 colla *equi.* LACT. opif. 14, 6 *si homines de officio iecoris vel splenis recte iudicarent, animalia* salaciora plus iecoris, -iora plus splenis habuissent (*postea*: nos ... splene gaudere). FORTVN. in Matth. (Corp. Christ. 9, 367 sqq.) 2 l. 36 *pullus asinae* qui pervia -us currebat (*cf.* HIER. c. Lucif. 22 p. 177[A] onager. in Zach. 14, 20 p. 1539[C] mulos steriles atque -os ... ire per praeceps). EVSTATH. Basil. hex. 8, 3, 10 gallus (*gr.* γαῦρον). **2** *de capris sim.* (*cf. homines sub haedorum signo natos l. 27 et comparationem l. 26*): VARRO rust. 2, 3, 9 *sunt* caprae -ae et quae dispargant se. VERG. ecl. 2, 64 florentem cytisum sequitur -a capella (PRVD. ham. 235). HOR. carm. 3, 13, 8 -i suboles gregis. 3, 15, 12 -ae similem ludere capreae. CALP. ecl. 5, 6 -o concidere germina morsu (*cf.* DRAC. Romul. 8, 410 tondent -is dentibus herbas). 5, 23 -um ... pecus salientes accipit hircos (MART. 13, 39, 1 -um p. et viridi non utile Baccho). FVLG. Theb. p. 182, 21 *haedus*, quod animal valde -um est.

B *de hominibus vel deis rebusque ad eos pertinentibus* (*per prosopopoeiam de libro l. 31*): **1** ***generatim***: **a** ***de ipsis*** (*pectus l. 27, oculum l. 33, ingenium l. 40*): **α** ***adultis***: CIC. Att. 2, 3, 1 *Pompeium* -um fuisse *propter nuntium laetum*; etenim mihi caligae eius et fasciae cretatae non placebant (*cf.* MART. 6, 24, 1 nil -ius est Charisiano: Saturnalibus ambulat togatus). VARRO rust. 1, 14, 1 *saepes viva* praetereuntis -i non metuet facem. HOR. epist. 2, 2, 216 ne potum *senem* rideat ... -a decentius aetas (CLAVD. 1, 153 nec desidiis ... indulgere iuvat *eos* nec tanta licentia vitae arripit aut mores a. -a relaxat. *cf. l. 49*). TIB. 1, 9, 59 nec -a soror dicatur plura bibisse pocula vel plures emeruisse viros. PROP. 4, 5, 8 Antinoo (*cf. Hom.* π *418* ὕβριν ἔχων). Ov. met. 13, 791 *Galatea* tenero -ior haedo (*cf. Theocr. 11, 21* μόσχω γαυροτέρα). MANIL. 5, 109 *haedi* levibus gaudent -aque signant pectora (*cf.* FIRM. math. 8, 6, 4 *haedo oriente nati homines* sunt ... petulantes, -i). SEN. Oed. 431 -i deducunt orgia mystae. COLVM. 10, 427 *ebrii* inter -os Satyros ... brachia iactantes (SIL. 3, 103. *cf.* NEMES. ecl. 3, 46 Satyri, -a cohors). MART. 1, 3, 11 (*de libro*) aetherias, -e, cupis volitare per auras. 14, 79, 1 ludite -i ..., servi, *Saturnalibus*. QVINT. inst. 11, 3, 76 *oculi* -i et mobiles et natantes et quadam voluptate suffusi. TERT. apol. 3, 3 quae mulier, quam -a, quam festiva! ITALA psalm. 114, 6 (cod. 136 Cas.) custodiens -os dominus (*gr.* τὰ νήπια, *Psalt. Rom. aliaeque verss.* parvulos). SPART. Hadr. 14, 11 severus laetus, comis gravis, -us cunctator, tenax liberalis. LACT. inst. 1, 21, 49 homines ... ea serio facere, quae si quis faciat in lusum nimis -us et ineptus esse videatur. AVR. VICT. Caes. 4, 4 -um adolescentem (*Suet. Claud. 16, 1* probri plenum). PS. AVR. VICT. epit. 14, 6 ingenium. HIL. in psalm. 118 beth 2 p. 371, 7 -os adulescentiae coetus. AVSON. 258, 7 p. 185 P. Otho. HIER. epist. 45, 3, 1 domum alicuius -ioris. in Matth. 6, 21 luxuriosi thesaurus epulae sunt, -i ludicra, amatoris libido. *al.* **β** ***pueris, puellis***: HOR. sat. 1, 3, 134 vellunt tibi barbam -i pueri. Ov. fast. 4, 701 filius ... erat primo -us in aevo. STAT. Theb. 5, 612 *Archemorum* reliqui -um et prono vexantem gramina cursu. MART. 3, 58, 30 -i parere gaudent vilico capillati. 5, 34, 7 *puella in Orco* inter ... ludat -a patronos. IVV. 11, 98 -i ludebant ruris alumni. HIER. epist. 58, 1, 2 inpudicos senes aetas -a *i. Daniel puer* condemnat (in Zach. 8, 4 p. 1465[B] ut gaudium civitatum lusibus et choreis a. -a concelebret. *cf. l. 22*). hom. Orig. in Ezech. 1, 2 p. 321, 14 *deus* quasi ... magister ... -um discipulum castigat. CE 1995, 3. *de Amore et Cupidinibus*: PROP. 2, 29, 7 quorum *Cupidinum* -ior unus ... inquit. TIB. 1, 10, 57 -us Amor rixae mala verba ministrat (Ov. am. 3, 1, 43. AVSON. Mos. 212 ludere). Ov. met. 1, 456 -e puer (SEN. Phaedr. 277 -us p. et renidens. DRAC. Romul. 2, 46. 10, 94. 587). Pont. 3, 3, 47 dum te, -e, docemus. SIL. 11, 410 -us ... mittit se caelo niveis exercitus alis. DRAC. Romul. 6, 59 impubes, -us (7, 12).

b *de rebus*: **α** ***actionibus, affectibus sim.***: COPA 3 copa ..., docta movere latus, ebria fumosa saltat -a taberna (*similiter de motu saltantium*: TIB. 2, 1, 88 currum ... sequuntur matris *Noctis* -o sidera fulva choro. CVRT. 7, 10, 4 tripudiis ... et -iori corporis motu gaudium ... ostentare. SOL. 11, 5 -as vertigines implicare [*sc. pyrrichen saltando; cf. p. 982, 42*]. DON. Ter. Ad. 752, 2 conexus manum -us ac petulans *saltantium*). PLIN. nat. 8, 144 uxore eius *regis* ... lacerata *a cane* propter -iorem cum marito iocum (*cf. Arrian. 156 F 29 Jac.* συμπαίζουσαν). TERT. nat. 1, 10, 34 derisus. CYPR. hab. virg. 21 nuptiarum festa improba et convivia -a (PS. HIL. libell. 10 p. 82, 11). FIRM. math. 1, 2, 4 nec Syrorum avarities -is Veneris *stellae* radiationibus temperatur (*cf. p. 985, 18*). 5, 2, 8 -a ... cum ebrietate saltantes (HIER. epist. 21, 13, 2 ebrietas, luxuria, fornicatio et universa vitia; haec blanda sunt et -a et sensus voluptate demulcent). 8, 7, 1 luxuriosis ... et -is voluptatibus (HIER. hom. Orig. in Ezech. 3, 5 p. 353, 23 et delectans sensum). 8, 12, 3 -is moribus et ... amoris cupiditatibus. MAXIMIN. c. Ambr. 112 audacem ac -am nimisque impiam insolentiam. CLAVD. 20, 100 *Ancyram petunt* pelagi ne taedia ... subirent, sed vaga -is flueret discursibus aetas. rapt. Pros. 2, 74 *Zephyre*, qui mea -o regnas per prata meatu. *al.* **β** ***variis***: MART. 4, 57, 1 blanda ... -i stagna Lucrini (*cf. 6, 43, 5* mollis). TERT. virg. vel. 12, 3 acu -iore comam (*'pro* acum comae' *Bulhart, praef. p. XLVI*) sibi inserunt (inferunt *trad.*) *mulieres luxuriosae* (*aliter p. 985, 44*). MAXIMIN. c. Ambr. 115 -os sordidosque ... annos *episcopatus tui*. PRVD. ham. 239 -as ... tunicas. CLAVD. 17, 331 *in edenda naumachia* -i ... confligant ... lembi (*dubium, utrum lascivia nautarum respiciatur an de navibus lusoriis sit*

[Beikircher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dictum). carm. min. app. 7, 12 tibi *Marti* -ae celebrentur . . . kalendae. GREG. TVR. glor. mart. 86 pocula -a . . . hauriebat.

2 *in re amatoria* (*v. et l. 52. 75. p. 984, 24*): **a** *de ipsis amantibus eorumque corporis partibus*: VERG. ecl. 3, 64 malo me Galatea petit, -a puella (HOR. carm. 4, 11, 23. OV. epist. 9, 65 -ae more p. incingi zona. ars 1, 523 MART. 7, 91, 3. 9, 67, 1 -am tota possedi nocte p. IVV. 6, 365³² -ae furta p.). HOR. sat. 2, 7, 50 *meretrix* agitavit equum -a supinum. carm. 1, 19, 3 -a Licentia. ELEG. in Maecen. 1, 77 Lydia *Omphale*. OV. am. 1, 8, 98 -is livida colla notis. 3, 7, 10 -um femori supposuit . . . femur. epist. 16, 77 (*ad Paridem*) cum . . . me spectas oculis, -e, protervis. ars 2, 715 *de Briseide*. SEN. contr. 4 praef. 11 -a manu obscena iussisti. VAL. MAX. 9, 2 pr. -i vultus et novae cupiditati inhaerentium oculorum (CE 2054, 3 [*Pompeis*] -os v. et blandos . . . ocellos. *cf.* SIL. 15, 26 lumina *Voluptatis*. RVFIN. Orig. in gen. 3, 6 p. 47, 28 cui . . . erga feminarum formas -us et curiosus oberrat aspectus). SEN. Phaedr. 783 (*versu suspecto*) -ae nemorum deae *insidiabuntur Hippolyto*. MART. 2, 14, 17 *Europae* vector -e (*de Iove ut* 11, 43, 3 -o . . . Tonanti). 5, 7, 7 -a catenis ignoscat coniunx *Vulcani* (*de Venere ut* DRAC. Romul. 10, 52. 122). 5, 78, 28 *Gaditanae* vibrabunt . . . prurientes -os . . . lumbos. 6, 21, 5 Martem (PRVD. c. Symm. 1, 174). 6, 45, 1 lusistis, satis est: -i nubite cunni. 6, 68, 7 nympha. 10, 68, 8 viro. 14, 193, 1 ussit amatorem Nemesis -a Tibullum. PS. AVR. VICT. epit. 48, 10 ministeria -a psaltriasque comissationibus adhiberi. AVSON. Mos. 177 *nympha* fugit -os . . . Faunos (CLAVD. carm. min. 25, 20). DRAC. Orest. 230 -is defigens basia labris. ARATOR act. 2, 293 corporis ille locus (*i. penis*) . . . luxuriam -us habet. *al.*

b *de rebus ad amantes pertinentibus*: *α affectibus, actionibus sim.*: HOR. carm. 2, 11, 7 pellente -os amores canitie (OV. ars 2, 497. 3, 27. MART. 14, 187, 1 -os lusit a. APVL. apol. 12 a. eius *sc. Veneris Uraniae* non amoenum et -um sed contra incomptum et serium [*Plat. conv. 181 c* ὕβρεως ἀμοίρου]. PRVD. c. Symm. 2, 225. AVG. serm. 34, 7 a. -os perniciososque). OV. am. 3, 14, 26 sponda . . . -a mobilitate tremat. VAL. MAX. 9, 1 ext. 1 veneris usu -iore. SIL. 5, 23 Hymenaeo. MART. 6, 71, 1 edere -os . . . gestus et Gaditanis ludere . . . modis. 7, 74, 3 -i non desit copia furti (ANTH. 429, 1 lusus -aque f.). 11, 23, 9 basia (*cf.* TAC. ann. 14, 2, 1 oscula). FIRM. math. 6, 31, 71 -is cupiditatibus. CLAVD. carm. min. 29, 33 pectora -o flatu Mavortia nectit (*de Veneris effigie, quae more magnetis Martem attrahit*). *al.*

β variis: PROP. 4, 8, 76 -um . . . forum *i. amoribus opportunum* (*sic de locis*: AVSON. 385, 25 p. 105 P. -i Floralia laeta theatri. ARATOR act. 2, 14 *Paulo operante* fructus . . . pudicos multiplicat -us ager *i. Paphus* [*16* turpi . loco]. *cf. p. 984, 79*). OV. rem. 728 mihi -ā gaudia nocte dedit *puella*. MART. 8, 78, 9 -a numismata *sc. meretricibus danda*. 11, 45, 6 puncta . . . -ā quae terebrantur acu *sc. ut coitus spectetur* (*aliter p. 984, 79*). SVET. Tib. 43,2 cubicula . . . tabellis ac sigillis -issimarum picturarum et figurarum adornavit. CLAVD. rapt. Pros. 1, 228 Ditis . . . ferrea -is mollescant corda sagittis *sc. Amoris*.

c *de arboribus sim.*: HOR. carm. 1, 36, 20 hederis (PORPH.: quia quasi ludentes vage serpunt). PLIN. nat. 17, 5 lotoe patula ramorum opacitate -ae. ENNOD. carm. 1, 4, 8 turgida -is silva viret spoliis.

II *dicendo, scribendo sim. nec non canendo*: **A** *vario usu* (*respicitur dicacitas, petulantia vel impudicitia*): CAEL. or. frg. Quint. inst. 6, 3, 41 Siculi . . ., ut sunt -i et dicaces, aiebant *eqs.* (*item de hominibus*: OV. epist. 15 [16], 227 *ad Helenam* te, -a, notavi . . . risum non tenuisse. STAT. silv. 2, 1, 75 compositos . . . sales meditataque verba locutus quaesisti -us erum [*cf. Sen. dial. 2, 11, 3* pueros . . . mercantur procaces . . ., qui probra meditate effundant]). OV. ars 2, 567 -a pedes risisse mariti dicitur *Venus*. PLIN. nat. 10, 117 (*de psittaco*) quae accipit verba pronuntiat, in vino praecipue -a *avis* (*Aristot. hist. anim. 597 b 28* ἀκολαστότερον . . . γίνεται). QVINT. inst. 6, 3, 27 *ridiculum* aut est -um et hilare . . . aut contumeliosum . . .; refert, his ubi quis utatur, nam in convictibus et cotidiano sermone -a humilibus, hilaria omnibus convenient (*item de dictis*: IVV. 6, 194 quotiens -um intervenit illud ζωὴ καὶ ψυχή . . .; quod enim non excitet inguen vox blanda et nequam? MACR. Sat. 2, 6, 1 *ut* a -is iocis ad honestos revertar [*cf. p. 986, 3*]. POMP. gramm. V 239, 21 *in triumpho milites* dicunt aliqua -a ad imitationem Satyrorum. ISID. orig. 2, 16, 1 ne levia gravibus, ne -a seriis, ne ridicula tristibus misceantur). AVSON. 18, 1 p. 327 P. Laidas et Glyceras, -ae nomina famae. RVFIN. Orig. in Rom. 3, 3 p. 935ᴬ hominem -o ore impudica verba iactantem, aut tumido et furibundo contumelias. NICET. psalm. 2 p. 68, 16 B. -um (*A*; lascivium *RV*; lasciviam *Souter*) esse, si hoc (*i. psalmus*) lingua (*var. l.* oris sono) proferatur.

B *in arte*: **1** *poetica, sc. de genere ludicro vel impudico, maxime de comoedia, elegia, epigrammate* (*c. respectu sive stili sive argumenti imprimis de rebus amatoriis agentis*): **a** *de carminibus sim.*: HOR. ars 107 tristia maestum voltum *actoris* verba decent . . ., ludentem -a. OV. trist. 5, 1, 15 carmina (PAVL. FEST. p. 101 hilarodos: -i et delicati carminis cantator. MART. 7, 51, 2. QVINT. inst. 9, 4, 108 illud 'ore excipere liceret' . . . -i c. est *sc. propter metrum*). SEN. suas. 1, 7 Dellius, cuius epistulae ad Cleopatram -ae feruntur. ASCON. Pis. p. 20, 30 *Philodemi* poemata sunt -a (*Cic. Pis. 70* ut omnes hominis libidines . . . delicatissimis versibus expresserit). MART. 1 praef. -am verborum veritatem, id est epigrammaton linguam. 1, 4, 8 -a est nobis pagina, vita proba (AVSON. 360 p. 218, 2 P. *de centone nuptiali*). 3, 86, 1 ne legeres partem -i, casta. libelli, . . . (4) non sunt haec mimis improbiora, lege! (5, 2, 5 tu, quem nequitiae procaciores delectant . . . salesque nudi, -os lege . . . l. 7, 68, 3 *opp.* seria). 4, 14, 12 -is madidos iocis libellos (*cf. p. 984, 66. 985, 65*). 9, 26, 10 -um . . . lusit opus (*de nugis Nervae et Neronis*). 10, 64, 5 *Lucanus* non . . . erubuit -o dicere versu: si nec paedicor *eqs.* (11, 20, 1 Augusti -os . . . v. APVL. apol. 9 *Solonis* ille -issimus v.). PLIN. epist. 7, 4, 6 -um . . . lusum Ciceronis . . .; queritur, quod frustratus amantem . . . savia Tiro . . . subtraxerit. TERT. spect. 17 p. 19, 23 tragoediae et comoediae scelerum et libidinum auctrices (actrices *Ursinus*) cruentae et -ae. PS. CATO Mus. 3 comica -o gaudet sermone Thalia. MART. CAP. 3, 221 *Camena* -a dans lepori. SIDON. epist. 4, 1, 2 si quid heroicus arduum . . ., epigramm⟨at⟩ista -um . . . condiderunt.

b *de ipso poeta* (*pron. neutr. l. 15*): PROP. 2, 34, 87 haec (*i. res amatorias*) quoque -i cantarunt scripta Catulli (OV. trist. 2, 427). OV. ars 3, 331 quid . . . -ius illa *Sappho*? MART. 3, 20, 6 dic . . ., quid agat Canius; . . . -us elegis an severus herois? 8, 73, 5 Cynthia te vatem fecit, -e Properti. QVINT. inst. 10, 1, 88 -us . . . in herois quoque Ovidius (10, 1, 93 utroque *i. Tibullo et Propertio* -ior, sicut durior Gallus. *cf. p. 983, 2*). HADR. carm. frg. 2 *Voconi*, -us versu, mente pudicus eras (*cf. p. 985, 83*). APVL. apol. 86 aliquem poetam -iorem. **c** -a Thalia (*cf. l. 11*): STAT. silv. 2, 1, 116 *si* decurreret orsa Menandri, laudaret . . . sonum . . . -a Th. 5, 3, 98 MART. 7, 17, 4.

2 *rhetorica, sc. de genere dicendi, quod nimio ornatu vel copia vitiose tumet, luxuriat sim.*: SEN. contr. 2 praef. 1 *Arelli Fusci* splendida oratio et magis -a quam laeta (SEN. frg. 113 ad effugiendam infamiam nimis -ae o. et nitidae). QVINT. inst. 2, 5, 10 quam multa impropria . . . tumida . . . -a, effeminata sint *in oratione vitiosa*. FRONTO frg. (Bischoff, SBMünch. 1958, 2 p. 20) 1, 19 flux⟨ibus⟩ -is. SYMM. epist. 1, 89, 1 neque tristem soliditatem neque -um leporem . . . celebrarunt; haec sunt enim condimenta tui oris . . ., quod nec gravitate horres nec venustate luxurias, sed . . . germanos colores rebus obducis. HIER. hom. Orig. in Ezech. 3, 3 p. 351, 20 cum . . . in luxuriosam orationem dicentis se sermo fuderit et in -um persultaverit eloquium.

3 *canendi sim., sc. de modis mollioribus, dulcioribus sim.*: QVINT. inst. 9, 4, 142 *compositionem* effeminatam et enervem, qualis apud multos . . . -issimis syntonorum modis saltat (BOETH. mus. 1, 1 p. 180, 12 -us . . . animus . . . -ioribus delectatur m. vel . . . emollitur ac frangitur; rursus asperior mens vel incitatioribus gaudet. p. 180, 28 *si* per -iores m. inverecundum aliquid, vel per asperiores ferox . . . mentibus illabatur [*cf. Plat. rep. 411a* μαλακὰς . . . ἁρμονίας]). CLAVD. 9, 9 Terpsichore . . . -o pollice movit barbiton (*cf. 18* Phoebus . . . pectine temptavit nobiliore lyram). 22, 142 nullo citharae convivia cantu, non pueri -a sonant. AVG. epist. 199, 11, 37 p. 276, 11 perstrepunt -i cantus, organa, tibiae *eqs.* EVSTATH. Basil. hex. 4, 1, 1 cantus . . . blandos modulationesque -as, luxum nimium generantes (*gr.* μελῶν τινων κεκλασμένων καὶ διεφθαρμένων).

homoeoprophora: licentia (HOR. carm. 1, 19, 3 PAVL. PELL. 159), ludere *sim.* (HOR. ars 107 MART. 1, 44, 1. 5, 34, 7. 14, 79, 1. 14, 187, 1 IVV. 11, 98 AVSON. Mos. 212 RVT. NAM. 1, 379. *al.*), laetus (SEN. contr. praef. 1 AVSON. 385, 25 p. 105 P. PAVL. NOL. carm. 17, 119), lepos (SYMM. epist. 1, 89, 1 MART. CAP. 3, 221), luxuria (HIL. AREL. vita Honorat. 27 l. 4 ARATOR act. 2, 293).

homoeoteleuton festivus *p. 984, 34.*

adv. **lascīviter** *et* **lascīvē**. GLOSS. -e: fervide. GLOSS. V 305, 49 -e: provide (*pro* fervide?). *i. q. modo lascivo*: **1** *posit.* lasciviter: LAEV. carm. frg. 5 -r . . . ludunt. **2** *posit.* lascive: OV. am. 2, 10, 27 -e consumpsi tempora noctis. MART. 8 praef. illis *i. epigrammatis* non permisi tam -e loqui quam solent (*antea*: mimicam verborum licentiam. PS. RVFIN. in Am. 5, 18—20 inter cetera quae -e improbeque loquebantur ista quoque cum irrisione dicebant). SVET. Nero 42, 2 iocularia . . . carmina -eque modulata. APVL. apol. 9 -e *fecit versus Sappho* (*postea*: insolentiam linguae). PS. CYPR. tract. 31 -e vivendo. RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 5, 1 auriga . . . -e et petulanter excusso. AVG. gen. c. Manich. 2, 26, 40 quidquid -e faciunt. **3** *compar.* lascivius: SEN. contr. 2, 6, 8 rem -ius dixerat (*opp.* ... genere). AVIEN. Arat. 1840 si persultans aries -ius herbas adpetat (*gr. 1105* μᾶλλον ἐπειγόμενοι). SVLP. SEV. dial. 2, 8, 3 viduam . . . -ius victitantem.

cf. Onom.

deriv.: lascivia, lascivio, lascivitas, lascivolus. *Beikircher.*

laser, laserpīcium *c. derivatis v.* lass-.

[lasernacum NOT. Tir. 104, 59 (*post* laserpicium; *varias codd. scripturas congessit Schmitz, comm. ad l.*) *falso trad.*, *fortasse pro* laser Cyrenaicum (*Kopp*).**]**

[(lasero), laseras APIC. 6, 242 (6, 8, 4 M.) *falso trad. pro* laser(e) ac.**]**

Tyria **lasfē**, Τυρία λάσφη CIL IV 2319¹ (Pomp. Wandinschr. 665 Diehl). *obscurum.* '*vocis cuiusdam principium esse videtur, cf.* λάσταυρος' *ed. pr.*; '*cf.* λάστη, *-σθη*' *Diehl*; '*λάσπη gr. rec. i. q. sordes*' *Heraeus in exemplari suo.*

lasimsaph (-safh, -saf *var. ll.*) PS. APVL. herb. 141 l. 13 adn. *nomen peregrinum herbae q. e.* bovis lingua (*cf.* GLOSS. III 567, 38 laxinsata i. lingua bubula). *B.*

lassābundus, -a, -um. *a* lassare. *i. q. lassus*: RVFIN. hist. mon.

[Ravenna]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

7 p. 399A *mulier* -am simulans ac fatigatam. VITA Roman. rec. (BHL 1306) 6 *mater* -a ex maestitudine ... moerorem vertit in gaudium. 10 baculos, quos -i ad sustentandum in manus gestabant *senes*.

lassāmen *v.* lax-. *Ravenna.*

[**lassātim** *falsa var. l. pro* -anti *vel* -ato MAX. TAVR. hom. 68 p. 394A.]

***las(s)er,** -ris *n.* [*truncatum e* las(s)erpicium (*q. v.*). *Sch.*]

de orig.: SOL. 27, 49 *pingue e culmo sirpis exsudans* dictum est primum lac sirpicum, quoniam manat in modum lacteum; deinde usu derivante -r nominatum. ISID. orig. 17, 9, 27 -r herba ...; cuius sucus dictus primum lacsir, quoniam ...; hoc et a quibusdam opium Cyrenaicum appellatur. *de scriptura, mensura, formis*: lass- (*cf.* lasserpicium): GARG. MART. med. 17 (*var. l.*). CHIRON 539. AVG. gramm. V 499, 35 (lass- *cod. m. pr.*, lasa- *m. sec.*). *al. syllaba longa conicitur* ANTH. 390, 23 nectareum vitient nunc -a (laus- *trad.*) tetra rosatum. *mensuratur* lāser MARCELL. med. carm. 54 (*iuxta* piper). laz-: CHIRON 421. -ar (*cf.* GLOSS. III 454, 2 -er sive -ar): AVGVSTVS *infra*. COLVM. 12, 59, 5 *et hic illic ap. posteriores* (*e. g.* PELAGON., VEG. mulom., CHIRONEM, APIC., ORIBAS., NOT. Tir.). *enumeratur iuxta* nectar AVG. *l. c.*, *iuxta* far FRG. Bob. gramm. V 558, 35, *at* -er *iuxta* papaver *sim.* GRAMM. suppl. 114, 6. *formas insolitas vel vulgares invenimus* COLVM. 12, 59, 4 -idis *gen.* (*S*). PLIN. nat. 1, 22, 49 -i *abl.* (*item* 5, 33. 23, 57 *cod. d.* EPIST. Alex. l. 414 H. *cod. Montepess.; ceterum passim* -e). CHIRON 329 -i *gen.* (*antea*: aceti, vini). *plur. non exstat nisi e coni.* ANTH. *l. c.* *genus neutr. testatur* GRAMM. suppl. *l. c.*, *fem. exstat* GLOSS. III 541, 20 -r treta (trita *Bücheler*). NOT. Tir. 104, 56. *de notione*: PLIN. nat. 19, 38 laserpicium ..., cuius sucus -r vocatur ([*cf.* GLOSS. sucus herbae ferulae]. CAPER gramm. VII 100, 18 l. florem dicimus, at caulem -r aiunt). GLOSS. ὀπός. holus. genus pigmenti. opium Cyrenaicum. *al.* *legitur inde ab* AVGVSTO, VITR.; *transit in gr.* λάσαρ(ον), λασάριον.

nomen silphii (*per distinctionem l. 45; ad rem v. Steier, RE III A 103sqq. et Suppl. V 972sqq.; respicitur tam sucus quam ipsa herba*): AVGVSTVS epist. Macr. Sat. 2, 4, 12 (*ad Maecenatem*) mi ... ebur ex Etruria, -r Arretinum, adamas Supernas *eqs.* VITR. 8, 3, 13 quodsi terra generibus umorum non esset dissimilis ... nec Cyrenis in ferulis -r nasceretur (*saepe laudatur* -r Cyrenaicum, *v. Onom. II 803, 34sqq.*). CELS. 3, 16, 2 castoreum, -r, murram. 4, 4 -e linguam ... linere. 4, 6, 3. 4, 10, 3 -is quam optimi paulum devorare (4, 19, 4 PS. APVL. herb. 11 l. 16. *cf.* PELAGON. 91 summi). 5, 27, 12B ex vino dandum. 5, 27, 12C cum aceto. 6, 14, 2 terere. COLVM. 5, 10, 15 exiguum ... -is vino diluimus (*inde* PLIN. nat. 17, 259). 12, 7, 4 radiculas -is, quod Graeci σίλφιον vocant (PLIN. nat. 20, 80 [*Cato agr. 157, 7* silpium ... sirpicium]. *cf.* COLVM. 12, 59, 4 radicis [SCRIB. LARG. 192. 196. 197 PLIN. nat. 19, 153 GARG. MART. med. 17. CHIRON 539 -is spicati. *al.*]). 12, 59, 5 si ... Syriacum -r habueris, pro silphio ... adicies (SCRIB. LARG. 67 -r Cyrenaicum, si poterit inveniri; sin minus, S. [175. 177]). arb. 23, 1. SCRIB. LARG. 70 (*inde* MARCELL. med. 15, 5). 165. 174. 199. PLIN. nat. 19, 38sqq. (*describitur fusius; 19, 43 suci distinguuntur* rhizias atque caulias). 19, 167 sacopenium, quo -r adulteratur. 22, 101 -r e silphio profluens. *al.* MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 7 *inter* species pertinentes ad vectigal. PAVL. dig. 33, 9, 5, 1 *inter medicamenta.* APVL. met. 10, 16, 5 quid potissimum abhorreret asino excogitantes ... offerebant mihi, carnes -e infectas. CHIRON 767 Siculum (Siriacum *Oder*). SVLP. SEV. epist. app. 3 *coquum* piperis nescium, -is ignarum. MARCELL. med. carm. 54 mordax piper et -r algens. APIC. 1, 13 *et saepe.* 3, 94 (3, 13, 1 M.) Parthicum (5, 199 [5, 3, 7]. *al.*). ORIBAS. syn. 3 add. p. 900 -r vivu(m). *al.*

deriv.: las(s)eratus.

las(s)erātus, -a, -um. *a* las(s)er, *cf.* las(s)erpiciatus. *scribi solet* laser-; -sar- CHIRON, APIC. exc. NOT. Tir. 104, 57 -um. *transit in gr.* λασαρᾶτος (*Hippiatr. gr. I p. 311, 7 et 426, 21 cod. M*).

i. q. lassere confectus, conditus sim.: PELAGON. 193 spongia ... ex aceto -o et marino imponitur ([*Veg. mulom. 2, 48, 8* lanam madidam cum aceto et lasere ... spongiam cum posca acri et lasere. *Hippiatr. gr. I p. 233, 1* ὄξει καὶ λασάρῳ βρέξας]. PLIN. VAL. 1, 21). CHIRON 980 spongias ... ex posca -a impones. APIC. 1, 31 (1, 30 M.) -um (*sc. ius, ferculum sim.*): laser ... dissolvis *eqs.* (*pro subst. ut* NOT. Tir. *l. c.* GLOSS. III 315, 4 ὀπατόν -on). 6, 243 (6, 8, 5 M.) pullum. exc. 137 (25) porcellum. 149 (28) haedum.

las(s)erpīciārius, -ī *m.* *a* las(s)erpicium. *scrib.* laser-. *i. q. negotiator sim. lasserpicii* (*ni fallimur*): MIM. inc. tit. Petron. 35, 6 *Trimalchio* de '-o' mimo canticum extorsit.

las(s)erpīciātus, -a, -um. *a* las(s)erpicium. *scrib.* laser-. *i. q. lasserpicio confectus, conditus sim.*: CATO agr. 116 laserpicium aceto diluito, permisceto lentim aceto -o ([*inde* PLIN. nat. 18, 308]. PLIN. nat. 20, 34).

las(s)erpīcifer, -a, -um. *a* las(s)erpicium *et* ferre, *cf. gr.* σιλφιοφόρος. *scrib.* lasar-. *i. q. lasserpicii fertilis*: CATVLL. 7, 4 quam magnus numerus Libyssae arenae -is iacet Cyrenis.

las(s)erpīcium, -ī *n.* [lasserpicium *coalitum videtur e* *lac serpicium *pro* sirp- *a* sirpe 'σίλφιον' (*cf.* SOL. *supra l. 8*). *Sch.*] *scrib.* lass- *metro confirmatum* PLAVT. Pseud. 816 *A* (lasar- *P*). Rud. 630 *B* (laser- *cett. deficiente A*). *ceterum* NOT. Tir. 104, 58 (*var. l.*). GLOSS. ὀπός.

nomen silphii (*distinguitur* lasser *l. 10. p. 987, 26*, sirpe PLAVT.): PLAVT. Pseud. 816 eo (*sc. ad legumina*) -ci libram pondo diluont *coqui viles* (CATO agr. 116 aceto diluito). Rud. 630 hoc anno multum futurum sirpe et -um (*633* magudarim). CATO orig. 74 -um pro pulmentario habet *homo luxuriosus* (*ut vid.*). COLVM. 6, 17, 7 radix, quam Graeci σίλφιον vocant, vulgus autem nostra consuetudine -um (*Veg. mulom. 4, 22, 1* lasaris radicem) appellat (*inde* PALLAD. vet. med. 19, 3). PLIN. nat. 16, 143 Cyrenaicae regioni, cum primum ibi -um natum est. 19, 38 (*v. p. 987, 48*) *et passim usque ad* 19, 46 (*cf.* 1, 19, 15sq. de -o et lasere). 20, 56 -ci obolo. 20, 141 nonnulli -um ... illini iubent. PALLAD. vet. med. 3, 3 *inter herbas medicas.* MARCELL. med. 18, 24 -um vetustissimum tunde. CAEL. AVR. acut. 2, 38, 218 terunt ... -um.

deriv.: las(s)erpiciarius, las(s)erpiciatus. *cf.* las(s)er.

compos.: las(s)erpicifer. *B.*

***lassēsco,** -ere. *a* lassus. *scrib. in codd. hic illic* lasc-, -isc-. NOT. Tir. 71, 53 -it. GLOSS. lassare. GLOSS.L I Ansil. LA 391 -ere: fatigari, lassari. *inde a* PLIN. nat.

i. q. lassum fieri: **1** -*unt animantia*: **a** *ipsa vel partes corporum*: PLIN. nat. 30, 149 non -ere in ullo labore, qui nervos ex alis et cruribus gruis habeant. CHIRON 160 farnax de lassitudine: si extra modum -it, signa erunt haec (*Veg. mulom. 1, 38, 10* f. ... de lassis haec signa monstravit). HIER. epist. 22, 39, 4 -ere sub lorica. adv. Pelag. 1, 23 quare te talem condiderit *deus*, qui deficias atque -as. 2, 20 -ere sanctos ad perpetuitatem iustitiae. in Eph. 3, 13 ('ne deficiatis') ne ... -ant atque deficiant. *ibid.* ne deficerent atque -rent. hom. Orig. in Ezech. 3, 3 p. 352, 11 ut manus ... non in opere -ant. VVLG. Is. 44, 12 deficiet ... et -et. RVFIN. hist. 5, 1, 6 -entibus iam paene tortoribus. PS. APVL. Ascl. 21 mares femineo torpore -unt. PS. AVG. serm. ed. Mai 163, 2 ut in via ... non possimus -ere. DIONYS. EXIG. Conc.S I 5 p. 298, 17 ex itineris labore -ere (*gr. I 1, 6 p. 155, 21* καμεῖν ἐξ ὁδοιπορίας, *I 4 p. 235, 18* laborare ex itinere). GREG. M. epist. 5, 53a, 5 fracta stomachi virtute -o (*cf.* in euang. 21, 1 -ente stomacho). *al.* **b** *res ad animantia pertinentes*: PLIN. nat. 7, 130 ne -at fortuna, metus est. PS. QVINT. decl. 17, 3 ut -ret ... miseratio. APVL. met. 8, 8, 1 priusquam ... in sese nimietatis senio -ret luctus. PRVD. c. Symm. 2, 101 *de natura hominis.* HESYCH. in lev. 8, 31/36 p. 887A mente ... -ente sive deficiente. LEO M. serm. 15, 1 humana fragilitas ... -it. PETR. CHRYS. serm. 28 p. 279B labor nescit -ere meditatus. 103 p. 488C virtus divina -it. CHRYSOST. hom. I 923C castitas ... -it. BENED. reg. 7, 36 si ... conscientia patientiam amplectatur et sustinens non -at vel discedat. *al.*

2 -*it herba*: PLIN. nat. 14, 33 si non praepinguis soli ubertas -entem *vitem* sustineat.

stilistica: coepi -ere: ROMVL. fab. 66, 5 rec. vet. membra ... coeperunt -ere (*rec. gall.* lassaverunt, *rec. W* lassa interierunt). GREG. M. dial. 1, 4 p. 35, 2 M. coepit timere, -ere. -ere ab *aliqua re i. q. desistere lassum*: CHRYSOST. repar. laps. p. 390 a 32 a perseverantia deposcendi (*gr. aliter*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 23 p. 385C cogitationes ..., quibus a spe resurrectionis anima debilitata -at (*Migne gr. 44, 209A* δι' ὧν σαθρώσει τις τὴν ψυχὴν περὶ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως). GREG. M. moral. 22, 7 ab inchoatis bonis (*cf. sententiam audaciorem* 8, 12 cum opus crescit, praemii fiducia proficit; cum vero opus torpuerit, spes a remuneratione -it).

lassitās, -ātis *f.* *a* lassus. *i. q. lassitudo*: ORIBAS. eup. 1, 4, 1 Ab p. 407 si ... eveniat egritudo vel -s (-tus *tradi vid.; Li* copodis [*i.* κοπώδης] ... passio, *gr.* εἰ ... συστῆναι συμβαίη κόπον *tantum*). p. 408 copon, id est plenitudinem aut -em (*gr.* κόπον *tantum*).

***lassitūdo,** -inis *f.* *a* lassus. *plur. inde a* CELSO, PLIN. nat. NOT. Tir. 71, 52 -o. *de notione*: CHIRON 131 a -e, hoc est a labore (GLOSS.). GLOSS. μόχθος. κόπος. κόπωσις. καταπόνησις. *legitur inde a* PLAVTO, PACVV., TITIN., ACC., CIC.

i. q. fatigatio, defectio sim. (*minus valet quam* fatigatio *p. 989, 2*): **1** *animantium*: **a** *varia exempla*: **α** *sing.*: PLAVT. Bacch. 108 sequere ... me intro in lectum, ut sedes -em (NEP. Eum. 9, 6 ad -em sedandam). Capt. 905 quanta laniis -o, quanta porcinariis *in cena praeparanda.* 1001 (*de lapicidinis*) locus, ubi labore -o est [omnis] exigunda ex corpore. Curc. 310 tenebrae oboriuntur, genua inedia succidunt. :: -e hercle credo. Epid. 670 -e invaserunt misero in genua flemina. Men. 975 molae, [magna] -o, fames ..., haec pretia sunt ignaviae *servorum.* Merc. 113 abige abs te -em, cave pigritiae praeverteris. 127 numquam ... omnes balineae mi hanc -em eximent. 157 -em ... verba tua mihi addunt, enicas. Stich. 336 omnia membra -o mihi tenet :: linguam quidem sat scio tibi non tenere. :: ita celeri curriculo fui *eqs.* 340 perii, quoi medullam -o perbibit. Truc. 328 *v. p. 990, 82.* PACVV. trag. 246 (*Euryclia ad Vlixem*) ut ... -em ... minuam manuum mollitudine. TITIN. com. 131 -o conservum, rediviae flagri. ACC. trag. 456 poplitum. CIC. inv. 2, 14 ex -e dormire. fam. 12, 25a, 1 admodum sumus iam defetigati; sed nulla -o impedire officium ... debet. CAES. Gall. 2, 23, 1 cursu ac -e exanimatos. 4, 15, 2 civ. 2, 41, 7. 3, 92, 3. 3, 95, 4. 3, 99, 5. SALL. Catil. 13, 3 non famem ... neque -em opperiri. Iug. 50, 1. 69, 2 NEP. Dat. 11, 3 LIV. 4, 33, 11. 7, 33, 14. 9, 44, 12. 10, 29, 10. *al.* PAVL. FEST. p. 11 Terentius (*v. vol. I 1172, 23*) 'affatim' dixit pro eo, quod est ad -em. FEST. p. 359 vaccillare pedibus -e. SEN. contr. 1 praef. 15 ingenii -em, quae non minor est quam corporis, sed occultior.

[Ravenna]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CELS. praef. 41 metu, dolore, . . . -e, mille aliis mediocribus adfectibus. 1, 2, 7 -o, quae citra fatigationem sit. *al.* SEN. dial. 1, 4, 15 nulla illis *barbaris* domicilia nullaeque sedes sunt nisi quas -o in diem posuit. 5, 9, 3 corporis (epist. 120, 10. *adde p. 988, 84*). epist. 63, 12 turpissimum . . . est . . . remedium maeroris -o maerendi. 74, 33 (*de metu*) in corporibus . . . languoris signa praecurrunt, quaedam enim segnitia . . . est et sine labore ullo -o *eqs.* 123, 1 in lectulo -em pono. *al.* CVRT. 3, 7, 9. 7, 3, 12. 7, 11, 8 COLVM. 6, 30, 3. SCRIB. LARG. 268 acopum . . . ad -em (270). PETRON. 21, 5 -e abiecta. PLIN. nat. 20, 192 (*v. sub β*). 22, 111 (*v. p. 991, 34*). 23, 44. *al.* FRONTIN. strat. 2, 1, 15 APVL. met. 1, 2, 3. 1, 11, 3. *al.* ITALA I Thess. 2, 9 (Theod. Mops. *ad l.; gr.* μόχθον, *Vulg.* fatigationis). *al.* *β plur.* (*v. etiam l. 26*): CELS. 3, 23, 3 fugere oportet . . . vomitum, -es (-em *J*), sollicitudines *eqs.* PLIN. nat. 20, 154 -es (salsi- *trad.*) corporis. 20, 192 contra omnes duritias . . . et contra -es (*sed mox*: -is auxilium). 20, 240 mulierum. 22, 32. 23, 80. 24, 60. 27, 130 -um dolores et convolsiones. 31, 119. CHIRON 306 ad defectiones . . . et ad -es. AVG. in psalm. 84, 10 l. 43. serm. coll. Morin p. 483, 10 (*iuxta*: aegritudines). HIL. AREL. vita Honorat. 29 l. 3. PRISC. LYD. solut. 2 p. 57, 2 sive a -bus sive etiam infirmitatibus. *metonymice fere de partibus corporis lassis*: PLIN. nat. 24, 23 -es perungui *hammoniaco* . . . utile *est.*

b *indicatur causa efficiens per gen.*: SEN. dial. 9, 17, 7 totius diei -em duabus illis horis ponebat. PETRON. 132, 10 (*ad mentulam lassam*) ut . . . senectae . . . ultimae mihi -em imponeres (EVSTATH. Basil. hex. 8, 5, 8). PLIN. nat. 23, 52 armorum equitandive. 28, 137 itinerum . . . -es et fatigationes (AMM. 16, 12, 11 SVLP. SEV. epist. 1, 11. *cf.* APVL. met. 5, 15, 1 viae). PS. QVINT. decl. 2, 16 curarum. 2, 22 calamitatium. PLIN. epist. 6, 17, 2 *auditores* non . . . adsurrexerunt, saltem -e sedendi. SERM. Corp. Vind. 21 p. 271, 3 ieiunii. COD. Iust. 1, 3, 27 (*a. 466*) laboris. VITA Hil. Arel. 26 l. 10 abstinentiae rigore ac vigiliarum -e . . . vitiorum certamina . . . superavimus.

2 *rerum naturalium*: COLVM. 2, 1, 4 ne -o quidem soli minuit agricolae fructum. PS. QVINT. decl. 4, 14 origo tempestatum, -o ventorum.

ᵃ**lasso**, -āvī, -ātum, -āre. *a* lassus. *de ratione q. e. inter* -tus *et* lassus *v. ibi.* *formas perf. invenimus longiores* -verit (TIB.), -verat (CVRT., PRVD.), *breviores* -arit (OV.), -arunt (SEN. epist. 52, 5 [-bunt *trad.*], STAT., VEN. FORT. carm.), -asset (OV., PETRON.), -asse (CAPITOL.), -asti (CAES. AREL.). *vox maxime poetica legitur inde a* TRAG. inc. (*nisi est versus metri causa fictus*), TIB., PROP., OV., *in prosa a* SEN. *rhet.* [*it.* lassare; *francog.* lasser, *dial. wall., loth.; francoprov.; prov., alvern.* lasà(r); *cat.* llassarse; *hisp.* lasarse; *port.* lassar(se). *cf. M.-L. 4920. Battisti-Alessio III 2173. Wartburg V 195sq. Corominas III 39. Machado II 1304. G.*] [*confunditur in codd. c.* iactare (OV. met. 13, 614), laxare (SEN. clem. 1, 19, 4 CALP. ecl. 1, 61 [70]. SIL. 17, 422 STAT. Theb. 7, 353 Ach. 1, 429. *falsa varia lectio pro* l.: LVCAN. 6, 567).]

1 *transitive i. q. fatigare* (GLOSS. -o κοπῶ. -tus καταπεπονημένος. *distinguitur* -tus *a* lassus *p. 990, 61. adhibetur reflexive l. 65. p. 990, 6, mediopassive saepius, cf. p. 990, 30. 39. pendet inf. infra l. 64*):
a *-antur animantia*: *α ipsa, partes corporis*: TRAG. (?) inc. 241 divi potentes, ferte -tis opem. TIB. 1, 9, 55 cum furtivo iuvenem -verit usu *adultera*, tecum . . . languida . . . cubet. PROP. 4, 8, 67 ubi iam nostris -vit bracchia plagis (OV. fast. 4, 297 SEN. Oed. 169 IVV. 6, 421. *al.*). OV. am. 1, 11, 23 digitos . . . graphio -are tenendo. epist. 1, 10 -asset viduas pendula tela manus (SEN. Herc. O. 564. *al. cf.* CVRT. 9, 5, 1 laevam). 19 (20), 241 longior infirmum ne -et epistula corpus (SEN. epist. 15, 4 CORIPP. Ioh. 8, 259. *al.*). 20 (21), 245 invalidos calamo -vimus artus (MAXIM. eleg. 1, 251). met. 1, 308 -tis volucris vaga decidit alis. 2, 577 (*loq. cornix*) fugio . . . et in molli nequiquam -or harena. 6, 353 -ta . . . membra. 9, 649 -ta sequendo concidis. fast. 2, 516 -bant agiles . . . bella viros. CELS. 1, 3, 9 fatigato cotidianum cubile tutissimum est; -at enim quod contra consuetudinem . . . est. PHAEDR. 2, 6, 10 *praeda* nequiquam te (*aquilam*) -bit pondere. SEN. Tro. 959 (*loq. Hecuba*) -bar, in . . . tantum gregem *filiorum filiarumque* dividere matrem. benef. 7, 14, 6 hic se diebus noctibusque -vit. LVCAN. 3, 19 -ant rumpentes stamina Parcas. 5, 313 (*ad Caesarem*) -are et disce sine armis posse pati *eqs.* 5, 695 quid numina -as? (STAT. silv. 1, 5, 2). 6, 705 (*Ericitho ad Char onem*) iam -te senex ad me redeuntibus umbris. PETRON. 138, 8 nec me contumeliae -ant. PLIN. nat. 9, 36 avide . . . saturatas -ari *testudines*. VAL. FL. 1, 419 assidua Tiphys vultum -tus ab Arcto. SIL. 6, 182 Lernae -vit in undis Amphitryoniaden serpens. STAT. Theb. 6, 799 longa vagos -arunt aequora nautas. *al.* *β actiones, habitus sim.*: MANIL. 2, 853 -tis viribus (*cf.* SEN. benef. 4, 8, 1 vis *dei tamquam Herculis* . . . -ta . . . operibus editis. dial. 2, 9, 5 robur perpetiendi -andique omnem inimicam vim consecuti sunt *Stoici*). SEN. contr. 7, 7, 6 -tae preces tuae sunt. SEN. clem. 1, 19, 4 -retur furor. dial. 11 (12), 18, 6 in me . . . fatorum crudelitas -ta consistat (PS. RVFIN. in Am. 9, 2/4 -ta vel satiata). nat. 4ᵇ praef. 2 animum . . . alias voluptate -amus, alias sollicitudine exurimus (epist. 118, 17 PLIN. paneg. 61, 10). epist. 68, 13 vitia primo fervore adulescentiae indomita -vit *haec aetas*, non multum superest, ut exstinguat. LVCAN. 2, 727 -ta triumphis descivit fortuna tuis (9, 890 tanto -ta periclo. PLIN. paneg. 61, 10 PS. QVINT. decl. 17, 12). 10, 172 epulis Bacchoque modum -ta voluptas imposuit. PLIN. epist. 3, 9, 9 ne iudicum intentio multis nominibus . . . non -retur modo, verum etiam confunderetur. PS. RVFIN. praef. in proph. p. 959ᶜ clementia nec donis -ta nec saeculis. MAR. MERC. Conc.ˢ I 5 p. 63, 20 dormientis sensum dormitatione -tum.

b *-antur res naturales*: OV. am. 2, 10, 33 quae -arit arando (*sc. navigando*), aequora . . . naufragus . . . bibat *avarus* (LVCAN. 5, 703 -tum fluctibus a. *cf.* 5, 466 neuter *fluvius* longo se gurgite -at. 6, 265 mare -atur, cum . . . frangentem fluctus scopulum ferit. STAT. Theb. 5, 413 fluctus [ANTH. 477, 11 = PS. PETRON. frg. 51, 15]). MANIL. 4, 855 nunc brevius -ta manent, nunc longius astra (*cf.* MART. 4, 3, 5 sidus . . . solitus -are Bootae *Domitianus frigoris neglegens*). SEN. Herc. O. 47 natura cessit, terra defecit gradum: -ta prior est. epist. 52, 5 alterum *aedificium* fundamenta -arunt in mollem . . . humum missa. LVCAN. 5, 621 rector Olympi cuspide fraterna -tum in saecula fulmen adiuvit. 9, 453 annosa . . . robora torquens -atur *Auster*. PLIN. nat. 6, 34 -ta cum siderum vi Ripaeorum montium deficiunt iuga (*cf.* CLAVD. carm. min. 22, 37 Alpes ille *Boreas* quatit, Rhodopeia culmina -at). VAL. FL. 6, 174 quam *aegida* nec dea -at habendo nec pater. CLAVD. DON. Aen. 9, 435 p. 247, 19 maturitate -atur *papaveris caulis*. *al.*

2 *intransitive i. q. fatigari, sec.* deficere *sim.* (GLOSS. ἀτονῶ -o, deficio. ὀκλάζω deficio, -o. lassescere: -are): **a** *formae certae*: ITALA psalm. 68, 4 (cod. 136 Cas.) -vi invocando (*gr.* ἐκοπίασα κράζων, *cet. versiones Italae et Vulg.* laboravi clamans). Is. 40, 31 (Paul. Nol. epist. 5, 18) curres et non -bis (-beris *var. l.*), ambulabis et non deficies (*gr.* οὐ κοπιάσουσιν, *Vulg.* non laborabunt). VERS. metr. Serv. gramm. IV 459, 1 aura -at. AMBR. Abr. 1, 8, 67 ut . . . infringeretur impetus, -ret (-retur *var. l.*) dextera, deficeret intentio. PAVL. NOL. carm. 31, 120 *Christus* -at eundo viam. AVG. serm. 216, 4, 4 nulla fame . . . -bitis. serm. dub. 385, 6, 7 (= CAES. AREL. serm. 21, 7) -asti ambulando, sedere vis; sede perpetuo, vide si non -bis (*sed loco affini* serm. 277, 4, 4 stando -ari, sedendo refici, rursus sedendo -ari). MACAR. ad fil. dei p. 408ᴬ si . . . ad has impugnationes non -verit *anima*. SORAN. praef. p. 3 posse muliebres animos . . . cito prae magnitudine *libri* -are (-ari *Rose, sed v. Medert, Quaest. crit. . . . 20*). p. 38, 20 -at . . . diutius lactando *infans* (-as, laxat *var. ll.*, lassus *Rose vix recte; gr. non respondet*). ROMVL. fab. 66, 5 *v. p. 988, 45.* CONC.ˢ II 4 p. 147, 34 -vit (*inde* p. 148, 32). PETR. CHRYS. serm. 102 p. 487ᴮ virtutes -ant et nihil proficiunt. ENNOD. epist. 2, 19, 9 p. 62, 2 -bo (*var. l.* -bor). CHRYSOST. hom. I 923ᶜ si -veris. VEN. FORT. carm. 7, 14, 25 *amicus liberalis* -vit dando, sed non ego -or edendo. 11, 9, 8 -arunt totiens, qui rediere, pedes. LVCVLENT. in Gal. 6, 2 p. 214, 21 si . . . -are coeperit. VITA Caes. Arel. 2, 33 -astis . . .; iam . . . reficite. **b** *formae ambiguae* (*fort. a mediopass.* -ari *derivandae*): GENNAD. vir. ill. 25 -ando, plorando (*gerund. ut* OP. imperf. in Matth. 4 p. 658 PS. FVLG. RVSP. pro fid. 9 l. 389). CAEL. AVR. acut. 2, 32, 170 deficientis spiritus est signum tamquam -antis nec valentis oris partes attollere (*partic. praes. ut* MAX. TAVR. hom. 68 p. 394ᴬ mundo perfidiae ariditate -anti [-atim, -ato *var. ll.*]. serm. app. 23 p. 892ᴰ ne -antia in requiem genua relaxaret. ENNOD. carm. 1, 17, 12. VITAE patr. 5, 7, 35 [*gr. Nau 1908 p. 279 n. 203* κατανοήσαντες]).

deriv.: lassabundus. *compos.*: ad-, de-, dilasso; illassabilis.

lassulus, -a, -um. *a* lassus *deminutive.* *i. q. aliquantulum lassus*: CATVLL. 63, 35 domum Cybeles tetigere -ae *Gallae*. HIER. adv. Rufin. 2, 2 supinus et -us . . . per mollissimum Flaminiae iter essedo venire non potest.

ᵃ**lassus**, -a, -um. [*fort. coniungendum c. got.* lats 'ὀκνηρός', lētan = *theod.* lassen. *Sch.*] *a* lassatus *per syncopam ortum esse coniciunt* CAPER gramm. VII 94, 17 coactus, non coctus dicendum . . . et l., non -us. PRISC. gramm. II 263, 22. 534, 7. *compar.* -ior CHIRON 129 THEOD. PRISC. log. 21; *superl. deest*, -us oppido TER. Hec. 238 VVLG. gen. 25, 30. NOT. Tir. 71, 51. *de notione et differentiis*: VERR. FLACC. *vol. VI 1, 348, 34* (*distinguitur a* fessus, fatigatus, lassatus. *cf.* NON. p. 341, 4 -um dicitur fatigatum [*affertur* LVCIL.] . . . -um marcens, gravatum [*affertur* VERG. Aen. 9, 436. *inde* GLOSS.]. GLOSS. V 549, 25 animo -us, corpore fatigatus). GLOSS. κεκοπωμένος, ἄτονος. κεκμηκώς. ἔκλυτος. -a: ἀποκαμοῦσα. *legitur inde a* PLAVTO, ENN., CATONE, TER.; *deest ap.* CIC., CAES., LIV. *transit in serm. gr.* λάσσος *Hippiatr. gr. I 348, 29 adn.* [*it. vet.* lasso; *francog.* las, *dial. pic., camp., loth., comit.; francoprov.; prov., langued.* las; *cat.* las; *hisp. vet.* laso; *port.* lasso. *cf. M.-L. 4921. Battisti-Alessio III 2173. Wartburg V 195sq. Corominas III 39. Machado II 1304. G.*] [*confunditur in codd. c.* lapsus (CATO agr. 5, 4 VERG. georg. 4, 449 Aen. 2, 739. *al. cf. p. 992, 2*), laxus (TIB. 1, 6, 18 LVCAN. 2, 618), laesus (OV. trist. 1, 5, 35 STAT. Theb. 9, 682), fessus (VERG. ecl. 5, 46).]

i. q. languidus, fessus sim. (*minus valet quam* fractus *p. 991, 49,* lapsus *p. 992, 2*): **1** *in univ.*: **a** *de animantibus*: *α ipsis, part. corp.*: PLAVT. Amph. 329 -us sum . . ., [e] navi ut vectus huc sum; etiam nunc nauseo (e *del. Leo antea interpungens*). Asin. 873 (*872* labore delassatum) opere . . . -us. Capt. 503 me . . . restitando retinendoque -um reddiderunt. Cas. 130 -us . . . et famelicus. Curc. 319 cibi vacivitate venio -is lactibus. Stich. 597 qui . . . tibi -o libet foris cenare? Truc. 327 non quīs . . . durare opperirier? :: quin hercle -us iam sum durando miser. (*328*) mihi quoque prae lassitudine opus est ⟨ut⟩ lave⟨m⟩. ENN. ann. 236 cum -us . . . fuisset . . . consilio . . . lato. CATO agr. 5, 4 id *opus rusticum* faciat saepe *vilicus*, dum ne -us

[Ravenna]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fiat. TER. Andr. 304 ut animus in spe . . . attentus fuit, ita, postquam adempta spes est, -us cura confectus stupet. Hec. 238 *Philumenam* -am oppido tum esse aibant . . . :: tuos esse ego illi mores morbum . . . arbitror. Eun. 221 opus faciam, ut defetiger usque, ingratiis ut dormiam. :: vigilabis -us. LVCIL. 981 leonem aegrotum ac -um. LVCR. 4, 957 quem *soporem* satur aut -us capias. 6, 1244 -orum vox. 6, 1248 *qui propinquos suos sepeliverant,* lacrimis -i luctuque redibant. SCAEV. carm. frg. 2 -as clunes. BELL. Alex. 30, 2 -os itinere . . . milites. VERG. Aen. 2, 739 *Creusa* -a resedit. COPA 25 -us iam sudat asellus. HOR. epod. 2, 44 -i sub adventum viri. sat. 1, 5, 37 in Mamurrarum -i . . . urbe manemus. 1, 10, 10 verbis -as onerantibus aures. 2, 2, 10 equo . . . -us ab indomito. 2, 7, 94 *libido* subiectat -o stimulos. 2, 8, 8 qualia -um pervellunt stomachum. carm. 2, 6, 7 Tibur . . . sit meae sedes utinam senectae, sit ⌊modus⌋ -o maris *eqs.* (domus *edd. nonnulli*). epist. 2, 2, 27. PROP. 2, 13, 28 nec fueris nomen -a vocare meum. 2, 15, 46 nec . . . -a foret crines solvere Roma suos. 2, 26, 2 vidi te . . . Ionio -as ducere rore m a n u s (2, 33, 26 OV. epist. 10, 145. 14, 131 LVCAN. 4, 355). 2, 34, 75 quamvis ille *Corydon* sua -us requiescat avena, laudatur. 3, 7, 69 -o supponere bracchia m e n t o (OV. Pont. 2, 3, 39). OV. am. 1, 2, 4 -a . . . versati corporis ossa dolent. 1, 5, 25 -i requievimus ambo. 1, 13, 13 viator (MART. 2, 6, 14 CE 77, 1. 119, 1. 1125, 10). 3, 5, 1 somnus -os submisit ocellos. 3, 11, 8 saepe tulit -is sucus amarus opem. epist. 13, 148 corpora (rem. 414 -a . . . cum tota corpora mente iacent. EPIST. Sapph. 50 in -o corpore languor erat). 16 (17), 266 littera iam -o pollice sistat opus. 17 (18), 87 -is vires rediere lacertis. 18 (19), 190 bracchiis. met. 7, 579 -a . . . versantes supremo lumina motu. 10, 663 aridus e -o veniebat anhelitus ore. SEN. Ag. 460 colla (*cf. infra l. 58*). Herc. f. 1085 caput (Oed. 593 VVLG. Esth. 15, 10). Herc. O. 1430 -am deserit mentem quies. epist. 8, 3 -us errando. COLVM. 6, 38, 4 -ae et aestuanti mulae. PETRON. 7, 4 occurrit mihi aeque -us ac moriens Ascyltos. CIL IV 485 Marcellum aed(ilem) lignari, plostrari rog(ant) -i cum Fabio . . . ubiq(ue) (*ratione obscura; appellativis inseruerunt edd. in indice*). 2332 cinaedus -us (*lectione dubia*). *al.* *in proverbiis sim.*: SEN. dial. 5, 9, 5 vetus dictum est, a -o rixam quaeri (*cf. Plin. nat. 22, 111 homines* et in lassitudine proniores esse ad iracundiam et in siti). PETRON. 134, 2 -us tamquam caballus in clivo. HIER. epist. 102, 2, 2 memento . . . vulgaris proverbii, quod bos -us fortius figat pedem (*versu prisco perlucente. respondet* AVG. epist. 73, 2, 4 etsi bos, ut tibi videris, -us senectute forte corporis, non vigore animi, tamen in area dominica fructuoso labore desudans — ecce sum: si quid perperam dixi —, fortius fige pedem).

β de condicionibus, actionibus sim.: VERG. georg. 4, 449 venimus hinc -is quaesitum oracula r e b u s (OV. trist. 5, 2, 41 Pont. 2, 2, 49. 2, 3, 93. SEN. benef. 6, 25, 4 -is profligatisque. dial. 12 [11], 16, 6 [lapsis *var. l., Hermes; cf. p. 783, 66*]). OV. met. 14, 120 ferens -os adverso tramite passus. trist. 5, 4, 2 epistula . . . -aque facta mari -aque facta via. Pont. 4, 8, 8 ne . . . malis pietas sit tua -a meis. SEN. Oed. 818 languescit senum memoria longo -a sublabens situ. clem. 1, 11, 2 clementiam non voco -am c r u d e l i t a t e m (epist. 94, 62). benef. 4, 6, 3 irritamenta iam -ae voluptatis. epist. 26, 1 senectus -ae a e t a t i s, non fractae, nomen est (PS. QVINT. decl. 13, 3 CHIRON 467). 101, 4 -am et plenam senectutem in otium referam. LVCAN. 1, 695 -o iacuit deserta furore *matrona* (COMMENT.: μετωνυμικῶς ut 'maestum timorem'. ADNOT.: qui -os faciat; metonimia). PLIN. nat. 24, 162 leones resupinari cum h i a t u -o (SIL. 6, 278 *serpentis*). STAT. Theb. 6, 451 -a . . . ratione magister in fluctus . . . ruit. PANEG. 4, 25, 7 spe iam -a. *al.*

b *de rebus naturalibus*: VERG. Aen. 9, 434 *viri vulnerati* cervix conlapsa recumbit: . . . veluti cum . . . -o . . . papavera collo demisere caput, pluvia cum forte gravantur. OV. epist. 9, 56 *Maeander* -as in se saepe retorquet aquas (*cf.* SEN. Herc. O. 732 -us tumor in litore ipso spumat. LVCAN. 2, 618 undas. STAT. silv. 2, 2, 26 aequora. PRISC. periheg. 376 gurgite). met. 15, 188 -a quiete cuncta iacent mediā. Pont. 1, 4, 14 fructibus assiduis -a senescit humus (*cf.* PLIN. nat. 17, 40 Italiae terram existimavere -am). MANIL. 1, 889 -us defecerat ignis (*cf.* STAT. Theb. 6, 234 Mulciber (*metonymice dictus*). MART. 8, 30, 8 focos). SEN. Herc. O. 489 ferens Titan diem ⟨. . .⟩ -um rubenti mergit Oceano d i e m ([*lacunam statuendam esse coni. Leo*; rotam *var. l.*; iugum *edd. aliquot coll.* 781 dum -a Titan mergat Oceano iuga]. VAL. FL. 7, 561 iam -a dies) LVCAN. 9, 968 silvae . . . templa . . . iam -a radice tenent. PLIN. nat. 17, 210 *vites* -as etiamnum fructu edito. STAT. Theb. 9, 682 *Artemis* -o (*sc. tot liberis interfectis*) Nioben consumpserat arcu. *al.*

2 *t. t. rei coquinariae*: PORPH. Hor. sat. 2, 8, 6 ('leni . . . austro captus *aper*') hoc ideo, quia affirmant -am carnem apri, id est requietam, meliorem esse.

stilistica: *causa lassitudinis indicatur: abl. saepe.* *gen. supra l. 14 (dub. an probandum, sed v.* fessus *vol. VI 1, 611, 6 sqq.).*

praepos.: de: PLAVT. Pseud. 661 de via (PS. MVSA herb. Vett. l. 142). MART. 11, 1, 15. ab: HOR. sat. 2, 2, 10 OV. ars 2, 712 CHIRON 131. per: STAT. silv. 1, 3, 14. ex (*vix huc* PLAVT. *p. 990, 76*): DRAC. Romul. 5, 163. ORIG. in Matth. 16, 14 p. 520, 15 (*Vulg. Ioh. 4, 6* fatigatus). *res affecta indicatur per gen.*: PLAVT. Cist. 215 -um animi. *acced. inf.*: PROP. 2, 13, 28. 2, 15, 46. 2, 33, 26. *in lusu verb.*: c. quassus: AVG. c. Gaud. 1, 39, 54 p. 255, 13 ut inopia respondendi -um illud et quassum, quod dicere consuestis, adhuc tibi existimes esse dicendum: *eqs.* c. lapsus (*cf. p. 990, 71*): OROS. hist. 2, 9, 10 *miles* inter impedimenta cadaverum . . . -us l. et mortuus est.

deriv.: lassesco, lassulus, lassitas, lassitudo, lasso. *Ravenna.*

lastaurus, -ī *m.*, λάσταυρος. *i. q. impudicus, dissolutus*: LENAEVS frg. Suet. gramm. 15, 2 -um et lurconem et nebulonem popinonemque *Sallustium.*

lastura, -ae *f.* [*orig. inc. Sch.*] *nomen conchae*: ORIBAS. syn. 2, 46 Aa p. 114, 15 Mø. -ae *vulneribus cicatrices inducunt* (lasturi, storias *var. ll.; La* cocleae, *gr.* κήρυκες). *i. q. testa: ibid.* 2, 48 Aa p. 115, 8 *inter urentia habes* -as ostrearum ustas (*recensionis La cod. Li habet* ciricus, *St et B habent* cyricus testas ustas, *ceteri nihil; gr.* κήρυκος ὄστρακον κεκαυμένον).

latacē, *acc.* -ēn *f.*, *λατακη. *nomen herbae*: PLIN. nat. 26, 18 -en dari solitam a Persarum rege legatis, ut, quocumque venissent, omnium rerum copia abundarent.

latātus. *corruptum, v. vol. IX 2, 96, 69.* lātē *v.* 1. latus. *B.*

ᵃ**latebra,** -ae *f.* *a* latere. *de ictu, mensura*: SERV. Aen. 11, 463 tertia a fine sortitur accentum, ut '-ae'. PS. PRISC. gramm. III 521, 21 si . . . *paenultima* ex muta et liquida longa in versu esse constat, in oratione quoque accentum mutat, ut latébrae, tenébrae. *paenultima in poesi vel producitur vel corripitur.* *de numero: inter fem. semper plur. enumeratur* CHAR. gramm. p. 36, 4 B. -ae μυχοί. PHOC. gramm. V 428, 10 EXC. Bob. gramm. I 549, 18 GLOSS. II 374, 36. *sing. deest priscis et* LVCR., VERG. (*vix recta var. l.* Aen. 12, 389), HOR.; *occurrit inde a* CIC. (*sg. decies, pl. sexies*), *sed omnino multo rarius quam plur. (e. g.* OV. *1 [et fortasse* met. 5, 460, *ubi plur. var. l.]: 11,* LIV. *1:18,* VAL. MAX. *1:8,* SEN. *phil. 8 [et fortasse* Herc. f. 1012, *ubi plur. var. l.]: 21,* LVCAN. *1:15); aetate Flaviana et postea numeri promiscue usurpantur.* NOT. Tir. 57, 9 -(a)e. *de notione*: SYNON. Cic. p. 425, 11 fornix . . . speleum . . . -a. p. 444, 26 solacium . . . speculum. -ae. cubile. conclave. antrum. secretum. solitudo. abditus locus. GLOSS. -a: φωλεός. χειά, ἡ τοῦ ὄφεως κατάδυσις. μυχός, κατάκλισις. fovea, refugium. locus absconsus. -as: loca occulta. occultationes. -ae: latibula, loca obscura. *legitur inde a* PLAVTO. [*confund. c.* tenebrae *p. 993, 37. 69 et* LVCAN. 5, 500 ARATOR act. 1, 543. *cf. p. 994, 43.*]

1 *usu communi de loco latendi*: **a** *proprie*: *α varia exempla* (*selecta*): PLAVT. Aul. 608 non metuo ne quisquam inveniat *aurum*, ita probe in -is situmst. Poen. 835 omnia genera *hominum* recipiuntur, itaque in totis aedibus tenebrae, -ae. Rud. 223 omnia . . . circumcursavi atque omnibus -is perreptavi (o. in -is *P*). ENN. ann. 568 silvarum saltus -as lamasque lutosas. PACVV. trag. 394 omnes -as subii, tofos, moles, abstrusos sinus. TRAG. inc. 83 ibo ut -as ruspans ⌊rimer maritimas⌋ (*Scaliger,* rimeram aptimas *trad.*). CIC. Manil. 7 ut se non Ponto (Ponti *var. l.*) neque Cappadociae -is occultare velit *Mithridates.* Rab. perd. 22 cum ignaviae ratio te in fugam atque in -as impelleret. Sest. 9 cum illa coniuratio ex -is atque ex tenebris erupisset. fam. 2, 16, 2 quamvis parvis Italiae -is contentus essem. LVCR. 5, 968 *homines* vitabant pauca *animalia* -is. CAES. Gall. 6, 43, 6 ut . . . -is ⌊aut silvis⌋ (*om. pars codd.*) aut saltibus se eriperet. VERG. georg. 4, 423 iuvenem *Aristaeum* in -is aversum a lumine. Aen. 3, 232 caecis (3, 424 SIL. 1, 366. 15, 369. *cf. p. 993, 44*). 10, 656 huc sese trepida Aeneae fugientis imago conicit in -as. AETNA 97 omnis hiatu secta est intus humus penitusque cavata -is. 141 cernis et in silvis spatiosa cubilia . . . antraque demersas . . . fodisse -as. HOR. epist. 1, 16, 15 hae -ae dulces et . . . amoenae incolumem tibi me praestent (*cf.* angulus *1, 14, 23 carm. 2, 6, 14*). OV. ars 2, 393 ne te capiat -is sibi femina notis. met. 3, 443 (*Narcissus ad silvas*) multis -a opportuna fuistis. fast. 6, 124. LIV. 9, 31, 15 -as, quibus se paulo ante texerant. 10, 14, 7 hostium. 10, 32, 7 hac *nebula densa* velut -a insidiarum freti Samnites. 27, 12, 8 aperta erat regio sine ullis ad insidias -is. 27, 27, 3 ut pariter ab suis quisque -is (lateribus *var. l.*) exorerentur. 39, 20, 6 -ae receptaculaque. VAL. MAX. 2, 6, 3 inertia e -is suis . . . in forum . . . protrahitur (*in imagine ut* 9, 6 pr.). 5, 4 ext. 6 silvarum (AMM. 27, 10, 15). 6, 8, 2 cuniculi. 9, 11, 5 proscripti patris (*cf.* SEN. dial. 4, 9, 3 proscriptorum). SEN. Herc. f. 996 ceteram prolem eruam omnesque -as. 1012 quam fugam aut -as (-am *var. l.*) petis? (*cf.* Herc. O. 1408 cur . . . -as aut fugam . . . petam?). 1335 -am quaere longinquam abditam. Med. 250 angulum ac sedem rogo -asque viles. Oed. 608 nemoris umbrosi. benef. 4, 13, 1 intra hortorum -am. nat. 5, 15, 3 qui pecuniam in altissimis usque -is sequerentur et . . . in illas se demitterent specus. epist. 56, 9 in illa -a, in quam nos timor . . . coniecit. 82, 4. CVRT. 4, 14, 4 ex -is suis. 7, 4, 4 montium. 7, 11, 19 hostium. 9, 3, 8. LVCAN. 2, 494 muris -as quaesisse pavori. 5, 743 quorum *bellorum* tibi (*Corneliae*) tuta -aLesbos erit. 5, 786 Mytilenaeas (*cf.* 8, 587 Lesbi). PETRON. 126, 13 producit e -is laterique meo applicat mulierem. PLIN. nat. 13, 25 in Salurnitana -a. SIL. 6, 337 saxosis. 15, 472 frondosi collis. 17, 617 tutas (*cf.* TAC. ann. 1, 38, 2 intutae). STAT. Theb. 2, 550 innumeris . . . excursare -is. TAC. Agr. 33, 4 e -is suis extrusi *hostes.* hist. 1, 81, 2 incertas (ann. 3, 42, 3). 3, 84, 4 pudenda -a semet occultans. ann. 2, 45, 3 Hercyniae -is defensum. 4, 69, 1 turpi. 11, 32, 1 in publico aut per -as. AMM. 17, 13, 29 -arum palustrium. *al.* sub -a: COMM. instr. 2, 5 (9), 10 s. -a ⟨te⟩ conde.

β speciatim: ① *de -is partium corporis* (*cf. p. 993, 80. 83*): PLAVT. Cist. 63 in -as apscondas *stultitiam* pectore penitissumo. Bacar. frg. 1, 5 mihi . . . acipenser latuit antehac, quoius ego latus in

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-as reddam meis dentibus. LVCR. 3, 503 ubi ... morbi reflexit causa reditque in -as acer corrupti corporis umor. VERG. Aen. 2, 38 terebrare cavas uteri et temptare -as (*de equo Troiano, cf. Hom. ϑ 515 κοῖλον λόχον*). 10, 601 -as animae, pectus, mucrone recludit (STAT. Theb. 1, 615). 12, 389 ense secent lato volnus telique -am (-as *var. l.*) rescindant. SEN. Herc. O. 1264 (*verba Herculis*) direpta cute viscera manus detexit; ulterior tamen inventa -a est. Oed. 362 (*in haruspicina*) -am rebus occultis negans ... insurgit latus (*cf.* LVCAN. 1, 625 produnt ... suas omenta -as). STAT. Theb. 8, 585 -as ... inguinis alte missile ... hausit. SER. SAMM. 125 nasi ... -as. PRVD. cath. 7, 123 *Ionas* errabat illic (*in ceto*) per -as viscerum (perist. 5, 90 [corporum *var. l.*]). ham. 595 semine adulto incipiunt calidis corpuscula parva -is serpere. perist. 5, 115 per -as (lacunas *var. l.*) vulnerum. 9, 88 *martyris morientis* retinacula vitae relaxat artas et -as expedit. 10, 982 faucium. c. Symm. 1, 16 vulneris. CLAVD. 5, 415 anhelas pulmonis -as. carm. min. app. 2, 25 (*de utero Alcmenae gravidae*) mortales ... -as. SIDON. epist. 4, 13, 1 rugarum. Ⓘ *de -is animalium:* LVCR. 6, 766 naribus ... cervi saepe putantur ducere de -is serpentia saecla ferarum. VARRO rust. 3, 12, 3 ibi (*in leporario*) ... esse -as, ubi lepores interdius delitiscant in virgultis. VERG. georg. 2, 216 serpentibus ... curvas praebere -as (3, 544). 4, 42 effossis ... -is sub terra *apes* fovere larem. TIB. 3, 9, 9 furtim -as intrare ferarum (OV. met. 1, 216. 1, 593 LIV. 38, 46, 8 LVCAN. 2, 153 FIRM. math. 8, 9, 3). OV. am. 2, 14, 35 hoc neque in Armeniis tigres fecere -is. met. 4, 601 *dracones* in adpositi nemoris subiere -as. 10, 710 suem -is ... excivere canes. fast. 5, 177 *Hyas* petit -as fetae catulosque leaenae. GRATT. 222. 280 frustra longus properat labor, abdita si non altas in -as unique inclusa marito femina. VAL. MAX. 1, 6, 8 angues duae ex occulto prolapsae ... in easdem se -as retulerunt. SEN. Herc. O. 1055 ad cantus veniunt tuos (*Orphei*) ipsis cum -is ferae. 1059 serpens -as fugit. Med. 685 squamifera -is turba desertis adest. CVRT. 3, 8, 10 quae *ferae* ... silvarum -is se occulerent. COLVM. 1, 6, 13 cava praebent et -as subterraneis animalibus. 9, 8, 10 donec ad -am perducatur examinis *custos apium* (*cf.* CLAVD. 28, 263 solitae ... oblita -ae ... examina). LVCAN. 7, 828 ursae -as ... deseruere. 9, 837. PLIN. nat. 8, 108 *hyaenae* -as petunt. 10, 44 *pavo* quaerit -am. SIL. 4, 332 tutas petit omne -as ... pecus. STAT. Theb. 2, 413 *serpens est* subter inanes ... -as (tenebras *C*). IVVENC. 2, 15 vulpibus in saltu rupes excisa -as praebet (*Matth. 8, 20* foveas). *al.* Ⓘⓘ *de -is cadaverum, tumulis mortuorum sim.*: CE 307, 10 -a insontis *martyris* quae membra teneret. 1362, 3 (*a. 501*) acta ... caeruleis ... insultat vita -is, nigra superfusi nec timet antra soli. 1829, 10 condidimus cineres -is. INSCR. christ. Diehl 1770, 2 demovit dominus tenebras ut luce creata, his ... -is sic ... fulgor inest.

b *translate:* LVCR. 1, 408 caecas ... -as insinuare omnes et verum protrahere inde (OV. met. 1, 388 c. obscura -is verba datae sortis. APVL. met. 2, 20, 1 magicae disciplinae. RVFIN. hist. 4, 11, 3 *errorem Valentini* serpentis in modum c. se ... -is obtegentem [*gr.* ἀπόκρυφον ... καὶ λεληθυῖαν ... κακίαν]. *cf. p. 992, 50*). CIC. Tull. 11 illam -am tollere: 'damnum iniuria'. Font. frg. 8 -a mendacii. Cael. 53 omnes -as suspicionum peragrare dicendo. Marcell. 22 cum in animis hominum tantae -ae sint et tanti recessus. leg. 3, 34 non -a danda *fuit* populo, in qua ... tabella vitiosum occultaret suffragium (*cf.* fam. 3, 12, 1 nullam ne in tabellae quidem -a fuisse absconditam malevolentiam). fin. 2, 107 si 'tuam' *villam* dicerem, -am haberes; ad corpus diceres pertinere. div. 2, 46 te mirificam in -am coniecisti; quod enim intellegeres fore ut premerere, ... multa verba fecisti *eqs.* 2, 111 *Sibylla* adhibuit ... -am obscuritatis, ut iidem versus alias in aliam rem posse accommodari viderentur (AVG. grat. Christ. 47, 52 p. 163, 9). off. 3, 106 ne quaeratur -a periurio. VARRO ling. 10, 13 si de his reticuero, ut mihi relinquam -as. OV. am. 1, 5, 8 illa verecundis lux est praebenda puellis, qua timidus -as speret habere pudor. ars 3, 754 -as vitiis nox dabit ipsa tuis. SEN. contr. 1 praef. 21 actio multas -as habet. SEN. benef. 5, 12, 1 simul te ad has -as perduxero, ex quibus cum evaseris, nihil amplius eris adsecutus, quam ut eas difficultates effugeris, in quas licuit non descendere. nat. 6, 5, 2 rerum naturae -as dimovere nec contentum exteriore eius aspectu introspicere et in deorum secreta descendere (COLVM. 9, 2, 5). epist. 19, 2 -am tibi aliquam parari oblivione. LVCAN. 4, 192 *concordia instituta* periere -ae tot scelerum. 8, 13 non patitur tutis fatum celare -is (tenebris *var. l.*) clara viri facies. STAT. silv. 5, 3, 157 tu pandere doctus ... -as ... Lycophronis atri. QVINT. inst. 12, 9, 3 eruendae veritatis -as adire (LACT. ira 2, 10. *cf.* PRVD. c. Symm. 2, 75 veri). TAC. hist. 3, 73, 3 qui ... audaciam pro -a haberent. PLIN. epist. 3, 3, 6 vita hominum altos recessus magnasque -as habet. SVET. Nero 27, 1 iocularia et -as omisit nullaque dissimulandi cura ad maiora palam erupit. DECL. in Catil. 92 fati ... rationem in ipsa -a Sibyllinae divinationis ... delitescentem. GELL. 17, 9, 4 (*de notis litterarum, quae in C. Caesaris epistulis reperiuntur*) qui hanc scribendi -am parabant. APVL. met. 2, 22, 4 quantas -as nequissimae mulieres pro libidine sua comminiscuntur. TERT. paenit. 3, 9 voluntatis. CYPR. laps. 27 p. 257, 19 voluntates ... in ipsis adhuc clausi pectoris -is intuetur *deus* (domin. orat. 5 p. 269, 13. PANEG. 4, 1, 3 pectorum). Demetr. 10 p. 357, 24 conscientiae tuae -as zel. 9 p. 425, 1 PS. HIL. libell. 19 p. 91, 12). LACT. inst. 5, 19, 32 qui *deus* -as cordis videt (AVG. in euang. Ioh. 90, 2 l. 18). AMM. 14, 11, 19 reseratae sunt insidiarum -ae. 26, 9, 11 morum tristium -as. SERV. Aen. 6, 568 'furto laetus inani': -a non valde profutura, quippe quae fuerat publicanda post mortem. PS. ASCON. div. in Caec. p. 197, 11 facinoris. RVFIN. hist. 2, 1, 12 noxias eorum *Simonianorum* -as. AVG. catech. rud. 9, 3 aenigmatum. civ. 20, 11 p. 434, 11 D. odiorum. conf. 8, 9, 21 p. 171, 5 poenarum. c. Pelag. 2, 7, 16 p. 478, 5 caliginis. *al.*

2 *usu secundario:* **a** *de statu latendi* (*exempla certiora; usus exstat maxime iuxta nomina actiones, status sim. significantia et apud scriptores stili audacioris necnon aetatis vergentis*): LVCR. 5, 751 solis ... defectus lunaeque -as pluribus e causis fieri ... posse (*cf. Verg. georg. 2, 478* labores). PLIN. nat. 7, 148 fuga et triduo in palude aegroti *Augusti* ... -a, naufragia Sicula et alia ibi quoque in spelunca occultatio (TAC. Agr. 16, 4 f. ac -is. PETR. CHYS. serm. 79 p. 424B cunctationes ..., fugas, -as). 8, 99 hiberna -a visu *anguis* obscurato. 10, 87 oenanthe (*avis*) ... statos -ae dies habet; exoriente Sirio occultata ab occasu eiusdem prodit. 22, 95 ab emersu earum *serpentium* ad -am (*antea:* priusquam se condant). SIL. 12, 301 sese furata (*sc. Marti*) iuventus dat poenas -ae. 13, 890 servitia ... patietur ... et -am. 15, 648 et poena ⟨et⟩ -is (e pene lateribus *sim. var. ll.*) infracto Livius aevo. TAC. hist. 1, 43, 2 *Piso in templo abditus* non religione nec caerimoniis, sed -a imminens exitium differebat. 4, 67, 2 quibus artibus -isque vitam ... traduxerit. GELL. 12, 11, 4 cum latere posse id peccatum putarent inpunitatemque ex ea -a sperarent. TERT. apol. 45, 7 nos ... innocentiae occurrimus et pro sapientiae plenitudine et pro -arum difficultate. CYPR. epist. 11, 8 p. 501, 18 cito -is nostris et periculis subveniri. 14, 1 p. 510, 5 -am et quietem tenere. AMM. 20, 8, 9 (*exprimitur epistula Iuliani*) salutem occultatione (salutemus latione *trad.*) quaeritabam et -is. AMBR. Hel. 4, 7 p. 416, 13 culpa per cibum, -a (inlecebra *var. l.*) post cibum (*ad gen. 3, 8 ut* parad. 14, 70 p. 328, 13 MAR. VICTOR aleth. 1, 447. 452). COD. Theod. 2, 1, 11 -is reus ... protrahatur. 7, 18, 9 pr. qui occultatus fuerit eruatur, et -ae auctor *eqs.* RVT. NAM. 1, 522 *monachus* turpem -am credulus exul agit (adit *Burman*). HIL. AREL. vita Honorat. 12 l. 11 quaeritur ... peregrinationis -a, fugitur fama virtutis. MAR. AVENT. chron. II p. 234, 500, 1 Avinione -am dedit (p. 236, 555, 2 ad ipsum *Childebertum* -am d. *i. latuit, cf. vol. V 1, 1686, 33 sqq.*). MAX. TAVR. serm. 99, 3 l. 56 M. Elisabeth mater absconditur significans ... -as synagogae. COD. Iust. 11, 48, 8 pr. profugi in alieno loco -as collocantes. **b** *de ipsa re latenti:* AVG. serm. 2, 4 l. 123 -a sacramenti, id est quid lateat in hoc mysterio.

stilistica: gen. et eius, qui (quod) latet, et rei, ubi -ae sunt, saepe accedit, sed rei, a qua quis se abdat, nonnisi VAL. MAX. 9, 12 ext. 10 imbris petitam -am (imbribus *vel* imbris causa *edd. vet.*). LVCAN. 5, 743 bellis, quorum tibi tuta -a Lesbos erit. *in lusu verborum c.* tenebrae *p. 992, 39. 46* (*cf. p. 992, 34*), lama *p. 992, 41*, latrina APVL. Plat. 1, 13, lateo FIRM. math. 8, 9, 3 CORIPP. Ioh. 3, 46, 1. latro AVG. civ. 19, 12 p. 373, 16 D., 3. latus *p. 992, 74. 84.*

deriv.: latebrans, latebratim, latebrosus.

compos.: illatebro, latebricola.

latebrans, -antis. *a* latebra; *cf.* latebrare, -ando *Du Cange, Glossarium med. et inf. Lat. V 34.* *i. q. latens:* GREG. TVR. Mart. 1, 14 p. 597, 21 hostes -es (celebrantes *var. l.*) lapidibus exturbabant *custodes.*

latebrātim occultatim GLOSS.L I Ansil. LA 412. *a* latebra.

latebricola, -ae *c.* *a* latebra *et* colere. *i. qui latebras incolit, sordida loca frequentat:* PLAVT. Trin. 240 -arum hominum corruptor *Amor.*

latebrōsus, -a, -um. *a* latebra. -e- *corripitur praeter* CARM. de resurr. 349 PRVD. perist. 11, 154. GLOSS. μυχώδης. κρυφιμαῖος. locus refugii et homo latitans (*'male ex graeco versa' ed.*). -um: ἐνδόμυχον. *inde a* PLAVTO, CIC., VERG. [*confunditur in codd. c.* tenebrosus *saepe.*]

1 *i. q. latebrarum plenus:* **a** *proprie:* PLAVT. Bacch. 56 (*verba Pistocleri ad Bacchidem*) magis illectum tuum quam lectum metuo ..., nam huic aetati non conducit ... -us locus (430 ibi *sc. in gymnasiis* suam aetatem extendebant, non in -is l. *scortorum.* LIV. 21, 54, 1 equites ... tegendo satis -um l. SEN. nat. 3, 19, 3 anguillae -is l. nascuntur. AMM. 17, 1, 6). CIC. Sest. 126 illa via -ior (-a *var. l.*), qua spectatum ille (*Clodius*) veniebat, Appia iam vocabatur. VERG. Aen. 5, 214 -o in pumice nidi *columbarum* (12, 587). 8, 713 -a ... flumina *Nili in multa ora discurrentis.* OV. epist. 4, 103 nec me *Phaedram* -a (salebrosa *var. l.*) movebunt saxa (AMM. 27, 9, 7). EPICED. Drusi 15 eripuit -as hostibus Alpes. SEN. Tro. 823 *Trachin* sub Oetaeis -a silvis. LVCAN. 6, 120 obscura ... -ae tempora noctis. SIL. 5, 192 -is collibus Astur et Libys ... erumpunt. 12, 352 -a (tenebrosa *var. l.*, salebrosa *Heinsius*) per avia saltus (AMM. 14, 2, 2 ⟨a⟩viis -is sese convallibusque occultantes. *cf.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 168 -a [tenebrosa *var. l.*] ... devia). STAT. silv. 2, 3, 44 durae -a cubilia nymphae *Pholoes.* GELL. 5, 14, 18 (*Apion 616 F 5 Jac.*) specum. SOL. 9, 9 in -is rupium cavaminibus. AMM. 17, 12, 5 inter -as convalles montium occultati. PRVD. apoth. 750 amnis *Phlegethon.* perist. 11, 154 mersa -is crypta patet foveis. CLAVD. 24, 313 *ursos* tegit -is frondibus ilex. ISID. sent. 3, 52, 8 latrones inaccessis faucibus ac -is latentes.

b *translate:* *α fere i. q. fallax, insidiosus* (*de re naturali* AMM.): CYPR. unit. eccl. 1 p. 210, 2 circumveniendi hominis caeca et -a fallacia *diaboli* (*cf.* LEO M. serm. 88, 2 licet ... -as undique prae-

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tendat insidias *diabolus*). CARM. adv. Marc. 3, 299 *Marcion* nondum secretum facinus suo corde reclusit passim vulgo loquens -a perfidus arte. EPIST. pontif. 223 Hil. coll. antiar. p. 157, 12 virus ... pestiferum Ariani dogmatis subdolum ac -um (tenebrosum *var. l.*). AMM. 15, 10, 4 per ... lacunas pruinarum congerie -as descendentes cunctantibus plantis homines. PRVD. psych. 891 corporei -a pericula operti. PS. AVG. serm. WSt. 50 (1932) p. 133, 5 Manichaeorum -a (tene- *var. l.*) voluptuosae turpitudinis foeditas (*cf.* serm. ed. Caillau 1 app. 6, 2 merito sacra tua turpi, -issime Manichaee, impudicitiae tradidisti). CARM. de resurr. 349 si quis ... -ā miscebat morte (*abl. vi finali*) venena.

β fere i. q. obscurus: PHILIPP. in Iob 39 p. 766^{D} sunt in scripturis magis obscura ...; aut unde tam -um est humanae notitiae, ut possit tempus ... ignorare? AVG. civ. 17, 14 p. 236, 16 D. varietatis huius *psalmorum* dispositionem, quamvis -am, non tamen inanem. enchir. 6, 18 difficillima et -issima ... quaestio (retract. 1, 18, 6 p. 93, 5 quaest. Simpl. 1, 2, 1. serm. 133, 3 -a est, multos sinus habet. *cf.* in euang. Ioh. 53, 4 l. 2 eius *quaestionis* -issimi sinus). epist. 95, 3 p. 508, 14 quid ... sit vindicandi modus ..., quam profundum et -um est! 164, 10 p. 530, 6 cur ... Petrus ... voluerit ..., vides, quam -um (tenebrosum *C ante corr.*) sit. in euang. Ioh. 94, 6 l. 9 quod ... sequitur ..., valde -um est, nec isto sermone coartandum, ne fiat obscurius brevitate. gest. Pelag. 6, 20 p. 72, 17 illud ... adhuc -um est; sed puto, quod ... elucebit. de mend. 1, 1 p. 413, 10 *tractatio* -a est ... nimis et quibusdam quasi cavernosis anfractibus saepe intentionem quaerentis eludit. serm. 153, 1, 1 lectio de ... epistola quam difficilis, quam -a. MARCELL. Aug. epist. 137, 5 p. 103, 7 quam sit hoc -um in sensu tam conspicuo. CASSIOD. inst. 1, 3, 1 prophetarum abstrusos et -os sermones.

2 *i. q. latebrarum amans*: SEN. Oed. 152 perdidit pestem -a serpens. MIN. FEL. 8, 4 (*de Christianis*) -a et lucifuga natio.

adv. **latebrōsē.** *i. q. occulte, clam*: PLAVT. Trin. 278 neque tibi (*patri*) ero in mora neque -e me aps tuo conspectu occultabo.

latena, -ae *f.* (*mensurae incertae, vix adi.*). [*Burgundionibus vindicat testis; vix c.* stlatta (1. latus) *conferendum. Sch.*] *nomen navis onerariae*: VITA Caes. Arel. 2, 9 p. 328, 7 reges Burgundionum ... tres naves quas -as vocant maiores plenas cum tritico direxerunt.

latēns, latenter *v.* lateo.

***lateo,** -uī, -ēre. [*quomodo c. gr.* ἔ-λαθ-ον, λήθω *etc. cohaereat, vix perspicuum. Sch.*] *inf. fut. non exsistere affirmat* PRISC. gramm. II 421, 5. CHAR. gramm. p. 411, 32 B. non est mihi occultum. non -et me. satis cognitum mihi est. GLOSS. λανθάνω. -et: κρύπτεται. -uit: fefellit. *inepte, sc. quantitate primae syllabae neglecta, explicatur* 'late patere' *infra l. 68.* *de perf. vi inchoativa nusquam constat; potius statum subito effectum significare videtur* STAT. Ach. 1, 763 (*Vlixes Achillem inter filias Lycomedis quaerit*) sed nox inlataque fallunt lumina et extemplo -uit mensura iacentum. *inde a* PLAVTO. [*confunditur c.* latito (HIER. hom. Orig. in Luc. 31 p. 175, 5 VVLG. iud. 21, 20 I reg. 24, 4), iaceo (*vol. VII 1, 5, 29sq.*), pateo (*saepe*).]

I *usu originario i. q. absconditum esse,* λανθάνειν (*quae vox ubi gr. respondet, non adnotatur; accedunt* clam, furtim, occulte, in abdito, in occulto *sim. saepe*): **A** *usu personali*: **1** *proprie*: **a** *varia exempla* (*selecta*): *α -ent animantia eorumque partes*: PLAVT. Amph. 432 -uit *alter Sosia* intus illic in illac hirnea. Capt. 80 quasi, quom caletur, cocleae in occulto -ent ..., item parasiti ... -ent in occulto miseri. 165 saepe summa ingenia in occulto -ent (HOR. sat. 1, 3, 34 sub corpore [pectore *var. l.*]. OV. trist. 1, 9, 54. 1, 9, 55 tenebris ... in imis. SEN. epist. 66, 1). Cas. 664 omnes sub arcis, sub lectis -entes metu mussitant. Trin. 663 tute pone te -bis (*i. tu tibi impedimento eris*) facile, ne inveniat te Honor, in occulto iacebis, quom te maxume clarum voles (*cf. Otto, Sprichw. s. v.* obstare). 925 satin inter labra atque dentes -uit vir minimi preti? TVRPIL. com. 149 quibus rem rebus despoliasti, foe⟨de⟩ dum in lustris -es (-et *trad.*). CIC. Quinct. 74 fraudationis causa -uisse *ad evitandum iudicium* (*cf.* 1. latito *p. 1008, 1sqq. et* VLP. dig. 21, 1, 17, 4 ut ... se subtraheret). Rab. perd. 21 inclusum atque abditum -ere in occulto. Cael. 62 si *homines* essent in vestibulo balnearum, non -rent. fin. 2, 59 aspidem occulte -ere uspiam. nat. deor. 2, 143 -ent ... utiliter *oculi* et excelsis undique partibus saepiuntur (VERG. Aen. 3, 636 *Polyphemi* lumen ..., quod ... sub fronte -bat [SERV.: dormienti scilicet; nam male sentit Donatus dicens 'late patebat' (*item* AGROEC. gramm. VII 120, 20sqq.) contra metrum; item dicit 'capillis tegebatur' aut '-bat corporis comparatione'. SERV. auct.: pro 'in fronte -bat']. SEN. dial. 2, 18, 1 sub fronte anili). Att. 6, 1, 21 in tenebris. CATVLL. 62, 34 nocte -ent fures. CAES. Gall. 2, 19, 6 qui in silvis abditi -bant. VARRO ling. 7, 52 *latrones* -ent ad insidias faciendas. NEP. Att. 10, 2 timens proscriptionem -bat ... apud P. Volumnium. VERG. ecl. 3, 20 post carecta -bas. Aen. 8, 323 his quoniam -uisset tutus in oris *Saturnus*. 10, 805 tuta -et arce (arte *codd. plerique*) viator. COPA 28 in gelida sede lacerta -et. HOR. epod. 5, 55 -ent silvis ferae. 12, 6 ubi -at sus. carm. 1, 9, 21 -entis ... puellae. 4, 6, 19 *Achilles* pueros Achivis ureret flammis, etiam -entem matris in alvo (*de fetu ut* OV. am. 2, 13, 20 SEN. Med. 1012 epist. 124, 8). epist. 1, 1, 5 *gladiator emeritus* -et abditus agro. ars 437 animi sub vulpe -entes (LIV. 1, 56, 8 IVV. 9, 18. *al.*). PRIAP. 12, 10 iube -ere *ōs* ... sub tunica (STAT. Theb. 11, 603 PRVD. apoth. 80). OV. am. 3, 5, 4 in ramis multa -bat avis. trist. 3, 4, 25 bene qui -uit, bene vixit (*Epicur. frg. 551* λάθε βιώσας). SEN. Oed. 356 cor ... mersum -et (epist. 95, 64 manus ... aperte iuvant; c. ... -et. AVG. serm. 49, 4 l. 101. 105 GREG. M. in Ezech. 1, 1, 1 p. 787^{B}). LVCAN. 1, 623 pulmonis ... fibra -et. *et saepe.* *β -ent res*: ① *variae* ENN. scaen. 303 res obnoxiosae nocte in obscura -ent. CIC. Verr. II 2, 181 ne forte ea, quae remota de medio ... sunt, omnia ... ita abdita (abdite *var. l.*) -uisse videantur, ut haec diligentia ... nihil eorum investigare ... potuerit. Manil. 31 quis ... toto mari locus ... tam fuit abditus, ut -ret? leg. agr. 2, 41 Aegyptus ut occulte -et, ut recondita est! LVCR. 1, 895 semina multimodis inmixta -ere multarum rerum in rebus communia debent. VERG. Aen. 3, 535 portus ... ipse -et. AETNA 135 clausis ... libera ventis spiramenta -ent (*cf.* SEN. nat. 6, 16, 4 multum spiritus). CVLEX 390 rivom ... aquae viridi sub fronde -entem (labentem *F*). HOR. epod. 9, 19 navium portu -ent puppes. carm. 1, 37, 23 -entes ... oras. OV. am. 1, 8, 104 sub ... melle venena -ent (*proverbialiter ut* HIER. epist. 15, 4, 5; *v. Otto, Sprichw. p. 218 s. v.* mel *5. cf.* OV. met. 14, 275 qui ... sub hac -ant furtim dulcedine, sucos. APVL. met. 10, 5, 1 in quo *poculo* venenum -bat. 10, 26, 2. *al.*). epist. 7, 147 -et *terra* vitatque tuas abstrusa carinas. ars 3, 414 Ilias aeternum si -uisset opus. met. 13, 582 -uit ... in nubibus aether. MANIL. 3, 322 bene diviso mundus -et orbe patetque. VITR. 2, 5, 3 residuum calorem -entem (2, 6, 4. *cf.* SEN. nat. 6, 13, 4 quicquid ... calidi). 7, 2, 1 -entes crudos calculos. 8, 2, 8 -entes penitus ... umores. GERM. 582 nube cavā solis via ... -bit. *et saepe.* ② *sidera*: CIC. Arat. 437 Neptunia Pistrix tota -et. HOR. sat. 1, 8, 36 Lunam (OV. epist. 2, 5. VITR. 9, 2, 3 -ens obscuratur. PLIN. nat. 2, 42. *al. cf.* STAT. silv. 5, 3, 22 Phoeben). OV. epist. 13, 103 Phoebus (*cf.* trist. 1, 9, 12 *sol* pressus nubibus). fast. 2, 244 sidera (VITR. 9, 5, 4 PLIN. nat. 2, 179. *al.*). 4, 718 pars prior apparet, posteriora -ent. MANIL. 1, 443 Arctos. GERM. 618 cervix *Equi* (*gr. 601* δύνει). 682 Orion. SEN. Ag. 470 stellae (nat. 1, 1, 11. *al.* LVCAN. 2, 724 FIRM. math. 1, 4, 8. *al.*). *al.*

b *plus minusve per hyperbolen fere poeticam de rebus aliqua multitudine obtectis*: VERG. Aen. 4, 582 -et sub classibus aequor (MANIL. 3, 20 s. classe. SEN. Ag. 434 classe. *cf.* CORIPP. Ioh. 1, 166 s. puppibus). OV. medic. 8 nigra sub inposito marmore terra -et. fast. 2, 72 sub nive terra -et ([iacet *var. l.*]. Pont. 4, 5, 4). met. 1, 290 pressae ... -ent sub gurgite turres (SEN. nat. 4, 2, 11 *Nilo tumente* -ent campi opertaeque sunt valles. LVCAN. 6, 344 -uere paludibus agri). LVCAN. 7, 795 campos sub clade -entes (PS. QVINT. decl. 3, 13 p. 52, 12 strage nostrorum). STAT. Theb. 9, 231 -uerunt (patuerunt *var. l.*) pulvere ripae. CLAVD. 21, 172 campi montesque -bant *sub militibus* (24, 63 plebe vias et tecta -ere matribus. PAVL. NOL. carm. 14, 70 -et Appia turbis).

2 *translate*: **a** *subi. indicatur per subst. vel pron.* (*exempla selecta*): *α in univ.*: CIC. S. Rosc. 118 ubi multa avare ... facta videbitis, ibi scelus quoque -ere inter ... tot flagitia putatote; tametsi hoc quidem minime -et, quod ita promptum et propositum est, ut ... hoc intellegatur (Sest. 25 *iuxta ponitur* dissimulari. LIV. 5, 6, 15 PLIN. nat. 33, 42. *al.*). 124 sub quo nomine (*scil. Chrysogoni*) tota societas -uit. Verr. II 1, 39 nullae sunt occultiores insidiae quam eae, quae -ent in simulatione officii (SEN. contr. 1 praef. 21. FRONTIN. strat. 1, 2, 7 aliquid ... insidiarum. *al.*). 3, 151 in qua *defensione* tu semper omnia tua furta atque flagitia -ere posse arbitratus es (leg. agr. 3, 12 non mediocris res neque parvum sub hoc verbo furtum ... -et. STAT. Ach. 1, 561. *al.*). Caecin. 38 ut tantum facinus ... in una littera -uisse videatur (Sull. 78). Cluent. 66 quae in diuturna obscuritate -uerunt, sic aperiam, ut *eqs.* Mur. 22 urbanae res ... -ent in tutela ... bellicae virtutis. p. red. in sen. 13 ubi nobis haec auctoritas tam diu tanta -uit? 15 ut omnes suas libidines, omnia flagitia -ere posse arbitraretur (prov. 8). Vatin. 11 tenebricosissimum tempus ineuntis aetatis tuae patiar -ere (LVCR. 4, 796 tempore in uno ... tempora multa -ent. QVINT. inst. 9, 4, 98). Planc. 34 communis ... sensus in aliis fortasse -uit (PORPH. Hor. carm. 2, 9, 1 -ens s. in hac elocutione. SERV. Aen. 1, 39 s. -ens. HIER. epist. 53, 8, 5 in litteris sensum -entem). Phil. 2, 26 meum nomen (OV. trist. 5, 7, 38). de orat. 2, 132 naturam causae videat, quae numquam -et (LVCR. 3, 273 penitus ... -et haec natura subestque. MANIL. 4, 883. *al.*). 3, 191 (*de clausulis*) medii *pedes* possunt -ere (QVINT. inst. 9, 4, 91). orat. 36 in omnibus rebus esse aliquid optimum, etiam si -ret. 237 cum ... verum ... in occulto -ret. part. 5 in quibus *locis* -ent argumenta (QVINT. inst. 5, 10, 20 DON. Ter. Andr. 62, 1). top. 63 *causae* aliae sunt perspicuae, aliae -ent; ... -ent, quae subiectae sunt fortunae (div. 1, 35 -et fortasse obscuritate involuta naturae. AETNA 374. CE 1035, 5 *s. I. al.*). leg. 1, 17 iura civilia (MANIL. 4, 921). ac. 1, 45 omnia -ere censebat *Arcesilas* in occulto. nat. deor. 2, 162 in intumis eius *terrae* tenebris plurimarum rerum -et utilitas (OV. rem. 515 met. 6, 438). div. 1, 124 potest aliquod *signum* -uisse (FLOR. epit. 4, 7, 6). phil. frg. V 32 ubi ... apud antiquiores -uit amor iste investigandae veritatis? (OV. epist. 15, 5. *al.* STAT. Ach. 1, 304. *al.*). ad Q. fr. 1, 1, 9 virtutem ... non -ere in tenebris neque esse abditam (OV. trist. 4, 3, 79 SEN. suas. 2, 4. *al.*). PVBLIL. G 5 malum ... sub aspectu -et. LVCR. 3, 277 -ens animi vis ... animaeque potestas (3, 280 nominis. OV. ars 1, 463 MANIL. 4, 311. *al.*). CAES. Gall. 3, 14, 8 ut nullum paulo fortius factum -ere posset (OV. Pont. 4, 7, 32 SEN. contr. 1, 2, 18. CVRT. 7, 2, 38 fortia facta in paucis -uere non poterant. *al.*). VARRO ling. 7, 45 sunt in quibus flaminum cognominibus -ent origines (STAT. silv. 1, 4, 69 SER. SAMM. 883). VERG. Aen. 2, 48 aliquis -et error, equo

[*Lumpe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ne credite Teucri (sic distinguit Servius). 7, 505 pestis (i. Allecto) ... -et aspera silvis (SEN. Herc. O. 1249. al.). 10, 626 sin altior istis sub precibus venia ulla -et. fere i. q. non curari: COD. Theod. 1, 6, 5 (= Iust. 1, 28, 1) praefecturae sollicitudinis ... necessitatem mandamus, sed non ita, ut -at officium annonariae praefecturae, sed ut ambae potestates ... tueantur annonam.

β c. determinationibus: ① partic.: TERT. paenit. 10, 8 an melius est damnatum -ere quam palam absolvi? ITALA Hebr. 13, 2 (Mutian. Chrysost. hom. 33, 1 p. 443/4) -uerunt quidam angelos ... recipientes (gr. ἔλαθον ... ξενίσαντες, VVLG. -uerunt q. angelis ... receptis. cf. MVTIAN. ad l.: quid est '-uerunt'? hoc est nescientes ... receperunt [gr. τί ἐστιν ἔλαθον; οὐκ εἰδότες ... ἐξένισαν]). IREN. 2, 33, 2 (2, 51 H.) -uit semetipsum ... incidens (5, 4, 1 [5, 1]). AMM. 27, 12, 7 ut -ant id temptantes. VEG. mil. 4, 37 p. 154, 8 ut ... facilius -ant explorantes. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 58 sese praecipitantes -uerunt. CASSIOD. Ios. antiq. 5, 304 ut egrediens non -ret. ② enunt. secund. (cf. sub b): VLP. dig. 50, 16, 60, 2 fundus ... suos habet fines, locus vero -ere potest, quatenus determinetur. ③ subst.: AVG. in euang. Ioh. 119, 4 Christus homo ... apparebat, qui deus -bat.

b pro subi. ponuntur enuntiata secundaria hic illic pronomine praeparata: α interrog. indir.: VARRO ling. 7, 73 temo unde et cur dicatur, -et. NEP. Lys. 1, 2 id qua ratione consecutus sit, -et. VERG. Aen. 5, 5 quae tantum accenderit ignem causa, -et. VELL. 2, 125, 1 quid non impetrando passuri fuissemus. CVRT. 5, 9, 9 quantum nefas ⟨sub⟩-esset. PLIN. nat. 10, 186 illud ... -et, quonam modo ... occidat. HYG. lim. grom. p. 138, 12 quomodocumque inscripta sit inscriptio. AMM. 16, 11, 12 utrum ... an. β acc. c. inf.: OV. Pont. 1, 7, 4 haec me Nasonem scribere verba -et? 4, 13, 6 VITR. 9, 2, 3 PLIN. nat. 2, 82. 17, 85 TERT. idol. 15 p. 48, 6. al. γ quod (cf. l. 33): TERT. mart. 4, 8 VVLG. iud. 20, 3. RVFIN. Adamant. 5, 17 p. 209, 16 -et te hoc, q. eqs. apol. Orig. praef. p. 544B. al. δ quoniam: ITALA II Petr. 3, 5 (Hier. in Is. 65, 17/18 l. 41; gr. ὅτι, aliae versiones quia, quod). ε quia: VVLG. II Petr. 3, 8 hoc ..., q. eqs. (gr. τοῦτο ..., ὅτι. cf. l. 29). AVG. serm. 4, 34, l. 757 DRAC. Romul. 10, 353. ζ si: DRAC. laud. dei 1, 511 si ... urgeat imber, non -et agricolas.

B usu impersonali (cf. constat vol. IV 534, 24sqq., liquet sim.; arcendus est usus sub A 2 b illustratus): TERT. test. anim. 2 p. 136, 14 de natura ... dei ... nec te -et.

II usu novato: A i. q. abscondere: EPIPHAN. Avell. p. 749, 26 qui eum lapidem carbunculum portat, eum -ere non potest (gr. βασταζόμενον ... ἀδύνατον διαλαθεῖν); nam quibuslibet vestimentis occulat, splendor ... conlucet. VITA Adae 31 (cod. Paris. 5327) quid est hoc ..., noli -ere (abscondere reliqui codd.). VITA Roman. rec. (BHL 7306) 5 vir beatus hic diu se -ere non potuit ..., divulgabatur enim ... opinio eqs. B i. q. ignorare: MAX. TAVR. serm. app. 22 p. 890D nec illud in electione eius antistitis obesse potuit, quod videbatur ignotus; quoniam, quem iudicia -bant humana, ... dei -ere praescientia non potuit.

stilistica: 1 indicatur, cui quid absconditum sit: a casu: α dat. (quem ab ethico q. d. hic vix segregaverimus): PLAVT. Bacar. frg. 1, 3 CIC. p. red. in sen. 13 LVCR. 3, 280 VARRO ling. 9, 92. OV. Pont. 4, 9, 126 (acc. var. l.). MANIL. 2, 373. 3, 582. SEN. Oed. 295 (acc. Itali). LVCAN. 1, 419 SIL. 12, 615 HYG. lim. grom. p. 138, 12. TERT. adv. Hermog. 8, 3 (acc. Iunius, Kroymann). adv. Marc. 1, 1 p. 292, 11 spect. 17 p. 19, 4 CLEM. ad Cor. 21, 3 (gr. acc.). TRACT. in Luc. 1, 1 Migne suppl. 1, 329 AVG. epist. 137, 7 p. 105, 10. al. β acc. (cf. fugere aliquem, λανθάνειν τινά): VARRO rust. 1, 40, 1 VERG. Aen. 1, 130. OV. fast. 4, 211 (A, recc.). 5, 361 (mihi G). PLIN. nat. 2, 82 VAL. FL. 6, 609. 703 SIL. 15, 601 STAT. Theb. 7, 154. 11, 127. GELL. 9, 16 tit. quod Plinium ... fugerit -ueritque vitium (13, 29, 6). APVL. met. 4, 9, 5. 5, 31, 2. 6, 15, 1. 8, 31, 3. 9, 18, 1. 10, 24, 1 TERT. idol. 15 p. 48, 6 adv. Marc. 2, 25 p. 370, 11 praescr. 22 l. 20. 22 CLEM. ad Cor. 27, 6. IREN. supra l. 13. CYPR. saepe. al. γ gen.: VITA Fulg. p. 9 L. cuncta ... senilis tuae paternitatis (senili tuae paternitati var. l.) minime -ent.

b praepos.: ab (cf. p. 999, 12): ITALA lev. 4, 13 (Lugd.; gr. ἐξ). psalm. 18, 7 (FIRM. err. 19, 4; gr. ἀποκρυβήσεται c. acc., Vulg. se abscondat a). Iob 28, 21 (Ps. Vigil. Thaps. c. Marivad. 3, 44, cf. HIER. interpr. Iob) sapientia -et ... a conspectu omnium et volucribus ... absconsa est (gr. λέληθεν πάντα ἄνθρωπον καὶ ἀπὸ πετεινῶν ... ἐκρύβη, VVLG. abscondita est ab oculis ..., volucres quoque -et). TRACT. de indur. cord. Phar. 34 Migne suppl. 1, 1524. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 20, 1 (gr. acc.). 3, 20, 2 (gr. aliter). 6, 1, 1 (gr. κρύπτεσθαι tantum). 8, 16, 1 (ibid. acc.; gr. aliter). Orig. in gen. 3, 4 p. 44, 5 in Rom. 2, 11 p. 898A princ. 4, 1, 7 p. 303, 21 PS. AVG. serm. ed. Caillau 2, 74, 2. apud (aliter p. 995, 74): OPTAT. 5, 8 p. 138, 19 ne fructus fidei a. ignorantes -ere videretur. SCHOL. Cic. Bob. p. 163, 14 illa, quae foris gesserit, a. conscientiam populi Romani -ere potuisse.

2 in lusu verborum c. latebra p. 994, 45. c. patere: MANIL. 3, 322 AVG. civ. 2, 26 p. 92, 12 D. epist. 137, 7 p. 105, 10 serm. 120, 2 LAVRENT. eleem. p. 109D. al.

part. praes. **latēns**, -entis (compar. -ior) pro adi., subst. abl. sg. -i: LVCR., VITR., LVCAN., STAT., POMPON. dig., TERT., AMM., MARCELL. -e: SEN. philos. (?), SCRIB. LARG., ceterum vi verbali passim. gen. pl. -ium passim, -um MANIL. 3, 47 (-em var. l.).

i. q. occultus, obscurus sim. (cf. CHAR. gramm. p. 416, 9 B. abditum. obscurum. occultum. -s. reconditum eqs. GLOSS. κρυπτός. absconsum, remotum): 1 adi.: a posit. (exempla certiora; vi verbali passim): CIC. Brut. 152 rem ... -em explicare definiendo, obscuram explanare interpretando. LVCR. 3, 107 ex alia laetamur parte -i. VERG. Aen. 1, 108 saxa. 3, 32 causas ... temptare -es. OV. fast. 2, 705 mandata. VITR. 2, 6, 4 -i calore. SEN. benef. 4, 21, 2 ex adfectu -e (-i V). dial. 10, 18, 6 tantum inter viscera -is mali. nat. 5, 18, 7 scopulos. CVRT. 3, 1, 18 nequaquam diu luctatus cum -bus nodis. 10, 1, 29 -is periculi ignarus. SCRIB. LARG. 101 ex qualibet causa ... sive -e (-i MARCELL. med. 20, 5) et occulta sive manifesta (LVCAN. 3, 458 turres causa repsere -i). LVCAN. 1, 257 gemitu sic quisque -i non ausus timuisse palam. PLIN. nat. 33, 13 laevis manibus -busque induit olim eques anulum. STAT. Theb. 2, 496 calle -i praecelerant. 6, 364 tellus ... mundo succincta -i. APVL. met. 10, 34, 2 per quandam -em fistulam. AMM. 14, 7, 3 indicium nec obscurum nec -s. 16, 12, 59 ne fraude -i ... exciperetur. 24, 3, 14 impetu -i temptatus. 31, 5, 6 -i nuntio doctus. al. litotes non -s i. q. spectatus: VAL. MAX. 3, 8 ext. 4 efficacis operae forensis, fidei n. -is. b compar.: AVG. civ. 5, 19 p. 230, 13 D. potest ... et alia causa esse -ior. epist. 93, 25 p. 470, 23 Donatistae tanto sibi videntur ... iustiores, quanto fuerint pauciores, et utique tanto sunt -iores. gen. ad litt. 12, 18 p. 406, 21 -ioris originis. COD. Theod. 16, 5, 20 nulla eorum haereticorum perversitati vel publica conventicula vel -iora (latiora sim. var. l.) erroribus secreta tribuantur. 16, 5, 95 alio -iore vocabulo. VEREC. in cant. 7, 20 mysteria -iora.

2 n. pl. pro subst. (GLOSS. -ia: occulta): FIRM. math. 1, 6, 3 Socrates -ia facili confessione detexit. err. 17, 4 ex assiduis tractatibus -ium ratione collecta. VAL. CEM. hom. 20, 1 p. 752A ut doceant medici tumentia ... ferro debere compesci ..., -ia melius esse poculis indagari, frigida corporum ferventibus pasci eqs. ARATOR act. 2, 34 vigili pulsare -ia sensu.

pro adv. **in latentī** i. q. clam, privatim: POMPON. dig. 1, 2, 2, 35 ante Tiberium Coruncanium publice professum iuris prudentiam neminem traditur; ceteri autem ad hunc vel in -i ius civile retinere cogitabant. TERT. virg. vel. 11, 7 alia in occulto mater, natura, et alius in -i pater, tempus, filiam suam legibus suis maritarunt.

adv. **latenter**. compar. -ius RVFIN. Orig. princ. 2, 9, 1 p. 165, 12 VITAE patr. Iurens. 3, 8 p. 157, 10 GLOSS. GLOSS. λανθανόντως. GLOSS.L II ABAV. LA 62 -r: clam, absconse. 63 -ius: secretius. inde a CIC., OV., PAVL. FEST., APVL.

i. q. clam, occulte (gr. respondere solet λάθρα, quod non adnotatur): 1 nude: a generatim: CIC. top. 63 cum ... nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunae eventus; obscura est causa et -r hoc ipsum efficitur. OV. Pont. 3, 6, 60 quem poteras vel aperte tutus amare, si res est anceps ista, -r ama (INSCR. christ. Diehl 2138 B, 5). PAVL. FEST. p. 118 insidiantur latrones. APVL. met. 5, 20, 2 absconde (6, 12, 4. 8, 5, 1. 8, 16, 2 FIRM. err. 6, 5. FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 21 p. 544D [cf. serm. 6, 2 p. 741A in occulto absconditus]). 8, 31, 1 quod femus cervi ... canis ... -r invaserat. 9, 5, 2 inrepit. al. TERT. pudic. 19 p. 262, 15 introducebat. PS. TERT. haer. 2 p. 218, 16 occulte et -r. 8 p. 225, 2. ITALA deut. 13, 6 (Cypr. Fort. 5. al.) dicens (Vulg. clam). Matth. 1, 19 (cod. k) dimittere (Vulg. occulte). 2, 7 (cod. k) vocavit (Vulg. clam). Ioh. 7, 10 (cod. e) ascendit ... non in palam, sed -r (gr. ἐν κρυπτῷ, Vulg. in occulto). IREN. 1, 5, 1 (1, 1, 9 H.) motum (gr. λεληθότως). 3, 4, 3 (3, 4, 2) docens (gr. λαθροδιδασκαλῶν). al. OPT. PORF. carm. 21, 12 FIRM. math. 1, 10, 11. 6, 11, 7 exercent (7, 25, 3. 7, 25, 7. al.). PELAGON. 211 odores diversi -r pulmonibus prosunt (Hippiatr. gr. I p. 203, 3 ἀνεπαισθήτως). HIER. epist. 59, 5, 1. RVFIN. Clement. 1, 3 (Ps. Clem. hom. 1, 3, 5 λανθανόντως). Orig. princ. 2, 9, 1 p. 165, 12 -ius. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 345 (gr. ἀοράτως). AVG. civ. 22, 29 p. 625, 11 D. quod servus nequam domino suo non vidente -r se fecisse putaverat. epist. 82, 18 p. 370, 12 opp. evidenter. al. c. esse: CHRYSOST. ed. Froben III 830D ille ... fuit -r adventus (Migne gr. 49, 404 λανθάνουσα γέγονεν). b maxime in commentariis i. q. implicite, non expressis verbis: CHALC. comm. 126 id ipsum -r exequitur Homerus in Iliadis exordio, cum dicit eqs. DON. Ter. Andr. 846, 4 'noster' dicendo -r significat Glycerium filiam Chremetis esse inventam (Ps. ASCON. div. in Caec. p. 204, 12 HIER. hom. Orig. in Ezech. 2, 2 p. 342, 2. al.). 980 mire dixit -r se laudans (SCHOL. Cic. Gron. B p. 330, 20). Hec. 715 vide, quemadmodum -r poeta festinet ad rerum cognitionem. Phorm. 361 B 1 hic subtiliter ac -r purgatur ... Antipho (SERV. auct. Aen. 2, 602). Ad. 670, 2 'quis despondit': -r obiurgat Aeschinum rem sine patre gessisse; et dicitur figura ἐπιτροχασμός. 820, 4 correptio ... continens in se -r blandimentum (BOETH. herm. sec. 5, 11 p. 369, 16 quaecumque vel -r vel in prolatione in aliquo terminorum continentur). 831, 3 designat. SERV. ecl. 1, 2 dicendo ... 'tenui avena', stili genus humilis -r ostendit (Aen. 1, 33. al. SCHOL. Cic. Gron. D p. 288, 11 figuris. HIER. in Ier. 5, 29, 2. al.). 1, 12 invidiose tempora Augusti carpit -r (1, 27). 6, 26 nymphae minatur stuprum -r (auct. Aen. 1, 549). Aen. 1, 488 -r proditionem tangit (1, 526. al. cf. attingit SERV. auct. Aen. 1, 179. 3, 133). 2, 638 aperte ... hoc agit ..., -r vero aliud (3, 57). 8, 381 -r dicere (9, 146. al. AVG. in psalm. 104, 9 l. 12 quae verba licet ... non legantur, tamen intellegenda sunt vel -r dicta. al.). auct. Aen. 4, 210 -r secundum Epicureos locutus est. HIER. in Ier. 5,

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

69, 2 Sophonias . . . prophetam -r accusat (in Matth. 17, 14sq. p. 125A). MACR. Sat. 1, 11, 45 ex quibus *versibus* illud -r intellegas. *al.*
c *in doctrina philosophorum*: AVG. civ. 21, 4 p. 493, 10 D. iam gleba tangentibus frigida tam -r servat *calx ignem*, ut nulli nostro sensui prorsus appareat. 22, 14 p. 591, 17 membra omnia iam sunt -r in semine. gen. ad litt. 6, 1 p. 170, 8 an vero tunc quidem, cum *deus* fecit omnia simul, in his etiam hominem -r fecit, sicut fenum terrae, antequam esset exortum. 7, 22 p. 220, 25 in . . . homine iam propriam ducente vitam -r otioseque inest ratio generandi. 8, 3 p. 234, 21 *terra* tunc ea *ligna* producendi virtutem -r acceperat.

2 *indicatur, cui quid lateat*: IREN. 3, 3, 1 seorsim et -r (latentes *var. l.*) ab reliquis. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 209 -r . . . cautelā (*gr.* λαθὼν . . . τὴν . . . φυλακήν).

v. Onom.

deriv.: latebra, 1. latesco, latibulum, latito.

compos.: col-, inter-, per- sublateo. *Lumpe.*

1. ²later, -eris *m.* [*orig. inc. Sch.*] *de orig.*: ISID. orig. 15, 8, 16 -es et laterculi, quod lati formentur circumactis undique quattuor tabulis. 19, 10, 16 tegulae . . .; laterculi vero vocati, quod lati formentur circumactis undique quattuor tabulis; -es autem crudi sunt, qui et ipsi inde nominati, quod lati ligneis formis efficiuntur. *de scriptura et formis*: latece (*dub. an pro* -es) INSCR. RevArch. 18, 1911 p. 506 n. 165. -r(es) CIL III 11383. *nom. sg.*: CHAR. gramm. p. 172, 6 B. (*e Romano*) -r an -ris? et huic nominativum singularem ablativus restituet singularis, si e litteram ⟨de⟩ponat (*affertur* VARRO *l. 65; occurrit* -r *apud eundem bis,* VITR. *semel, ceterum nonnisi ap. grammaticos; nom. sg.* -ris *non legitur*). las *l. 33,* latera *l. 41.* *casum omnino deesse vel in usu non esse dicunt* DON. gramm. IV 377, 30 sunt nomina, quorum nominativus in usu non est, ut siquis dicat 'hunc -em' (DIOM. gramm. I 324, 24. CLEDON. gramm. V 45, 18, *qui addit*: Probus . . . 'hic -r' posuit. *al.*). POMP. gramm. V 187, 3 *nominativus et vocativus* inveniuntur quidem, sed in auctoritate; in usu non inveniuntur; . . . plerique dicunt 'hic las' (lar, later *var. ll.*), sed falsum est; ita enim facit, '-r'; ita legimus in Probo et in antiquis. *acc. sg. solum testantur grammatici allati.* *abl. sg.* -e *passim,* -i ITALA *p. 1000, 10.* *de genere*: NON. p. 520, 13 -es apud quosdam . . ., cuius generis habeantur, incertum est: sunt autem generis masculini (*affertur* VARRO *p. 1000, 38. 39*). *idem genus testantur grammatici allati et* EXC. Bob. gramm. I 552, 11 GRAMM. suppl. 114, 4. *fem.* (*sec. vocem gr.* ἡ πλίνθος): ITALA gen. 11, 3 (Chron. Alex. chron. I p. 94, 22) faciamus nobis -es et coquamus eas (VVLG. eos) igne; et facta est eis ipsa -ra quasi lapis (VVLG. habuerunt . . . -es pro saxis). *primae decl.* -ra *l. 41.* *vix recte Kroymann abl. pl.* -is *probat* TERT. adv. Marc. 2, 20 p. 363, 4 mercedes restitui *Hebraeis* . . . pro -is deductis (*M,* laternis *F, unde* laterinis *edd. vet.; scribendum videtur* -bus, *cf. p. 1000, 9 et ad rem p. 1000, 10sqq.*). *mensuratur* lāteribus CYPR. GALL. exod. 248. *legitur inde a* PLAVTO, CATONE, TER. [*sard. mer.* lâdiri. *cf. M.-L. 4924. Wagner II 5. G.*] [*dub. an huc* PLAVT. Poen. 828 *v. p. 1024, 82.*]

1 *usu sollemni i. q.* πλίνθος (GLOSS. II 585, 49 -r genus lapidis lutei. III 19, 37 χάλιξ -es): **a** *strictius fiunt e luto, creta sim. ad aedificandum* (*de re v.* VITR. 2, 3 PALLAD. 6, 12 *et Blümner, Technol. II 14sqq. van Aken, Mnemos. IV 5, 1952, 139sqq.; sing. vi collect. i. q. 'opus latericium' passim; saepe* caementum, lutum, lapides, saxa, *sim. opponuntur; de ratione inter* -em *et* laterculum *intercedente v. p. 1001, 65*): PLAVT. Truc. 304 quid maceria illa ait . . ., quae in noctes singulas -e fit minor . . .? :: nil mirum . . ., -es si veteres ruont. :: ain tu vero veteres -es ruere? CATO agr. 14, 4 villa lapide calce; . . . parietes ex -e. 38, 3 si parum altam fornacem habebis ubi facias, -e[s] summam statuito. LVCIL. 324 -e⟨m⟩ qui ducit, habet nihil amplius na⟨tu⟩m quam commune lutum a paleis cenoque aceratum ([cenumque aceroso *codd.*]. *v. vol. V 1, 2147, 10, ubi addas* VITR. 2, 3, 4; *cf.* coquere *infra l. 76.* CYPR. GALL. gen. 391, fingere PLIN. nat. 35, 170. deducere TERT. *l. 44,* facere ITALA *l. 40.* PALLAD. 6, 12. 7, 8. 10, 15 GAVDENT. serm. 1, 18 G. *al.*, conficere VVLG. exod. 5—7, parare GAVDENT. serm. 9, 26, radere CIL V 8110, 176). VARRO Men. 248 hic ut quadrato -e stipatae strues. frg. Char. gramm. p. 172, 8 B. (*e Romano*) -r, lutum, iugmenta. rust. 1, 14, 4 huius *maceriae* fere species quattuor, quod fiunt e lapide . . ., quod e -bus coctilibus (*v. vol. III 1401, 56sqq., ubi addas* SCHOL. Iuv. 10, 171 c. -e . . ., quem hodie dicimus ordinarium lapidem) . . ., quod e -bus crudis . . ., quod ex terra et lapillis *eqs.* (*v. vol. IV 1234, 79sqq. et* ISID. orig. 19, 10, 16 sent. 2, 13, 7). CIC. div. 2, 99 in -e aut in caemento, ex quibus urbs effecta est. CAES. civ. 2, 8, 1 si . . . turrim ex -e . . . fecissent. 2, 9, 4 contabulationem summam -bus lutoque constraverunt (*quae ibidem vocatur* latericium). 2, 9, 7. 8. 2, 10, 4. 5. 6. 2, 11, 2. SALL. hist. frg. 4, 79 clausi -bus altis pedem. LIV. 36, 22, 11 *deserta tecta* -em . . . et caementa et saxa . . . praebebant. VITR. 1, 5, 8 coctus (*v. vol. IV 928, 81sqq.*). 2, 3, 3. 2, 3, 4 fiunt . . . cum his -bus semilateria; quae cum struuntur, una parte -bus ordines, altera semilateres ponuntur; . . . et medii -es supra coagmenta conlocati et firmitatem et speciem faciunt . . .; est autem in Hispania . . . civitas . . ., ubi -es, cum sunt ducti et arefacti, proiecti natant in aqua (SEN. nat. 3, 25, 5. *cf.* PLIN. nat. 35, 171 non merguntur in aqua). 2, 8, 9 *bis.* 2, 8, 10 Mausoli domus . . . parietes habet -e structos. 2, 8, 18. 8, 3, 8 bitumine et -e testaceo structum murum Samiramis circumdedit Babyloni. CVRT. 7, 3, 8 tuguria -e ⌊ab imo⌋ struunt (primo *trad., alii aliter. postea*: eodem laterculo). COLVM. 9, 6, 2 reliqua sunt alvorum genera duo, ut ex fimo fingantur vel -bus exstruantur (*e Celso ut* 9, 7, 2). 11, 3, 2 (*Democrit. 68 B 28*) -e fabricata maceries. PLIN. nat. 2, 197 terreno (VEREC. in cant. 2, 9). 17, 98 -e tuso mire ali *herbam.* 31, 29 flumen est, quo -es coniecti lapidei extrahuntur. 35, 170. CELS. dig. 19, 1, 38, 2 si . . . fissulae . . . aquam ducerent in aenum -bus circumstructum. TERT. resurr. 35 p. 76, 14 parietis corpus non aliud admittam quam caementa, quam saxa, quam -es. ITALA exod. 1, 14 (Lugd.) in operibus duris, luto ac -i (*gr.* πλινθείᾳ, VVLG. luti et -is. *de opere Iudaeorum in Aegypto servientium ut* TERT. *p. 999, 44.* GAVDENT. serm. 1, 18 G. FVLG. aet. mund. 147, 6 -um ergastulo. *al.; in comparatione* RVFIN. Orig. in exod. 1, 5 p. 151, 12 ipse *deus* te facit -em sibi operari et lutum. AVG. serm. dub. 363, 2. HESYCH. in lev. 23, 39/44 p. 1099B *liberati sumus* ab intelligibilis Pharaonis servitute, quae est secundum corruptionem -um praesentis saeculi, qua si quis plene carere vult, in tabernaculis habitet. *cf. l. 27*). HEGES. 4, 27 p. 285, 14 *portus* a dextra parte -e artatur, a laeva rupibus (*Ios. bell. Iud. 4, 613* χειροκμήτοις σκέλεσιν). CAEL. AVR. chron. 1, 5, 152 *insanus existimavit se esse* -em. *al.* *proverbialiter sec. gr.* πλίνθον πλύνεις (*vel* πλυνεῖς) -em *sc. crudum* lavare *de actione non modo inutili, sed etiam damnosa*: TER. Phorm. 186 purgem me? -em lavem (SCHOL.: proverbium illorum, qui, dum se volunt expurgare, in culpam incidunt, sicut -r, quo amplius lavatur et fricatur, eo amplius sordes emittit). SEN. contr. 10 praef. 11 tu potes controversiam intellegere, qui non intellegis te -em l.? GAVDENT. serm. 9, 26 G. *Iudaei* lavant polluta corpora, abluta statim polluunt; semper lavant, semper impuri sunt; ut dici solet '-em lavant', illum -em, quem paraverunt in Aegypto *eqs.* AMBR. virg. 3, 4, 19 ille sicut is, qui -em lavat, saecularia saecularibus frustra cupiebat abolere; magis enim se oblinebat luto, qui remedium a voluptate quaerebat. HIER. adv. Pelag. 1, 24 in eodem caeno *erroris* volutaris, immo -em lavas. PAVL. NOL. epist. 32, 23 *super petram Christi* non stipulam . . ., sicut in Aegypto servientes . . ., manus congerant, ne luteis aedificiis operum sordidorum -em, ut aiunt, lavemus. ISID. sent. 2, 13, 7 qui plangit peccatum et iterum admittit peccatum, quasi si quis lavet -em crudum, quem quanto magis eluerit, tanto amplius lutum fecit.

b *latius fiunt ex auro, argento*: **α** *ad metallum servandum* (*opp.* pecunia TAC.): VARRO Men. 96 *Pactolus* tulit aurum, -r quod conquadravit regius. 474 ubi dicuntur barbari innumerabiles -es aureos habuisse. frg. Non. p. 520, 14 -es argentei atque aurei primum conflati adque in aerarium conditi. PLIN. nat. 33, 56 -um aureorum . . ., argenteorum . . . et in numerato. TAC. ann. 16, 1, 2 (*1* magna vis auri . . ., non in formam pecuniae, sed rudi et antiquo pondere) -es quippe praegraves iacere *in specu.* **β** *ad aedificandum*: AVSON. 302, 21 p. 174 P. -bus aureis templa qui divis dabat *Croesus* (*Herod. 1, 50, 2* ἡμιπλίνθια *inter alia Delphos missa*).

2 *usu peculiari dicitur per similitudinem materiae*: **a** *de lapillis, qui in opere lanificii stamina derigebant* (ἀγνῦθες *confert Bücheler, Kl. Schr. III 149; ipsum contextum i. e.* τὸ ὕφος *significari censet Marx*): LVCIL. 681 cribrum, incerniculum, lucernam, in (*del. Bücheler, non post* -em, *sed post* telam *interpungens*) -em in telam licium. TIB. 2, 1, 66 textrix . . . cantat, et applauso tela sonat -e (*vix ad* 3. latus, *ita ut diceretur de latere telae vel corporis textricis*). **b** *de saxo*: GREG. TVR. stell. 7 theatrum, quod in Eraclea habetur ex uno monte factum, ita ut omne ex uno -e sit expletum, tam . . . parietes quam . . . arcus . . .; et omne opus eius ex lapide uno completum est.

deriv.: 2. lateralis, *?* lateramen, 2. laterarius, lateratum, 1. laterculus (-um), latericius. *cf.* Lateranus.

compos.: semilater.

2. later. *orig. inc.; cf.* 2. laterculus. *nomen herbae hyssopi* (*nisi vox est plane diversa*): PS. DIOSC. *v. vol. VI 3, 3162, 75.*

latera *v.* 1. later.

1. laterālis, -e. *a* 3. latus. *de scriptura*: CHAR. gramm. p. 152, 10 B. (*e Romano*) Plinius Secundus . . . putat, ut -e laterarium . . ., proin aqualis aquarium dici (*cf. l. 74*). p. 172, 1 B. (*e Romano*) -e an laterare? ubi Plinius . . . 'si r praecesserit . . ., sequi debet l.' NOT. Tir. 79, 2 -e. *legitur inde a* LVCIL., CALP. [*hisp. sept.* ladral, -es, lladrales, yadrales, *astur.* lladrales, tsadrales, *hisp.* adral; *port.* ladral, *dial.* ladraes, ladrás. *cf. M.-L. 4925. Corominas I 41. Machado II 1285. G.*] *i. q. ad latus pertinens*: LVCIL. 1314 -is dolor, certissimus nuntius mortis (*sc. pleuritis*). CALP. ecl. 6, 41 -is cingula.

n. **laterāle,** *plur.* -ia, -bus, *pro subst.* **1** *nomen receptaculi pendentis e latere corporis*: SCAEV. dig. 32, 102 pr. (*verba testamenti*) '*lego* uxori meae -a (-aria *var. ll.*) mea viatoria et quidquid in his conditum erit'. *in explicatione quinquies.* **2** *i. q. partes in utrumque latus eminentes*: PASS. Petr. 14 p. 37, 10 S. verbum . . . significat istud rectum lignum, in quo crucifigor . . ., -a crucis humanam praetendere noscuntur naturam ('*lignum transversum*' *Lipsius*). **3** *i. q. imagunculae sim. in marginibus librorum exstantes*: IVST. VRGELL. epist. p. 962C ut membranis desistentibus minutioribus litteris eamdem scripturam in paribus quaternionibus susciperent nec studiose fabrefactis -bus ambiretur.

2. laterālis, -e. *a* 1. later. *i. q. e lateribus factus*: CASSIOD. Ios. antiq. 1, 71 *columnam* -em (*supra* ex lateribus; *opp.* ex lapidibus, lapidea. *gr.* πλινθίνην).

[Collassero]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ὑπομάσχαλον **laterālium** GLOSS. II 466, 55. *a* 3. latus. *cf.* 1. laterarius.

laterāmen, -inis *n.* [*a* 1. later *formatum videtur sec.* fundus: fundamen, glomus: glomeramen *sim. Sch.*] [*hinc forsitan pendeant langued.* lairan, leydan, *quae ad* 3. latus *revocat Wartburg V 205. G.*] *i. q. materia lutea, quali lateres fiunt* (*?*): LVCR. 6, 233 *fulmen* omnia ... conlaxat rareque facit -a (latera minua *vel* latera omnia *codd.*) vasis adveniens calor eius.

lateranensem fusorum GLOSS. V 306, 55 ('*v.* laterense' *Götz*). *obscurum.*

1. laterārius, -a, -um. *a* 3. latus. *ad scripturam v. p. 1000, 64.* *i. q. ad latus positus, transversarius*: VITR. 10, 14, 3 (2 conlocentur ... tigna *in testudine facienda*) ipsi *capreoli* ... -is circa fixis contineantur. 10, 15, 3 supra capreolos tignum conlocatum ..., item fixa habuerant -a.

2. laterārius, -a, -um. *a* 1. later. [*tusc.* (*Lucca*) lateraia; *francog. vet. et med.* larrier, *burg.* larré *etc.*; *francoprov.* laré(i); *prov. vet.* ladrier, lairier, ladrias, *delph.* larié, *lemov.* ladrier. *cf. Battisti-Alessio III 2175. Wartburg V 204. G.*] *i. q. ad lateres pertinens*: PLIN. nat. 19, 156 *ruta locis* apricis gaudet et siccis terraque quam maxime -a.

f. **laterāria**, -ae *pro subst.*, *sc.* '*officina*'. *i. q. locus, ubi lateres ducuntur*: PLIN. nat. 7, 194 -as ac (*deest in parte codd.*) domus constituerunt primi Euryalus et Hyperbius fratres Athenis.

m. **laterārius**, -ī *pro subst.* **a** *i. qui lateres ducit*: NON. p. 445, 20 aceratum est lutum paleis mixtum, ut -is usus est (*affertur Lucil. p. 999, 59*). GLOSS. πλινθουργός -us. πλινθοποιός -us. *huc etiam* GLOSS. II 585, 31 laterius: tegularum opifex. *?* **b** *i. q. curator laterum ex auro et argento factorum*: GLOSS. III 271, 29 τραπεζίτης -us, mensarius.

πλινθίον **laterātum** GLOSS. II 410, 12. *a* 1. later.

laterclus *v.* 1. laterculus.

laterculēnsis, -is *m.* *a* 1. laterculus (-um). *transit in gr.* λατερκουλήσιος. *nomen officii q. e. curator laterculi* (*cf. infra l. 83 sqq.*): COD. IVST. 12, 19, 13, 1 (*a. 527*) ad -is gradum in scrinio sacrae memoriae provecti (*eiusdem anni sunt* 12, 19, 15, 1. 4). 12, 33, 5, 4 viris devotis -bus et pragmaticariis vel a secretis. NOVELL. Iust. 24, 6, 1 primicerio clarissimorum tribunorum notariorum et -bus (26, 5, 1). 35, 1 in scrinio ... memoriae tertium locum optinenti et -is nomen ineunti. 35, 5. 6. 7. INSCR. Année épigr. 1949 p. 38 n. 108 -i, ostiario, scriniario, praeff. pr.

1. laterculus, -ī *m. et* **-um**, -ī *n.* *a* 1. later *deminutive.* *de orig. v. p. 999, 18.* *scrib.* -cl- CIL III 8277, 3 INSCR. Rhen. Bramb. 114. 1397, -ric- CAES. civ. 2, 9, 2 (*codd. omnes*). *formae masc. inde a* PLAVTO, *acc. pl.* -us CIL III 8277, 3; *neutr. nom. sg.* -um NOT. dign. *bis et* GLOSS., *-ον infra l. 84*, *pl.* -a GLOSS. *legitur inde a* PLAVTO, CATONE, CAES. *transit in gr.* λατέρκουλον. [*suppletur* VITR. 7, 4, 2. *restituitur* -os *pro* lacertulos *dub. an recte* APVL. met. 10, 13, 6.]

fere i. q. later (GLOSS. V 306, 53 -is: tegulis tenui⟨bu⟩s. *vis deminutiva vix perspicua est; accedit* grandissimus *l. 67; distinguitur* later *l. 65*): **I** *de lateribus e luto sim. factis, aureis l. 66* (GLOSS. τετραπάλαιστον. -i: βήσαλα): CATO agr. 39, 2 cretae crudae partes duas, calcis tertiam conmisceto: inde -os facito, coquito in fornace. CAES. civ. 2, 9, 2 hanc insuper contignationem, quantum tectum ... passum est, -o adstruxerunt. VITR. 5, 10, 2 -is bessalibus pilae struantur. CVRT. 5, 1, 25 murus instructus -o coctili, bitumine interlitus (5, 1, 29. PLIN. nat. 7, 193 observationes siderum coctilibus [coctis *var. l.*] -is inscriptas. 35, 159 AMM. 24, 2, 12). 7, 3, 8 *v. p. 1000, 2.* COLVM. 8, 14, 1. PLIN. nat. 30, 63 facto crudis -is ad formam camini ... sacello (ARNOB. nat. 4, 6 *in veriloquio dei q. e.* Lateranus). 36, 68. SIC. FLACC. grom. p. 100, 11 Th. (*sim.* LIB. col. II p. 253, 18 L. GROM. p. 349, 19) eum *agrum* limitibus actis diviserunt et denis [quibusdam] quibusque actibus -is (-i *var. l.*) quinquagena iugera incluserunt (*de terminis agrorum ut* LIB. col. I p. 250, 23 L. terminus in -um constitutus. GROM. p. 362, 1 -os quadrangulos pro terminis invenies. PS. BOETH. grom. p. 405, 20 terminus in -is). EDICT. imp. Diocl. III/IV 7, 15 *operario* lateris crudi ad -os *tot*, in lateribus quattuor pedum *tot debetur* (*7, 16* lateris ex luto; *gr. utroque loco differentia neglecta* πλίνθους). IVL. VAL. 3, 29 -os auri grandissimos (*Hist. Alex. M. I p. 116, 9 Kr.* πλίνθους ὁλοσφυρήτους). PALLAD. 1, 19, 1 solum ... omne bipedis sternatur vel minoribus -is. VITAE patr. 3, 117 lapides et fragmenta -orum (*5, 10, 15* testas vasorum, *gr. Cot. p. 395[C]* ὄστρακα). 5, 17, 22 -um (*postea* testam, *gr. Nau 1913 p. 299 n. 52* πληνθάριν. *3, 96* laterem). CIL III 8277, 3. INSCR. Rhen. Bramb. 1397 -i capitlares.

II *de rebus in formam laterum redactis*: **A** *vario usu*: PLAVT. Poen. 325 ut mulsa loquitur. :: nil nisi -os, sesumam *eqs.* (*de placentis ut* CATO agr. 109 de ervo farinam facito ..., postea facito -os. *cf. gr.* ὀστρακίτης). PLIN. nat. 31, 84 *sal* e Cappadocia qui in -is adfertur ('*en briquettes*' *Serbat;* '*tubulis e laterculo coctili*' *Harduin vix recte*). HYG. grom. p. 85, 19 *in agris Cyrenensium* sunt plinthides, ⟨id est⟩ -i quadrati ..., habentes singuli -i iugera *tot.* BOETH. arithm. 2, 4 p. 86, 17 de ... pyramidis, -is vel ... tignulis et cuneis (*sc. figura geometrica ut* 2, 25 p. 111, 14 asses vel -i vel cunei. 2, 29 p. 120, 19 -i sunt, qui fiunt ex aequalibus aequaliter in minus).

B *speciatim de albis, catalogis sim.*: **1** *dignitatum, officiorum* (*cf.* LYD. mens. 1, 28 ἡ ... ὀπτὴ πλίνθος λατέρκουλον παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται. ἦν δὲ πλίνθος δημοσία, ἐφ' οὗ τά τε τῶν βουλευτῶν καὶ τὰ τῶν στρατευμάτων ὀνόματα ἀπεγράφετο. GLOSS.[L] II Philox. LA 76 βήσαλον καὶ στρατιά. Corp. L 9 codex membrana[ti]cius; illic sunt nomina promotorum): **a** *tropice*: TERT. adv. Val. 29 p. 205, 16 ex earum *animarum* ... -o et in reges et in sacerdotes allegare *eas* consueverat *demiurgus.* **b** *proprie*: NOT. dign. or. 18, 2 -um maius (*imagini adscriptum ut occ.* 16, 3). 28, 23 quae *alae* de minore -o emittuntur (*cetera eiusdem locutionis exempla congessit Seeck, ed. p. 330. ceterum* minor: COD. Theod. 1, 8, 1. 1, 8, 2 -i [COD. Iust. 1, 30, 1 totius minoris -i] curam totius ... ad tuae sublimitatis sollicitudinem pertinere, ita ut tuo arbitratu ex scrinio memoriae totius minoris -i dignitates ... emittantur. 1, 8, 3 [COD. Iust. 1, 30, 2]). COD. Iust. 1, 27, 1, 18 vel in nostro -o vel in scriniis praefecti praetoriorum. 1, 27, 1, 19. 1, 27, 2, 35 notitia consuetudinum, quas in sacro -o ... dux praebere oportet: ... in sacro -o solidi *tot* (NOVELL. Iust. 8, 1 pr. cum quattuor scriniis sacri -i. 17 pr. eadem mandata et in libris legum transcribere et in s. -o deponi praecipiat. 24, 6 pr. *cf.* COD. Iust. 1, 31, 5, 2 sacro scrinio -i). **2** *dierum, horarum* (*cf.* ISID. orig. 6, 17, 4 cyclum *paschalem* ..., quod ... quasi in circulo dispositum ordinem complectat annorum; ... hinc et -um dictum, quod ordinem habeat stratum annorum): TERT. bapt. 1, 13, 3 in -um septem dierum solem recepistis. HIER. in Ezech. 4, 1—2 p. 43[A] pro latere, qui graece dicitur ... ἡ πλίνθος, Symmachus manifestius interpretatus est πλινθίον, quem nos '-um' et 'abacum' appellare possumus; in cuius pulvere solent geometrae γραμμὰς ... describere. HYD. chron. II p. 14, 5 -um per centum annos digestum de paschae observatione conscribit (COMPVT. cod. Col. prol. 14 p. 235, 9 in veteri -o. CONC. Aurel. a. 541 p. 87, 16 ut sanctum pascha secundum -um Victori ... celebretur. *cf.* ISID. *supra*). POL. SILV. chron. I p. 518, 4 -um, quem priores fecerunt, ... difficilibus supputatoribus indiciis notatum. EVSTATH. Basil. hex. 6, 5, 8 oportet visitari -um, ut ... calculari possit cursus horarum (*gr.* ὡροσκοπεῖα). COMPVT. Carth. 1, 4 sunt triginta et unus embolismi, quos -us omnis habere cognoscitur ...; sex ... asses in -i membris certis numeris inmisisset. 2, 3. 2, 8 PROVINC. laterc. Veron. tit.

deriv.: laterculensis.

2. laterculus, -ī *m.* *ex* alterculus (-um) *deformatum; cf.* 2. later. *nomen herbae hyoscyami, v. vol. VI 3, 3145, 80 sq.*

laterēnse per omnem mundum GLOSS. V 505, 42. *obscurum*; late regem *dubitanter Götz.*

laterēnsis, -is *m.* *a* 3. latus. GLOSS. II 585, 53 ('*ex graeco versa*' *ed.*) qui secus latus recumbit cuilibet. *i. q. comes honorarius*: TERT. adv. Marc. 4, 43 p. 566, 7 duo ... angeli apparuerunt (*Luc. 24, 2 Ioh. 20, 12*); tot fere -bus uti solebat in duobus testibus consistens dei sermo.

cf. Onom.

laterētum, *abl. pl.* -īs *n.* *a* 1. later (*cf.* latericium) *vel a* 3. latus. *fortasse nomen canalis e lateribus facti ad agros irrigandos, nisi significatur latus declive quoddam* (*dubitare videntur edd. p. 203*): TAB. Albertini 3, 9 locus ..., in quos sunt olibe (*i.* olivae) ... cum -is, aquaris vergenti(bu)sque suis. *sim. in isdem descriptionibus terdecies, hic illic tam et post -is accedente quam praepos.* cum *deficiente, cf. l. c. p. 83 n. 9. per errorem scriptum* 10, 6 lateris.

laterīcius, -a, -um. *a* 1. later. *scribitur in codd.* -riti- *saepe.* GLOSS.[L] Corp. L 20 -a ex latere facta (79). [*francog. vet.* larriz, *francog.* larris, *dial. pic., norm., occ., centr., burg., loth.*; *fem.*: *camp. vet.* laresse, layresse, *camp.* lairesse, *loth.* lârasse, -esse. *suffixo mutato*: *raet. occ.* ladritsch, -a. *cf. M.-L. 4925 a. Wartburg V 204 sq. G.*]

i. q. e lateribus constans (lapis *sim. saepe opp.*): **a** *adi.*: VARRO Men. 524 antiqui nostri in domibus -is paululum modo lapidibus suffundatis, ut umorem effugerent, habitabant. CAES. civ. 2, 10, 1 turri (2, 11, 3. 2, 14, 4). 2, 15, 1 aggerem ... ex -is duobus muris ... facere instituerunt (PLIN. nat. 35, 173 VVLG. Ier. 43, 9). VITR. 2, 1, 7 domos fundatas et -is parietibus aut e lapide structas (2, 8, 16. 17. 18 PLIN. nat. 18, 301. 35, 172. 173. 36, 47. 171. PALLAD. 1, 11, 1 CIL IX 4225). 2, 8, 9 de -is ..., dummodo ad perpendiculum sint stantes, nihil deducitur. *ibid.* licet videre ... Patris in aede Iovis et Herculis -as cellas, cum circa lapidea in aede epistylia sint et columnae. 2, 8, 16 e -a structura facta aedificia. COLVM. 6, 14, 7 pulvere (*coni. Richter, Herm. 80, 1952, 201 sq. coll.* VEG. mulom. 4, 15, 5, *cf. Pelagon. 398* pulverem lateris; *trad.* veteri *ut* PALLAD. vet. med. 14) -o trito ... colla *bovis* conspergi oportet. SVET. Aug. 28, 3 urbem *Romam* ... marmoream se relinquere, quam -am accepisset (*inde* PS. AVR. VICT. epist. 1, 19. *cf.* HIER. in Ezech. 29, 8 p. 284[A] ut ... in Aegypto ... -as exstruxerint civitates *Iudaei*). AMM. 23, 4, 5 aggeres. **b** *neutr. pro subst.* (*subauditur* opus): CAES. civ. 2, 9, 4 *v. p. 999, 74.* VITR. 2, 8, 5 -a struentes. 6, 8, 9 in domini est potestate utrum -o an caementicio an saxo quadrato velit aedificare. COLVM. 9, 6, 4 -o (opere -o *codd. rec.*) circumstructis alvis. PLIN. nat. 1, 35, 49 de -is et aterum ratione (*sed in ipso libro est adi.*).

? **laterīna** *v. p. 999, 44.* **laterītius** *v.* latericius.

laterius *v.* laterarius. **latern-** *v.* lantern-.

1. latero, -āre. *a* 3. latus; *cf.* collatero. *i. q. lateribus ornare, ut vid.*: PRISC. gramm. II 247, 14 *nomina*, quibus verba adiacent e

[Collassero]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

habentia in paenultima syllaba: . . . ‘latus lateris -o’ (*item* 274, 23 III 493, 21).

2. latero *v.* 2. latro *p. 1015, 1.*

lateruli est torsatoria GLOSS. V 620, 34 (‘tornat-?’ *Götz, qui adnotat* ‘*obscura*’). *Collassero.*

1. latēsco, -ere. *a* latere, *cf.* litesco. NOT. Tir. 57, 11 -it (*antea*: latet *eqs.*) GLOSS.[L] Corp. L 77 -ere: latere. [*val.* lăţi. *G.*] *i. q. se abdere*: CIC. Arat. 385 hic Ecus a capite et longa cervice -it (*gr. 601* δύνει). PETR. CHRYS. serm. 150 p. 600[B] si rerum refugium (*sc. Christus parvulus in Aegyptum profectus*) fugit, auxilium -it omnium. *compos.*: col-, de-, oblitesco.

2. lātēsco, -ere. *a* 1. latus. [*loco fortasse spurio*: MANIL. 1, 682 *zodiacus* ter vicenas partes patet atque trecentas in longum; bis sex -it fascia partes (‘-it *prave pro* lata est’ *Housman*).] *i. q. latum fieri*: CELS. 8, 1, 14 *costae primae ad imum pectus perveniunt;* inde -unt (*ed. Constantini in marg.*, patescunt *FJV*[2], partescunt *V*[1]) et . . . paulatim in cartilaginem degenerant. 8, 1, 16 *ossa* paulatim . . . -entia. COLVM. 2, 10, 24 *napi* non in ventrem -it, sed tenuem radicem . . . agit. *Lumpe.*

1. *latex, -icis *m.* (*f.* ACC.). [*si subest gr.* λάταξ (*cf. sic.* λατάσσω *e* λατακ-jω ?), *primitus cum lusu cottabi coniunctum et ex Sicilia vel Italia inferiore receptum, postea notione latiore adhibitum videtur. Sch.*] *de orig.*: PAVL. FEST. p. 118 -x a lapsu profluens aqua dicitur; utimur tamen hoc vocabulo et in vino. SERV. Aen. 1, 686 -x proprie aqua est (fontium *add.* auct.) ab eo, quod intra terrae venas lateat; sed et vinum latet intra uvam (*inde* ISID. diff. 1, 65. 597 orig. 13, 20, 4 GLOSS. *cf.* PRISC. gramm. II 140, 11 in ‘ex’ correptam . . .: ‘lateo lates -x’. EVTYCH. gramm. V 454, 5 GRAMM. suppl. 74, 25). -ix: GREG. TVR. stell. 14 p. 862, 9 GLOSS. -bus *nonnisi* CYPR. GALL. deut. 222 MACR. Sat. 7, 12, 8 PETR. CHRYS. serm. 61 p. 369[B]. NOT. Tir. 57, 13[1]. *de genere*: PRISC. gramm. II 169, 13 vetustissimi . . . inveniuntur confudisse genera . . ., ut ‘hic’ et ‘haec’ . . . -x (*generis fem. exemplum affert* ACC.). DVB. NOM. gramm. V 583, 6 generis masculini. *errasse videtur Lindsay* ISID. orig. *l. c. scribens* dicta -x (*debuit* dictus *ut* diff. *l. c.*). *mensuratur* lăt- CYPR. GALL. *l. c.* SYNON. Cic. p. 425, 7 fontes. putei. lacus. -es. stagna *eqs.* GLOSS. νᾶμα. βότρυς. σπονδή. οἶνος (?). rivus. aqua, liquor vel palans racemus. -es: πίδακες ὑδάτων. botriones, caprioli. *al.* *legitur inde ab* ACC., CIC. carm., LVCR., VERG., *in prosa non ante* LIV. (*semel*), APVL. (*sexies*), SOL.

fere i. q. liquor: I *de certa specie*: A *aqua*: 1 *in univ.*: ACC. trag. 666 non calida -e lautus (VERG. Aen. 6, 218 calidos -es, *ubi* GLOSS. aquas calidas). CIC. carm. frg. 22, 8 circum -es gelidos ([*Hom. B 305* κρήνην]. SEN. Ag. 788). LVCR. 1, 886 *decebat* -es dulcīs guttas (*sc. lactis similes*) . . . mittere. 5, 262 umore novo mare flumina fontes . . . abundare et -es manare perennīs. *al.* VERG. Aen. 6, 715 Lethaei ad fluminis undam securos -es . . . potant. 7, 464 exultant . . . aestu -es *in aeno.* PROP. 2, 26, 47 Amymone, -es dum ferret. Ov. met. 5, 263 *Uranie* ad -es deduxit Pallada sacros (*antea*: fontis). 5, 636 (*loq. Arethusa*) in -es mutor. Pont. 4, 10, 59 copia tot -um *Danubii. al.* LIV. 44, 33, 2 occultos contineri *montibus* -es, quorum venae in mare permanantes undae miscerentur (LVCAN. 4, 293 tellure refossa o. -es . . . quaerunt). GERM. 285 manus, -es qua fundit aquarius (*cf.* 391 fundentis -es [486]. frg. 3, 18 qui fundit -es). SEN. Herc. f. 711 a fonte discors manat . . . -x. *al.* (*trag.*). LVCAN. 9, 592 SIL. 4, 686. 6, 144. STAT. Theb. 1, 290 horrendos . . . -es, Stygia aequora. silv. 2, 3, 48. APVL. met. 5, 1, 2 fontem vitreo -e perlucidum. 9, 3, 4. SOL. 27, 54 *Lethon amnis* apud pristinos vates -e memoratus (*cf. Lucan. 9, 355 et de Lethe* VERG. *l. c.*). 30, 11 -is tenuitate (*om. Mela 3, 88*). *al.* *in imag.*: MANIL. 2, 9 *Homeri* ex ore profusos omnis posteritas -es in carmina duxit amnemque in tenues ausa est deducere rivos.

2 *cum determinatione*: a *gen.*: α *forma* ‘-x aquae’: VERG. Aen. 4, 512 -es simulatos fontis Averni (APVL. met. 1, 19, 8 -e f. lacteo [ZENO 2, 36 = 2, 37 *de aqua baptismatis*: lacteum genitalis f. ad -em convolate]. AVIEN. Arat. 502 f. alumni *sc. Musarum.* CASSIOD. in psalm. 74, 9 -es fontium). SER. SAMM. 336 pelagi (704). SOL. 5, 16 aquae (*opp.* vineus). PS. AVG. serm. Migne suppl. 1, 296 paradisi amnis -x perpetuus. RVT. NAM. 1, 266 Musarum -es. PETR. CHRYS. serm. 61 p. 369[B] fons ore angusto manans magnis fluviorum -bus ampliatur. SIDON. carm. 2, 73 Hebri. β *forma* ‘aqua -is’: RVFIN. Orig. in num. 12, 1 p. 96, 16 puri -is unda (RVRIC. epist. 1, 3 p. 356, 16 -is u. non fluet [*inde* p. 356, 9 aquae -is *Mommsen coniecit, ubi* lantis *in* lentis *corr. cod.*, latentis *vulg.*]). VITA Nicet. 10 grandinis rigor in aquam resolvitur et duritia lapidum in liquorem -is commutatur. b *adi.*: CVLEX 18 Pierii -is. Ov. Pont. 3, 1, 17 nec tibi sunt fontes -is nisi paene marini. SEN. Med. 80 Aonius (OPT. PORF. 17, 18). LVCAN. 5, 125 Castalios (CLAVD. 4, 7 carm. min. app. 2, 4 ENNOD. carm. 1, 9, 13). SIL. 13, 555 Lethaeos. APVL. met. 2, 1, 4 fontanos (CARM. de mens. 2, 29.) AVIEN. Arat. 497 (*de Hippocrene*) equino. AVSON. Mos. 191 fluminei -es. CLAVD. rapt. Pros. 2, 60 Arethusaei -es. PALLAD. hist. mon. I 36 p. 323[A] *fontes* serpentes ˪inter -es suos˩ (*om. gr.*) nutriunt.

B *vino*: LVCR. 2, 657 siquis . . . Bacchi nomine abuti mavolt quam -is proprium proferre vocamen. 5, 15 liquoris vitigeni -em (*cf.* 6, 1072 vitigeni -es). VERG. georg. 2, 192 hic *campus* fertilis uvae, hic -is, qualem pateris libamus (*cf.* Aen. 1, 736 in mensam -um libavit honorem. VAL. FL. 1, 666 hac *patera* pelago libat -es). 3, 509 Lenaeos. Aen. 1, 686 -em . . . Lyaeum (*cf.* SIL. 6, 139 Lyaei . . . -es). 4, 454 -es . . . sacros fusaque . . . vina. SEN. Oed. 492 Nyctelius. VAL. FL. 4, 533 Bacchi (STAT. Theb. 4, 452 SER. SAMM. 197. *cf. l. 17 et* CORIPP. Ioh. 3, 33 Iacchi). SIL. 7, 164 Bacche . . ., sacri largitor -is (*cf.* 186 tuos -es). STAT. Theb. 10, 312 sanguine permixti -es. APVL. met. 2, 15, 6 calices . . . infuso -e semipleni, solam temperiem sustinentes. SOL. 5, 16 vineus (*opp.* aquae). *al.*

C *aliis*: LVCR. 1, 941 amarum absinthi -em (4, 16). 3, 192 mellis constantior est natura et pigri -es magis (CYPR. GALL. exod. 1195 m. . . . -es et flumina lactis. deut. 217). Ov. met. 8, 275 sua vina Lyaeo, Palladios flavae -es (*i. oleum*) libasse Minervae. 14, 56 pressos (*aliter M*) -es radice nocenti. SEN. Med. 811 sacrum -em (*i. cruorem*) percussa dedi. COLVM. 10, 355 plantis -es infundere amaros marruvii multoque sedi contingere suco. VERS. metr. Fortun. gramm. VI 289, 27 uber tumet albo -e *i. lacte* (PRVD. cath. 3, 67 niveos ubere de gemino -es). SER. SAMM. 144 acidum (231. NEMES. cyn. 199 Bacchi). 421 horum (*i. piperis sim.*) decoctos -es. 726 dulcacidum (*i. acetum mulsum*). PACIAN. paraen. p. 122 salutarium virulento -e sucorum *dictamni.* PRVD. ditt. 165 traiectus per utrumque latus -em atque cruorem Christus agit: sanguis victoria, lymfa lavacrum est (*cf.* perist. 8, 16 VIGIL. THAPS. c. Eutych. 1, 3. GREG. TVR. Franc. 1, 1 *syn.* aquam, limphis).

II *summatim vel promiscue*: LVCR. 3, 435 quassatis undique vasis diffluere umorem et -em discedere. 4, 1093 (*1091* cibus atque umor) -um frugumque cupido (*de potu ut* Ov. Pont. 1, 10, 11 nectar et ambrosiam, -es epulasque deorum). Ov. met. 13, 653 -em . . . meri canaeque Minervae (*i. olei; var. l.* bacamque M. *cf.* NON. p. 47, 17 -em vitis vel oleae). APVL. met. 3, 18, 1 libat vario -e, nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano, libat et mulsa. MACR. Sat. 7, 12, 8 faecis materia . . . ceteris -bus pondere praestat, melle vincitur.

2. latex, -icis *m.*, *nisi f.* [*artificiose notio vocis* 1. latex *sec.* latere, latebra(e) *novatur, cf. p. 1003, 25. Sch.*] -es *i. q. latebrae*: COMM. apol. 174 inrepserat . . . rudibus temerarius ille *diabolus* per -es animae (*simili contextu Carm. adv. Marc. 1, 26* p. latebras a., *cf. Verg. Aen. 10, 601*). *Heine.*

lathyris, -idis *et* latirida, -ae *f.*, λαθυρίς. *cf.* lacteris, lactoris. *scrib. in codd. scriptorum posteriorum etiam* lactyris, latiris, lateris (*alia v. infra*). [*sic.* làtiri; *langued.* lantrèzo; *vasc.* lantese, leytrése; *cat.* llitreza. *cf. Battisti-Alessio III 2176 sq. Wartburg V 197. G.*] 1 *nomen euphorbiae*: PLIN. nat. 27, 95 -is folia habet multa lactucae similia *eqs.* MARCELL. med. 30, 26 -dis herbae (-tor- *L*). PS. APVL. herb. 112 tit. herba latirida (l. 3 herbae -dae. 7 -dam. 10 [*e* DIOSC.] lactyris). THEOD. PRISC. log. 99 -des . . . admiscebis (*var. ll.* lactides, lacterida(s) *al.*). DIOSC. 4, 161 p. 79, 12 de lateris: lateris, multi etiam et ista ut lateridam conputant (*gr. 4, 166, 1* λαθυρίς· . . . ἐν τοῖς τιθυμάλλοις). *v. etiam* inturis. 2 *nomen cucumeris silvestris*: GLOSS. III 540, 25 litridos. 540, 34 latridos. 567, 15 latridus.

lathyrus, -ī *m.*, λάθυρος. *nomen cicerculae*: ORIBAS. syn. 4, 21, 6 Aa p. 23 lateri, araces (*sic distinguendum, cf. gr.* λάθυροι, ἄρακοι. Ab lacterida).

latibulo(r), -āre (-ārī). *a* latibulum. NON. p. 133, 6 -et et -etur pro lateat (*afferuntur* LAEV., PVBLIL.). GLOSS. V 643, 49 -boletur: lateat (laterum *trad.*). *i. q. latere*: LAEV. carm. frg. 24 nocte ut opertus amictu -etur (*desideratur forma activa*, -et vir *Morel*). PVBLIL. mim. 2 progredere et, nequis -etur, perspice.

*latibulum, -ī *n.* *a* latere. *scrib.* na- GLOSS. *primae decl.* -(a)e NOT. Tir. 57, 10 (*antea*: latebre). *inde a* CIC. *i. q. latebra* (GLOSS. φωλεός. κρυπτήριον *sim.* defensaculum. GLOSS.[L] II Abav. LA 64 -a: lustra, latebra⟨e⟩. V Aa L 166 res latens [pat- *trad.*]): 1 *corporaliter*: a *de speluncis sim. animalium*: CIC. Vatin. 4 te tamquam serpens e -is . . . intulisti. Rab. Post. 42 cum etiam ferae -is se tegant. off. 1, 11 *animantia parant sibi* ad vivendum necessaria . . . ut pastum, ut -a (*inde* AMBR. off. 1, 27, 128). CATVLL. 63, 54 ferarum . . . stabula . . . et earum . . . -a (AMBR. Hel. 5, 12 locus [*sc. spelunca, gen. 19, 30*] f. magis -is quam humanis aptior domiciliis). PHAEDR. 1, 30, 9 *taurus a grege expulsus* paludis in secreta veniet -a. 2, 8, 1 cervus nemorosis excitatus -is (*cf.* SYMM. or. 2, 10 silvestribus). SEN. dial. 7, 20, 6 nocturna animalia, quae . . . -a sua . . . petunt. LACT. inst. 3, 10, 3 -a . . . in plures exitus dispatentia (*cf.* ira 7, 10). 6, 10, 17 cubilia . . . et -a. opif. 2, 3. AMBR. hex. 5, 13, 42 illa *alcyon* teneros fetus non -is aliquibus abscondit. VVLG. Iob 37, 8 ingredietur bestia -um et in antro suo morabitur (*Hier. interpr. Iob* sub protectione . . . in cubili). SALV. gub. 4, 43 formicae in subterraneis -is . . . frugum genera condentes. GREG. M. moral. 17, 51 -a serpentis (*affertur Is. 11, 8*). b *de variis latebris*: CIC. Flacc. 31 *piratis* defendendi facilis est cautio . . . -is occultorum locorum. Att. 12, 13, 2 aliquod emere -um et perfugium doloris mei. CVRT. 6, 5, 17 venantium modo -a *incolarum rudium* scrutatus. PLIN. paneg. 12, 4 illi *trans Danubium habitantes* . . . -is suis clausi tenebantur. APVL. flor. 19 p. 96 animam in corporis -is delitiscentem. met. 8, 6, 1 exciti -o suo quisque familia . . . concurrimus. 8, 29, 6 praedam absconditam -is aedium. ITALA I Macc. 2, 41 (rec. B) mortui sunt fratres nostri in -is (*gr.* ἐν τοῖς κρύφοις, *rec. L et Vulg.* in occultis). psalm. 17, 12 (Veron. *al.* = VVLG.) *deus* posuit tenebras -um suum (*gr.* ἀποκρυφὴν. VVLG. II reg. 22, 12. *cf.* Iob 22, 14 nubes -um

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eius). ZENO 1, 4, 4 *homines libidinosi* turpibus iam non contenti -is (*cf.* AVG. civ. 14, 18 p. 41, 15 *D. lupanaria* -a illius foeditatis). AMM. 17, 13, 17 occuparunt -a Sarmatarum. 18, 6, 14 planities . . . camporum, nulla . . . -a praebere sufficiens. 24, 4, 12 terrarum -a concava oblongis tramitibus . . . struebantur (HEGES. 1, 30, 9 saxorum). 26, 6, 4 cum . . . indagari -a sua sentiret et ferinae vitae iam fuisset pertaesum. 29, 5, 19 e -is, quibus sese commiserant, egressi. VVLG. Is. 16, 4 Moab esto -um eorum a facie vastatoris. *al.* AVG. enchir. 19, 72 qui dat . . . fugienti -um. MART. CAP. 3, 223 *Grammaticam* diu . . . obtectam -is ab ipso repertam . . . Cyllenio. 9, 899 *Harmonia* post longae occultationis oblivia de fugae revocatur . . . -is (GREG. TVR. Franc. 10, 1 p. 481, 14). COD. Theod. 7, 19, 1 pr. ad diversa semet -a contulerunt *Saturiani* (*seq.* latebram). *al.*

2 *incorporaliter*: APVL. apol. 1 quaerere . . . ex diffidentia -um aliquod temeritati. met. 5, 19, 5 mulieres omissis tectae machinae -is destrictis gladiis fraudium simplicis puellae . . . cogitationes invadunt. 7, 25, 3 (*asinus fugiens puerum crudelem a viro quodam abducitur*) Fortuna . . . tam opportunum -um . . . praeversa novas instruxit insidias. CHALC. comm. 253 discussis penitus -is quaestionis vidit *eqs.* AMBR. hex. 3, 1, 4 palus est incontinentia, in qua . . . -a passionum *sunt.* MAXIMIN. c. Ambr. 95 dissensio idcirco optabilis, quod haec -um sit vestri erroris (*cf.* AVG. c. mend. 6, 12 eorum *haereticorum* -a penetramus. FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 5 quod . . . tenebrosae obstinationis -um haeretica potest infidelitas reperire . . .?). AVG. c. acad. 3, 10, 22 p. 63, 1 *definitio quaedam* est . . . -um tuum (*sc. Carneadis*), unde in incautos . . . erumpis. in euang. Ioh. 28, 8 (*ad 7, 10* quasi latenter) ego quod dixi, in -o est. 119, 4 *homines* cor habentes velut spongiam, cavernosis quodammodo atque tortuosis -is fraudulentum (*cf.* Ps. AVG. serm. 12 [= CAES. AREL. serm. 88], 4 perscrutemur -a cordis nostri). pecc. orig. 21, 23 ut possint *verba* . . . dogmati praebere -a. spir. et litt. 15, 27 gratia in testamento vetere velata latitabat . . . et fortasse ad illud ipsum eius -um pertinet, quod in eo decalogo . . . hoc solum praecepto figurato occultatum est, quod *eqs.* GREG. M. moral. 2, 12 *diabolum* contra bonos intra cogitationum suarum -a conqueri. 20, 35 sese in conscientiae suae -is quasi in terrae cavernis occultant.

deriv.: latibulo(r).

*lāticlāvius, -a, -um. *a* 1. latus *et* clavus, *cf.* angusticlavius, 1. laticlavus. *abbrev. in titulis* (*iuxta vocem q. e.* tribunus): l, lat, latic, laticl, lc.

i. q. lato clavo, proprio senatorum signo, praeditus: **1.** *strictius*: **a** *de vestibus sim.*: VAL. MAX. 5, 1, 7 tunica -a (*nomine deficiente* LAMPR. Alex. 21, 4 [*e Mario Maximo*]. *cf.* LYD. mag. 1, 17 λατικλαβίας αὐτὰς ὠνόμαζον *sc.* χλαμύδας). PETRON. 32, 2 *Trimalchio* circa . . . cervices -am immiserat mappam. **b** *de hominibus*: SVET. Dom. 10, 5 tribunum (COD. Iust. 6, 21, 4 pr. *a. 222.* CIL II 1262. 3272 III 995. 1178 *a. 211/222.* 2732 V 1874. *et saepe in titulis*). CIL VI 1538 Egriliano -o. XII 516 ⟨p⟩uero -o (‘*clarissimo*’ *Mommsen*). *nomine deficiente*: SVET. Aug. 38, 2 liberis senatorum . . . protinus ⟨a⟩ virili toga latum clavum induere . . . permisit . . .; . . . binos plerumque -os praeposuit singulis alis. Nero 26, 2 a quodam -o . . . caesus. CIL V 7366 benef(iciarius) -i leg(ionis) XIII. **2** *laxius*: PETRON. 76, 2 (*loq. Trimalchio*) accepi patrimonium -um. CASSIOD. var. 6, 14, 3 dignitatem.

n. pro subst. **lāticlāvium, -ī.** *i. q. tunica lato clavo praedita* (*dub. an huc* GAIVS dig. 24, 1, 42 si uxor viro -i petenti gratia donet [lati clavi g. p. *sc.* ‘*candidato*’ *Mommsen dubitanter in app., in textu ponens* lati clavii]): SCHOL. Iuv. 1, 106 ‘purpura (maior)’: -um. OROS. hist. 5, 18, 17 -a et cetera dignitatis insignia (*cf. Liv. perioch. 74* praetextae et alia magistratuum insignia). GLOSS. πλατυπόρφυρον -us (*sic*). πλατύσημον -um.

1. lāticlāvus, a, -um. *a* 1. latus *et* clavus, *cf.* laticlavius. *i. q. lato clavo praeditus*: NOT. Tir. 36, 34 (*inter* clavus *et* angusticlavus). *huc fortasse* GLOSS. II 586, 25 -um: latum circumseptum.

n. pro subst. **lāticlāvum, -ī.** *i. q. tunica lato clavo praedita* (*cf.* laticlavium *et* angusticlavum *vol. II 61, 37*): COD. Theod. 6, 4, 17, 1 dedecus videtur mulieres ad -um atque insignia procedere.

[2. lāticlāvus *notione q. e.* latus clavus *vix recte vulgo accipitur* TERT. idol. 18 p. 52, 1 idolis induantur praetextae et trabeae et -i (*sic edd., sed* lati clavi *scribendum est, cf.* clavum induere *vol. III 1330, 17 sq.*). COD. Theod. 6, 4, 17, 1 *v. s.* 1. laticlavus *l. 64.***]** *B.*

lātifico, -āre. *a* 1. latus *et* facere. *i. q. dilatare*: ITALA gen. 9, 27 (Ambr. epist. 55, 3, *ubi* laeti- *trad., et* Aug. civ. 16, 1 p. 121, 19 D. c. Faust. 12, 24, *ubi* laeti- *var. l.*) -et deus Iaphet (*gr.* πλατύναι ὁ θεὸς τῷ Ιαφεθ, *aliae versiones et Vulg.* dilatet, *cf. vol. V 1, 1165, 39 sqq.*). GLOSS. II 409, 4 πλατύνω dilato, -o, prolato.

lātifolius, -a, -um. *a* 1. latus *et* folium. *i. q.* πλατύφυλλος (*quae vox, sc. Theophrasti, vertitur*): PLIN. nat. 15, 26 *laurus.* 15, 27 *myrtus* (15, 122). 16, 20 *quercus* (16, 23. 26). 26, 24 sideritis.

lātifundium, -ī *n.* *a* 1. latus *et* fundus. **1** *strictius de praediis immensis*: **a** *solum ponitur*: VAL. MAX. 4, 4, 7 magna -a . . . Cincinnati fuerunt; VII enim iugera agri possedit. SEN. epist. 88, 10 metiri me geometres docet -a potius quam doceat, quomodo metiar, quantum homini satis sit. 89, 20 -is vestris maria cinxistis. PETRON. 77, 1 -a possides. PLIN. nat. 13, 92 *mensa* HS |XIIII| permutata, -i taxatione, si quis praedia tanti mercari malit. 17, 192 operarum ista computatio est in -dis. 18, 17 nec e -is singulorum contingebat *vilitas* arcentium vicinos, quippe etiam lege Stolonis Licini incluso modo quingentorum iugerum. 18, 35 -a perdidere Italiam, iam vero et provincias *eqs.* 18, 261 Galliarum -a (18, 296). FLOR. epit. 3, 19, 3 quodam modo suburbana provincia -dis civium Romanorum tenebatur. **b** praedia -a: SERV. georg. 2, 412 (‘laudato ingentia rura’) et Cato (*ad fil. frg. 9*) . . . et Cicero in oeconomicis (*phil. frg. I 4*) . . . laudat p. -a.

2 *latius de vastis regionibus*: SOL. 27, 55 omne . . . -um, quod inter Aegyptum, Aethiopiam Libyamque diffunditur. 48, 2 (*de Margiane*) in toto illo -o (*Plin. nat. 6, 46* tractu).

lātifundius late possidens GLOSS.[L] I Ansil. LA 454. *a* 1. latus *et* fundus, *cf.* latifundium.

πλατυλόγος **lātiloquēns** GLOSS. II 409, 3. *a* 1. latus *et* loqui. *cf. p. 1024, 27.* *van Wees.*

***latīnitās, -ātis** *f.* *a* Latinus. *plur. legitur l. 34. 68.* *transit in gr.* λατινότης.

1 *i. q. sermo Latinus purus* (*cf.* ἑλληνισμός): **a** *in doctrina rhet., gramm.*: RHET. Her. 4, 12, 17 haec (*elegantia*) tribuitur in -em, explanationem; -s est, quae sermonem purum conservat ab omni vitio remotum. SVLP. VICT. rhet. 15 p. 320, 32 in elocutione haec observanda sunt: -s, perspicuitas . . .; ex quibus nimirum -s primo loco rectissime posita est; quid enim prius est, quam ut Latine, hoc est ut emendate loquamur? DIOM. gramm. I 439, 15 -s est incorrupte loquendi observatio secundum Romanam linguam; constat autem, ut adserit Varro, his quattuor: natura, analogia, consuetudine, auctoritate *eqs.* (*inde* AVG. gramm. V 494, 3, *sed in fine*: modis tribus, id est ratione, auctoritate, consuetudine [*item* MAR. VICTORIN. gramm. VI 189, 2 AVDAX gramm. VII 322, 21]. *quattuor illos modos probat Char. gramm. p. 62, 14 B.*). POMER. 3, 34, 2 ea est . . . iudicata -s, quae breviter et aperte, observata dumtaxat usitatorum verborum proprietate, res intelligendas enuntiat; non, quae vernantis eloquii venustate . . . luxuriat *eqs.* CASSIOD. gramm. VII 203, 10 (*ex Caesellio*) nobis iam decor et levitas obtinenda est, qui maximus fructus est -is. VIRG. gramm. epit. 1 p. 5, 17 -is . . . genera sunt XII. 15 p. 88, 22 *Virgilius Assianus* scripsit librum nobilem de duodecim -bus (*enumerantur* usitata, assena, semedia, numerosa, metrofia *eqs.*). *libros* de -e *scripserunt* (*siquidem inscriptionum genuina forma affertur*) FL. CAPER *teste* Char. gramm. p. 253, 11 *et* 269, 16 B. (*ex Romano*), DIDYMVS *teste* Prisc. gramm. II 548, 10. **b** *exempla usum illustrantia*: CIC. Att. 7, 3, 10 secutus . . . sum, non dico Caecilium (*affertur com. 258*) . . ., malus enim auctor -is est, sed Terentium, cuius fabellae propter elegantiam sermonis *eqs.* TER. MAVR. 1303 quinque contenta est figuris (*vocalium*) Romuli -s. IREN. 2, 35, 3 (2, 58, 1 H.) secundum -em (HIL. trin. 11, 17). HIL. in psalm. 54, 11 proprietatem verbi sive hebraici sive graeci -s, uti in multis, non elocuta est (65, 12. *cf.* 65, 18 reddidit). 118 daleth 12 p. 398, 9 verbi utriusque huius -s nostra . . . obscuritatem nobis adfert *eqs.* 118 lamed 14 p. 465, 8 satisfactionem intellegentiae ex -is translatione (*i. versione Latina*) praestari. 136, 10 obscurum est per condicionem -is. 143, 2 ratio -is, quae nominibus pronomina non est solita praeponere. VITA Anton. epil. p. 93, 18 graecus sermo translatus in -em (*antea*: in Latinam linguam). DARES prol. p. 1, 8 in -em transvertere. SERV. ecl. praef. p. 4, 3 ut in ultima sit *accentus*, -s vetat. 3, 38 quod est in -e vitiosum. georg. 1, 206 -s non habet *participia praes. pass.* (1, 207 SCHOL. Stat. Theb. 1, 355). Aen. 1, 67 cum -s exigat, ut *eqs.* 2, 471 in hoc -s deficit (AVG. in psalm. 123, 8 deficiente -e). 3, 104 quod -s non recipit. 12, 486 interiectionem, quam sola -s possidet. SCHOL. Hor. carm. 4, 14, 7 ‘(legis expertes) Latinae’: -is nescii vel civilitatis. HIER. in Gal. lib. 2 praef. p. 357[A] cum . . . -s et regionibus quotidie mutetur et tempore. MACR. Sat. 1, 17, 7 -s eum (*Apollinem*) . . . ‘solem’ vocavit. 5, 17, 20 regula -is (EVCHER. instr. 1 p. 89, 18). CASSIOD. inst. 1, 23, 2 -is et graecitatis peritia. *al.*

2 *i. q. ius Latii*: CIC. Att. 14, 12, 1 multa illis *Siculis* Caesar (*sc. praestitit*), neque me invito, etsi -s erat non ferenda. SVET. Aug. 47 quasdam . . . merita erga populum Romanum allegantes -e vel civitate donavit (COD. Theod. 9, 24, 1, 4). VLP. reg. 3, 4 post -em quam acceperat. 22, 8 COD. Iust. 7, 6, 1, 3. 6. 8. 11. 12. 12[a]. INST. Iust. 3, 7, 4 vias, quae in -em ducebant, ad civitatem Romanam capiendam transposuimus. NOVELL. Iust. 78 pr. dediticiorum iniuria liberavimus libertates et -es velut imperfectas exclusimus. LEX Burg. Rom. 44, 5 Latini aliter intellegi non possunt . . ., quam si . . . pronunciante domino ad convivium evocantur, ita ut . . . dominus testetur, eum causa conlatae -is ad suum convivium adhiberi (*seq.* non c. -is, sed paupertatis propter solatium).

latinizo, -āre. *a* Latinus, *cf.* latino *et* graecizo. *i. q. in sermonem Latinum convertere*: CAEL. AVR. acut. 2, 1, 8 *Sorani* haec sunt, quae -anda suscepimus (2, 10, 65 quae nostra mediocritas -anda existimavit).

latīno, -āvī, -āre. *a* Latinus, *cf.* latinizo. *i. q. in sermonem Latinum convertere*: VINDIC. epist. ad Pentad. p. 485, 6 ex libris . . . Hippocratis intima (syntomata *var. l., fortasse recte*) -vi. CAEL. AVR. chron. 5, 4, 77 cataclysmo . . ., cuius nominis vim praescriptis libris saepius -vimus (latinizavimus *ed. Rovilliana in marg.*). GLOSS. II 429, 10 ῥωμαΐζω -o. *B.*

***lātio, -ōnis** *f.* *a* ferre (2. latus). [*falso tradi vid.* PORPH. Hor. sat. 1, 9, 35.]

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *in vita publica fere i. q. oblatio, propositio, rogatio sim.*: **a** *legum* (*vox q. e.* legis *saepe anteponitur, saepissime in versionibus e graeco factis, sc. sec.* νομοθεσία, *cf.* lator): CIC. Mur. 5 quid est, quod meam defensionem -o legis impediat? dom. 53 si per vim tulisti, tamenne lex est . . . ? an si in ipsa -e tua *eqs.* Att. 3, 26 legum -em exspectare. ITALA Rom. 9, 4 (cod. d *al.* = VVLG.) Israhelitae, quorum adoptio est filiorum et . . . testamenta et legis -o *eqs. et saepe ap. ecclesiasticos.* **b** *aliarum rerum*: LIV. 2, 33, 1 magistratus . . ., quibus auxilii -o adversus consules esset. 9, 23, 24 suffragii (38, 36, 7. 45, 15, 3 PLIN. nat. 35, 162 LEX Malac. [CIL II 1964] 1, 50 SERV. Aen. 7, 709). GAIVS dig. 39, 6, 31, 4 accepti (*v. vol. I 282, 18sqq.*). GELL. 14, 2, 7 expensi (*v. vol. V 2, 1647, 63*). SCHOL. Cic. Bob. p. 117, 22 rogationis (*Cic. Mil. 15* rogatione *tantum*). COD. Iust. 4, 32, 27 pr. eius *sanctionis. huc fortasse* GLOSS.[L] II Philox. TR 65 transmarina -o: διαπόντιος διωρία.
2 *in doctrina philos. vertitur gr.* φορά *'motus'*: BOETH. top. Arist. 4, 2 p. 944[A]. 945[A]. 6, 3 p. 974[C] solis -o super terram (*bis*). *Hübner.*

lātiōsum, -ī *n.* *a* latius (1. latus), *cf.* 2. latio. *i. q. spatium latum*: ITALA Os. 4, 16 (Wirc.) pascet eos dominus tamquam agnos in -o (*gr.* ἐν εὐρυχώρῳ, *Vulg.* in latitudine).

lātipēs, *acc.* -pedem. *a* 1. latus *et* pes. *i. q. latis pedibus praeditus*: AVIEN. Arat. 1684 -em . . . anatem (*aliter gr. 917* ἀγριάδες νῆσσαι).

latirida *v.* lathyris.

latitābundus, -a, -um. *a* 1. latitare. *i. q. ad latendum promptus*: SIDON. epist. 1, 6, 4 non nequiter te . . . post sedentes censentesque iuvenes inglorium rusticum, senem stantem -um pauperis honorati sententia premat . . . ? 4, 23, 1 filius tuus . . ., qui te relicto deliquisse se maeret . . .; corripui -um. ALC. AVIT. epist. 77 p. 96, 29 sigilli duplicis forma . . . inseratur *anulo*, quae . . . vicissim seu -a seu publica obtutibus intuentium . . . mutetur.

latitātio, -ōnis *f.* *a* 1. latitare. **1** *i. q. status latendi*: **a** *iudicii vitandi causa*: QVINT. inst. 7, 2, 46 quaestio 'an fecerit' incipit a secundo tempore *et huic adhaerente* . . ., quorum sunt sonus, clamor, gemitus; insequentis *temporis sunt* -o, metus, similia. VLP. dig. 42, 4, 7, 2sqq. (*v.* 1. latito *sub 1b*). **b** *in univ.*: PS. TERT. execr. 3 a cuius (*Saturni*) -e lingua Hesperia Latina nominata est . . ., sicut etiam . . . Vergilius meminit (*Aen. 8, 322sq., ubi veriloquium terrae, non linguae exstat*). 5 de -e *Saturni*. GLOSS. II 238, 10 ἀπόκρυψις -o.
2 -o: cripta GLOSS. II 585, 39 (*'male ex graeco versa' ed.*).

latitātor (laci- *cod.*) qui se promissam inplere posse excussat GLOSS. II 585, 48. *a* 1. latitare. *ad rem cf. ibi sub 1b.*

lātitia, -ae *et* **lātitiēs,** (-ēī) *f.* *a* 1. latus, *cf.* longitia. -es DIOSC. [*it. vet.* latezza; *francog. vet.* laece; *prov. vet.* ladeza. *cf. Battisti-Alessio III 2175. Wartburg V 203. G.*] *i. q. latitudo*: GROM. p. 308, 17 in XII pedes -am constituimus. 312, 28 casa . . . fines quam maxime in longum habens, in -a breviores (322, 4. 9. 313, 28. 333, 16). 319, 24 -a finium pedes CL. 322, 24 in -a . . . et in longitudinem *eqs.* (*antea*: in longitudinem et in latitudinem). CIL VI 26259 habet . . . agellus conclusus -ae p(edes) LXXV, longitiae p(edes) CXXXVII. DIOSC. 3, 5 p. 378, 17 in quo semine est -es sicut lenticulae, sed oblongu(m) est (*cf. gr. 3, 5, 1* καρπὸς . . . πλατάνου σφαιρίων μέγεθος).

1. *latito, -āvī, -āre. *a* latere. *abbreviatur* f(raudationis) c(ausa) l(atitat) PROB. litt. sing. gramm. IV 276, 66 (*cf. infra sub 1b*). *formae perf.*: -arit (*codd. rec.*, -at *cett.*, -bit VLP. dig. 42, 4, 7, 1) EDICT. praet. Cic. Quinct. 60, -asset CIC. Quinct. 86, -verunt ITALA deut. 7, 20 (Lugd.). *legitur inde a* PLAVTO, *adamatur a dactylicis.* [*falso trad.* PLAVT. Trin. 295 (*pro* lutit-). CAES. civ. 2, 4, 4 invisis -tis *pro* invisitatis *vel sim.*]
i. q. latere, λανθάνειν (GLOSS.; VLP. dig. 42, 4, 7, 8 -are . . . est cum tractu aliquo latere, quemadmodum factitare frequenter facere. *tamen vis iterandi vel augendi vix est perspicua; accedunt* diu, saepe *hic illic, cf.* solet . . . -are CARM. de Sod. 33. *adhibetur nude vel c. additamentis ut* in, inter, sub *al. saepe,* 'alicui' *l. 65,* 'abante *aliquem*' *p. 1008, 17,* '*aliquem*' POMPON. dig. 35, 1, 8): **1** *proprie*: **a** *in univ.*: PLAVT. Trin. 927 (*925* latuit) quid ergo ille . . . mihi -bat? CIC. Cluent. 39 extrahitur domo -ans Oppianicus. dom. 83 -at omnino *Clodius* (*ibid.* occultantem se). LVCR. 1, 877 (*v. sub 2*). 1, 890 fruges frondesque videri dispertita in⟨ter⟩ terram -are minute. HIRT. Gall. 8, 31, 5 suis finibus expulsus, errans -ansque. BELL. Afr. 91, 1 in villis -ando. HOR. carm. 3, 12, 1 arto -antem fruticeto . . . aprum. OV. met. 4, 405 iam dudum -ant per tecta. 9, 211 -antem rupe (12, 786). 10, 449 tegunt . . . -antia sidera nubes. 14, 214 per . . . dies multos. trist. 1, 1, 111 hos (*libros, sc. artem amandi*) procul obscura -antes parte videbis. 3, 4, 71 nec meus indicio -antes versus amicos protrahit; occulte si quis amabat, amet. VAL. MAX. 9, 7, 4 in . . . tabernula. SEN. Ag. 968 quo -et loco? Herc. f. 1107 imo -ans Cerberus antro. Med. 96 -ant Pleiadum greges. Tro. 629 hostem . . ., ubicumque -at, . . . in medium date. 1049 *mari crescente* longe -bit Ide. benef. 4, 13, 1 sub densa umbra. clem. 1, 3, 5 in qua sede -et *animus.* dial. 7, 7, 3 voluptatem -antem saepius ac tenebras captantem circa balinea *eqs. al.* LVCAN. 6, 712 in Tartareo . . . antro. PETRON. 116, 8 inter ignominiosos. CALP. ecl. 3, 95 vel . . . carice tectus vel . . . -ans vicina saepe sub horti. AMPEL. 2, 5 leo diu spelunca -vit. HADR. carm. frg. 3 ambulare per tabernas, -are per popinas. TERT. anim. 28, 2 subterraneo -at *Pythagoras.* HIER. epist. 36, 2, 3 abscondar, ut -em (*explanatur gen. 4, 14*). *al.* **b** *iudicii vitandi causa* (CIC. or. frg. B 24 -are est . . . turpis occultatio sui. *quam definitionem reicit, qui eam affert,* VLP. 42, 4, 7, 4 potest enim quis -are non turpi de causa, veluti qui tyranni crudelitatem timet *eqs.* [*fusius agitur de significatione vocis apud iurisconsultos tractatae*]. adversus *aliquem* VLP. dig. 42, 4, 7, 7. 13. *cf.* lateo *p. 995, 62,* latitatio, latitator): AFRAN. com. 49 rus ire, dotem ne repromittas vafer, honeste ut -es et nos ludas diutius (*cf.* CIC. Quinct. 54 -are ac diutius ludificare). EDICT. praet. (Cic. Quinct. 60 Vlp. dig. 42, 4, 7, 1) qui fraudationis causa -rit (*adde p. 1007, 53. et v. vol. VI 1, 1261, 22sqq. cf.* CIC. *l. c.* non est is Quinctius, nisi si -ant, qui ad negotium suum relicto procuratore proficiscuntur. 75. 84 fraudandi causa [86]. 85. VLP. *l. c.* 2 non sufficit -are, sed et necesse est f. c. id fieri: neque quod f. c. sine latitatione fit, satis est *eqs.* [*ibid.* 6. 7. *cf. 9* latitatio animum et affectum occultantis se desiderat]). POMPON. dig. 40, 5, 20 (*ex Iuliano*) si -bit vel si iusta ex causa aberit (*eadem oppositione* PAPIN. dig. 40, 5, 22, 1. 2 VLP. dig. 40, 5, 1). ITALA deut. 7 20 qui -verunt abante te *deum* (*gr.* κεκρυμμένοι ἀπὸ σοῦ, *Vulg.* qui te . . . latere potuerint). PACIAN. epist. 3, 6 cum . . . dies cognitionisipsius immineret, [et] hīc -vit.
2 *translate*: LVCR. 1, 642 stolidi . . . admirantur . . ., inversis quae sub verbis -antia cernunt. 1, 875 linquitur *homoeomeriam probantibus* . . . quaedam -andi copia tenvis, id quod Anaxagoras sibi sumit, ut omnibus omnes res putet immixtas rebus -are. MANIL. 4, 363 haec ratio retegit -antis robora mundi. SEN. Med. 156 levis est dolor, qui capere consilium potest et clepere sese; magna non -ant mala. Thy. 897 tenebras, miseriae sub quibus -ant tuae. dial. 5, 13, 3 -antis irae. MAR. VICTORIN. ad Arium 4, 20 -ans et occultus λόγος. HIER. epist. 15, 4, 5 quid (qui *var. l.*) sub ambiguo sermone -ant *haeretici*? AVG. in euang. Ioh. 69, 1 nondum capimus . . . sententiam -antem. quaest. hept. 4, 45 ad intellectum, qui in aenigmate -ret. SIDON. epist. 9, 2, 3 ne . . . nimis exigas verecundiam meam qualitercumque -antem. *al.*
part. praes. **latitāns,** -antis *pro adi.*: PRVD. c. Symm. 1, 538 -i ex hoste . . . tropaea refert. *ceterum v. supra.*
deriv.: latitabundus, latitatio, latitator.

2. lātito, -āvī, -āre. *a* ferre (2. latus). CATO inc. libr. frg. 28 -verunt (Paul. Fest. *ad l.*: pro 'saepe tulerunt'). *cf.* lato.

3. lātito, -āre. *a* 1. latus. *i. q. latum facere, divulgare* (*vertitur* πλατύνω): SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 119, 14 ut impietatem spargant et -ent (*sic cod. W*; ut impiam doctrinam dilatare ac disseminare possent *alia versio,* seminare et dilatare *versio Cassiodori hist. 4, 24, 31; gr.* διασπεῖραι καὶ πλατῦναι). *B.*

***lātitūdo,** -inis *f.* *a* 1. latus. *plur. apud* CIC., VITR., COLVM., PLIN. nat. *al.* *legitur inde a* CATONE, SISENNA, CIC., *non apud poetas.* [*confunditur c.* altitudo (CAES. Gall. 2, 29, 3. 5, 42, 5; *restituitur* alt- CAES. civ. 2, 15, 1), amplitudo (PLIN. nat. 13, 79). *vix recte trad.* TERT. idol. 8 p. 37, 9 scit et pictor . . . et quicumque caelator -es (*'opera . . . quam latissime diffusa' Oehler,* alitudines *Hartel*) suas et utique multo faciliores; nam qui signum describit, quanto facilius abacum linit.]
i. q. πλάτος (GLOSS.): **1** *proprie*: **a** *usu strictiore*: **α** *generatim* (*exempla selecta; opp.* longitudo, altitudo *saepe*): CATO agr. 18, 3 summa torculario . . . -e p(edes) LXVI, longitudine p(edes) LII (*cf.* VARRO rust. 1, 10, 2 decem pedes et longitudine et -e. 3, 9, 6 [*antea*: in longitudinem]. VITR. 4, 4, 1 PLIN. nat. 5, 33. 6, 165 [*seq.* altitudine, in longitudinem]. PALLAD. 9, 8, 5. *al.*). 22, 2 -em *trapeti* orbiculis . . . temperato. SISENNA hist. 57 armati dextera ducti ⟨magis⟩ magisque in -em discedunt. CIC. ac. 2, 116 liniamentum *esse* ⟨longitudinem⟩ sine ulla -e. nat. deor. 1, 54 in hac . . . immensitate -um, longitudinum, altitudinum . . . vis . . . volitat atomorum. 2, 159 vires umerorum (*sc. boum*) et -es ad aratra [ex] trahenda *natae.* CAES. Gall. 1, 2, 5 qui *fines* in longitudinem milia passuum CCXL, in -em CLXXX patebant (2, 7, 4. 2, 8, 3 civ. 1, 45, 4. 3, 63, 1 VARRO rust. 3, 5, 10 LIV. 26, 42, 7. 34, 20, 4. 38, 59, 6 VITR. 4, 3, 6 MELA 2, 55 PLIN. nat. 3, 3. 132. 4, 22 QVINT. inst. 1, 10, 42. *al. cf. formam* '-o patet': CAES. Gall. 6, 25, 1 [*loco suspecto*]. LIV. 37, 31, 9 AMM. 23, 6, 11). 2, 17, 4 in -em ramis enatis. 2, 29, 3 aditus in -em non amplius CC pedum relinquebatur (*cf.* civ. 1, 61, 1 fossas pedum XXX in -em. VARRO ling. 5, 34 eius *actus* finis minimus constitutus in -em pedes quattuor . . ., in longitudinem centum viginti. *al.*). civ. 3, 46, 1 mediocri -e fossam. BELL. Afr. 14, 1 equitatus sese extendere et in -em promovere. 50, 1 convallis satis magna -e, altitudine praerupta. LEX Iul. munic. (CIL I[2] 593) 39 quamtum quoiusque ante aedificium viae in longitudine et in -e erit (FEST. p. 371 privatae *viae* VIII pedes in -e. VVLG. Ezech. 40, 6 limen unum calamo uno in -e [*7* in latum]). VARRO rust. 1, 8, 2 *iugationis vinearum species* in longitudinem et -em iugata. LIV. 5, 54, 5 Etruria . . . inter duo maria -em obtinens Italiae. 35, 29, 4 quantum -o vallis patiebatur. VITR. 1, 5, 6 fossae sunt faciendae -bus et altitudinibus quam amplissimis. 2, 8, 11 platea ampla -e facta. 5, 9, 3 modulorum duorum *eqs.* (*c. gen. mensurae ut* FRONTIN. aq. 25 HIER. epist. 64, 12, 2 VVLG. exod. 26, 2 Zach. 5, 2. *al. cf. adi.*: VITR. 10, 15, 2 sesquipedali. 10, 15, 5 COLVM. 5, 5, 2. 11, 2, 28 PLIN. nat. 15, 95. *al.*). FEST. p. 363 lignum . . . pedem et besem -is habens (*cf.* COLVM. 3, 13, 4 senum pedum -is sulcos. 5, 1, 5, *ubi refertur* VARRO, *quem v. l. 68.* PLIN. nat. 4, 4. *al.*). COLVM. 5, 2, 4 sin . . . cuneatus ager fuerit, . . . latus ex una parte pedes XX,
[*van Wees*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ex altera pedes decem, duas -es conponemus: fiet utraque summa pedes xxx. 5, 3, 7 per -em *ordinis* semina xxv *consitio habebit* (PLIN. nat. 18, 337 linia, quam p. -em umbrae duximus. CIL VI 10250. 31567 [*a. 109*] emptis locis p. -em p(edum) xxx. 36507 XI 3093). PLIN. nat. 3, 43 *Italia* proceritate amplior quam -e. *al.* *? ad -em i. q. late, ordine explicato*: DARES 19 p. 24, 7 tota classis ad -em (in -em, in -e *var. ll.*) accedit ad Troiae litora.

β in astronomia: ① *zodiaci*: CIC. nat. deor. 2, 53 *Venus* -em lustrans signiferi orbis et longitudinem. PLIN. nat. 2, 66 luna quoque per totam -em eius vagatur. *ibid.* duodenis partibus, tot enim sunt -is (-es, -e *var. ll. cf.* HYG. astr. 4, 13 p. 113, 9 MART. CAP. 8, 867. 879). MART. CAP. 8, 834 circuli. 8, 849 zodiaci. ⑪ *ipsarum stellarum sc. errantium in zodiaco, i. distantia earum ab ecliptica linea*: PLIN. nat. 2, 66 huic (*rationi sublimitatum*) conexa -um signiferi (*i. -um, quae stellis sunt intra signiferum*) obliquitatisque causa est. 2, 67 -um ratio ad austrum descendentium aut ad aquilonem subeuntium *stellarum*. 2, 68 stellas . . . proximas esse terrae et altitudine et -e, exortusque matutinos in initio cuiusque fieri, stationes in mediis -um articulis, quae vocant ecliptica. 2, 69 ab exortu matutino -es scandi (2, 75). 2, 71 ab exortu vespertino -o descenditur . . ., cum et altitudo descenditur. 2, 72 spatia longitudinis -um evagatione pensant *stellae*. 2, 75 *stellam* degredi . . . -e.

b *latius, sc. comprehensa longitudine, i. q. amplitudo, vastitas*: CIC. leg. agr. 2, 68 qui -em possessionum tueri . . . non possint. CAES. Gall. 3, 20, 1 (*loco suspecto*) *Aquitania* regionum -e et multitudine hominum ex tertia parte Galliae est aestimanda. ITALA prov. 14, 28 (Aug. c. Parm. 2, 19, 38) in -e gentis gloria regis, in deminutione autem populi contritio principis (*gr.* ἐν πολλῷ ἔθνει, *Vulg.* in multitudine populi. AVG. civ. 16, 2 p. 122, 5 D. in cuius *sc. Christi* domibus . . . habitat gentium -o; nam Iapheth -o interpretatur). OPTAT. 2, 1 p. 33, 21 regnorum (AVG. civ. 4, 15 p. 164, 19 D. regni [OROS. hist. 6, 17, 4]). FILASTR. 121, 3 diocesin . . . ingentem -em prope fines tendentem oceani. AMM. 22, 8, 29 ultra Tanain panduntur in -em Sauromatae. 23, 6, 28 incolae . . . ad -em nimiam extenduntur. 31, 8, 6 per -es Thraciae. CLAVD. DON. Aen. 1, 170 p. 40, 8 pelagi (1, 175 p. 41, 32. 1, 190 p. 42, 19). 7, 1 p. 5, 24 ('Hesperia in magna') in magna Italiae -e. HIER. epist. 24, 3, 1 unius cellulae clausa angustiis -e paradisi fruebatur. *al.*

c *de ipsis locis latis*: SALL. Iug. 17, 4 *Africa* fines habet *mare et* . . . declivem -em, quem locum Catabathmon incolae appellant. VITR. 1, 5, 7 uti cohortes possint . . . supra -em aggeris consistere. PLIN. nat. 4, 9 (*de Isthmo*) irrumpentia e diverso . . . maria . . . omnem ibi -em vorant. 4, 87 (*de Bosporo*) haec ibi -o Asiam ab Europa separat eaque ipsa . . . pervia glaciato freto. 18, 173 -o vomeris caespites versat. ITALA gen. 32, 25 (Lugd. *al.*) tetigit -em faemoris (*gr.* πλάτους, *Vulg.* nervum. *item ibidem* 32, 32). psalm. 17, 20 (Veron. *al.* = VVLG.) eduxit me in -em (*gr.* πλατυσμόν). 117, 5 (*ibid.*) exaudivit me in -e (-em VVLG. *var. l.*; *gr. ut supra*). *al.* HIL. in psalm. 118 daleth 12 p. 398, 14 'plateas' -es esse graecus sermo designat et nos putamus has esse urbium vias . . .; in -bus . . . agit *sapientia eqs.* MART. CAP. 1, 38 extramundanas petere -es. 2, 149 aeria -o. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 67 mellis . . . durati -e cingenda *sunt membra infirma*. GREG. TVR. glor. mart. 42 *discipuli martyrem* secantes -bus stilorum (*Prud. perist. 9, 14* parvis . . . stilis). ISID. eccl. off. 2, 4, 4 corona . . . -o aurei est circuli, quae regum capita cingit. *huc vergunt l. 76. 78.*

2 *translate*: **a** *pronuntiationis* (*verti videtur* πλατειασμός): CIC. de orat. 2, 91 oris pravitatem et verborum -em *Fimbriae* imitatur *Fufius* (*cf. 3, 46* lata [*n. pl.*]. *Brut. 259* dilatandis litteris). GREG. TVR. Franc. 9, 6 p. 418, 17 sermo rusticus et ipsius linguae -o turpis atque obscoena. **b** *copiae argumenti* (*fere de ipso opere l. 67*): PLIN. epist. 1, 10, 5 Platonicam illam sublimitatem et -em effingit. CLAVD. DON. Aen. prooem. p. 3, 17 ut in eodem *themate carminis*, hoc est in eius brevitate, -em magnam futuri operis demonstraret. 1, 340 p. 71, 16 hac angustia verborum quantam -em tenuit! 1, 495 p. 98, 28 magna . . . in poeta -o non multis, sed paucis expressa. p. 99, 1 -em materiae stricto sermone colligere. HIER. in Is. 52, 7/8 l. 72 potest ὤρα secundum graecae linguae -em 'cura' dici et 'sollicitudo'. lib. 18 praef. l. 78 si cui . . . displicet longitudo, audiat . . . posse unumquemque de nostra -e breves sibi commentariolos facere. RVFIN. symb. 34 p. 369B scripturarum (AVG. in epist. Ioh. 2, 2 LEO M. epist. 28, 2 Conc.S II 2, 1 p. 25, 9. *al.*). Orig. in gen. 7, 5 p. 75, 29 spiritalis interpretationis. CASSIOD. inst. 2, 2, 15 epichirema est . . . latior exsecutio rhetorici syllogismi, -e distans et productione sermonis a dialecticis syllogismis. *al.* **c** *variarum rerum*: TERT. idol. 2 p. 31, 21 quot modis nobis praecavenda sit idololatriae -o, quoniam multifariam servos dei . . . subvertit. ITALA prov. 7, 3 (Hil. in psalm. 118 phe 5 p. 509, 24. *al.*, *cf.* Clem. ad Cor. 2, 8) describe haec in -em cordis tui (*gr.* πλάτος, *Vulg.* tabulis. VVLG. III reg. 4, 29 dedit . . . deus sapientiam Salomoni . . . et -em c. quasi harenam. Ier. 17, 1 peccatum . . . exaratum super -em c. eorum. *al.*). RVFIN. Orig. in gen. 3, 5 p. 44, 18 per arctum hoc quaestionis iter ad -em veritatis exire. AVG. in euang. Ioh. 118, 5 (*ad Eph.* 3, 18 quae sit -o *eqs.*) significat opera bona in -e caritatis. in psalm. 17, 22 bonorum operum. *al.* *c. respectu temporis*: CAEL. AVR. chron. 3, 8, 153 erat regulae medicinali conveniens, ad lenimentorum -em sive spatium vomituum designare quantitatem. *van Wees.*

τίθημι lato pono GLOSS. II 455, 28 (loco *ed. Stephani. si recte traditum, conferas* 2. latito).

lātomiae, λατομίαι, *et* **lautumiae** (*āv ex āo, v. Schwyzer I 248*), -ārum *f.* VARRO ling. 5, 151 quod Syracusis, ubi de causa (*corrupt.*) custodiuntur, vocantur latomiae, inde (et de *trad.*) lautumia translatum, quod hic (*i. Romae*) quoque in eo loco lapidicinae fuerunt. PAVL. FEST. p. 117 -as ex Graeco et maxime a Syracusanis, qui λατομίας (*litt. gr. M*) et appellant et habent ad instar carceris; ex quibus locis excisi sunt lapides ad exstruendam urbem. PS. ASCON. Verr. p. 228, 6 -ae carcer Syracusis; lingua Siculorum autem -ae lapidicinae dicuntur, loca caesis lapidibus exsecta. GLOSS. *scribitur*: lautu- *passim*, *scriptura* lau- *confirmata l. 44 et confusione c.* lautitiae *facta* GLOSS. IV 414, 36 lautitiae: carceres et ambitiones (V 656, 1 l.: carceres). laoto- OBSEQ. 40. lato- PLAVT. Capt. 723. VARRO *l. 5.* GLOSS. latu- HIER. chron. a. Abr. 1470 (*cod. O*). GLOSS. lautumn- ORIGO Rom. chron. I p. 145, 1 GLOSS. *cf. l. 21.* *de formis*: *inter* feminina semper pluralia EXC. Bob. gramm. I 549, 17 hae -ae, λατόμια (*deest Char. gramm.*). *cf.* GLOSS. II 358, 53 λατομίαι: hae -ae, singularia non habet. *sing.* -a VARRO *l. 5.* ISID. *l. 61.* GLOSS. (*vix* SEN. contr. *l. 44*). *neutr. sing.* lautumnum (lat-, lautumium) *exhibent codd. optimi* ISID. orig. 5, 27, 23 (*item* GLOSS. V 656, 12).

I *i. q.* λατομίαι, *lapidicinae*: **A** *strictius de loco, ubi lapides exciduntur*: PLAVT. Capt. 723 ibis . . . in -as lapidarias (*cf. 736* in lapidicinas . . . deductus siet). Poen. 827 vel in -is vel in pistrino . . . agere aetatem.

B *laxius de lapidicinis, quibus pro carcere utebantur veteres* (*custodia carcere paulo lenior significari videtur l. 42. cf.* GLOSS. -a: custodia carceris. custodia vel catena. *v. et supra l. 13*): **1** *in singulis civitatibus*: **a** *Syracusis* (*cf. praefationem et* GLOSS. -ae: carceres apud Syracusas): CIC. Verr. II 1, 14 multos cives Romanos in -is . . . mortе esse multatos. 5, 68 -as Syracusanas. *ibid.* in has -as, si qui publice custodiendi sunt, etiam ex ceteris oppidis Siciliae deduci imperantur (*cf.* 5, 146 abduci). 5, 69. 5, 143 carcer ille, qui est a . . . Dionysio factus Syracusis, quae -ae vocantur. *ibid.* in -as . . . coniciebatur (5, 145. 148. 164 *bis. cf. l. 40*). 5, 160 *bis.* **b** *Romae* (*cf. l. 6*): LIV. 32, 26, 17 triumviri carceris -arum (*c. et -arum intellegit Mommsen, Strafr. 302, 3; an pro carcere, qui est in -is, accipiendum?*) intentiorem custodiam habere iussi. 37, 3, 8 principes Aetolorum . . ., inter quos Damocritus et frater eius erant, . . . Romam deducti et in -as coniecti sunt (*cf. 37, 46, 5* Damocritus . . . cum e carcere . . . effugisset). SEN. contr. 9, 4, 21 (*facete dictum Iulii Sabini*) rogavit, ut ⟨in⟩ (*add. exc.*) -as transferretur (*sc. e carcere*): non est, inquit, quod quemquam vestrum decipiat nomen ipsum -ae; illa enim (*exc.*, ille *vel* illae *codd. contr.*) minime lauta res est. OBSEQ. 40 in -is homo ab homine adesus. *per synecdochen de regione, quae circa -as est*: LIV. 26, 27, 3 *incendio* comprehensa . . . privata aedificia . . ., comprehensae -ae forumque piscatorium et atrium regium. 39, 44, 7 Cato atria duo, Maenium et Titium, in -is et quattuor tabernas in publicum emit basilicamque ibi fecit. **c** *Spartae*: PLIN. nat. 11, 185 *Aristomenes* captus . . . per cavernam -arum evasit angustias.

2 *locis incertis*: CALL. dig. 4, 6, 9 etiam inclusos veluti -is vinctorum numero haberi placet, quia nihil intersit, parietibus an compedibus teneatur. VLP. dig. 11, 5, 1, 4 aut in -as vel in vincula publica ducatur. ORIGO Rom. chron. I p. 145, 1 *Tarquinius Superbus* invenit -as, tormenta, fustes *eqs.* (*inde* HIER. chron. a. Abr. 1470 *et* ISID. *l. 61*). SIDON. epist. 1, 7, 11 -is aut ergastulo inferri.

II *per interpretationem pravam fontis l. 56 allati de supplicio quodam verberationis simili* (*cf.* GLOSS. V 369, 12 -ae: verbera. 656, 3 -a: vincula, verbera, catenae, carcer, nervi, custodia): ISID. orig. 5, 27, 23 est et -a (-um *codd. optimi*) supplicii genus ad verberandum aptum, inventum a Tarquinio Superbo . . .; iste enim prior -as, tormenta, fustes . . . adinvenit (*inde* GLOSS. IV 105, 21 *et* V 656, 12 -ae [-um V 656, 12]: supplicii genus ad verberandum aptum).

cf. latomus.

lātomus, -ī *m.*, λατόμος. *in codd.* VVLG. *etiam* lath-, latu-. *i. q. lapicida*: ITALA III reg. 5, 15 (Hier. tract. in psalm. I p. 111, 17) -orum septuaginta milia et eorum qui portabant octoginta milia (*eadem inversione enumerationis* Hier. epist. 129, 5, 3; *gr.* ὀγδοήκοντα χιλιάδες λατόμων, VVLG. octoginta milia -orum, Ambr. in Luc. 2, 89 lapidicaesores [*var. ll.* lapides c., lapidum c.]. *interpretantur* HIER. tract. in psalm. I p. 111, 18 -i, qui lapides caedunt, qui quasi fundamenta aedificiorum praeparant, qui lapides ad aedificandum in templum dei de terra tollunt. EVCHER. instr. 2 p. 147, 12 lapidum caesores [GLOSS.]). VVLG. I par. 22, 2 constituit ex eis -os ad caedendos lapides et poliendos. 22, 15 plurimos artifices -os et cementarios artificesque lignorum (I Esdr. 3, 7 -is et c.).

cf. latomiae. *Beikircher.*

¹**lātor**, -ōris *m.* *a* ferre (2. latus). GLOSS. εἰσαγωγεύς. εἰσηγητής. dator. (de)portator. auctor sententiae. *inde a* CIC., *in poesi ap.* PAVL. NOL. *et* DRAC. Romul. 5, 46. [*francog. vet.* laur, leeur, lawour, laieur, *med.* layeur, leeur. *cf. Wartburg V 202. G.*]

1 *usu primario, maxime in vita publica, i. q. rogator, auctor, dator sim.*: **a** *legum* (*vox q. e.* legis *saepe praecedit, ap.* QVINT. decl. [*Hübner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ubique, saepissime in versionibus e gr. factis sec. νομοθέτης, *ita ut voce* legis *collective usurpata in vocem* legislator *coaluisse videatur; cf.* latio): *α strictius*: CIC. inv. 2, 134 tempus legum corrigendarum; . . . scire, qui -r sit, qui sint accepturi. Catil. 4, 10 -em Semproniae l. Mur. 3 l. ambitus -em. Sest. 77. 112. Mil. 23 -r ipse l. Phil. 13, 32. part. 134 a quoquam potius -is sensum quam a lege explicari. rep. 3, 33 *deus* l. . . . inventor, disceptator, -r. nat. deor. 3, 90 -em istius modi l. Att. 2, 7, 2 et -bus et auspicibus l. curiatae. CAES. civ. 1, 5, 3 (*si recte traditur*). LIV. 3, 31, 7 l. -es. 3, 31, 8 cum de legibus conveniret, de -e tantum discreparet. 4, 46, 4. *al.* VAL. MAX. 6, 5 ext. 3 QVINT. inst. 2, 4, 33. 3, 2, 4. *al.* PLIN. epist. 3, 20, 1 IVLIAN. dig. 1, 3, 32, 1 GAIVS inst. 3, 56. 75. 76 (legatorem *V*). 218 TERT. adv. Iud. 6, 2 adv. Marc. 2, 7 p. 344, 13. *et saepe ap. ecclesiasticos.* *β latius de iuris consultis* (*cf. l. 29*): COD. Iust. 1, 17, 2, 20 ex quibus legis -bus quibusque libris eorum . . . hoc iustitiae Romanae templum aedificatum est; (20a) legis -es autem vel commentatores *eqs.* (4, 18, 2, 1a quae de recepticia in diversis libris legis -um posita sunt). 4, 5, 11 pr. certamen legis -bus incidit, utrumne *eqs.* 5, 11, 7, 1 in tali dubitatione multa pars legis -um sese divisit. NOVELL. Iust. 112 pr. multa . . . de litigiosis tam antiqua legis -um prudentia quam imperialis dispositio promulgavit.

b *similium rerum*: CIC. dom. 48 suffragii -em (p. red. in sen. 18 isdem . . . suffragium ferentibus, eodem gladiatore *Clodio* -e). leg. 3, 34 r⟨og⟩ationi neque -r quisquam est inventus nec auctor umquam bonus (Att. 1, 14, 5 -r rogationis, idem erat dissuasor. LIV. 3, 9, 6 qui . . . in rogationem -emque ipsum est invectus. 4, 48, 16. 5, 24, 11. 6, 39, 10). LIV. 9, 30, 4 plebi sciti. AMM. 29, 1, 38 sententiae (PETR. CHRYS. serm. 65 p. 385[B]). PAVL. NOL. epist. 32, 5 vers. p. 280, 2 -em duo testamenta per unum *Christum* pacta. AVELL. p. 72, 6 praeceptorum. SEDVL. epist. 2 p. 172, 11 Hermogenianum, doctissimum iuris -em (ENNOD. opusc. 2, 92 p. 316, 2 LEX Visig. 1, 1, 4).

2 *usu deflexo i. q. portator*: **a** *varii generis*: PAVL. FEST. p. 184 opitulus Iuppiter et opitulator dictus est, quasi opis -r. PS. FVLG. RVSP. serm. 38 p. 901[C] angeli *ad sepulcrum Christi sedentes* erant baiuli et delectabiles -es, qui dominum ad gehennam descendentem potentissime deducebant et redeuntem laetissime praecedebant. **b** *epistularum* (*vulgo* perlator, *qua cum voce confundi videtur* LEO M. epist. 48 Conc.[S] II 4 p. 23, 26. *pro* lector *restituitur* HIER. epist. 51, 9, 3 EPIST. pontif. 608 Schwartz p. 77, 23): AVG. epist. 45, 2 per -em huius epistulae (per perlatorem *Goldbacher hic et* 202 A, 3 *coll. 186, 1. al.*). AVELL. p. 680, 26 reperta -is occasione. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 177, 3 quas *litteras* et in -is faciem ieci. CANON. Dionys. Exig. p. 89, 11 per harum -em. CASSIOD. var. 1, 1, 6 per praesentium -es. GREG. M. epist. (*exempla congesserunt Ewald et Hartmann in indice editionis. cf.* latrix).

in lusu verborum c. gladiator *l. 22*, largitor AVG. serm. 2, 2, delator PS. AVG. serm. 217, 4.

cf. ab-, col-, de-, di-, il-, ob-, per-, prae-, re-, translator.

f. **lātrīx,** -īcis. *i. q. perlatrix epistularum*: GREG. M. epist. (*v. Ewald et Hartmann l. c. sub* lator). [ipsa -x PS. AVG. serm. ed. Mai 188, 1 *falso trad. pro* astipulatrix, *v. vol. II 952, 1.*]

cf. il-, re-, perlatrix. *Hübner*

lātrābilis, -e. *a* latrare. *i. q. latrans*: CAEL. AVR. acut. 3, 11, 103 vox obtusa et velut -is. BOETH. diff. top. 2 p. 1193[D] canis vel -is animalis vel marinae belluae vel caelestis sideris nomen est (*eadem distinctione*: divis. p. 877[D] quadrupedem -emque [in Porph. comm. sec. 1, 8 p. 154, 18]. herm. pr. 1, 2 p. 48, 25. 1, 5 p. 75, 14. 2, 11 p. 152, 29 herm. sec. 5, 11 p. 353, 17. p. 356, 12 terreno -i).

lātrātio, -ōnis *f. a* latrare. GLOSS. II 462, 38 ὑλαγμός haec -o, latratus (495, 7. 585, 40).

[latratiuncula AFRAN. com. 191 *v.* ratiuncula.**]**

lātrātor, -ōris *m. a* latrare. [*it.* latratore; *vasc.* layradoú, layrayre; *hisp., port.* ladrador. *cf. Battisti-Alessio III 2177sq. Wartburg V 200. Corominas III 10. Machado II 1286. G.*] [*dub.*: ISID. *l. 79.*]

i. qui latrat: **1** *strictius*: VERG. Aen. 8, 698 omnigenum . . . deum monstra et -r Anubis (OV. met. 9, 690 CARM. c. pag. 95 PRVD. c. Symm. 2, 532). SIL. 2, 444 omnia Poenum armenti vigilem . . . secuntur: gaesaque -rque Cydon *eqs.* MART. 12, 1, 1 -es . . . Molossi. ARNOB. nat. 7, 17 -um et canum ritu offis saevitias ponere. **2** *latius*: QVINT. inst. 12, 9, 12 si *orator* a viro bono in rabulam -emque convertitur. HIER. adv. Rufin. 2, 2 p. 425[B] *Rufinus dicit se* contra -es suos misisse baculum litterarum (*infra*: saevientes . . . canes. *cf.* p. 426[A] ut . . . contra se habeat -es. 2, 3 p. 426[C]). AVG. c. adv. leg. 1, 20, 42 non iste, qui secundum verbum dei non loquendo . . . factus est mutus -r, caecus lector, surdus auditor. conf. 9, 4, 11 pestis, -r amarus et caecus adversus litteras.

lātrātōrius, -a, -um. *a* latrare. *i. qui latrare solet*: DON. Ter. Phorm. 341, 5 'ringi' est stomachari tacitum; est enim translatio a canibus -is. *?* ISID. orig. 19, 23, 6 horrent et male tecti cum -is (*Lindemann ex cod. Guelf., quod probant Otto et Quicherat, Addenda lex. lat. s. v.*; latratoribus *cett., Lindsay*) linguis Scotti (*cf. p. 1013, 5. 1014, 53*).

[*]**lātrātus,** -ūs *m. a* latrare. *de orig.*: VARRO ling. 7, 32 quod . . . indicant *canes* noctu quae latent, -s appellatus. *abl. sg.* -o VARRO rust. 2, 9, 4; *deest dat. sg. praeter* CASS. FEL. 67, *gen. pl. praeter* SIDON. epist. 1, 1, 4 (*vix recte* -um [-uum *S*] auditus *probat Fontaine* ISID. nat. 47, 3; -s *Becker ex* IVST. 4, 1, 13). *corripitur* la- (*cf. sub* 1. latro): IVVENC. 4. 14 CYPR. GALL. exod. 345. GLOSS. ὑλαγμός. ὑλακή. *legitur inde ab* ACC. (*? l. 47*), VARRONE, SALL., VERG. [*val.* lătrat; *it.* latrato; *hisp., port.* ladrado. *cf. M.-L. 4929. Battisti-Alessio III 2177sq. Corominas III 10. Machado II 1286. G.*] [*dub.*: OV. met. 3, 242 (hortatibus *var. l.*). fast. 2, 231 aper longe silvis -bus actus (s. Laurentibus *var. l., Bömer*; saevis -bus *Klotz fort. recte, v. l. 8sqq.*).]

i. q. ὑλαγμός: **I** *usu originario de voce animalium*: **A** *canum*: **1** *naturalium*: VARRO Men. 422 coactus cervus -u canum (PLIN. nat. 8, 142. *cf.* VERG. georg. 3, 412 apros -u turbabis agens. OV. met. 2, 491 *Callisto* per saxa canum -bus acta est. 13, 806 cervo claris -bus acto. SIL. 1, 421 Spartanis -bus actus *aper*. 16, 574 agitare canes -bus aprum. *v. etiam l. 6*). ling. 7, 32 canes -u[s] signum dant (OV. met. 3, 207). rust. 2, 9, 4 -o gravi, hiatu magno. VERG. Aen. 5, 257 saevit . . . canum -s in auras (*cf.* SIL. 2, 418 it clamor ad auras -sque canum). 12, 751 venator cursu canis et -bus instat. OV. met. 3, 231 resonat -bus aether (*cf.* SEN. Phaedr. 38 cum -u . . . saxa sonent). VAL. MAX. 8, 11 ext. 4 canum -s aspectu picti canis incitatus. 9, 13 ext. 2 canino. SEN. dial. 4, 32, 3 (*de iniuriis despiciendis*) ille magnus . . ., qui more magnae ferae -us minutorum canum securus exaudit (*cf.* 5, 25, 3). 5, 35, 3 hominum voces et fremitus animalium -usque. CVRT. 8, 10, 9 canum -s, deinde etiam hominum fremitus. 9, 1, 31 canes . . . -u abstinere dicuntur, cum viderunt feram (*cf.* ARNOB. nat. 2, 25 *discit* canis, cum invenerit praedam, cohibere et continere -um). COLVM. 7, 12, 1 quis hominum clarius . . . bestiam vel furem praedicat quam iste *canis* -u . . . ? 7, 12, 3 vasti -us canorique. 7, 12, 7. PETRON. 64, 9 Scylax . . . taeterrimo -u triclinium implevit. PLIN. nat. 6, 2. 8, 114. 150 VAL. FL. 6, 112. SIL. 3, 294 vagis -bus implet venator dumeta Lacon. 14, 21. IVV. 6, 415 -bus alti rumpuntur somni. APVL. met. 2, 4, 4. 8, 4, 3 fervidis dissonisque. 9, 36, 5 *canes* -bus . . . absonis horribiles. SOL. 15, 7 *canes* terrificis -bus ultra rugitus insonantes. *al.* **2** *fabulosorum vel monstruosorum*: VERG. Aen. 6, 417 Cerberus haec ingens -u regna trifauci personat (CVLEX 220 diris. OV. met. 4, 451 tres. 7, 414 ternis. SEN. Herc. f. 793 gravi. Thy. 675 trino. SIL. 3, 35 saevis. STAT. silv. 5, 1, 250 Cerbereos. APVL. met. 6, 20, 4 caninis. CLAVD. 5, 457. rapt. Pros. 1, 85 triplicem). CIRIS 82 ipsa *Scylla* suos . . . pertimuit -us (IVST. 4, 1, 13 CORIPP. Ioh. 1, 214. *cf. l. 48. al.*). OV. met. 7, 362 quos Maera novo -u terruit agros. 13, 406 *Hecuba* novo -u terruit auras. SEN. Med. 840 ter -us audax Hecate dedit. PLIN. nat. 7, 23 (*inde* SOL. 52, 27) genus hominum capitibus caninis . . . pro voce -um edere (*item de cynocefalis*: QVEROL. p. 33, 8 R. multisono . . . -u fremunt. AVG. civ. 16, 8 p. 135, 27 D.). STAT. silv. 4, 4, 13 Icariis caelum -bus (*i. Canicula*) urit.

B *aliorum*: CORIPP. Ioh. 4, 355 *lupi* ululatibus aera . . . pulsant perque cavas resonant -bus umbras (*cf. p. 1013, 7*). *cum strepitu ranarum luditur l. 58.*

II *per comparationem vel imaginem* (*cf. l. 19*): **A** *de strepitu maris*: ACC. trag. 569 curvo litore -u (latrans *Scaliger metri causa*) unda sub undis labunda sonit. SALL. hist. frg. 4, 27 (*de Scylla*) collisi ibi fluctus -us videntur exprimere.

B *de clamore hominum* (*linguae, vocis*): **1** *infestorum*: VAL. MAX. 8, 3, 2 *Afrania* inusitatis foro -bus adsidue tribunalia exercendo muliebris calumniae notissimum exemplum evasit. CYPR. epist. 45, 2 nec ullis maledictorum et conviciorum -bus perstrepebant *scripta* (*c. gen. explic. ut*: PS. AMBR. serm. 46, 11 Montani antra -u falsi carminis resonant, qui duabus feminis . . . tamquam alicuius Scyllae rabidis succinctus est canibus. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 21 calumniarum. AVG. c. adv. leg. 1, 20, 42 blasphemiarum. PRIMAS. in apoc. p. 896[C] pseudoprophetis ranarum more . . . erroris -u convenit perstrepere). PS. CYPR. ad Novat. 1 rabiem suam non cessat -bus excitare. IVVENC. 4, 14 Sadducaei hinc inde -bus urgent. AMM. 30, 4, 13 *advocati* per prostitutas frontes vilesque -us, quo velint, aditus sibi patefaciunt. HIER. in Mich. lib. 2 praef. obsecro vos . . ., ut ad huiuscemodi -us *invidorum* claudatis aures. psalt. sec. Hebr. praef. obtrectatorum (Victorin. Poetov. in apoc. prol. p. 14, 7). adv. Rufin. 2, 4 cum multorum -us ad te usque pervenerint (*cf. p. 1011, 70*). RVFIN. Clement. 1, 9, 15 solo -u vestro obturbatis . . . eorum aures, qui salvi esse volunt. CONC.[S] I 4 p. 22, 26 Iudaei suo -u tantam perpetraverunt tragoediam (*gr.* ἐπιλυττήσαντες ἐδραματούργησαν). p. 220, 1 o insania, . . . o amarum venenosi -um. MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 7, 15 quid possunt extra dei ecclesiam alligati rabidi canis -us? SIDON. epist. 1, 1, 4 in portu iudicii publici post lividorum -uum Scyllas enavigatas sufficientis gloriae ancora sedet. 7, 9, 8 nosse vos par est, in quas me obloquiorum Scyllas et in quos linguarum, sed humanarum, -us quorundam vos infamare conantum turbo coniecerit. ENNOD. opusc. 2, 3 p. 288, 11 coactam vocem pravorum -u religiosis mentibus commendo. 2, 29 p. 296, 12 Esau mentionem operi vestro nescio verbis an -bus indidistis. FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 17 qui foris positi -bus perfidis ac perversis ecclesiae . . . dogmatibus obnituntur. GREG. M. epist. 7, 37 p. 486, 4 haereticorum. *c. respectu defendendi, vigilandi* (*cautius* GREG. M.; *cf. p. 1011, 70*): CASSIOD. in psalm. 67, 27 (24) prius inimici fuerunt, qui postea clamosis -bus ecclesiam . . . vindicarunt. GREG. M. in euang. 40, 2 p. 1303[A] (*ad psalm. 67, 24*) *sancti praedicatores* magnos pro domino, ut ita dicam, -us dederunt (*cf.* moral. 20, 15 p. 145[C] [*ad Iob 30, 1*] magnos, ut ita dixerim, -us praedicationis). **2** *raucorum*: SCRIB.

[Pecere]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LARG. 171 *hydrophobici* -us edunt (CASS. FEL. 67 p. 166, 15 vocem -ui canum similem emittunt). LVCAN. 6, 688 -us habet illa (*sc. vox magae*) canum gemitusque luporum. FIRM. math. 8, 10, 2 (*de hominibus Canicula oriente natis*) vox eorum arescentibus faucibus canum -us imitatur. 3 *barbarorum* (*cf. p. 1011, 77. 1014, 53*): CORIPP. Ioh. 4, 351 *Mauri* inter sese fracto sermone furentes -us varios, stridentibus horrida linguis verba ferunt *velut lupi* (*v. p. 1012, 44*). *Pecere.*

ᵚ**latria,** ae *f.*, *λατρεία.* *i. q. cultus* (GLOSS. cultus dei solius. servitium): AVG. civ. 10, 16 p. 426, 18 D. cum ... ad hunc unum *deum* quidam angeli, quidam vero ad se ipsos -a colendos ... excitent (*sed 5, 15 et saepius scrib. λατρεία in omnibus vel aliquot codd., sc. accedente* graece *sim.*). epist. 173 A p. 649, 10 illa *servitus*, quae deo tantum exhibenda est, quae -a dicitur, unde et idolatria iure damnatur, cum idolis exhibetur *eqs.* c. Faust. 20, 22 p. 565, 10 illum cultum, quae -a dicitur. *al.* ISID. diff. 1, 264 '*grates*' optime deo convenit, quod relationem significat ad -am.

cf. ido(lo)latria.

lātrīna *v.* lavatrina. **lātrīx** *v.* lator. *B.*

1. ᵚ**lātro,** -āvī, -ātum, -āre. [*a radice, quae subest verbis slavon.* lają, *lituan.* lóju, *alban.* leh (*ind.* rấyati *?*) '*latrare*'; *apud Latinos nomen in* -tro- *vel* -trā- *cadens verbo prius habendum est, cf.* lamentari *a* lamentae. *Sch.*] *corripitur* la- (*dub. l. 38*): AVIEN. Arat. 283 VEN. FORT. carm. app. 29, 4. *ex formis stirpis perf. longior occurrit* -verit (HOR. sat. 2, 1, 85), *brevior* -asse (OV. met. 13, 620. *al.*). *ceterum nota imperat.* -atote CIC. S. Rosc. 57; *part. praes. abl. pro adi.* -anti PLAVT. Cas. 34 FVLG. Virg. cont. p. 85, 16, *gen. pl.* -antum HOMER. 4; *perf.* -vere LVCAN. 1, 549. GLOSS. ὑλακτῶ. ὑλάσσω. GLOSS.ᴸ II Abav. LA 67 -at: inridit, gannit. 20 -at (lactat *codd.*): baubatur. *legitur inde a* PLAVTO, ENN., VARRONE, CIC. [*val.* lătra; *it.* latrare, *venet. vet.* lara(r), *ligur. vet.* lairar, *pedem.* layrę, lará, larè; *raet. centr.* ladrè; *prov. vet.* lairar, *delph.* leyrar, *prov.* lairá, leirá, *aquitan.* layrá; *vasc.* layrá; *cat.* lladrar; *hisp.* ladrar, *astur.* lladrar, *arag.* ñadrá; *port.* ladrar. *cf. M.-L. 4928. Battisti-Alessio III 2177 sq. Wartburg V 200. Corominas III 10. Machado II 1286. G.*] [*confund. c.* iact- *p. 1014, 52*, lact- *l. 28*, luct- Ov. trist. 5, 9, 28; *restit. pro* lacero *p. 1014, 50*, lustr- VARIVS carm. frg. 4, 3, -antes *pro* latrones AVG. serm. coll. Morin p. 324, 1; *falso trad. pro* lucr- COMM. instr. 2, 19 (23), 3. *dub.*: Ov. met. 8, 412. PHAEDR. 5, 10, 7 cui senex contra -ans (*mensura suspicionem movet*; Lacon *Bentley, ordinem verborum cum aliis mutat Krischan, WSt. 67, 1954, 82 sq.*).]

i. q. *ὑλακτεῖν*: I *intransitive* (*alicui l. 50, cf. etiam l. 38 et praepos. p. 1014, 9; pass. impers. l. 50*): A *in univ.*: 1 *usu originario -ant animalia*: a *canes* (*verbum proprium canum esse docent* SVET. frg. p. 250, 1 ANTH. 762, 59 ISID. diff. 1, 607): α *naturales*: ENN. ann. 528 tantidem quasi feta canes sine dentibus -at (-et *L. Müller*). CIC. S. Rosc. 56. 57 et -are et mordere possunt. LVCR. 5, 1066 -ant et vocibus omnia complent. VARRO AT. carm. frg. 8 desierant -are canes urbesque silebant. VERG. ecl. 3, 18 multum -ante Lycisca (SEN. dial. 5, 37, 2). 8, 107 Hylas in limine -at. HOR. sat. 1, 2, 128. OV. trist. 2, 459 scit, cui -etur, cum solus obambulet *Tibullus. al.* PHAEDR. 1, 23, 6 linguam vis meam praecludere, ne -em pro re domini? (CASSIOD. in psalm. 67, 27 [24] pro domino). SEN. Oed. 569 -vit Hecates turba. CVRT. 7, 4, 13 canem timidum vehementius -are quam mordere. LVCAN. 4, 443 praeda nescit -are reperta. PETRON. 72, 9 Giton ... se ... redemerat a cane; quicquid enim a nobis acceperat de cena, -anti sparserat. PLIN. nat. 32, 140 Salpe negat canes -are, quibus in offa rana viva data sit. *al.* *part. praes. pro subst. i. q. canis* (*plur.; de sing.* Ov. met. 8, 412 *parum constat*): HOMER. 4 -antum ... rostris (*Hom. A 4 κύνεσσιν*). GREG. TVR. vit. patr. 12, 2 dum suem ... cum hac -antium turba prosequeretur (*syn.* Molosorum, canum). β *fabulosi vel monstruosi*: CATVLL. 60, 2 Scylla -ans infima inguinum parte (VERG. ecl. 6, 75 succinctam -antibus inguina monstris [CIRIS 59 Ov. met. 14, 60]. Ov. met. 7, 65. *al. cf. p. 1014, 48. 71 et* Ov. am. 2, 16, 23 quae virgineo portenta sub inguine -ant. LVCAN. 6, 66 qui ... rabidum nescit -are Pelorum). VERG. Aen. 6, 401 *Cerberus* aeternum -ans (PROP. 3, 18, 23 exoranda canis tria sunt -antia colla. SEN. Ag. 861 nec ullo -vit ore. SIL. 13, 594. *cf. p. 1014, 70*). PROP. 3, 11, 41 -antem ... Anubim (AVIEN. Arat. 283 QVEROL. p. 33, 5 R. PRVD. apoth. 196). Ov. met. 13, 569 *Hecuba* rictu ... in verba parato -vit conata loqui (SEN. Ag. 708. IVV. 10, 272 torva canino -vit rictu. DRAC. Romul. 8, 145. *cf. p. 1014, 47*). GELL. 9, 4, 9 (*ex miraculorum scriptoribus Graecis*) esse in montibus terrae Indiae homines caninis capitibus et -antibus. b *alia*: PLIN. nat. 8, 153 canem locutum in prodigiis ... accepimus et serpentem -asse. 18, 362 (*de animalibus praesagientibus*) corvi ... singultu quodam -antes (*cf. Gossen, RE I A 21, 48 sqq.*). STAT. Theb. 7, 414 Arcades insanas -are Lycaonis (*sc. in lupum conversi*) umbras ... ferunt.

2 *per comparationem vel imaginem* (*cf. supra l. 45*): a *de strepitu rerum*: α *variarum*: PLAVT. Cas. 34 Plautus cum -anti nomine. ENN. ann. 584 animus cum pectore -at (*Hom. υ 13 κραδίη ... ὑλάκτει. cf. p. 1014, 52 et* STAT. silv. 2, 1, 13 admoto -ant praecordia tactu). HOR. sat. 2, 2, 18 cum sale panis -antem stomachum bene leniet. PETRON. 119 vers. 55 tabes ... intra membra furens curis -antibus errat. CLAVD. 20, 486 -antibus undique bellis. SIDON. carm. 22, 130 scrupeus asprata -are crepidine pumex incipit. β *aquae* (*cf. l. 68. p. 1012, 47*): VERG. Aen. 7, 588 multis circum -antibus undis (SIL. 3, 471. 5, 397 IVST. 4, 1, 13 DRAC. laud. dei 2, 798 Romul. 8, 405 VEN. FORT. carm. app. 29, 4). CLAVD. carm. min. 25, 61 rubris quae fluctibus insula -at. rapt. Pros. 1, 150 -at Gaetula Thetis. Ps. AVG. serm. ed. Mai 53, 1 mare -at (53, 3 coepit maiore undarum lingua -are. CORIPP. Ioh. 1, 357 confractis scopulis -at m.).

b *de clamore hominum* (*per circumscriptionem l. 26. 27. 28. al.; accedit* ad, adversum, contra, in *c. acc. saepius*, cum *l. 37; apud christianos maxime de haereticis*): CIC. S. Rosc. 57 etiam tum cum veri simile erit aliquem commisisse, in suspicione -atote (*infra*: sine suspicione -bitis. *cf. p. 1013, 46*). de orat. 3, 138 *Periclem* non declamator ... ad clepsydram -are docuerat (*cf.* Brut. 58 -ant ... quidam oratores, non loquuntur [*huc spectat* QVINT. inst. 11, 3, 31 -are, non agere]). HOR. sat. 1, 3, 136 urgeris turba ... miserque rumperis et -as (*item de philosophis cynicis*: TERT. apol. 46, 4 plerique etiam in principes -ant. pall. 4, 7 quodsi ... Diogenes de dolio -ret. PRVD. ham. 401 canina foro -at facundia toto [*cf. infra l. 51*]. *v. etiam infra l. 77*). MANIL. 5, 224 lingua rabit -atque loquendo. SEN. dial. 7, 19, 2 ad nomen magnorum ... virorum, sicut ad occursum ignotorum hominum minuti canes, -atis. TERT. adv. Marc. 2, 5 p. 339, 11 canes, quos foras apostolus expellit (*apoc. 22, 15*), -antes in deum veritatis. ITALA psalm. 58, 8 (cod. 136 Cas.) esurient ut canes ...; ecce -bunt in ore suo *eqs.* (*gr. ἀποφθέγξονται, Vulg.* loquentur). LACT. inst. 7, 1, 16 qui contra veritatem ... -ant. Ps. HIL. hymn. 2, 86 -antem Sabellium (*infra*: grunnienti Simoni). OPTAT. 3, 6 p. 86, 20 contra unitatem ... rabida -at invidia. FVLG. Virg. cont. p. 85, 16 *vates* arcanum quiddam -anti intrinsecus tractatu submurmurant. HIER. epist. 54, 5, 4 consonat chorus et -ant universa subsellia. 57, 2, 3 dedit ... adversariis -andi contra me occasionem. *al.* PRVD. apoth. 981 -anti *Manicheo* obsistit Mattheus rabiemque refellit (*979* canis inprobe). AVG. conf. 6, 3, 4 erubui non me ... adversus catholicam fidem, sed contra carnalium cogitationum figmenta -asse (*seq.* accusando dixeram). epist. 140, 42 'canem' (*psalm. 21, 21*) mundum appellavit ... contra insolitam veritatem -antem. serm. 238, 3 non -et rabies haereticorum de angulo. serm. coll. Morin p. 489, 28 nullus haereticus -bit. COMM. instr. 1, 37, 20 *fanatici* modo -ant nobiscum re⟨ge⟩ deserti. CONC.ˢ I 4 p. 17, 25 -antem ... ipsorum vesaniam (*gr. λυττῶσαν*). PROSP. c. coll. 1, 1 foris -ans haeretica loquacitas (*opp.* intus interstrepens domestica malignitas). *al.* *part. praes. pro subst.*: PELAG. in II Tim. 4, 15 monet caveri -antes (perversos *Ps. Primas.*). CONC.ˢ I 4 p. 219, 20 quae est -antium tanta vesania?

B *indicatur, quid -ando edatur*: 1 *acc.* (*obi. int., cf. etiam p. 1013, 48. 65*): a *pron., neutr. adi.*: VARRO Men. 217 quid -as? quid rabis? quid vis tibi? (CIC. de orat. 2, 220 [*inde* QVINT. inst. 6, 3, 81] *Catulus* a Philippo interrogatus, q. -ret, 'furem se videre' respondit. Ov. am. 2, 19, 40 quaerere, q. -ent nocte silente canes). Ov. met. 13, 620 aliis -asse Dymantida flebile visum est (LVCAN. 1, 549 f. saevi -vere canes *Scyllae*). VINCENT. LER. 13, 1 *haeretici* haec ... adversus catholicam fidem rabidi canes -ant. BOETH. cons. 3, 12, 23 W. stultitiam magna -antem (*Vallinus*, lacerantem *codd.*). b *subst.*: Ov. Ib. 232 -at ... in toto verba canina foro. MANIL. 5, 207 -at ... Canicula flammas. STAT. Theb. 2, 338 magnas -antia (iact- *var. l.*) pectora curas. CORIPP. Ioh. 2, 27 fera barbaricae -ant sua nomina linguae (*cf. p. 1011, 77. 1013, 5*). 2 *acc. c. inf.*: HIER. c. Vigil. 13 statim -bis meam me causam agere. Ps. HIER. epist. 18, 1 alius, si paululum se loquentis cothurnus extulerit, non presbyterum -bit esse, sed rhetorem. 3 *interrog. indir.*: HIER. in Ezech. 33, 23 p. 323ᴬ Grunnianae factionis heredes adversus nos -ant, cur iuxta Hebraicum disseramus.

II *transitive* (*aliter l. 42*): A *fere i. q. -ando invadere, adlatrare*: PLAVT. Poen. 1234 etiam me meae -ant canes? HOR. epod. 5, 58 senem ... adulterum -ent Suburanae canes. sat. 2, 1, 85 siquis opprobriis dignum -verit, integer ipse. epist. 1, 2, 66 cervinam pellem -vit in aula ... catulus. PETRON. frg. 30, 15 canis in somnis leporis vestigia -at (*versum del. Bücheler*). PLIN. nat. 25, 126 (*inde* Ps. APVL. herb. 66 l. 11) hanc *peristereon herbam* habentes negant -ari a canibus (*cf.* 28, 100. 30, 147 PLAC. med. 9,3 rec. β ORIBAS. syn. 2, 22 add. Aa p. 105, 16 Mø.). STAT. Theb. 1, 551 canes umbram ... petunt et nubila -ant. Ach. 1, 451 Caphereus -tum pelago tollens caput (*cf. supra l. 1 sqq.*). silv. 1, 3, 5 illum *Manilium* nec calido -vit Sirius astro. 2, 1, 184 illum *puerum* nec terno -bit Cerberus ore. Ps. QVINT. decl. 12, 26 inguinibus virginis -tum Siciliae latus. GELL. 6, 1, 6 (*ex Oppio aliisque, qui de Africano maiore scripserunt*) quod ... canes semper in alios saevientes neque -rent eum neque incurrerent (*cf.* VIR. ill. 49, 2). VIRG. gramm. epist. 3 p. 131, 27 qui nos profano et canino ore -ant ac lacerant dicentes *eqs.*

B *fere i. q. -ando exposcere*: ENN. frg. Paul. Fest. p. 121 '-are' Ennius pro poscere posuit (*ad p. 1013, 80 refert Vahlen*). LVCR. 2, 17 nil aliud sibi naturam -are, nisi ut *eqs.* MART. 4, 53, 6 *Cynico* dat -tos obvia turba cibos. PETR. CHRYS. serm. 124 p. 542ᶜ *lingua divitis* pietatem -at, misericordiam carpit (*Vulg. Luc. 16, 24* clamans dixit).

deriv.: latrabilis, latratio, latrator, latratorius, latratus (-ūs).

compos.: ad-, circum-, col-, de-, e-, il-, inter-, oblatro. *Pecere.*

2. ᵚ**latro,** -ōnis *m.* [*aut a gr.* **λάτρων m.* '*mercennarius*' *aut* (*simili formatione ac* praedo *a* praeda) *a subst.* *latrum '*stipendium*' (*e gr. λάτρον n.*). *Sch.*] *de orig. et notione:* 1) *a* lateo: STILO Isid. orig. 10,

[van Wees-B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

159 -o est latero ob (ab var. l.) latere, insidiator viae. v. etiam l. 8. 10. 25. p. 1019, 31. 2) a 3. latus: VARRO ling. 7, 52 (attulit Plaut. p. 1018, 41) -es dicti ab latere, qui circum latera erant regi atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores (cf. PAVL. FEST. p. 315) appellarunt et qui conducebantur; ea enim merces graece dicitur λάτρον. ab eo veteres poetae nonnumquam milites appellant -es (cf. GLOSS. V 643, 64). ⟨at nunc viarum obsessores dicuntur -es⟩ (suppl. Kent), quod item ut milites ⟨sunt⟩ cum ferro aut quod latent ad insidias faciendas. PAVL. FEST. l. 25. SERV. Aen. 12, 7 '-is' ⌊insidiatoris, a latendo; sed⌋ modo venatoris (cf. GLOSS.^{L} III Abol. LA 48). et est graecum: nam λατρεύειν dicunt obsequi et servire mercede, unde -es vocantur conducti milites (cf. GLOSS. V 553, 41). moris autem erat, ut hos imperator et circa se haberet et ⌊eos⌋ primos mitteret ad omne discrimen: unde nunc dicit -is telo fixum leonem, quia etiam venatores operas suas locare consuerunt. ⌊sic etiam dicti, qui circa vias sunt, quod ut milites sunt cum ferro aut quod latent ad insidias faciendas . . .⌋ Varro tamen dicit hoc nomen posse habere etiam Latinam etymologiam, ut -es dicti sint quasi laterones, quod circa latera regum sunt, quos nunc satellites vocant (cf. GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. LA 17. al.): una tamen est significatio, licet in diversa etymologia (⌊ ⌋ add. auct.; afferuntur PLAVT. Mil. 76 Bacch. 8). PRISC. gramm. II 121, 17 EVTYCH. gramm. V 454, 23 GRAMM. suppl. 74, 2 GLOSS. 3) a λάτρον, λατρεία: VARRO l. 6. PAVL. FEST. p. 118 -es antiqui eos dicebant, qui conducti militabant, ἀπὸ τῆς λατρείας. at nunc viarum obsessores dicuntur, quod a latere adoriuntur vel quod latenter insidiantur. SERV. l. 11. GLOSS. ληστής. GLOSS.^{L} II Abav. LA 70 -o: praedator, grassator. 71 -o marinus: pirata (cf. p. 1017, 68). genus commune testantur CHAR. gramm. p. 45, 7 B. SERV. georg. 3, 245 Aen. 12, 519 AVG. gramm. V 502, 1. PRISC. gramm. II 146, 8, qui addit ὁ ληστής καὶ ἡ ληστής. GRAMM. suppl. 110, 8. de mensura: prima syllaba tam corripitur quam producitur variantibus ipsis poetis. NOT. Tir. 48, 43. legitur inde a PLAVTO, ENN., CIC. [a nom. sg.: it. ladro, pedem. lader, ladre, ligur. vet. lairo, langob. ládar, lucan. latre; raet. occ. ládər, lédər, centr. lere, or. lari; francog. vet. et med. lere, dial. wall., loth., comit.; francoprov. vet. larre, francoprov. larə etc.; delph. vet. lare, delph. layre, prov., langued., lemov. lair(e); cat. lladre; port. sept. ladro. ab acc. sg.: it. ladrone; francog. larron, dial. wall., pic., occ., comit.; francoprov.; (> it. vet. larrone, prov. vet. lairon, larron, prov. larroun, langued., lemov., aquitan., vasc. layrou); cat. lladró; hisp. ladrón (> sard. ladrone, -i), astur. lladrón; port. ladrão. (> cymr. lleidr, lladron, corn. med. lader, laddron, breton. laer, laeroun). cf. M.-L. 4931. Battisti-Alessio III 2150. Wagner II 5. Wartburg V 201 sq. Corominas III 11. Machado II 1285. G.] [loco spurio trad. PLAVT. Stich. 135, sc. notione non prisca, sed posteriore, quae sub II illustratur. falso trad. -es pro latrinas QVINT. decl. 350 p. 377, 29, pro latrantes AVG. serm. coll. Morin p. 324, 1.]

I usu prisco de militibus conducticiis, qui in bellis diadochorum Alexandri Magni stipendia merebantur (v. supra l. 3 sqq.; aliter sub II p. 1016, 63 sqq.): PLAVT. Bacch. 8 suam qui auro vitam venditat. Mil. 74 ut eamus ad forum, ut in tabellis, quos consignavi . . . -es, ibus denumerem stipendium; nam rex Seleucus me . . . oravit . . ., ut sibi -es cogerem et conscriberem. 949 ut -es, quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret, qui eius regnum tutarentur. Poen. 663 hic -o in Sparta fuit . . . apud regem Attalum . . . :: (666) nimis lepide de -e, de Sparta optume. ENN. ann. 59 haec ecfatus rex, ibique -es dicta facessunt. 538 fortunas . . . suas coepere -es inter se memorare.

II usu sollemni de praedonibus, insidiatoribus sim. (iuxta ponuntur fur vol. VI 1, 1608, 81 sqq., hostis vol. VI 3, 3061, 18 sqq., praedo CIC. Tull. 55 [50]. CAES. civ. 3, 110, 3 MAECIAN. dig. 35, 2, 30 pr. al., sicarius CIC. Catil. 2, 7 Sest. 39 Mil. 47 Phil. 5, 18. al., insidiator CIC. Mil. 10 LIV. 40, 9, 1, parricida CIC. Catil. 2, 7. PETRON. 107, 11 qui ignotos laedit, -o appellatur, qui amicos, paulo minus quam p.): **A** de animantibus: **1** de hominibus (de bestiis quasi hominibus p. 1016, 4 sqq.): **a** strictius: CIC. S. Rosc. 27 expulsum ex suis bonis, fugientem -um tela et minas. Catil. 2, 7 quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis -o . . . inveniri potest, qui se cum Catilina non familiarissime vixisse fateatur? Rab. Post. 6 non . . . -i, sed regi credidit. Mil. 55 non semper viator a -e, nonnumquam etiam -o a viatore occiditur. Phil. 2, 62 erat vivendum -um ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset (cf. LIV. 23, 42, 10 -um modo. SEN. epist. 51, 13 -um more [IVST. 27, 2, 7 AVR. VICT. Caes. 41, 12]. APVL. met. 8, 15, 6 in modum -um). leg. 2, 13 quid quod . . . multa pestifere sciscuntur in populis? quae non magis legis nomen attingunt, quam si -es (latores trad.) aliquas . . . sanxerint (cf. off. 2, 40 leges -um esse dicuntur, quibus pareant eqs.). parad. 27 fugitivorum ac -um . . . multitudo (opp. civitas). fam. 15, 17, 2 P. Sullam patrem mortuum habebamus; alii a -bus, alii cruditate dicebant. NIGID. frg. Serv. auct. Aen. 11, 715 Ligures . . . -es, insidiosi, fallaces, mendaces (de isdem LIV. 40, 27, 10 -bus verius quam hostibus iustis). CAES. Gall. 3, 17, 4 multitudo undique ex Gallia perditorum hominum -umque convenerat. 7, 38, 8 hos -es interficiamus. SALL. Catil. 28, 4 -es cuiusque generis. Iug. 103, 4 a Gaetulis -bus circumventi spoliatique. HOR. sat. 2, 1, 42 tutus ab infestis -bus. epist. 1, 2, 32 ut iugulent hominem, surgunt de nocte -es. OV. epist. 12, 111 virginitas facta est peregrini praeda -is. LIV. 1, 5, 3 insidiatos ob iram praedae amissae -es. 29, 31, 12 vix regium videbatur, -em vagum in montibus consectari. perioch. 52 Viriathus . . . ex venatore -o, mox iusti quoque exercitus dux factus. CELS. 1 prooem. 43 viatorem a -bus exceptum. PHAEDR. 1, 1, 4 fauce improba -o incitatus iurgii causam intulit agno lupus (de animalibus quasi hominibus ut: PLIN. nat. 9, 145 grassatur aries piscis ut -o. 10, 108 accipiter speculatur occultus fronde -o et gaudentem columbam . . . rapit. OPTAT. 2, 19 p. 54, 2 canes dominos suos quasi -es . . . laniaverunt). PETRON. 14, 5 magna . . . vociferatione '-es' [tenere] clamavit (cf. APVL. met. 3, 27, 7 trepido . . . rumore viciniae conclamatis '-bus'). et saepe. audacius de venatore (cf. p. 1015, 10 sqq.): VERG. Aen. 12, 7 leo fixum . . . -is impavidus frangit telum. in locut. proverbialibus: CIC. Phil. 2, 5 quod est aliud . . . beneficium -um, nisi ut commemorare possint iis se dedisse vitam, quibus non ademerint? (cf. SALV. gub. 8, 24 -es . . . hoc proverbio uti solent, ut, quibus non auferunt vitam, dedisse se dicant). SEN. epist. 14, 9 nudum -o transmittit (cf. IVV. 10, 22 cantabit vacuus coram -e viator [inde BOETH. cons. 2, 5, 34 W.]. APVL. met. 1, 15, 3 quid viatori de summa pauperie -es auferre possunt?).

b latius: **α** in vita publica de adversariis, rei publicae hostibus sim. (cf. p. 1019, 56 sqq. et Opelt, Schimpfwörter 132 sq.; usus aevi cadentis confirmatur testimoniis l. 36. 47): CIC. Verr. II 3, 55 recuperatores de cohorte -um sibi parari videbat (de Verris satellitibus ut 5, 114 de -um, hoc est de comitum suorum sententia condemnat omnes). Catil. 1, 33 hostes patriae, -es Italiae (de Catilina ipso: 2, 24). dom. 53 si non omnia per servos -esque gessisses (sc. Clodianos. de P. Clodio ipso: p. red. in sen. 13 non a tribuno plebis . . ., sed a -e archipirata. Sest. 26. 39. 81 Pis. 11 Mil. 10. al. de Sex. Cloelio: Cael. 78). p. red. in sen. 10 non consules, sed -es. Vatin. 15 Vatini -is ac sacrilegi. Pis. 57 si . . . rem publicam nefariis -bus tradidisses. Phil. 2, 5 de Caesarianis (Att. 14, 10, 1. cf. 7, 18, 2 o perditum -em Caesarem!). 2, 6 de M. Antonio (2, 9 sceleratum et -em. 3, 29 impuri -is. 4, 15 cum percussore, cum -e, cum Spartaco. de asseclis eius: 2, 87. 4, 9. 5, 6. 18. 6, 3. 4. al.). al. SALL. or. Phil. 7 tunc erat Lepidus -o cum calonibus et paucis sicariis . . .; nunc est pro consule. ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 2, 14 ut dirum nomen -is (Valerii Asiatici) taceam. TAC. ann. 4, 34, 3 (or. Cremuti) Scipionem, Afranium, . . . Cassium, . . . Brutum nusquam -es et parricidas, quae nunc vocabula imponuntur, saepe ut insignes viros nominat Livius. CAPITOL. Max. Balb. 2, 5 alter princeps, qui obviam cum exercitu -bus pergat. 2, 10 vos senatum a -bus vindicate, vobis bellum contra -es mandamus. VOPISC. quatt. tyr. 2, 1 cum ille M. Fonteius diceret Firmum . . . latrunculum fuisse, non principem, contra ego aliique . . . contenderent dicentes illum . . . Augustum esse vocitatum . . .; (2) et illi quidem adversum nos contendenti haec sola ratio fuit, quod dicebat Aurelianum in edicto suo non scripsisse, quod tyrannum occidisset, sed quod latrunculum quendam a re publica removisset; proinde quasi digne tanti princeps nominis debuerit tyrannum appellare hominem tenebrarium aut non semper -es vocitaverint magni principes eos, quos invadentes purpuras necaverunt; (3) ipse ego in Aureliani vita . . . Firmum non inter purpuratos habui, sed quasi quendam -em (Aurelian. 32, 2 Firmus quidam tantum). 13, 5 posteri eius (Proculi) . . ., qui ioco solent dicere sibi non placere esse vel principes vel -es.
β in aliis condicionibus: SALL. epist. Mithr. 22 Romanos -es gentium. SEN. benef. 1, 13, 3 a pueritia -o gentiumque vastator Alexander M. (cf. CVRT. 7, 8, 19 tu, qui te gloriaris ad -es persequendos venire, omnium gentium, quas adisti, -o es. 8, 2, 9 [loq. A.] ego, servatorum meorum -o). CVRT. 8, 8, 2 -i huic Hermolao (cf. 8, 8, 19 -o es). PETRON. 91, 2 eripe me -i cruento (sc. Ascylto). 98, 6 'quid est', inquit, '-o ?' (allocutio ut 107, 15 SEDVL. carm. pasch. 5, 61 et op. pasch. 5, 3 p. 276, 13). CYPR. epist. 73, 21 p. 795, 5 in latebra et in -um spelunca (de haereticis ut OPTAT. 1, 19 p. 21, 8. FILASTR. 61, 4 ut -es . . . animas . . . non desinunt captivare. RVFIN. hist. 7, 27, 2 PRVD. apoth. praef. 15. AVG. serm. 265, 5, 6 velut adversus -em . . . Christi gregibus insidiantem [gr. λυμεῶνα]. al.). aetate vergente de militibus dici videtur (aliter sub I): ARNOB. nat. 1, 63 lenitas Christi . . . manus in se porrigi ab immanibus passa est durissimisque -bus. VVLG. Iob 19, 12 venerunt -es eius (dei mittentis aerumnas in Iob velut in hostem; hebr. g^{e}dûdâw. cf. IVLIAN. ad l.: ac si diceret 'milites eius'; quia consuetudo scripturae est excursores hostium -es vocare [animo obversantur fortasse VVLG. VI reg. 6, 23 II par. 22, 1]. Hier. interpr. Iob temptationes, gr. πειρατήρια).

2 de diabolo, daemonibus: IREN. 5, 25, 1 antichristus iniquus et homicida quasi -o diabolicam apostasiam in se recapitulans. ARNOB. nat. 2, 4 Christum ab -bus pessimis miserorum hominum imprudentiam vindicasse (an de falsis prophetis, Matth. 7, 15 al.?). PRVD. ham. 508 creaturam . . . periuro . . . servire -i. 946 truculentum aliquem de gente -um . . ., qui me . . . in praeceps ut praedo trahat eqs. perist. 1, 106 spurcum -em martyrum virtus quatit . . ., praedo vexatus relictis se medullis exuit. 5, 544 post mortem . . . proteris solo -em corpore (an iudicem paganum?). Ps. AVG. serm. ed. Mai 1, 2 (affertur gen. 3, 5 eritis sicut dii) errat in lingua -is simplicitas aliena (ad eundem locum 72, 2 in corde -is). COMM. apol. 183 grassatio tanta -is (181 veteris . . . hostis). 317 veteri -i. 692 conscientes ante -i. BACHIAR. repar. laps. 9 p. 1045^C (ad Luc. 10, 30) collige fratrem, quem diabolus -o . . . percussit. Ps. TIT. epist. l. 152 abdita -is opera. SEDVL. carm. pasch. 4, 61 obsessa pepulit

[van Wees-B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Christus de fauce *hominis muti* -em (*cf.* op. pasch. 4, 6). PAVL. PETRIC. Mart. 2, 594 adversi saevissima iura -is. *al.*

B *de calculis in lusu q. d. latrunculorum adhibitis* (*cf.* latrunculus *sub 2*): Ov. ars 3, 357 *puella* non stulte -um proelia ludat, unus cum gemino calculus hoste perit. MART. 7, 72, 8 vincas *illos* ... mandris et vitreo -e clusos. 14, 18 ('calculi') insidiosorum si ludis bella -um, gemmeus iste tibi miles et hostis erit.

indicatur, quem (quid) -o infestet: gen.: CIC. Catil. 1, 33 SALL. epist. Mithr. 22 CVRT. 7, 8, 19. 8, 2, 9. ITALA act. 7, 52 (cod. h; *gr.* φονεῖς, *Vulg.* homicidae). PRVD. perist. 10, 1002 LEX Sal. Merov. 47, 2. 83, 1. *in aliquem*: PETR. CHRYS. serm. 127 p. 550^{A} Herodes sicarius in cives, in nobiles -o. *adi.*: DRAC. laud. dei 3, 329 adulter, -o maritalis, genialis praedo pudoris.

v. Onom.

deriv.: latrocinium, latrocinor, latrunculus. *cf.* Scytholatronia.

latrōcinālis, -e. *a* latrocinari. *i. q. ad latrones pertinens*: APVL. met. 2, 14, 3 quodcumque ... contraximus, id omne -is invasit manus, quorum audaciae repugnans etiam Arignotus ... iugulatus est. 4, 18, 4 capto noctis -i momento. AMM. 27, 2, 3 -ia castra *Germanorum.* 31, 5, 17 -es globi vicina ... incursabant. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 65 -i bello (*gr.* ληστρικοῦ, *quod adi. respondet etiam* 3, 177 doli. 3, 450 agminis [*Heges. 3, 22, 1* praedatoriae manus]. 6, 277 multitudo). 4, 135 collegiorum -ium principes (*gr.* τῶν ... συνταγμάτων ἀρχιλησταί). AVELL. p. 382, 15 pravam perversamque conspirationis illius (*cf.* latrocinium *sub IIB3*) et -em ... actionem.

adv. **latrōcināliter.** *i. q. latronis modo* (*cf.* latrocinanter): MART. CAP. 6, 642 Ionem, Autocli (*probatur* Aulochi *Sol. 2, 6*) filiam, obsidentem vias -r (procaciter insidentem v. *Sol.*) interemit *Hercules.* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 157, 35 Nestorium crudeliter et -r interemit.

latrōcinanter *v.* latrocinor.

latrōcinātio, -ōnis *f. a* latrocinari. *i. q. actio latrocinandi*: PLIN. nat. 19, 59 praefigi prospectus omnes coegit multitudinis innumerae saeva -o. AVG. c. Iulian. 3, 1, 5 violentis aggressionibus, -bus (latrocinantibus *var. l.*), itinerum obsidionibus, rapinis ... multa vastantes.

***latrōcinium**, -ī *n. a* 2. latro, *cf.* latrocinor. *legitur inde a* TRAG. inc. (*?*), RHET. Her., CIC. [*francog.* larrecin, larcin, *pic. vet.* larenchin; *francoprov. vet.* larucin; *delph.* larocin; *vasc. vet.* layroci. *consonantibus inter se mutatis: it.* ladroneccio, -eggio, *langob. vet.* laroneçço; *francog. vet.* larnese; *delph. vet.* laronicio, *prov. vet.* laironiçi, *prov.* larrounici, *langued.*, *vasc.* layrounici, *vasc. vet.* laironiz, lairois; *cat.* lladronici; *hisp.* ladronicio; *port. vet.* ladroíce. *cf. M.-L. 4932. Battisti-Alessio III 2150. Wartburg V 202sq. Corominas III 11. Machado II 1285. G.*]

I *usu prisco i. q. militia conducticia*: FRG. inc. Non. p. 134, 31 qui aput regem in -o fuisti, stipendium acceptitasti (*antea ap. Nonium* Cato in Tiberium *restituit Luc. Müller, ut auctor huius frg. exsisteret*).

II *usu sollemni i. q. praedatio, grassatio, incursio sim.* (GLOSS. *λῃστεία, λῃστήριον. distinguitur* furtum *l. 57 et* HOR. sat. 1, 3, 122. *saepe ponitur iuxta* bellum, *v. vol. II 1823, 74sqq.*): A *strictius*:

1 *vario usu* (*exempla selecta*): TRAG. inc. 197 sive ... virtus seu -um (*ita* patrocinium *trad.*). CIC. inv. 2, 111 qui ... excursionibus et -is infestam provinciam redderent (LIV. 29, 31, 10 nocturnis primo ac furtivis incursionibus, deinde aperto -o. 40, 18, 4 SEN. benef. 7, 15, 1. *al. cf.* SEN. benef. 4, 35, 2 iter infestari -is). Quinct. 82 quid haec immaturitas tanta significat? non vim, non scelus, non -um ...? Verr. II 1, 129 de istius impudentissimo furto seu potius novo ac singulari -o (*v. vol. VI 1, 1648, 10sqq.*). 4, 1 istius, quemadmodum ipse appellat, studium, ut amici eius, morbum et insaniam, ut Siculi, -um. 5, 185 divinum ... domicilium nocturno -o atque impetu compilavit. off. 2, 40 *v. p. 1018, 55.* CAES. Gall. 6, 23, 6 -a nullam habent infamiam, quae extra fines cuiusque civitatis fiunt. SALL. hist. frg. 2, 88 genus militum suetum a pueritia -is. LIV. 2, 48, 5 neque pax neque bellum cum Veientibus fuit; res proxime [in] formam -i venerat. 3, 61, 13 -i modo procursantes pauci recurrentesque (8, 34, 10. *cf.* 6, 31, 6 -i more. TAC. ann. 12, 39, 2 in modum -i. ARNOB. nat. 7, 43 -i ritu). 5, 28, 3 velut publico -o partam praedam dividere (AVR. VICT. Caes. 20, 4. RVFIN. hist. 4, 26, 6 *pro gr.* δημώδει λεηλασίᾳ). 10, 2, 4 gentes ... -is maritimis infames (40, 42, 1. *cf.* 40, 18, 4 transmarinarum navium. IVST. 43, 3, 5 maris). 26, 40, 17 per -a ac rapinam (*cf.* TAC. Germ. 35, 2 raptibus aut -is [hist. 1, 46, 2. 2, 58, 1 AMM. 29, 6, 8]. IVST. 41, 4, 7 -is et rapto vivere. *sim. al.*). 28, 12, 8 mos ... per -a militiam exercendi. 33, 29, 6 legatos ad quaerendum de -is ... mittit (*cf.* latrunculator). VITR. 2, 8, 12 -a facientes. PETRON. 12, 2 raptum -o pallium. QVINT. inst. 12, 7, 3 accusatoriam vitam vivere et ad deferendos reos praemio duci proximum -o est. *al.* *-o comparatur lusus calculorum* (*cf.* 2. latro *sub IIB*, latrunculus *sub 2*): Ov. ars 2, 307 sive -i sub imagine calculus ibit, fac pereat vitreo miles ab hoste tuus.

2 *metonymice*: a *de ipsis latronibus* (*cf. p. 1018, 26 et* SYNON. Cic. p. 417, 32 caterva ... -um): *?* RHET. Her. 4, 15, 22 (*inter exclamationes*) bonorum insidiatores, -a (-o *P²CE*), vitam (*P²CE*, vitae *cett.*) innocentissimi cuiusque petistis. AVG. civ. 4, 4 p. 150, 20 D. remota ... iustitia quid sunt regna nisi magna -a? quia et -a quid sunt nisi parva regna? manus et ipsa hominum est, imperio principis regitur *eqs.* b *de loco ad rapiendos detinendosque homines apto*: CASSIOD. hist. 9, 24, 2 mancipes ... pistrina publica (*sc. subterranea, ubi laborare cogebantur, qui arte mechanica de taberna in molam ceciderant*) -a esse fecerunt (*Socr. 5, 18* λῃστήρια. *ibidem 5* laqueo, *gr.* παγίδι).

B *latius*: 1 *in vita publica* (*cf.* 2. latro *p. 1016, 19*): CIC. S. Rosc. 61 confitere huc ea spe venisse, quod putares hic -um, non iudicium futurum. Catil. 1, 27 tantum profeci ..., ut ... id, quod esset a te scelerate susceptum, -um potius quam bellum nominaretur (*cf.* 2, 1 illum ex occultis insidiis in apertum -um coniecimus. *al.*). dom. 122 cum tu ... oppressam taeterrimo -o cum duobus sceleratissimis consulibus rem publicam teneres. 126 *Gabinii* -um consulatus vidimus. Sest. 1 domestico (144). 130 Clodianis (*cf.* ad Q. fr. 2, 1, 3 P. Clodi). Vatin. 19 in illo tuo intolerabili non regno ..., sed -o. Pis. 30 lex ... imposita per -um. Phil. 4, 15 Antoni nefarium -um (12, 17. 27. 14, 31. *cf.* fam. 12, 25, 6 Antoniano). *al.* SALL. Iug. 4, 7 homines novi ... furtim et per -a potius quam bonis artibus ad imperia ... nituntur. SEN. dial. 2, 9, 2 accusatore submisso ... quaeque alia inter togatos -a sunt. *al.*

2 *de diaboli -is*: LVCIF. reg. apost. 12 p. 64, 15 contra interni tui hostis -um sume paenitentiae arma. AVG. serm. 9, 21 -a diaboli. serm. coll. Morin p. 287, 14 -a temptamentorum: diabolus ... insidiatur, ubique temptat intrare *eqs.* 3 *de haereticorum -is*: LEO M. epist. 95 Conc.^{S} II 4 p. 51, 4 in illo Epheseno non iudicio, sed -o (EPIST. pontif. 701 Schwartz p. 11, 22 AVELL. p. 379, 18. 390, 22. *al. cf.* latrocinalis). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 27, 12 multis talibus et -is et additamentis ... utente Cyrillo seductionibus eius ... Caelestinus abreptus est. CONC.^{S} IV 2 p. 102, 36 quae istius -i atrocitas extitit, quae ... abnegat ...? (*Gelas. p. 195, 12 L.-H.* λῃστηρίου *i. latronum?*).

deriv.: latrocinius.

latrōcinius, -a, -um. *a* latrocinium. *i. q. latrocinio deditus*: PS. TIT. epist. l. 214 o homo, qui non metuis faciem -ae huius personae (*sc. diaboli, ni fallimur, cf. l. 152* latronis), in qua multi gradientes perdiderunt vitam.

***latrōcinor**, -ātus sum, -ārī. *a* 2. latro, *cf.* latrocinium. *inf. act.* -are VOPISC. Prob. 16, 6. *legitur inde a* PLAVTO, CIC. [*falso tradi vid.* -antis *pro* lancinantis *p. 919, 39.*]

I *usu prisco i. q. militare mercede* (*sic* NON. p. 134, 29 *afferens* PLAVT. Cornic., *cf.* GLOSS. V 643, 62sq. -ari: militare. -tus: militans): PLAVT. Mil. 499 (*ad servum militis*) an, quia -amini, arbitramini quidvis licere facere vobis, verbero? Trin. 599 ibit istac, aliquo, in maximam malam crucem, -tum, aut in Asiam aut in Ciliciam. Cornic. frg. 2 qui regi -tu's decem annos Demetrio (*sic* Varro ling. 7, 52, *corrupte* Non.; *cf. p. 1017, 46*). *iocose de rebus*: PLAVT. Poen. 704 haec (*mulier, vinum al.*) -antur ... omnia. :: quid ita? :: quia aurum poscunt praesentarium.

II *usu sollemni i. q. praedari, insidiari sim.* (GLOSS. II 360, 29 λῃστεύω -or, praedor. *plus valere videtur quam* rapere *l. 66*):

A *intransitive*: 1 *absolute*: a *strictius* (*-antur homines; animal l. 56*): CIC. Catil. 2, 16 -antem se interfici mallet quam exsulem vivere. Mil. 17 quasi Appius ... viam munierit non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri -rentur. rep. 2, 9 e barbaris ... nulli erant antea maritumi praeter Etruscos et Poenos, alteri mercandi causa, -andi alteri. 3, 15 ut Cretes et Aetoli -ari honestum putent. leg. 1, 43 ius esset -ari. nat. deor. 1, 86 tot milia -antur morte proposita. off. 1, 128 -ari, fraudare, adulterare re turpe est, sed dicitur non obscene. 2, 40 qui eorum cuipiam, qui una -antur, furatur aliquid aut eripit, is sibi ne in latrocinio quidem relinquit locum; ille autem, qui archipirata dicitur *eqs.* PLIN. nat. 9, 144 pastinaca -atur ex occulto transeuntes *pisces* radio ... figens. FLOR. epit. 3, 6, 3 Cretam inter atque Cyrenas ... -bantur. APVL. met. 8, 18, 4 non vestrorum spoliorum cupidine -amur. LAMPR. Alex. 59, 6 -antium modo. VOPISC. Prob. 16, 6. quatt. tyr. 12, 1 domi nobilis, sed maioribus -antibus. 13, 3 Alamannos ... contrivit, numquam aliter quam -andi pugnans modo. FIRM. math. 6, 31, 6 grassator ... -antem manum profusione sanguinis cruentabit. *al.*

b *latius et in imagine*: CIC. or. frg. A XVI 1 ut rapiat, ut -etur (SCHOL. Bob. p. 91, 32 *ad l.*: vehementibus et invidiosis verbis utitur; non enim dixit 'ut exposcat hereditatem, ut sibi vindicet' *eqs.*). FIRM. math. 4 prooem. 3 rapiendi, immo potius -andi potestate permissa. HIL. in psalm. 128, 4 quod sint *homines* vasa diaboli, satanae ministerium et -antium (*daemonum sim.*) tela et alienae militiae ac nequitiae paritores. RVFIN. hist. 4, 9, 1 ne ... calumniatoribus -andi tribuatur occasio (*gr.* κακουργίας). Orig. in Rom. 5, 1 p. 1019^{C} quia ipse inimicus et tyrannus ... in fine saeculi destruendus est, idcirco etiam nunc videmus eum non tam regnare quam -ari. AVG. vera relig. 49, 95 *phantasmata* nullis viribus, sed magnis insidiis -antia. PETR. CHRYS. serm. 17 p. 244^{A} -ante diabolo homo vexabatur innocuus. VAL. CEM. hom. 12, 7 p. 731^{B} vindictae locum animo -anti exspectant. PRAEDEST. 3 p. 627^{C} haereticorum ... silvae, in quibus -ante perfidia divitiae fidei pervasae sunt, praedam passa ecclesia *eqs.* *al.*

2 *indicatur, in quem vel quid*: EVTR. 3, 7, 1 *Histri* -ti navibus Romanorum fuerant. HIER. c. Vigil. 4 qui de latronum et convenarum (*v. Onom. II 583, 67*) natus est semine ..., hucusque -etur contra ecclesiam dei et ... incurset Galliarum ecclesias. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 42, 27 ovibus praevidere pastores, ne ... fur -etur in eis (*gr. I 1, 5 p. 128, 26* ταῦτα λῃστεύῃ).

B *transitive* (*fere i. q. latrocinio infestare*): SEN. contr. 1, 2, 8

[*van Wees-B.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*verba Cesti Pii*) piratas . . . simul terras et maria -antes. TERT. patient. 7 p. 12, 25 (*de eis, qui lucrum anteponunt vitae*) pervia immemores (per viam more *editio tertia Rhenani*) bestiarum -antur. ITALA *infra l. 47.* Ps. AVG. serm. ed. Mai 33, 2 *latro cum Christo crucifixus* -atur caeleste imperium, vim facit regno caelorum.

part. praes. **latrōcinans** *fere pro subst. v. p. 1018, 59. 60. al.*

adv. **latrōcinanter.** *i. q. latronis modo* (*cf.* latrocinaliter): AVG. epist. 35, 3 violenter . . . vel -r si quid audendum putaverint. c. Iulian. op. imperf. 5, 64 p. 1504 ut tamquam in solitudine defendente nullo -r invaderes. CONC.[S] II 5 p. 62, 23 occulte . . . , -r et non regulariter per ianuas sanctarum regularum ad ovium aulas ingressus est.

deriv.: latrocinalis, latrocinatio.

latrunclo *v.* latrunculor.

latrunculārius, -a, -um. *a* latrunculus. *i. q. ad lusum latrunculorum pertinens*: SEN. epist. 117, 30 nemo, qui ad incendium domus suae currit, tabulam -am prospicit, ut sciat, quomodo alligatus exeat calculus. *m. pl. de ipsis lusoribus* (*ni fallimur*): CIL IV 7851 *illum* aed(ilem) Montanus cliens rogat cum -ris.

latrunculātor, -ōris *m.* *a* latrunculari *vel* -are (*notione sane non congrua*). *i. qui latrones persequitur* (GLOSS. ληστοδιώκτης *cf. Tert. apol. 2, 8* latronibus vestigandis . . . militaris statio. *Novell. Iust. 8, 12, 1* latronum insecutores. *8, 13* latronum insectatores. *134, 1* latronum expulsores): VLP. dig. 5, 1, 61, 1 -r de re pecuniaria iudicare non potest. IVLIAN. epit. novell. 15, 10 (60) de -bus et biocolytis et aphoplistis: . . . neque . . . magistratibus licebit -es . . . in provincias mittere.

latrunc(u)lor, -ātus sum, -ārī *et* -o, -āre. *a* latrunculus. *i. q. latrocinari*: PEREGR. Aeth. 23, 4 satis mali sunt et frequenter -antur *Isauri*. GLOSS.[L] II Abav. LA 72 (*item* GLOSS. V 544, 15. 602, 56) latrunclat (-ciat *trad.*): per naves pugnat.

[s]**latrunculus,** -ī *m.* *a* 2. latro *deminutive.* *de orig.*: PRIMAS. in apoc. p. 845[D] eo quod lateat oculos. *scrib.* -col- GREG. TVR. Franc. 2, 40 p. 90, 20 *in parte codd.* *inde a* CIC.; *sing. collectivus l. 44.*

1 *de animantibus* (*sc. hominibus; de daemonibus l. 54 sq.* GLOSS. II 491, 37 λῃστήριον. 585, 37 latro et locus est eorum sic dictus [*hoc interpretamentum ex illa voce gr. male intellecta ortum esse contendit Götz,* iocus *coni. Stowasser cum respectu lusus sub 2 illustrati*]):

2 *in rebus sacris*: **a** *paganorum*: *α in univ.*: TERT. bapt. 5 p. 205, 1 ipsos etiam deos suos -bus efferunt. CAES. AREL. serm. 33, 4 p. 140, 6 nullus in festivitate sancti Iohannis ... in fluminibus ... se lavare praesumat: quia ista infelix consuetudo adhuc de paganorum observatione remansit; cum enim ... animae ... in illa sacrilega -e moriantur *eqs.* *β in cultu Magnae Matris*: MENOL. Colot. Mart. (CIL I² p. 280) -o (*item in fastis*: MENOL. Vall. Mart. [*ibid.* p. 280]. PHILOCAL. fast. Mart. 27 [*ibid.* p. 260]. POL. SILV. fast. Mart. 27 [*ibid.* p. 261]). ARNOB. nat. 7, 32 -o ... deum matris est hodie; sordescunt enim divi et ad sordes eluendas laventibus aquis opus. AVG. civ. 2, 4 p. 57, 12 D. die sollemni -is eius. p. 57, 26 quae sunt sacrilegia, si illa sunt sacra? aut quae inquinatio, si illa -o?

b *Iudaeorum et Christianorum*: TERT. resurr. 48 p. 100, 11 anima ... non -e, sed responsione *fidei* sancitur. ITALA *p. 1035, 14*. CYPR. sent. episc. 22 sacra et divina -e lotos *haereticos* ... in ecclesiam recipi. SERM. RevBén. 72, 1962 p. 270, 35 *Abraham* in -e illa pedum omnes peccatorum sordes deposuit, quia -o pedum domini nostri absolutio peccatorum est (p. 272, 93 *Petrus* cognovit in -e p. magnum esse mysterium. *cf. l. 30. p. 1035, 61*). p. 272, 100 (*Ioh. 13, 9*) *Petrus* totum se baptismo offerebat ..., ut -e capitis cor mundum possideret; in -e manuum, opera iustitiae faceret; in -e vero pedum, per viam veritatis mundis gressibus ambularet. PASS. Theclae Ca 25 p. 69, 3 donec accipias dei -em (dei lationem *sive* dilationem *trad.*; *cf.* solutionem *Cb. gr.* τὸ ὕδωρ). Cb 40 p. 115, 13 accepi -em (lutionem *sive* solutionem *trad.*; *cf.* locutionem *Ca. gr.* τὸ λουτρόν, *A* ablutionem, *recc. cett.* lavacrum).

B *metonymice*: **1** *de cella balnei*: VITR. 5, 11, 2 in ... porticu conlocentur haec membra: ephebeum, ... coryceum, ... conisterium, ... frigida -o, quam Graeci λουτρόν vocitant; ... introrsus ... conlocetur concamerata sudatio ..., quae habeat ... ex una parte laconicum ..., ex adverso laconici caldam -em. **2** *de labro variisque vasis*: PHAEDR. 4, 5, 22 vestem, mundum muliebrem, -em argenteam. VLP. dig. 34, 2, 25, 10 *ad mundum muliebrem pertinent* specula, matulae, unguenta, vasa unguentaria et si qua similia dici possunt, veluti -o, riscus.

II *vi dilatata et deflexa i. q. conspersio, madefactio*: ORIBAS. syn. 4, 37, 3 Ab p. 40 panem ... infundis in aqua ..., mensura autem -o panes (*pro* -is panis) ... fit, ut ... quod infermentatum in se habet amittit (*gr.* διαβροχῆς, *La* infusionis).

in paronomasia: -e lotos CYPR. sent. episc. 22.

lavātor (lōtor), -ōris *m.* *a* lavare. *notatur* lot INSCR. Dessau 9421. *scribitur*: -ava- (-aba-): SCHOL. Hor., GLOSS.; *dub. suppl.* EDICT. imp. Diocl. III/IV 7, 54 ⟨lav⟩atori (*Mommsen*; coronatori, coloratori *alii*). -au-: ANTH. *et var. l.* GLOSS. II 410, 32. -o-: *passim.* -u-: *var. l.* PAVL. NOL., GLOSS., *falso trad.* GRATT. 131, *in titulo spurio* CIL XIV 104*.

i. qui lavat (*sc. aliquid vel aliquem; se ipsum l. 73*): **1** *technice de eis, qui vestimenta sim. lavant* (GLOSS. [-r *tum lemma, tum interpretamentum*] πλυτήρ. πλύτης. ἠλιαστής): CIL V 801 gentilibus Artorianis -bus (*item occurrunt collegia -orum*: XIV 2156 INSCR. Dessau 9421). OPTAT. 3, 9 p. 93, 15 apud -em pariter mundati *panni* (*allegorice de Donatistis et catholicis accipiendi*). DIOSC. 2, 149 p. 235, 6 unum *genus struthii* -es lan⟨a⟩e utuntur (*gr. 2, 163* ἐριοπλύται *cf. Plin. nat. 24, 96* tinguentibus ... lanas praeparat). **2** *in univ.*: PROB. app. gramm. IV 199, 23 inter labat et lavat hoc interest, quod labat nutat significat, lavat vero -em esse demonstrat (*fere eadem* ISID. diff. 1, 342). SCHOL. Hor. epist. 1, 16, 60 Laverna ... est autem dea furum ...; fortasse dicta sit a lavando, nam fures -es dicuntur (*obscurum; fortasse per translationem iocosam, quia divites copiis suis quasi sordibus privant, dictum est, aut quodam modo pendet e Paul. Fest. p. 117* laverniones fures antiqui dicebant, quod sub tutela deae Lavernae essent, in cuius luco ... solitos furta praedamque inter se luere). PAVL. NOL. epist. 23, 4 manus famulas et membris meis unctor et pedibus -r adhibebat. ANTH. 377, 8 fornacibus *balnei* aestuat ardor ...; stat tutus -r multo circumdatus igne.

lavātōrium, -ī *n.* *a* lavare. [*it.* lavatoio; *sard. mer.* lavađoya; *francog.* lavoir, *dial. norm., pict., centr., burg., comit., camp.; francoprov.; prov. vet.* lavador, *vasc. vet.* lavaduy, *dial. prov., delph., langued., vasc.; hisp.* lavadero, *astur.* llavadera; *port.* lavadouro, -oiro. *cf. M.-L. 4952. Battisti-Alessio III 2187. Wagner II 17. Wartburg V 216 sq. Corominas III 57. Machado II 1307. G.*] GLOSS. II 410, 29 πλύσιμον labatorium. III 77, 48 νιπτήρ labaturium. *huc fortasse referas* CASSIOD. hist. 10, 20, 3 (*v. p. 762, 48*) *collatis l. 40 sqq.*

lavātrīna (lātrīna), -ae *f.* *a* lavare; *cf.* pistrina. *scribitur* lavat- VARRO ling. 5, 118 (laviat- *F*). 9, 68 NON. p. 212, 7; *metri causa*

[*Beikircher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

restituitur POMPON. Atell. 53. lat- *passim.* *de genere*: NON. p. 212, 7 latrina genere feminino; et est lavatrina, quod nunc balneum dicitur (*affert* LVCIL. 400) . . .; neutro Laberius (*affert* LABER. mim. 36) . . .; hic latrinum ventri finem locum dixit (*textus corruptus; dubium, utrum interpretatio versus Laberiani sit an aliud poetae fragmentum; deest in edit. Ribb.*); *deinde affert* LVCIL. 253. *legitur inde a* PLAVTO, LVCIL. [*cors.* (a)vedrina. *cf. M.-L. 4952. Battisti-Alessio III 2178. G.*]

1 *proprie*: **a** *notione prisca i. q. balneum* (*cf.* VARRO ling. 9, 68 domi suae quisque ubi lavatur, balneum dixerunt . . ., cum hoc antiqui non balneum, sed -am appellare consuessent. NON. *l. 2* [*affert* LVCIL., LABER.]. GLOSS. λουτρών. GLOSS.ᴸ IV Ps. Plac. L 9 -is: locis, quibus lavari solebant sordida): LVCIL. 253 hic tu apte credis (hoc . . . credit *trad.*) quemquam -a petisse (*'carpebat convivarum sordidorum hoc versu imbalnitiem' Marx*). 400 qui in -a langue⟨t⟩. LABER. mim. 36 sequere ⟨me⟩ in -um, ut aliquid gustes (-us *trad.*) ex Cynica haeresi (*an potius ad b? contra dubitare licet, ne l. 23. 24 potius huc spectent*).

b *notione communi*: *α strictius i. q. locus, ubi ventrem exonerare licet* (GLOSS. secessus. secessus publicus. ἀφεδρών. κοπρών. *sim.*): PLAVT. Curc. 580 istas tuas magnas minas non pluris facio quam ancillam meam, quae -am lavat (*cf.* POMPON. Atell. 53 volo -am lavi *i. lavari. an dictum est de balneo?*). VARRO ling. 5, 118 trua, qua e (truę que *trad.*) culina in -am aquam fundunt (*an de balneo?*). COLVM. 9, 5, 1 quae *pars aedificii* tetris -ae sterquiliniique et a balinei libera est odoribus. 10, 85 nec pudeat fisso praebere novali, immundis quaecumque vomit -a cloacis. SVET. Tib. 58 ut haec quoque capitalia essent: . . . nummo vel anulo effigiem *imperatoris* impressam -ae aut lupanari intulisse. vita Lucani p. 51, 7 in -is publicis (CVRIOS. [= REG.] urb. p. 105, 11 N.). APVL. met. 1, 17, 6 apage te . . ., fetorem extremae -ae. TERT. coron. 13 l. 54 a saeculo coronantur et lupanaria et -ae et pistrinae *eqs.* ieiun. 6 p. 280, 9 domicilium interioris hominis . . . decoquendis iam stercoribus exaestuans praemeditatorium efficitur -arum (*cf.* HIER. adv. Iovin. 2, 12 guttur nostrum meditatorium efficitur -arum). ITALA Matth. 15, 17 (Aug. c. Faust. 16, 31 p. 480, 27. *cf.* 6, 6 p. 293, 10) omne, quod in os intrat, in ventrem vadit et in -am emittitur (*gr.* εἰς ἀφεδρῶνα, *cod. aur. al. et Vulg.* in secessum). LAMPR. Heliog. 17, 1 in -a, ad quam confugerat, occisus. FIRM. math. 8, 19, 12 -as semper cloacasque mundabit (*cf.* 8, 20, 1 -as cloacasque purgabunt). VVLG. IV reg. 10, 27 fecerunt pro ea *aede Baal* -as. VICT. VIT. 2, 15 quem . . . in loco -arum obsceno conclusit. *per appellationem contumeliosam de homine immundo* (*cf. l. 30*): ANTH. 205, 4 nariputens (-putrens *Burm.*) oris -a, Filippe (*cf. 9* secessum naribus efflas).
β laxius i. q. cloaca vel fovea excrementorum receptaculum (*exempla certiora*): QVINT. decl. 350 p. 377, 29 si inciderit in -as (latrones *trad.*), si in aquas praecipitatus . . . fuerit. SVET. Nero 24, 1 abici . . . in -as omnium statuas . . . imperavit. APVL. met. 9, 14, 3 omnia prorsus ut in quandam caenosam -am in eius animum flagitia confluxerant. VLP. dig. 7, 1, 15, 1 *si* de palaestra *servum* stercorandis ('destercorandis [*Brencm.*]?' *Mommsen*) -is praeponat.

2 *transfertur ad locum turpem, lupanar sim.* (*iuxta* lupanar *l. 28. 31*): APVL. Plat. 1, 13 postremam mentis portionem infernas abdominis sedes tenere ut popinas quasdam et -arum latebras, deversoria nequitiae atque luxuriae. TERT. pall. 4, 10 cum -arum antistes (*lenam dici putat Geffcken, Kynika 120 sq.*) sericum ventilat . . . et armillas . . . omnium pudendorum conscias manus inserit.

lavātūra (lōtūra), -ae *f.* *a* lavare. lavat- VITAE patr. ORIBAS. eup. 2, 1 A 8 Aa syn. 4, 14, 3 Aa ALEX. TRALL. lot- *passim* (lotora DIOSC. 5, 33 p. 179, 11). [*val.* lătură; *it.* lavatura; *francog. vet.* laveüre, *francog.* lavure, *dial. wall., norm., centr., burg., comit.; francoprov. vet.* lavire, *francoprov.* lavirę, lawirə *etc.; prov.* lavadura, -o; *hisp., port.* lavadura. *cf. M.-L. 4953. Battisti-Alessio III 2187. Wartburg V 214. Corominas III 57. Machado II 1307. G.*]

1 *praevalente notione actionis lavandi* (*gr. resp.* πλύσις, *ubi nihil adnotavimus. cf.* GLOSS. II 410, 30 πλύσις: lutus, -a): PLIN. nat. 33, 114 lavari farinam et quod subsidat iterum lavari; differentiam artis esse, quod alii minium faciant prima -a, apud alios id esse dilutius, sequentis autem -ae optimum (*sed Theophr. lap. 58* πλύσματι). 34, 128 pompholyx -a separatur, spodos inlota est (*cf.* DIOSC. 5, 96 p. 202, 20 melior . . . -a suprascripta [*p. 202, 13* lavatur . . . ponfolis sic]). 34, 131 quodcumque genus *spodi* lavando fit utilius; purgatur ante pinna, dein crassiore (crebriore *Mayhoff dubitanter*) -a digitis scabritiae excernuntur. 34, 168 fit et -ā plumbi usus in medicina (*cf.* DIOSC. 5, 106 p. 209, 6 de -a plumbi [*sed gr. 5, 81* ὁ πεπλυμένος μόλυβδος]. 5, 110 p. 211, 19 -a et combustura *molybdaenae. cf. l. 84*). EXPOS. mundi 5 *Camarini* per ignis gladium (*corruptum;* radium *Riese, alii aliter*) -am expetunt *vestium* (*cf.* rec. interpol. per ignem solis -am exspectant). THEOD. PRISC. eup. faen. 9 post capitis -am. DIOSC. 5, 33 p. 179, 11 *aqua marina* tepida ad -a(m) tortionibus accepta praestolatur (*gr. 5, 11, 1* πρὸς στρόφους θερμόν *tantum*). 5, 178 p. 241, 3 *terrae Samiae* (*iuxta* combustione). ORIBAS. eup. 2, 1 A 8 Aa Acacia . . . labata . . . acredinem in -a deponit (*om. La*). 2 *praevalente notione aquae ad lavandum adhibitae, lavando inquinatae* (*gr. resp.* ἀπόπλυμα, *ubi nihil adnotavimus*): PLIN. nat. 34, 170 ad haec (*haemorrhoidas sim.*) . . . -a plumbi facit (*cf. p. 1037, 73*). CAEL. AVR. acut. 2, 32, 167 *sudor* male redolens tamquam -a carnis (*nonnisi in comparationibus.* 2, 36, 190 *item de sudore* [*sed loco gemino diaet. pass. 40* sudor . . . reolens aquatus carnium similis]. 3, 20, 195 aquati . . . liquoris fit egestio [*sc. vomitu, ut videtur*] et . . . similis -ae c. gyn. 2, 51 *de mulierum menstruis* [*gr. p. 122, 14 Ilb.* σαρκὶ πεπλυμέναις ὅμοιος]. ORIBAS. syn. 9, 40 [73] add. Aa p. 345 aquatus humor *mulieris parturientis* . . . veluti -ae c. ALEX. TRALL. 2, 68 *de excrementis*). 3, 17, 161 vel cantabri -a . . . vel bromi sucus. VITAE patr. 5, 17, 25 *frater* lavit vulnus senis illius et recolligit aquam in vase et quoties sitiebat ex ea bibebat; coepit autem iterum cogitatio sua sollicitare eum dicens . . . non bibas fetorem hunc; frater autem . . . toleranter ferebat bibens -am vulneris illius; et cum ita ministraret seni, . . . illam -am vulneris in aquam mundissimam vertit *deus.* ORIBAS. syn. 4, 14, 3 Aa p. 14 aqua, quae purgat secessus et coquinas bel (*i.* vel) balnea aut fullonum -as (*gr.* τὰ τῶν πλυνούντων τὴν ἐσθῆτα ῥύμματα, *La* quae . . . ex balneis vel fullonum lavantibus decurrunt. *vix de loco lavationis*). *Beikircher.*

laucelarchizo, -āre, *λαυκελαρχίζω. *i. q. sacerdotio quodam Neapolitano ceterum ignoto fungi* (*cf. Kaibel, IG XIV p. 191 sq.; ibid. nr. 716* λαυκελαρχήσας): INSCR. Dessau 6455 (*Neapoli*) ⟨lau⟩celarch⟨isanti in⟩imitabili demarcho.

laucōma *v.* leucoma. **lauda** *v.* lambda. *B.*

***laudābilis,** -e. *a* laudare. *scrib.* l(a)uda(b)elis CIL XIII 2477 (*a. 630/31*), -vilis INSCR. christ. Diehl 254 (*ca. s. V*). *de compendiis v. infra l. 81.* *compar. inde a* CIC.; *superl.* CIL XI 2547 (*s. III*), *cf.* CIC. orat. 136 maxime . . . -em (parad. 15 COLVM. 8, 16, 6 PLIN. nat. 11, 38 QVINT. inst. 9, 1, 4. *al.*). part. 79 summe . . . -is (fin. 5, 95. *al.*). VELL. 2, 31, 1 perquam -r. PLIN. nat. 34, 79 ante cuncta -em. QVINT. inst. 2, 13, 10 praecipue -is. *al.* *de notione*: ISID. diff. 1, 325 -is est, qui laudari potest (*distinguitur* laudandus. DIFF. ed. Beck p. 67, 8). GLOSS. ἐπαινετός. αἰνετός. ἄξιος ἐπαίνου. *inde a* RHET. Her., CIC. [*it.* lodevole; *francog.* louable; *wall.* louwåve; *prov. vet.* lauzevol, *vasc.* laudable; *hisp.* loable; *port. vet.* loável, *port.* louvável. *cf. Battisti-Alessio III 2260. Wartburg V 207. Corominas III 115. Machado II 1361. G.*] [*perperam traditur*: VARRO rust. 1, 55, 1. 1, 59, 2 (*adv.*).]

1 *vi passiva i. q. laude dignus, laudandus* (*c. dat. l. 48*): **a** *de rebus*: *α c. nominibus, pronominibus*: RHET. Her. 3, 4, 7 -e est, quod conficit honestam . . . commemorationem. CIC. dom. 97 factum. de orat. 2, 343 virtus . . ., quae est per se ipsa -is (fin. 1, 42. Tusc. 4, 34 utilitate. SEN. epist. 66, 22). 3, 34 formae figuraeque dicendi specie dispares, genere -es. Brut. 325 orationes. orat. 125 pars orationis. 136 eloquentiam. part. 79 res . . . honesta . . . summeque -is (fin. 1, 42. 5, 95 SEN. epist. 76, 10). rep. 3, 6 vitae ratio (*cf.* Tusc. 5, 47 vita [Lael. 23 TREB. Val. 5, 1. *al.*]). leg. 2, 11 legem. off. 2, 49 etsi -ior est defensio, tamen etiam accusatio probata persaepe est. 3, 110 hoc exemplo aut -ius aut praestantius (PHAEDR. 2, 1, 11). *al.* HOR. ars 408 natura fieret -e carmen an arte (LIV. 27, 37, 13 forsitan -e rudibus ingeniis, nunc abhorrens et inconditum). OV. am. 1, 5, 23 nil non -e vidi. trist. 5, 14, 35 Penelopea fides (VAL. MAX. 6, 8 praef.). LIV. 6, 23, 11 consilium (7, 5, 2 pietate. 26, 16, 11 ab omni parte). 7, 5, 7. 36, 21, 3 multo modestia post victoriam quam ipsa victoria -ior. VAL. MAX. 1, 1, 3 obsequium . . . oboedientia. *al.* SEN. benef. 3, 38, 2 quantum opus sit, quam -e . . . posse hoc dicere. COLVM. 1 praef. 24 nigra terra (PLIN. nat. 17, 27). 1, 2, 2 *agrum.* 3, 2, 26 *vitis* (*cf.* 3, 10, 5). 7, 12, 3 varius *color* in neutro *cane* est -is. 8, 16, 6. PLIN. nat. 11, 38 *mel. et saepius.* *β neutr. pro subst.*: RHET. Her. 3, 2, 3 honesta res dividitur in rectum et -e. 3, 4, 7 ex recto -e nascitur. CIC. fin. 3, 11 multa -a fecerunt (LIV. 34, 16, 1 tria). Att. 13, 21a, 4 (7) audio -ia de Scrofa. APVL. Plat. 2, 13 primum bonum atque -e est virtus. *γ* -e est *c. structuris pendentibus*: Ⓘ *inf.*: SEN. contr. 1, 6, 3 quod nemo dederat (*sc. nobilitatem*), fecisse -e ⟨e⟩s⟨t⟩ (*opp.* dedecus). VAL. MAX. 5, 1, 8 si egregium est hostem abicere, non minus tamen -e infelicis scire misereri. SEN. benef. 4, 16, 3 PLIN. epist. 5, 3, 4. paneg. 83, 3 quanto . . . magis arduum est alios praestare quam se, tanto -ius. HIL. in psalm. 146, 5. *al.* Ⓘ *acc. c. inf.*: HIL. in psalm. 68, 10 zelum . . . dei . . . placuisse -e est. AVSON. 419, 71 p. 371, 473 P. -e est imperatorem faciles interpellantibus praebere aditus. Ⓘ ut: CASSIOD. var. 6, 24, 2 utrumque -e est, ut bonus populus iudicem benignum faciat et mansuetus iudex gravissimum populum aequabili ratione componat. VEN. FORT. vita Albin. 5, 13.

b *de animantibus*: *α in univ.*: CIC. Brut. 333 oratores. orat. 67 *poeta* est eo -ior, quod virtutes oratoris persequitur, cum versu sit astrictior. parad. 15 ut . . . est quisque maxime boni particeps, ita est -is maxime . . .; melioremne efficit aut -iorem virum *voluptas*? (CYPR. mortal. 6 gravis et -is. CAPITOL. Pius 2, 2 in cunctis. TREB. trig. tyr. 32, 2 erga rem publicam domi forisque. *al.*). Tusc. 4, 34. OV. Pont. 2, 11, 13 sponte . . . per seque mea est -is uxor (3, 1, 77). VELL. 2, 33, 1 per omnia. VAL. MAX. 8, 7 ext. 11 discipulusne an praeceptor esses -ior. COLVM. 1, 1, 8 -is habetur agricola. APVL. met. 3, 6, 3 -em publice. *al.* *β titulus honorificus* (*notatur* l *saepe*, lˢ CIL IX 2074. *afferuntur exempla selecta*): Ⓘ *de magistratibus*: AVX. Hil. c. Aux. 13 viros -es quaestorem et magistrum. SYMM. epist. 2, 10 virum -em Carissimum ex comitibus (INSCR. christ. Diehl 254 ex comete). 4, 48

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vir -is Africae comes (AVG. epist. 227 p. 482, 10. 244, 2. CONC.S II 2, 1 p. 23, 38 [*gr. II 1, 1 p. 39, 27 θαυμασιωτάτου, cf. II 3, 1 p. 10, 25* admirabilem]. CIL III 14406). 10, 23, 3 v(ir) c(larissimus) et -is vicarius (10, 23, 4. 7. 10, 26, 3 COD. Iust. 10, 23, 3, 3 *a. 468*). CONC.S II 3, 1 p. 121, 15 vir -is Magnus silentiarius (*gr. II 1, 1 p. 139, 1 θαυμασιώτατος*). CASSIOD. hist. 7, 11, 10 praesul Antiochenus (*Theodoret. 4, 11, 5 πολυθρύλητος*). CIL X 1354 v(ir) l(audabilis) decurio. ⓘⓘ *de clericis*: SYMM. epist. 7, 51 Severum episcopum omnium sectarum adtestatione -em (10, 21, 6 -i viro episcopo). PAVL. NOL. epist. 51 vir -is ... conpresbyter meus (*cf.* CIL XIII 2477 *presbyter*). AVG. epist. 42 dominis -bus in Christo (45. 100 domino eximio meritoque honorabili insigniterque -i filio Donato). CONC.S I 5 p. 337, 7 beati et per omnia -is patris nostri Athanasii (*gr. I 1, 4 p. 19, 16 πανευφήμου, cf. I 2 p. 106, 23* opinabilis. *item ibid.* p. 337, 28). CIL VIII 27 (= 11025) vir -is sacerdotalis. ⓘⓘⓘ *de feminis*: SYMM. epist. 4, 68, 1 clarissimae et -is feminae (AVG. epist. 35, 4 CIL III 4389 X 1346. 1350. 1355). AVG. epist. 99 in Christi membris merito sancteque -i famulae dei (264). 267 dominae religiosissimae ... et in Christi caritate -i filiae Fabiolae. CIL XI 2547 coniugi -issim(a)e. XIII 7118 matron(a)e.

2 *vi activa fere i. q. laude afferenda insignis, honorificus*: CIC. fam. 15, 6, 1 nihil potest esse -ius quam ea tua oratio. VAL. MAX. 4, 8, 1 *occasio* Fabio Maximo ... parvam pecuniae summam erogatam ad hoc usque tempus -em fecit (*c. dat. ut* PLIN. paneg. 84, 8 quid ... -ius feminis, quam si verum honorem ... in iudiciis hominum reponant ...?). IVV. 11, 22 *cena eximia* in Rutilo ... luxuria est, in Ventidio -e nomen sumit. ITALA psalm. 17, 4 (cod. 136 Cas.) -is invocabo dominum (*cett. et Vulg.* laudans, *gr.* αἰνῶν). CYPR. epist. 13, 3 nomen domini -i testimonio praedicatur (AVG. in euang. Ioh. 36, 3 l. 14). 37, 4 vox ... iugi honoris sui tenore -is (CASSIOD. Ios. antiq. 15, 52; *gr.* εὐφήμους). 44, 2 collegae ... -i multorum sententia conprobati. 55, 8 Cornelium ... -i praedicatione commendat. *ibid.* litteras honorificas et -es. COD. Theod. 7, 21, 3, 2 vulnerum -is excusatio. THEOPHIL. ALEX. epist. 3 -i or⟨e⟩ decantare. VRAN. epist. 11 p. 866A gloriosam et -em sepulturam adeptus est. VITA Roman. rec. (BHL 7306) p. 187, 16 praecedebat ... virum fama -is.

adv. ˣ**laudābiliter,** *compar.* -ius. 1 *passive fere i. q. modo laudando*: CIC. Tusc. 5, 12 ad recte, honeste, -r ... vivendum (*ibid. iterum.* AVG. contin. 4, 11 p. 153, 15 *opp.* culpabiliter. *al. cf.* VITA Fulg. p. 55 L. vitam monachi -r gerens). VELL. 2, 31, 1 cum ... perquam -r iurasset *eqs.* VAL. MAX. 5, 1 ext. 2 in hunc modum filiae iniuriam tulit, suam multo -ius. 5, 4, 3 Manlius quo horridiorem patrem habuit, hoc periculo eius -ius subvenit. TAC. ann. 15, 59, 3 periturum. PELAG. in I Cor. 11, 22 laudavi, ubi -r egistis (AVG. in euang. Ioh. 100, 2 l. 16. *al.*). AVG. civ. 1, 26 p. 41, 28 D. hoc Abraham etiam -r fecit (fid. et op. 7, 10 p. 46, 8). epist. 155, 5 *dei* dono sum, si quid -r sum. *al.* *c. adi.*: AVG. serm. 50, 6, 9 (*ad Matth. 13, 44*) a quodam mirabiliter -rque avaro. 2 *active fere i. q. honorifice*: SCHOL. Verg. Bern. ecl. 5, 7 *labrusca vitis silvestris* in comparatione vineae vituperabiliter dicitur, quando vero sola profertur, -r dicitur. RVFIN. Orig. in num. 26, 5 p. 252 in multis scripturae locis invenimus terram -r nominari (AVG. in psalm. 67, 1 l. 23). Orig. in Rom. 4, 9 p. 993C sermo ... gloriationis interdum -r in scripturis, interdum culpabiliter ponitur (Orig. princ. 2, 8, 3 p. 158, 9). AVG. civ. 1, 13 p. 24, 4 D. commemorantur (3, 16 p. 120, 2). 15, 3 p. 82, 10 septuaginta interpretes -r celebratos. c. Faust. 12, 48 p. 376, 28 praedicarunt (20, 18 p. 558, 19 VITA Fulg. p. 21 L.). VICT. VIT. prol. 2 gloriam ... -r diffamari.

deriv.: laudabilitas. *compos.*: illaudabilis.

laudābilitās, -ātis *f.* *a* laudabilis. *fere i. q. qualitas laude digna*: 1 tua *vel* vestra -s *titulus honorificus* (*notatur* l, la, lau *in* PAP.): SYMM. epist. 9, 27 SVLP. SEV. epist. app. 5 p. 254, 6. COD. Theod. 1, 15, 9 (*ad comitem ut* 10, 19, 3 [= Iust. 11, 7, 1, 1]. CONC.S II 2, 1 p. 46, 6; *gr. II 1, 1 p. 72, 12 θαυμασιότητα, cf. II 3, 1 p. 47, 10* claritatem). 8, 5, 57, 1 (*ad ducem Armeniae*). 12, 1, 166 (*ad proconsulem Africae*). PAP. Tjäder 4—5 B IV 9 (*ad curiam ut saepius ibid., v. indicem*). 2 *in univ.*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 14 p. 1526 quid -is in eo suspicabimur animante, qui ...? EPIST. pontif. 806 Avell. p. 595, 22 ita vos hominum -e formatos suscipiunt imperia, ut iudicia sint divina.

laudābundus, -a, -um. *a* laudare. CHAR. gramm. p. 60, 7 B. sunt et alia nomina, quae figurata appellaverunt, velut ... -us (DOSITH. gramm. VII 397, 2 a participiis f. EXC. Bob. gramm. I 535, 37). p. 197, 22 B. alia *descendunt* a participiis ut ludibundus, -us (DIOM. gramm. I 322, 21).

laudandus *v.* laudo.

?**laudāticiae** NOT. Tir. 28, 24 (*post* laudabilis). *a* laudare (laudatus), *nisi latet* lautitiae (*C*), *quae vox similiter notatur 34, 4.*

ˣ**laudātio,** -ōnis *f.* *a* laudare. *acc. sg. abbreviatur in titulis*: CIL II 1065 laudation (1089. 5409). 1342 laud (2344). *de notione*: CHAR. gramm. p. 403, 14 B. laus facti instrumentum est, -o vero est rerum gestarum relatio (*cf.* ISID. diff. 1, 332 laus est eius qui laudatur, -o vero eius qui laudat; item laus est in qua virtus enitet, -o ipsa laudantis oratio; laus et laetitia sine celebratione vocis in animi admiratione consistit, -o vero rei cuiusque praedicatio est, adminiculo orationis ornata. DIFF. ed. Beck p. 66, 7. *v. et p. 1040, 15*). GLOSS. ἔπαινος. ἐγκώμιον. ἐπιτάφιος. *inde a* CIC.; *deest poetis praeter* IVVENC. 1, 576. [*val.* lăudăciune; *prov. vet.* lauzacion. *cf. Wartburg V 207. G.*]

1 *usu strictiore et fere technico i. q. oratio honorifica*: **a** *in univ.* (*sc. de genere dicendi demonstrativo*): CIC. de orat. 1, 141 certos ... esse locos, quibus in iudiciis uteremur, ... alios in deliberationibus, ... alios item in -bus, in quibus ad personarum dignitatem omnia referrentur (3, 109 lite aut deliberatione aut -e. part. 70. top. 91 *seq.* -is finis honestas. TAC. dial. 31, 2 in iudiciis fere de aequitate, in deliberationibus ⟨de utilitate, in -bus⟩ de honestate disserimus). 2, 43 quidnam, ... an -es? id enim video poni genus tertium (2, 341 nec ... t. -um g. est difficile ...; ipsi ... Graeci magis legendi et delectationis aut hominis alicuius ornandi quam utilitatis huius forensis causa -es scriptitaverunt; ... nostrae -es, quibus in foro utimur, aut testimoni brevitatem habent nudam atque inornatam aut scribuntur ad funebrem contionem *eqs.*). *al.* SEN. epist. 102, 15 aliud est laus, aliud -o, haec et vocem exigit; itaque nemo dicit laudem funebrem, sed -em, cuius officium oratione constat *eqs.* QVINT. inst. 11, 3, 153 in -bus, nisi si funebres erunt, ... laeta ... est actio. *al.*

b *colores speciales*: *α -o iudicialis* (*sc. ad tuendum reum habita vel missa*): CIC. Verr. II 2, 13 praeclara -o. 2, 45 paucos Syracusanos — eos, qui nunc se publice -is causa venisse dicunt — ... non ad istius -em, sed ad communem litium aestimationem venisse. 2, 64 a civitatibus -es petere, testes (*sc. criminum*) ... vi retinere coepit (*cf.* 4, 147). 4, 17 princeps -is tuae (5, 58 -is legati et principes. *cf.* 5, 47 princeps istius legationis, quae ad tuam -em missa est). 4, 19. Font. 45 sceleratorum hominum periuria testimoniis ac -bus ... refutare. Cluent. 196 -o recitatur. 197 non illi in libellis -um decreta miserunt, sed ... hunc praesentes laudare voluerunt. Cael. 5 lectissimos viros ... cum gravissuma atque ornatissuma -e miserunt. *et saepius ap. eundem; praeterea rarius, e. g.* VAL. MAX. 6, 2, 5 ASCON. Scaur. p. 28, 26. SVET. Aug. 56, 3 -e iudiciali. *al.* *β -o funebris*: CIC. Mil. 33 *Clodium* spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa, -e. 86 sine imaginibus, ... sine exsequiis, ... sine -bus, sine funere. Phil. 2, 91. Brut. 61 mortuorum. Cato 12 *Fabii Maximi in filium.* Att. 13, 37, 3 -em Porciae gaudeo me ... dedisse Leptae tabellario (13, 48, 2 tibi misi correctam ... et velim M. Varronis et Ollii mittas -em). LAVD. Murdiae (CIL VI 10230) 21 bonarum feminarum simplex similisque ... -o. LIV. 2, 61, 9. 5, 50, 7 matronis gratiae actae honosque additus, ut earum sicut virorum post mortem sollemnis -o esset. 27, 27, 13. SEN. suas. 6, 21 consummatio totius vitae et quasi funebris -o (SEN. epist. 102, 15 QVINT. inst. 3, 7, 2. 11, 3, 153 PLIN. epist. 8, 12, 5 GELL. 13, 20, 17 CAPITOL. Pert. 15, 1. *cf.* SERV. auct. Aen. 1, 712 in -e funeris). TAC. ann. 3, 5, 2. 3, 76, 2 quo minus -e pro rostris ceterisque sollemnibus funus cohonestaretur. 13, 3, 1. 13, 17, 3 SVET. Iul. 6, 1. 84, 2. *al.* *γ -o dei* (*usu christiano; graece respondere solet* αἴνεσις): ITALA lev. 7, 12 (Rufin. Orig. in lev. 5, 7 p. 345, 16) si quidem pro -e offeret illud, et adferet ad sacrificium panes -is (*Lugd.* pro laude ... laudis, *Vulg.* pro gratiarum actione ... offerent panes). 7, 13 (*ibid.* p. 345, 19) sacrificium -is salutaris eius est ([*Lugd.* laudis, *Vulg.* cum hostia gratiarum]. 7, 15 [*ibid.* p. 345, 21] carnes sacrificii -is salutaris [*Lugd.* laudis, *om. Vulg.*]. VITA Hil. Arel. 27 l. 2 s. vespertinae -is). II par. 33, 16 (Complut.) victimas ... -is (*Vulg.* v. ... et laudem). psalm. 103, 34 (Sangerm. *al.; gr.* διαλογή, *Vulg.* eloquium). *al., etiam apud ecclesiasticos.* *vergit ad notionem q. e. exsultatio*: VVLG. prov. 11, 10 in bonis iustorum exultavit civitas et in perditione impiorum erit -o. Is. 44, 23 laudate caeli ..., iubilate extrema terrae, resonate montes -em. 60, 18 occupabit salus muros tuos et portas tuas -o.

2 *latius fere i. q. laus*: **a** *in univ.*: CIC. inv. 2, 150 scripti ... -em et confirmationem (*cf.* QVINT. inst. 7, 1, 47 legis). Att. 12, 44, 1 ut ex istorum vituperatione sit illius *Catonis* maior -o. NEP. Ages. 6, 3 adulescentes simulata -e recuperavit. SEN. contr. 7, 6, 10. 9 praef. 2 -bus crebris sustinentur *declamantes* (*de plausu audientium ut* SEN. epist. 52, 14 PETRON. 35, 1. 48, 7 effusissimis. QVINT. inst. 11, 3, 126. 131 PLIN. epist. 2, 14, 13 SVET. Nero 20, 3. *cf.* IVVENC. 1, 576 adplaudet ... sterilis -o vulgi). VAL. MAX. 3, 2, 3 publica religione consecrata virtus nulla privata -e indiget. 6, 8, 6 brevis huius facti narratio, sed non parva materia -is. SEN. dial. 7, 12, 5 voluptatis -o. epist. 59, 11 modica -e contenti. 88, 38 -o haec ...: 'o hominem litteratum'. *al.* *in ritu magico*: PLIN. nat. 7, 16 (*ex Isigono et Nymphodoro 572 F 13 Jac.*) effascinantium ..., quorum -e intereant probata (auditione *vel* incantatione *Birt, Philol. 83, 1928, 164, quamvis -e legerit etiam Gell. 9, 4, 8*). **b** *metonymice*: ITALA psalm. 117, 14 (Sangerm. *al.* = VVLG.) fortitudo mea et -o mea dominus (*i. decus, v. sub* laus). PANEG. 4, 34, 2 cum sub abstinentissimo[s] imperatore[s] species luculenta non incitatrix licentiae esset ...; quae ... magna seu potius divina -o saepe in ipsis etiam philosophis non tam re exhibita quam disputatione iactata. VVLG. Iob 37, 22 ab aquilone aurum venit et ad deum formidolosa -o (*hebr.* hôd '*maiestas*', *Hier. interpr. Iob* magna gloria et honor). -is est: CIC. de orat. 2, 347 etiam felicitatem ipsam deorum ... iudicio tribui -is est.

in lusu verborum c. laurea *p. 1058, 81.*

ˣ**laudātīvus,** -a, -um. *a* laudare. *fere i. q. ad laudationem pertinens* (*t. t. artis rhetoricae; respicitur genus demonstrativum vel* ἐπιδεικτικόν): QVINT. inst. 2, 15, 20 illam ... -am ..., quae est

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rhetorices pars tertia (3, 3, 14 -am, deliberativam, iudicialem. 3, 6, 56). 3, 4, 12 est . . . unum genus, quo laus ac vituperatio continentur, sed est appellatum a parte meliore -um (3, 4, 13 ἐπιδεικτικόν . . . continet -um in se g. 3, 7, 28 MART. CAP. 5, 448). AMM. 16, 1, 3 materiam (CLAVD. DON. Aen. 8, 75 p. 124, 23. *al.* EMPOR. rhet. p. 567, 4 demonstrativa m., quae vulgo -a dicitur). SCHOL. Cic. Bob. p. 96, 1 sententia. p. 96, 24 γνώμη. CLAVD. DON. Aen. 8, 35 p. 119, 11 textu. 11, 295 p. 456, 1 carmen. MAR. VICTORIN. rhet. 2, 52 p. 301, 18 causam (*cf.* EMPOR. rhet. p. 570, 26). PRISC. gramm. III 272, 19 *verba.* CASSIOD. in psalm. 40, 14 l. 259 conclusio. 51 concl. l. 226 qualitatis. 143, 3 l. 94 responsio.

adv. **laudātīvē.** *fere i. q. cum laudatione*: DON. Ter. Eun. 1035, 2 -e dicere (SCHOL. Verg. Bern. ecl. 7, 4). SERV. auct. Aen. 1, 1 -e 'primus' (SCHOL. Verg. Bern. ecl. 6, 1).

ᵃ**laudātor,** -ōris *m.* *a* laudare. GLOSS. ἐπαινέτης. ἐγκωμιαστής. -em: fautorem. [*val.* lăudător; *it. vet.* lodatore; *francog.* loueur; *prov. vet.* lauzador, *prov.* lauzaire; *hisp.* loador; *port.* louvador. *cf. M.-L. 4939. Battisti-Alessio III 2260. Wartburg V 207. Corominas III 115. Machado II 1362. G.*] [*confund. c.* lautior CIC. Cluent. 110.]

i. q. qui laudat: **1** *strictius pertinet ad orationem honorificam* (*cf.* laudatio): **a** *in univ.*: RHET. Her. 3, 6, 11 -um eloquentiam. CIC. Att. 1, 16, 5 *Calvum* illum -em meum, de cuius oratione erga me honorifica ad te scripseram. LIV. frg. 61 vir magnus . . ., in cuius laudes exsequendas Cicerone -e opus fuerit. HIER. epist. 65, 11, 2 more . . . panegyrici, quo -es loquuntur ad eos, quos praeconiis efferunt. *al.*

b *colores speciales*: *α respicitur laudatio iudicialis sim.*: CIC. Verr. II 2, 13 Mamertinorum legatus, istius -r (*cf.* Flacc. 61 legatorum -umque [100]). 4, 19 isti -es tui nonne testes mei sunt? (*cf.* Font. 16 eo . . . -e et teste utemur. Flacc. 64 hisce utitur -bus Flaccus, his innocentiae testibus. PLIN. epist. 3, 20, 5 testes et -es dabat *candidatus. al.*). 4, 143 nemo erat voluntarius -r praeturae tuae, defensor periculorum (*cf.* Cluent. 56 iis neque defensoribus uti . . . neque -bus potuit). 5, 57. Balb. 41 sq. (*iuxta* deprecatores). *al.* SEN. contr. 2, 1, 7 (*opp.* accusatorem *ut* QVINT. decl. 377 p. 419, 4). QVINT. inst. 3, 7, 2 ipsis etiam reis dare -es licet. *al.* *β respicitur laudatio funebris*: LIV. 2, 47, 11 funera . . . duo deinceps collegae fratrisque ducit, idem in utroque -r. SIL. 10, 569 PLIN. epist. 2, 1, 6 CLAVD. MAM. anim. 2, 8 p. 129, 19. *γ respicitur laudatio dei*: AVG. civ. 19, 23 p. 396, 2 D. Christi (*ibid.* p. 396, 22 in euang. Ioh. 100, 3 l. 16). serm. 313, 1, 1 sanctus -r *dei* (virg. 56, 57 NICET. psalm. 7).

2 *latius pertinet ad quamlibet laudem*: **a** *c. gen. rei laudatae* (*cf. l. 31*): CIC. Sest. 23 voluptatis. prov. 25 sententiae vestrae. Phil. 7, 8 pacis. Att. 6, 2, 8 integritatis et elegantiae nostrae. 7, 1, 4 et factorum et scriptorum meorum. HOR. ars 173 temporis acti. OV. epist. 20 (21), 33 formae . . . superbae. SEN. contr. 2 praef. 4 SEN. dial. 5, 14, 3 epist. 94, 72 QVINT. decl. 296 p. 169, 18 VLP. dig. 11, 3, 1, 4. *al.*
b *usu vario*: CIC. Brut. 64 habet . . . suos -es *Lysias*, qui hac ipsa eius subtilitate admodum gaudeant. div. 1, 90 Divitiacum . . . hospitem tuum -emque. Att. 1, 14, 6 Messalla . . . nostri -r, amator, imitator. HOR. ars 433 derisor vero plus -e movetur. SEN. benef. 5, 7, 4 adsentator et aliena subsequens verba, paratus ad falsa -r. dial. 8, 1, 3 id optimum nobis videtur, quod petitores -esque multos habet. TAC. Germ. 7, 2 hi cuique sanctissimi testes, hi maximi -es (*cf.* PLIN. paneg. 15, 5 quibus statim et -r et testis contigisti). HIER. epist. 125, 18, 1 ne credas -bus tuis. CLAVD. carm. min. 30, 141 non talem Triviae confert -r Homerus (*ζ 102 sqq. 151*) Alcinoo genitam. AVG. civ. 5, 19 p. 229, 19 D. in -bus . . . suis, quamvis parvipendat, quod eum laudant, non tamen parvipendit, quod eum amant. *al.*

f. **laudātrīx,** -īcis. **1** *de rebus*: CIC. Tusc. 3, 4 illa . . . temeraria atque inconsiderata et plerumque peccatorum vitiorumque -x, fama popularis (MAR. VICTORIN. defin. p. 26, 15). HIER. adv. Rufin. 1, 6 cum praefatiuncula -e mea. 3, 4 epistulam -em tuam (FACVND. defens. 2, 1 p. 559ᴰ haeretici [PELAG. defens. 5 p. 53, 2]. 4, 2 p. 623ᴬ. 11, 2 p. 802ᴮ). AVG. c. Gaud. 1, 31, 39 non habet mors *voluntaria* eius -em sapientiam. serm. 29, 1, 1 creatura -x, homo. **2** *de animantibus*: OV. epist. 16 (17), 128 (*verba Helenae*) -x Venus est invidiosa mihi. TRACT. in Luc. 1, 24 Migne suppl. 1, 330 usquequo . . . matrem suam matris domini faceret -em (*cf.* 1, 44 *ibid.* 333). ROMVL. fab. 70, 9 rec. vet. leo . . . erubuit laedere -em *sc. simiam* (*rec. gall. et W* laudatorem).

laudātōrius, -a, -um. *a* laudator (laudare). *fere i. q. ad laudem pertinens*: FVLG. myth. 1 praef. p. 10, 9 -o palmulae tactu meam mulsit caesariem *Musa.* PS. RVFIN. in Am. 4, 4/6 p. 1071ᴰ fermentatos . . . panes . . ., qui ut ita dicamus -i vel voluntariae oblationis appellabantur. THEOD. MOPS. epit. in psalm. 46, 2ᵃ ad p. 307, 21/22 consuetudo est in -is clamationibus etiam manu plaudere (*gr.* ἐν ταῖς εὐφημίαις). *n. pro subst.*: PS. HIER. epist. 23, 8 psalterium . . . Latine . . . -um dicitur.

laudātrīx *v.* laudator. **laudātus** *v.* laudo.

laudicēnī, (-ōrum) *m.* *a* laudare *et* cena *sec.* Laodiceni *iocose formatum.* *i. qui cenae gratia laudant*: PLIN. epist. 2, 14, 5 non inurbane Σοφοκλεῖς vocantur ἀπὸ τοῦ σοφῶς καὶ καλεῖσθαι, isdem Latinum nomen impositum est -i (*cf. Mart. 6, 48 et Barwick, Philol. 91, 1936, 442 sq.*).

? GLOSS. II 305, 12 ἐπαινονάξιος **laudidignus.** *a* laus *et* dignus, *nisi scribendum est* ἐπαίνου ἄξιος laude dignus.

GLOSS. II 462, 63 ὑμνῶ **laudifico** cano. *a* laus *et* facere.

ᵃ**laudo,** -āvī, -ātum, -āre *et* **laudor,** -ātus sum, -ārī. *a* laus.
formae perf. stirp. brevioris solae leguntur -asse(n)t, *ceterum* -asti(s), -arunt (CIC. Sull. 81 Phil. 2, 18. 11, 23 ANTON. Cic. Phil. 13, 33. *al.*; -vistis, -verunt CIC. Rab. Post. 31 Phil. 5, 4), -aram *sim.* (CIC. har. resp. 45 OV. Pont. 2, 4, 15 PHAEDR. 1, 12, 15; -veram *sim.* HOR. epod. 11, 19 TAC. dial. 11, 1. *al.*), -aro (CIC. Att. 2, 25, 1; -vero APVL. apol. 88), -arim *sim.* (CIC. Tusc. 5, 25 fam. 1, 9, 4. 19. *al.*; -verim *sim.* CIC. leg. 3, 1 *et saepius*), -asse (PLAVT. Most. 175 SEN. suas. 6, 25. *al.*; -visse PLAVT. Most. 760, *ubi* -asse *P contra metrum.* CIC. rep. 2, 64). *inf. praes. pass.* -arier ENN. ann. 560. TER. Ad. 535 (*sunt qui* -ari *restituendum esse putent*). HOR. sat. 1, 2, 35. *gen. pl. part. praes.* -antum CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 136, 21. *fort. coniugationis secundae*: ORIBAS. syn. 4, 17, 4 La -ent (*indic.*). *de notione*: PAVL. FEST. p. 118 -are apud antiquos ponebatur pro nominare. GELL. 2, 6, 16 -are significat prisca lingua nominare appellareque; sic in actionibus civilibus auctor -ari dicitur, quod est nominatus (nominari MACR. Sat. 6, 7, 16 *qui verba Gellii repetit*). NON. p. 335, 10 -are est verbis ecferre (*affertur* VERG. georg. 2, 412) . . ., -are etiam significat nominare (*affertur* PLAVT. Capt. 426). GLOSS. V 29, 41 -are nominare vel referre (111, 39). SCHOL. Iuv. 3, 42 -are: adulari. GLOSS. ἐπαινῶ. ἐγκωμιάζω. *legitur inde a* LIV. ANDR. (*? v. p. 1046, 23*), NAEV., PLAVTO, ENN., CAECIL., CATONE, TER. [*val.* lăuda; *it.* lodare, *venet. vet.* loldar; *raet. occ.* ludar, loder, -ar, *or.* laudá; *francog. vet. et med.* loer, *francog.* louer; *delph. vet.* loar, *delph.* louvá, *prov. vet.* lauzar, laudar, lauvar, *prov.* laousá, laudá, lauzar, *langued.* lauzá, *lemov.* lauvar; *vasc. vet.* lausar, *vasc.* laudá; *cat. vet.* loar (> *hisp.*), *cat.* lloar; *port. vet.* loar, *port.* louvar. (> *cymr.* llawdu). *cf. M.-L. 4938. Battisti-Alessio III 2260. Wartburg V 206 sqq. Corominas III 114 sq. Machado II 1361. G.*] [*in codd. confunditur c.* audire (CIC. de orat. 2, 343 Att. 5, 2, 2), lavare (SEN. contr. 1, 5, 9 COLVM. 12, 24, 2; -tus *c.* lautus PLIN. nat. 8, 183. *al.*, *restit.* laut- TAC. dial. 22, 4), luctari (SEN. nat. 3, 18, 4; luct- *vel* lud- *restit.* CAECIL. com. 194), ludere (PLIN. nat. 14, 66. 18, 249; *restit.* lud- MART. CAP. 5, 525), plaudere (CIC. Att. 16, 2, 3), violare (*ibid.* 14, 16, 2).]

I *verbum activum* (*reflexive* CAECIN. Cic fam. 6, 7, 3 se ipsum -are. PVBLIL. Q 45 se ipse -at. SEN. contr. 1, 2, 5 te viro -a [*cf.* ZENO 1, 7, 5 deo se -at]. *al.*): **A** *notione communi fere i. q. laudibus efferre, probare, commendare* (*accedit dat.* PLAVT. Most. 760 TER. Eun. 565. 1053. *al.*, apud RHET. Her. 3, 6, 12 CIC. inv. 1, 92 de orat. 2, 344. *al.*, ad CIC. ad Brut. 1, 15 [9, 23 Sj.], 2, coram SEN. nat. 4 praef. 18 ANON. Vales. 10, 48, contra GREG. M. moral. 2, 65 [*cf.* 2, 66 *et Vulg. Iob 1, 5*]): **1** *generatim*: **a** *c. acc.*: *α usu vario* (*exempla selecta*): Ⓘ *-antur homines*: NAEV. trag. 15 laetus sum -ari me abs te, pater, a -to viro. PLAVT. Bacch. 397 illum -bunt boni, hunc etiam ipsi culpabunt mali (Most. 178 falso . . . -ari multo malo quam vero culpari. *al.*). ENN. ann. 560 omnes mortales sese -arier optant. CAECIL. com. 127 si linguas decem habeam, vix habeam satis te qui -em. TER. Haut. 381 te . . . -o et fortunatum iudico (*cf.* CIC. Tusc. 3, 57 qui -at senem et fortunatum esse dicit. SEN. epist. 93, 5). Ad. 269 vereor coram in os te -are amplius. *et passim.* *in vita publica*: CATO or. frg. 1, 13 (35 M.) in contione (CIC. Phil. 1, 6 SALL. Iug. 54, 1. *al. cf. p. 1044, 3 et* pro contione SALL. Iug. 8, 2 LIV. 38, 23, 11. 39, 31, 17. 42, 60, 10 CVRT. 9, 1, 1 TAC. hist. 2, 59, 3 ann. 2, 22, 1. *al.*). CIC. Phil. 4, 6 senatus merito (*cf.* 4, 9 a senatu. 7, 10 auctoritate vestra. 7, 23 ex huius ordinis sententia). leg. 3, 43 legis voce. VAL. MAX. 7, 3, 7 pro tribunali. Ⓘⓘ *-antur res*: PLAVT. Epid. 190 -o consilium tuom (259 Persa 548. 598. *al.*). Mil. 1000 meam -at speciem. Rud. 51 -are infit formam virginis (TER. Eun. 443 CIC. part. 74 OV. epist. 15 [16], 133 ars 1, 683. *al.*). 523 -o fortunas tuas (TER. Andr. 97 CIC. inv. 2, 178 Tusc. 1, 93. 5, 115 fam. 4, 9, 3. *al. cf. p. 1044, 15*). Trin. 295 mores maiorum -ant, eosdem lutitant, quos conlaudant (CIC. parad. 19 virtus m.que. *al.*). TER. Eun. 565 quid . . . eius . . . faciem praedicem aut -em . . . ? (OV. am. 2, 1, 33. ars 621 nec f. nec te pigeat -are capillos et teretes digitos exiguumque pedem. *al.*). LVCIL. 1282 et scruta . . ., ut vendat, scrutarius -at (*cf.* HOR. epist. 2, 2, 11 venales . . . merces). *et passim.*

β c. colore technico: Ⓘ *in artibus*: Ⓐ *rhetorica sim.*: RHET. Her. 4, 3, 4 aliquem . . . oratorem aut poetam -ant aut scripturam (CIC. Verr. II 2, 191 Brut. 163. 248. 293 TAC. dial. 11, 1. 26, 7. *al.*). 4, 10, 15 gravi figurae, quae -anda est, propinqua est ea, quae fugienda. CIC. de orat. 3, 221 personatum ne Roscium quidem magnopere -bant (*cf.* TERT. spect. 25 p. 25, 17 histrionem). Brut. 15 illud Hesiodium -atur (Tusc. 2, 62 *Xenophontis.* 3, 28 illa. 4, 78 Archytae. SEN. contr. 1, 7, 13. *cf.* CIC. Att. 8, 7, 2 meum -as et memorandum dicis). 124 haec . . . de incestu -ta oratio puerilis est locis multis (287. 294 BRVT. Cic. ad Brut. 2, 5 [9, 3 Sj.], 4. *al.*). orat. 40 Isocrates, qui praeter ceteros eiusdem generis -atur. Tusc. 3, 59 carmen (4, 4 VERG. ecl. 5, 55 HOR. epist. 2, 1, 86 OV. ars 2, 275. *al.*). 5, 25 sententiam (SEN. contr. 1, 8, 12. 2, 4, 7. *al.*). Att. 4, 16, 3 *libros* (7, 2, 4 SEN. epist. 93, 11 MART. 3, 1, 3. *al. cf.* OV. Pont. 1, 2, 135 libellos [MART. 4, 27, 1. 6, 60, 1]). fam. 13, 15, 2 versum (STAT. silv. 5, 3, 113). SALL. Catil. 3, 1

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

HOR. sat. 1, 10, 4. epist. 2, 1, 64 veteres ... miratur -atque poetas (*v. supra et* PETRON. 10, 2. *al.*). ars 271 Plautinos et numeros et ... sales. *al.* Ⓑ *aliis*: CIC. Verr. II 4, 32 *scyphos* ostendo ...; -ant (*cf.* 4, 63 unumquodque vas in manus sumere, -are, mirari. VERG. ecl. 3, 48 pocula). Brut. 70 formas et liniamenta *pictorum.* Ov. met. 12, 398 artificum -tis ... signis (PLIN. nat. 34, 60). LIV. 34, 4, 4 Corinthi et Athenarum ornamenta -antes mirantesque (*opp.* ridentes). PLIN. nat. 34, 6 ex illa ... antiqua gloria Corinthium *aes* maxime -atur (FLOR. epit. 2, 16, 6). 34, 66 filios et discipulos reliquit -tos artifices (36, 19). 34, 68 -ant eius *Telephanis* Larisam *eqs.* (*cf.* 34, 78. 88. *al.*). 34, 76 Daedalus ... inter fictores -tus (*cf.* 36, 42 inter statuarios). *al.* Ⓘ *in re coquinaria, medicinali sim.*: VARRO Men. 374 dominum convivi, vinum ... mi -ato (PLIN. nat. 14, 66. 76). HOR. sat. 2, 2, 34 trilibrem mullum. 2, 2, 89 rancidum aprum. 2, 7, 30 holus. SEN. epist. 41, 7 vitem. SCRIB. LARG. 122 *medicamentum.* PLIN. nat. 5, 71 aquas (MART. 4, 60, 4). 11, 38 *mel*, quod concrescit ..., minime -atur. 12, 45 proxime -atur Syriacum *nardum*, mox Gallicum, tertio loco Creticum. *al.* *indicatur usus*: PLIN. nat. 20, 90 aquam decoctae *brassicae* ad tot usus -tam (26, 53 ad deploratas dysintericos. 29, 54. 125. 31, 86 ad medicinae usus. *cf.* ORIBAS. syn. 9, 54 add. p. 384 -tus medicamen ad hanc passionem est). 22, 74 olus maritimum ... -tum in cibis (22, 77 in c. ..., in medicina. 22, 79 PLIN. med. 1, 22, 3. *cf.* PLIN. nat. 22, 86 in pauperis cena). 22, 136 Hippocrates ... sorbitionis gratia -vit *tisanam.* 24, 13 cinis *suberis* ... sanguinem excreantibus magnopere -atur (*cf. p. 1047, 5 et* 24, 145 pleuriticis *eqs.* 24, 187 vulvis interaneisque. 28, 227 costis ... fractis. 30, 53 lateris doloribus). 28, 152 contra eas *serpentes* (29, 83 c. serpentium ictus. 29, 124 c. pusulas in pupillis. 36, 56 c. serpentes).

b *absolute*: *α in univ.* (*specimina paucissima; dub.* CIRIS 197, *ubi* gaudete *Schwabe*): PLAVT. Trin. 210 falson an vero -ent ..., non flocci faciunt. RHET. Her. 1, 5, 8 si nostram causam -ando extollemus (CIC. inv. 1, 22 SALL. Iug. 4, 2. *cf.* CIC. Brut. 47 augere [VLP. dig. 11, 3, 1, 4]. PVBLIL. Q 56 commendat. *al.*). 4, 31, 42 in -ando et in laedendo (CIC. inv. 2, 178 Brut. 65 de orat. 2, 344. *al.*). Ov. Pont. 1, 2, 143 -antibus istis (*abl. abs. ut* SEN. epist. 94, 55 LVCAN. 6, 160. *al.*). LIV. 7, 10, 12 gratulantes -antesque. SEN. dial. 9, 1, 16 inter -antium ... greges (*cf.* epist. 52, 11 clamor [QVINT. inst. 10, 1, 17]. QVINT. inst. 6, 4, 6 turba. *al.*). epist. 102, 10 utrum -antis an -ti bonum sit. TAC. Agr. 41, 1 pessimum inimicorum genus, -antes. Germ. 11, 2 honoratissimum assensus genus est armis -are. *al.* *β in sermone cotidiano* (*fere forma* -o, *quae vergit ad vim interiectionis*): PLAVT. Asin. 704 abi, -o, nec te equo magis est equos ullus sapiens (Trin. 830 [*ad Neptunum*] a., -o, scis ordine ... tractare homines. TER. Ad. 564 -o, Ctesipho, patrissas: a., virum te iudico. :: -as? *cf. Hofmann, Lat. Umgangsspr. 39*). Curc. 364 ostium ubi conspexi, exinde me ilico protinam dedi. :: -o. :: -ato, quando illud quod cupis effecero. 670 nunc eamus ad lenonem. :: -o. Persa 157 eu, probe ... -o (TER. Eun. 154 eu, noster, -o: ... vir es). 195 -bis faxo (*cf.* TER. Haut. 374 -bis ... mirabere). TER. Andr. 443. 455 tu ... perparce nimium: non -o. Haut. 1065 Eun. 279. 476 tacent: satis -ant. Phorm. 140 placet ... -o. CIC. Brut. 68 Hyperidae volunt esse et Lysiae; -o. Att. 2, 1, 10 si ita placuit, -emus. 2, 2, 2 de lolio, sanus non es; de vino, -o (*sim.* 10, 15, 4. 12, 30, 7).

2 *speciatim*: **a** *de qualibet laudatione ab oratoribus vel poetis exornata* (*exempla notabiliora*): CIC. inv. 1, 97 augendi et -andi et vituperandi praecepta (*cf.* part. 70 rationes). prov. 21 M. ille Lepidus ... non solum memoriae testimonio, sed etiam annalium litteris et summi poetae voce -tus est, quod *eqs.* de orat. 1, 141 genus tertium *orationis*, quod in -andis aut vituperandis hominibus poneretur. 2, 35 quis vituperare improbos asperius, quis -are bonos ornatius ... potest *quam orator*? 2, 341 *Graecorum* sunt libri, quibus Themistocles, Aristides ... aliique -antur *eqs.* (*cf.* Att. 13, 32, 3 *prooemiis librorum.* MART. 5, 36, 1 libello). rep. 4, 12 veteribus displicuisse Romanis vel -ari quemquam in scaena vivum hominem vel vituperari. PROP. 2, 34, 93 Cynthia ... versu -ta Properti (PLIN. nat. 34, 57 *statuam* [35, 91]. MART. 9, 19, 1 balnea. 11, 80, 3 Baias). Ov. ars 2, 283 per carmina (*cf.* carmine Pont. 3, 1, 61 PLIN. nat. 21, 180 APVL. apol. 9. 22 [*ibid.* 10 bucolico ludicro]). VAL. MAX. 4, 3, 4 accurata oratione apud milites -tus (TAC. ann. 1, 52, 3 paucioribus Drusum ... -vit, sed intentior et fida o. 12, 52, 3 principis). **b** *de laudatione ad tuendum reum habita, missa* (*-ant fere civitates provinciarum; non nisi ap.* CIC. *et inde ap.* ASCON.): CIC. Verr. II 2, 12 minari Siculis, si decrevissent legationes, quae contra istum *Verrem* dicerent, ... aliis, si -rent, benignissime promittere. 2, 15 istum a Syracusanis publice -ari (2, 114 *opp.* laedant. 2, 155 *opp.* ut in eum p. testimonium dicerent. 4, 15 p. communi consilio [*cf.* 2, 13 publico consilio]. 4, 16. 17. 142. Font. 32 privatim et p. Cluent. 196). 2, 113 -tus defensusque ab omnibus Siculis (Sull. 49 har. resp. 38 fam. 1, 9, 4. 19. *cf.* Sull. 81 adfuerunt ... Catilinae illumque -arunt [83]). 5, 57 arguunt ceterae *civitates*, paucae ... silent, una -at. Cluent. 197 non illi in libellis laudationum decreta miserunt, sed ... hunc praesentes -are voluerunt (*cf.* ASCON. Scaur. p. 28, 23 per tabellas). Sest. 90 quomodo ... accusas Sestium, cum idem -es Milonem? har. resp. 45 qui illum reum non -arat. fam. 1, 9, 7 cum *Pompeius*, ut -ret P. Sestium, introisset in urbem. *al.* **c** *de laudatione funebri*: CIC. Mur. 75 *Scipionem* cum supremo eius die Maximus -ret. de orat. 2, 44 cum a te est Popilia mater vestra -ta, cui primum mulieri hunc honorem in nostra civitate tributum puto. 2, 341. orat. 151 in populari oratione, qua mos est Athenis -ari in contione eos, qui sint in proeliis interfecti (*cf.* pro contione SVET. Aug. 8, 1 Cal. 15, 1 Claud. 1, 5). Att. 14, 10, 1 *Caesar* in foro combustus -tusque miserabiliter. ad Q. fr. 3, 6, 5 *Serranum* -vit pater scripto meo. VARRO frg. Non. p. 145, 28 a muliere, quae optuma voce esset, perquam -ari; dein neniam cantari solitam (*cf.* PAVL. FEST. p. 160 nenia est carmen, quod in funere -andi gratia cantatur). PROP. 4, 11, 57 maternis -or lacrimis urbisque querellis (EPICED. Drusi 209 et voce et l.). EPICED. Drusi 216. 465. LIV. 38, 54, 9 non -ari pro rostris P. Africanum post mortem (SEN. dial. 6, 15, 3 QVINT. inst. 12, 6, 1 TAC. ann. 3, 5, 1. 4, 12, 1. 5, 1, 4 SVET. Iul. 6, 1 Aug. 100, 3 Tib. 6, 4 Cal. 10, 1 CAPITOL. Aur. 7, 11. *cf.* TAC. ann. 16, 6, 2 apud rostra). *al.* **d** *de laudatione deorum*: *α usu gentili*: PLAVT. Asin. 718 licet -em Fortunam, tamen ut ne Salutem culpem (HOR. carm. 3, 29, 53 -o manentem. PLIN. nat. 2, 22 sola -atur, sola arguitur. *cf. p. 1042, 62*). CIC. de orat. 2, 352 a ... Tyndaridis, quos aeque -asset *Simonides.* LVCR. 5, 158 adlaudabile opus divom. HOR. carm. 4, 1, 27 numen *Veneris* (*cf.* TIB. 2, 3, 35 Venerem). LYGD. 5, 8 -andae sacra deae *Persephones.* Ov. met. 6, 3. fast. 6, 807/8 nec quod -amus formam, tu turpe putaris: -amus magnas hac quoque parte deas. SEN. frg. 122 deum. *al.* *β usu christiano* (*exempla selecta; graece respondere solet* αἰνέω): ITALA psalm. 21, 24 (Veron. *al.* = VVLG.) qui timetis dominum, -ate eum. 34, 18 (*ibid.*) confitebor tibi, ... -bo te (108, 30 [*ibid.*]. VVLG. I par. 25, 3. 29, 13. *al. cf. l. 40*). 68, 31 (*ibid.*) -bo nomen dei (cum cantico *add. Vulg.*), magnificabo eum in laude (Luc. 2, 20 [cod. a *al.*; cod. d honorificantes et -antes, VVLG. glorificantes et -antes]. Rom. 15, 11 [cod. d *al.* = VVLG.; *cf.* psalm. 116, 1]. *al. cf.* VVLG. I par. 16, 4 glorificarent atque -rent [Dan. 4, 31. *al.*]). 134, 3 (*ibid.*) -ate dominum ..., psallite nomini eius (*al.*). 144, 2 (*ibid.*) benedicam te (*Vulg.* tibi) et -bo nomen tuum (VVLG. Ier. 4, 2 Dan. 3, 24. *al.*). HIL. in psalm. 65, 18 deus ... constanti et publica praedicatione -andus est (AVG. civ. 17, 4 p. 204, 22 D. exultanti). VVLG. II par. 7, 3 adoraverunt et -verunt dominum (29, 30. act. 16, 25 [*gr.* ὕμνουν]). Sirach 47, 10 de omni corde suo -vit dominum (*gr.* ὕμνησεν). 51, 30 dedit ... mihi dominus linguam ... et in ipsa -bo eum. *absolute*: ITALA II par. 18, 4 (Complut., *cf.* VVLG.) statuit ... levitas ... ad -andum et deservientes ante sacerdotes. psalm. 17, 4 (Veron. *al.* = VVLG.) -ans invocabo dominum. VVLG. I par. 16, 33 -bunt ligna saltus coram domino. II Esdr. 11, 17 ad -andum et confitendum in oratione (*cf.* 12, 24). Is. 12, 6 exulta et -a, habitatio Sion (35, 2 *deserta* exultabit laetabunda et -ans. 49, 13 -ate caeli et exulta terra, iubilate montes laudem. Soph. 3, 14 -a ..., iubilate ..., laetare et exulta. *cf.* Is. 44, 3 -ate ... iubilate. 65, 14 laetabuntur ... -bunt. *al.*). 24, 14 levabunt vocem suam et -bunt (*cf.* 52, 8). Dan. 3, 51 -bant et glorificabant et benedicebant deo.

i. q. δάφνη (GLOSS.; *fusius describitur* PLIN. nat. 15, 127sqq. *cf. Steier, RE XIII 1431sqq.*): **1** *potius de arbore vel per breviloquentiam de foliis* (*expresse* ACT. Arv. a. 105 I 38 arbores -ūs. CLAVD. DON. Aen. 7, 60 [ʻ-usʼ] p. 15, 7 arbor -i. THEOD. PRISC. eup. faen. 80 arboribus -i [arbore -o *var. l.*]. ORIBAS. eup. 2, 1 D 2 p. 464 -us arbor [*gr. 3* δάφνης τοῦ δένδρου. *item* GLOSS. III 610, 51]. *distinguitur* laurea: DIFF. gramm. suppl. 282, 21 -us ipsa arbor, l. corona vel virga): PLAVT. Merc. 677 aliquid cedo, qui hanc ... aram auge[r]am; da sane hanc virgam -i ...; Apollo, quaeso te *eqs.* CATO agr. 51 -um *aliasque* ... a capite propagari eximique serique eodem modo oportet. 121 mustaceos sic facito: ... de virga -i deradito, eodem addito et ... -i folia subtus addito (*cf.* COLVM. 12, 25, 4 vasa *musto apta* rore marino vel -o vel myrto subfumigato). 133, 2 -um Cypriam, Delphicam (*varia genera enumerat* PLIN. nat. 15, 127–132. *adde p. 1060, 79*). SISENNA hist. 60 -o ... abundant *Marsi.* CATVLL. 64, 289 recto proceras stipite -ūs (RVT. NAM. 1, 459). LVCR. 6, 154 nec res ulla magis quam Phoebi Delphica -us terribili sonitu flamma crepitante crematur (*cf.* VERG. Aen. 12, 522 immissi ... ignes arentem in silvam et virgulta sonantia -o. OV. fast. 1, 344 non exiguo -us adusta sono. 4, 742 crepet in mediis -us adusta focis). VERG. ecl. 6, 83 omnia, quae Phoebo quondam meditante ... audiit Eurotas iussitque ediscere -ūs, ille *Silenus* canit (SERV. auct.: ʻ-osʼ multi pro vatibus accipiunt). 10, 13 illum (*Gallum*) etiam -i, etiam flevere myricae. georg. 1, 306 -i bacas (*v. vol. II 1657, 75sqq. cf.* SEN. Oed. 538 amara bacas -us). 2, 18 Parnasia -us parva sub ingenti matris se subicit umbra. 2, 131 *malus* faciem ... simillima -o, et, si non alium late iactaret odorem, -us erat. Aen. 2, 513 *in aedibus Priami* ara fuit iuxtaque veterrima -us. 6, 658 (*638* amoena virecta fortunatorum nemorum) odoratum -i (-is *G, Mynors*) nemus (AVR. VICT. Caes. 5, 17. -i *forsitan legerit etiam Flor. epit. 3, 5, 29* per nemora ... odorata, per turis et balsami silvas). 7, 59 sacra comam multosque metu servata per annos. CVLEX 402 *inter arbores sepulcrum cingentes* (*cf.* PROP. 2, 13, 33 sit in exiguo -us super addita busto). HOR. carm. 2, 7, 19 fessum militia latus depone sub -u mea. R. GEST. div. Aug. 34 -eis postes aedium mearum v⟨estiti⟩ (*cf.* OV. *l. 46 et* fast. 4, 953 state Palatinae -ūs praetextaque quercu stet domus. trist. 3, 1, 39 opposita velatur ianua *Augusti* -o *eqs.*). OV. am. 2, 13, 18 (*ad Isidem*) tingit -ūs Gallica turma tuas. ars 3, 690 ros maris et -i nigraque myrtus olent. met. 1, 450 nondum -us erat, ... tempora cingebat de qualibet arbore Phoebus; primus amor Phoebi Daphne. 1, 559 (*loq. Apollo*) semper habebunt te coma, te citharae, te nostrae, -e, pharetrae; tu ducibus Latiis aderis *triumphantibus* ...; postibus Augustis eadem fidissima custos *eqs.* 10, 92 innuba (*propter Daphnes sortem sic dicta*). CELS. 2, 33, 4 verbenarum ... folia, cuius generis sunt olea ..., -us *eqs.* (*in re medicinali ut* 3, 20, 4 decocta [4, 2, 7 COLVM. 6, 13, 3 PALLAD. vet. med. 13, 8. *cf.* SCRIB. LARG. 10 incoctam]. SCRIB. LARG. 3 -i bacarum [*al.*]. PLIN. nat. 20, 138. 20, 141 ramis -i. 20, 193 folia -i. 23, 152 -us excalfactoriam naturam habet et foliis et cortice et bacis. *et passim, cf. Steier l. c. 1438, 44sqq.*). SEN. Oed. 453 viret ... Phoebo -us carum nemus. Tro. 1082 hunc pinus, illum -us, hunc fagus gerit. nat. 2, 22, 1 *materia* idonea eliciendis ignibus sicut -us *eqs.* (*cf.* PLIN. nat. 16, 208). CVRT. 8, 10, 14 -i ... agrestis est silva. COLVM. 4, 26, 1 id *pedamen* ... maxime probatur ... ex -u. 8, 5, 12 infra cubilium *gallinarum* stramenta graminis aliquid et ramulos -i ... subiciunt ...; quae cuncta remedio creduntur esse adversus tonitrua. 11, 2, 99 viridem frondem ex ... -u. 12, 50, 5 -i turiones. PLIN. nat. 2, 146 -i fruticem non icit *fulmen.* 15, 26 optima -us ad id (*oleum amygdalinum*) latifolia, silvestris, nigris bacis. *al.* *in re coquinaria usurpantur et folia et bacae*: APIC. *passim.* *in comparatione*: FRONTO p. 4, 21 v. d. H. (p. 8 N.) tuus ... amor incultus ... cum cedris porro adolescit et aesculis; qui si officiorum ratione coleretur, non ultra myrtos -ūsque procresceret, quibus satis odoris, parum roboris.

2 *potius de ramis, coronis* (*cf.* laurea): **a** *in rebus sacris* (*cf. l. 14. 24*): CAES. STRAB. trag. 1 capita viridi -o velare imperant prophetae, ... qui purant sacra. VARRO *p. 1057, 59.* LVCR. 1, 739 (= 5, 112) Pythia, quae tripodi a Phoebi -oque profatur. VERG. ecl. 2, 54 vos, o -i, carpam et te, proxuma myrte. 3, 63 Phoebo sua semper aput me munera sunt, -i et ... hyacinthus. 8, 82 fragiles incende bitumine -ūs; Daphnis me ... urit, ego hanc in Daphnide -um (*in re magica ut* TIB. 2, 5, 83 *p. 1058, 64.* PROP. 2, 28, 36 tacet [iacet *trad.*] exstincto -us adusta foco). Aen. 3, 81 Phoebi ... sacerdos vittis et sacra redimitus tempora -o. 3, 91 tremere ... liminaque -ūsque dei (PHAEDR. app. 6, 5 SEN. Oed. 228. *cf.* OV. met. 15, 634 intremuere). 3, 360 Clarii -ūs. LYDIA 43 Phoebe, recens (gerens *trad.*) in te -us celebravit amorem. HOR. carm. 3, 4, 19 ut premerer sacra -oque collataque myrto, non sine dis animosus infans. TIB. 2, 5, 63 (*loq. Sibylla*) sacras innoxia -ūs vescar. OV. ars 2, 401 -umque manu vittasque ferentem *sacerdotem.* 2, 496 in manibus *Apollinis* -us, sacris induta capillis -us erat; vates ille videndus adit. fast. 5, 677 *in ritu quodam mercatorum* uda fit hinc (*sc. aqua*) -us, -o sparguntur ab unda omnia, quae dominos sunt habitura novos; spargit et ipse suos -o rorante capillos. SEN. apocol. 4, 1 vers. 4 Lachesis ... Pieria crinem -o frontemque coronans. Ag. 313 tibi *Phoebo* virgineas, -um quatiens, ... comas ... fudit stirps Inachia (588). *al.* LVCAN. 5, 144 crines *Pythiae* ... candida Phocaica complectitur infula -o. 5, 155 nullo ... horrore comarum excussae -ūs. 6, 409 Thessalicae veniunt ad Pythia -ūs. VAL. FL. 1, 209 *vates* vittamque comamque ... -ūsque rotat. *al.* **b** *in republica, sc. insigne imperatorum, triumphatorum* (*cf.* GELL. 5, 6, 7 *triumphales coronae* antiquitus e -u erant, post fieri ex auro coeptae. *hic illic, maxime l. 26. 28sqq., in notionem victoriae, triumphi vergere videtur*): CIC. fam. 2, 16, 2 molesta haec pompa lictorum meorum nomenque imperii, quo appellor; ... sed incurrit haec nostra -us non solum in oculos, sed iam etiam in voculas malevolorum (*affixa fascibus ut* R. GEST. div. Aug. 4 TAC. ann. 13, 9, 3. *cf. l. 37*). VERG. ecl. 8, 13 (*ad Pollionem*) hanc sine tempora circum inter victrices hederam tibi serpere -ūs (TIB. 1, 7, 7 EPICED. Drusi 206 SEN. Ag. 779. *al.*). Aen. 5, 246 victorem ... Cloanthum declarat viridique advelat tempora -o (5, 539. CIRIS 121 *Nisi regis.* TIB. 2, 5, 5 triumphali [OV. am. 2, 12, 1]. EPICED. Drusi 459 victricia t. *iunctura ceterum legitur p. 1061, 76.* VAL. FL. 4, 334 CLAVD. carm. min. app. 2, 19). HOR. carm. 2, 1, 15 *Pollioni* -us aeternos honores Delmatico peperit triumpho. 2, 2, 22 Virtus ... regnum et diadema tutum deferens uni propriamque -um. 3, 14, 2 Herculis ritu ... dictus ... morte venalem petiisse -um Caesar Hispana repetit penates victor ab ora. TIB. 2, 5, 117 ipse *Messalinus* gerens -ūs; -o devinctus agresti miles ʻ-io ... triumpheʼ canet. OV. am. 1, 7, 36 molire triumphos, cinge comam -o. VAL. MAX. 2, 2, 3 gemina -u coronatam senectutem *Marii.* SEN. Ag. 356 (*ad Iunonem*) -ūs Agamemnonias accipe victrix. LVCAN. 1, 287 *non* sacras poscunt Capitolia -ūs. SIL. 6, 661. 9, 546 Libycam feret in Capitolia -um (*cf.* STAT. silv. 4, 1, 41 Indica. MART. 7, 6, 10 Sarmaticae -ūs nuntius. PLIN. paneg. 14, 1 Parthica. FLOR. epit. 4, 2, 88 *Caesar* primum de Gallia triumphum trahens ...; altera -us Aegyptia ...; tertius de Pharnace currus. CLAVD. 8, 25 Massylas). 11, 484 -o redimita ... puppis. 15, 100 me (*Virtutem*) cinctus -o producit ad astra Triumphus. *al.* -us *affigitur epistulae, qua imperator victoriam senatui nuntiat* (*cf. p. 1056, 83. 1058, 21 et* PLIN. nat. 15, 133 Romanis praecipue laetitiae victoriarumque nuntia additur litteris et militum lanceis pilisque, fasces imperatorum decorat. SCHOL. Iuv. 4, 149 si victoriae nuntiabantur, -us in epistola fi⟨g⟩ebatur): OV. am. 1, 11, 25 (*tropice*) non ego victrices -o redimire tabellas nec Veneris media ponere in aede morer. PERS. 6, 43 missa est a Caesare -us insignem ob cladem Germanae pubis. STAT. silv. 4, 3, 110 eoae citius venite -ūs. 5, 1, 88 quae -us ab Arcto, ... quid Rheni vexilla ferant. MART. 9, 35, 6 victricem -um quam venit ante vides. **c** *poetarum*: HOR. carm. 3, 30, 16 mihi Delphica -o cinge volens, Melpomene, comam (COLVM. 10, 217 quem D. -us impulit ad rerum causas. CLAVD. carm. min. 53, 34 te D. -us stringet ... Cirrhaeaque templa tenebis). CALP. ecl. 4, 57 modo te Baccheis musa corymbis munerat et -o modo pulcher obumbrat Apollo. STAT. silv. 1, 2, 99 (*Amor ad Venerem*) mitis ... incedere vates maluit (*Stella amore Violentillae captus*) et nostra -um subtexere myrto. 4, 2, 9 si pariter mihi vertice laeto nectat odoratas et Smyrna et Mantua -os. 4, 4, 47 cui non Heliconia cordi serta nec imbelles Parnasi e vertice -ūs. 4, 6, 98 chelyn et vittas et amantes carmina -ūs. 4, 8, 19 patrius -os promisit Apollo. 5, 3, 9 *patre defuncto* hederis irrepere taxum extimui trepidamque ... arescere -um. 5, 5, 28 nec solitae mihi vertice -ūs *sunt.* Ach. 1, 16 *Domitiano* geminae florent vatumque ducumque certatim -ūs. NEMES. ecl. 1, 65 tibi frondis odorae munera dat -os carpens ruralis Apollo. SYMM. epist. 1, 53, 2 Hesiodus, quem poetica -u Camenalis familia coronavit. PRVD. c. Symm. 2, 524 -um citharoedi vatis. CLAVD. carm. min. app. 2, 7 -ūs ... gerens et florea sertis tempora vincta tuis (*Apollinis*), doctorum munera (-re *Heinsius*) vatum. SIDON. epist. 8, 3, 3 Pythicas. DRAC. laud. dei 1, 170 linguae -us honos solvit donanda poetis. Romul. 10, 28 -o succincta poetae *Calliope.*

-o *consonat c.* auro: FIRM. err. 18, 6 caput aut a. premitur aut -o. *cf. Onom. et supra p. 1058, 15.*

deriv.: lauretum, laureus, lauriculus, laurinus, laurocina.

compos.: lauricomus, -fer, -ger, -potens; laurorosa. *cf.* lauriandrum, lorandrum *sim.* (rhododendron). *van Wees-B.*

²laus, -dis *f.* [*originis parum certae. Sch.*] *de orig.*: CASSIOD. in psalm. 33, 2 l. 54 a lauro. lau|udes CIL VIII 10694. *gen. pl.* -ium ITIN. Alex. 54. PANEG. 2, 7, 1 (-um *var. l., item* HIL. in psalm. 91, 10. 146, 9 CONC.^{S} II 3, 3 p. 36, 18). SIDON. carm. 23, 31 *in hendecasyllabis. falso* CIC. Phil. 2, 28 *V.* *de notione*: SEN. epist. 102, 15 aliud est -s, aliud laudatio, haec et vocem exigit; itaque nemo dicit -em funebrem, sed laudationem, cuius officium oratione constat; ... -s etiam taciti est ... bonum virum apud se laudantis; (16) deinde ... ad animum refertur -s, non ad verba, quae conceptam -em egerunt *eqs.* (CHAR. gramm. p. 403, 14 B. -s facti instrumentum est, l. vero est rerum gestarum relatio. ISID. diff. 1, 332 -s est eius, qui laudatur; l. vero eius, qui laudat *eqs.* [*sim.* DIFF. ed. Beck p. 66, 7]). HIER. epist. 106, 45, 5 licet et -s et praedicatio unum utrumque significet. PS. VARRO sent. 71 -s infinita probatio. CHAR. gramm. p. 400, 27 B. -s secunda existimatio recte factorum (*opp.* honor). PRISC. gramm. III 435, 31 -s est expositio bonorum, quae alicui accidunt personae vel communiter vel privatim. SYNON. Cic. p. 422, 5 dignitas ... claritas. gloria. decus. -s. honestas [*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eqs. (*cf.* p. 432, 30). p. 436, 29 officia . . . virtutes. praemia. -es. tituli *eqs.* GLOSS. αἴνεσις. ἔπαινος. αἶνος. ἐγκώμιον (*quae voces respondent, ubi nihil aliud adnotatur*). -em: canticum. *legitur inde a* LIV. ANDR., NAEV., PLAVTO, TER. *aliisque scaenicis*, CATONE. [*it.* lode, *tusc. vet.* loda, -o, *ligur.* loso, *langob. vet.* loxo, *venet. vet.* laudo, laldo, loldo, *cors* losa, *lucan.* lọsə, *apul. vet.* lauso, *apul.* losa, lǫ́wəsə, *sic.* laudi, làusu; *francog.* los, lods; *francoprov.* lod, lu; *prov. vet.* lau(s), *prov.* lau(d), *langued.* laus, laouz; *vasc. vet.* lau(d). *cf. M.-L. 4944. Battisti-Alessio III 2185. 2260. Wartburg V 209 sqq. G.*] [*confunditur c.* fraus (VERG. Aen. 11, 708), lanx (PHAEDR. 5, 5, 20), -i dare *c.* laudare (CIC. Cluent. 51 TAC. dial. 19, 2); *falso trad.* CAES. Gall. 5, 44, 3 pro -e (probandae *Aldus*).]

I *usu sollemni de actione laudandi vel de statu laudati fere i. q. approbatio honorifica, praeconium* (*de ratione inter* -s *et* laudatio *intercedente v. supra; per abundantiam* -s gloriae *vel* -is gloria *vol. VI 2, 2075, 70 sqq.*, praeconium -is PANEG. in Mess. 177 OV. Pont. 4, 8, 45 NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 2. *al.*, honor -is VAL. MAX. 6, 6 ext. 2 LAVS Pis. 33 SIL. 13, 58 RVT. NAM. 1, 326; *c. gen. inhaerentiae* -s verborum CIC. ad Brut. 1, 15 [9, 23 Sj.], 7 MIN. FEL. 40, 3 SALON. in prov. p. 985C, *cf. p. 1064, 21 sqq.; minus valet quam* admiratio CIC. Brut. 159): A *generatim* (*specimina paucissima*): LIV. ANDR. trag. 16 praestatur virtuti -s (*cf.* CIC. de orat. 2, 342 quae fortuna det . . ., non habent in se veram -em, quae deberi virtuti uni putatur. QVINT. inst. 5, 10, 83 virtus facit -em). PLAVT. Amph. 642 perduelles vicit et domum -is compos revenit. TER. Hec. 461 sibi . . . hanc -em relinquont 'vixit, dum vixit, bene'. Ad. 18 quod illi maledictum . . . esse existumant, eam -em hic ducit maxumam. CARM. inc. Sen. epist. 102, 16 -s alit artes (*est 'poetae antiqui'; cf. Cic. Tusc. 1, 4* honos a. a. *et v. Otto, Sprichw. p. 38*). LVCIL. 620 hunc laborem sumas, -em qui tibi ac fructum ferat. RHET. Her. 3, 4, 7 neque . . . solum -is causa rectum sequi convenit, sed si -s consequitur, duplicatur recti adpetendi voluntas. CIC. Rab. Post. 43 haec vera -s est, quae non poetarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, sed prudentium iudicio expenditur. parad. 18 mors terribilis iis, quorum cum vita omnia extinguntur, non iis, quorum -s emori non potest. PVBLIL. L 2 -s nova nisi oritur, etiam vetus amittitur. S 34 solet sequi -s, cum viam fecit labor. VERG. ecl. 5, 78 (= Aen. 1, 609) semper honos nomenque tuum -esque manebunt. SEN. Thy. 211 -s vera et humili saepe contingit viro. STAT. silv. 5, 1, 53 laudantur proavis seu pulchrae munere formae, quae morum caruere bonis falsaeque potentes -is egent verae (*cf.* SYMM. frg. 5 ut vera -s ornat, ita falsa castigat). ITALA Rom. 13, 3 (cod. d *al.* = VVLG.) bonum fac et habebis -em ex illa *potestate*. *et passim.*

B *speciatim* (*cf.* laudatio): 1 *apud rhetores vel poetas*: a *exempla doctrinae selecta*: RHET. Her. 3, 6, 10 *demonstrativum genus causae* dividitur in -em et vituperationem (3, 8, 15 in iudicialibus et in deliberativis causis saepe magnae partes versantur -is aut v. [*cf.* QVINT. inst. 2, 1, 11]. CIC. inv. 2, 12 -s, . . . v., . . . sententiae dictio, . . . accusatio aut recusatio. Brut. 47 cum singularum rerum -es v.que conscripsisset *Gorgias*. QVINT. inst. 3, 4, 12 est . . . unum genus, quo -s ac v. continentur, sed est appellatum . . . laudativum). QVINT. inst. 2, 4, 21 de ordine -is contraque, quoniam tertia haec rhetorices pars est, *eqs.* 2, 21, 18 an huius modi res neque in -em neque in deliberationem neque in iudicium veniunt? 3, 7, 5 ut . . . -s, quae negotiis adhibetur, . . . sic etiam illa, quae ostentationi componitur. 3, 7, 6 proprium -is est res amplificare et ornare. 10, 1, 47 de -bus, exhortationibus, consolationibus (*sc. quae apud Homerum leguntur*). *et saepius.* b *de certis -bus fere scriptis*: VERG. ecl. 4, 26 heroum -es . . . legere (OV. Pont. 3, 1, 62). 5, 11 incipe . . ., si . . . Alconis habes -es aut iurgia Codri (*cf.* NEMES. ecl. 1, 27 nostrae -em deposcis avenae). PROP. 4, 7, 78 -es desine habere meas. PLIN. nat. 20, 68 invenio -es *lactucae* (SCHOL. Verg. Veron. ecl. 3, 37). 21, 44 polium herbam inclutam Musaei et Hesiodi -bus. 22, 136 tisanae . . . -es uno volumine condidit Hippocrates. QVINT. inst. 3, 8, 9 ut in Helenae -e Isocrates fecerit. SVET. vita Lucani p. 50, 4 prima ingenii experimenta in Neronis -bus dedit. SERV. georg. 2, 136 incipit -s Italiae, quam exsequitur secundum praecepta rhetorica. *tituli librorum exstant* 'De -e Pisonis' (*nobis* LAVS Pis.) *et* SVET. Iul. 56, 7 feruntur . . . quaedam scripta *Caesaris*, ut '-es Herculis'. GELL. 13, 20, 3 liber . . . M. Ciceronis, qui inscribitur '-s Catonis'. ANTH. 419 tit. -s Caesaris. HIER. vir. ill. 117 (*opera a Greg. Naz. conscripta*) -es Machabaeorum, -es Cypriani *eqs.* 134 Sophronius . . . -es Bethlehem . . . conposuit. *al.*

2 *-s praestatur mortuis*: CIC. carm. frg. 40 (Tusc. 1, 115), 5 B. *defunctum* omni amicos -e et laetitia exsequi (*Eurip. frg. 449, 4 N.*[2] εὐφημοῦντας). leg. 2, 62 ut . . . honoratorum virorum -es in contione memorentur (*cf.* LVCAN. 9, 216 si Romana sonarent rostra ducis -es. QVINT. decl. 329 p. 296, 7 an aliquis etiam rostra conscendet et . . . advocata populi contione -es eius, quem . . . sepulturi sumus, concinet? HIER. epist. 60, 1, 3 in contione pro rostris). 2, 63 apud quos *propinquos epulantes* de mortui -e quom siquid veri erat praedicatum (2, 65 nec de m. -e nisi in publicis sepulturis . . . dici licebat. 2, 68 -em m. incisam *in lapide*). Tusc. 1, 109 propriis bonis -is et gloriae . . . mortui non carent. VARRO ling. 7, 70 (*ex Aurelio Opillo*) '*praefica*' mulier . . ., quae ante domum mortui -es eius caneret. LIV. 8, 40, 4 vitiatam memoriam funebribus -bus reor falsisque imaginum titulis (-es *in laudationibus funebribus dictas intellexerunt Weißenborn-Müller, cf. p. 1062, 73*). 10, 29, 20 Fabius collegae funus omni honore -busque meritis celebrat (*cf.* TAC. ann. 2, 73, 1 funus . . . per -es ac memoriam virtutum eius celebre fuit). LVCAN. 1, 448 (*de bardis*). PLIN. nat. 7, 139 Q. Metellus in ea oratione, quam habuit supremis -bus patris sui. STAT. Theb. 10, 791 repetunt . . . bella peractis -bus. QVINT. decl. 246 p. 8, 27 *civitas* celebrasset -es. TAC. hist. 2, 49, 3 tulere corpus praetoriae cohortes cum -bus et lacrimis. SVET. Otho 12, 2 magna pars hominum . . . mortuum -bus tulit. Tit. 11 *senatus* mortuo gratias egit -esque congessit. RVT. NAM. 1, 577 -bus amissi cogor lacrimare parentis (*sc. titulo honorifico in statua lecto*). *al.*

3 *-s praestatur deo Iudaeorum vel Christianorum*: a *in univ.*: ITALA II par. 29, 31 (Complut.) sacrificia -is ([VVLG. victimas et -es]. psalm. 49, 14 [Veron. *al.* = VVLG.; HIER. psalt. sec. Hebr. -em]. 49, 23 [*ibid.*, *Hier. l. c.* confessionem]. *al.*). 33, 16 (*ibid.*) victimas . . . -is. psalm. 115, 17 (Sangerm. *al.* = VVLG.) hostiam -is (Hebr. 13, 15 [cod. d *al.* = VVLG.]. PAVL. NOL. carm. 18, 447. 24, 15. *al.*). TERT. adv. Marc. 3, 22 p. 416, 18 'offertur . . . sacrificium mundum', gloriae scilicet relatio et benedictio et -s et hymni. CYPR. Fort. 13 -em devotionis. VVLG. Am. 4, 5 sacrificate . . . -em. *et saepe.* b *de psalmis* (*cf. p. 1063, 3*): ITALA psalm. 90 tit. (Veron. *al.* = VVLG.) -s cantici (*ibid. saepius*). HIL. in psalm. 91, 10 -ium . . . hymnus. FILASTR. 129, 6 psalmorum . . . gaudia et -es. RVFIN. hist. 5, 28, 5 hymnorum . . . -e. BENED. reg. capit. 10 nocturna -s (*cf.* EVGIPP. Sev. capit. 13 vespertinae -is officio [*Sev. 13, 1* v. sollemnitatis]). reg. 12, 4 inde benedictiones et -es (*cf.* 13, 11 sequantur -es. *pertinent ad psalm. 148–150*). *al.* c *formula* deo -es: AVG. civ. 22, 8 p. 580, 22 D. procedimus ad populum, plena erat ecclesia, personabat vocibus gaudiorum: 'deo gratias, d. -es'. in psalm. 132, 6 l. 13 milites diaboli, a quibus plus timetur 'deo -es' (*vox circumcellionum*) quam fremitus leonis; hi etiam insultare nobis audent, quia fratres . . . 'deo gratias' dicunt; . . . vos 'deo gratias' nostrum ridetis, 'd. -es' vestrum plorant homines.

II *metonymice de causa et materia laudandi*: A *praevalet notio q. e. virtus vel factum laudabile* (*exempla selecta*): CIC. S. Rosc. 48 te intelleges inopia criminum summam -em Sex. Roscio vitio et culpae dedisse. de orat. 1, 118 fingendus est nobis . . . detractis omnibus vitiis orator atque omni -e cumulatus. 2, 366 ornamenta orationis non attigit neque eam -em, ex qua eloquentia nomen suum invenit. 3, 170 verborum virtus atque -s. Brut. 28 *Themistoclem constat* eloquentia praestitisse; post Pericles, qui cum floreret omni genere virtutis, hac tamen fuit -e clarissumus. 51 magna dicendi studia fuerunt maxumique huic -i habiti honores illustre oratorum nomen reddiderunt. 81 Fabius Pictor et iuris et litterarum et antiquitatis bene peritus; . . . Fabius Labeo fuit ornatus isdem fere -bus. orat. 231 de -bus *orationis* multa diximus, quibus sunt talia . . . vitia contraria (*cf.* QVINT. inst. 8, 3, 41 quibus ornetur oratio, . . . quae sunt huic -i contraria). leg. 2, 19 colunto . . . Mentem, Virtutem, Pietatem, Fidem earumque -um delubra sunto, nec ulla vitiorum. fin. 2, 47 ex his tribus -bus, quas ante dixi (*antea*: tribus generibus honestorum). *al.* BELL. Hisp. 17, 2 funestae -es *Pompei*. VERG. Aen. 1, 461 sunt . . . sua praemia -i (SERV.: virtuti). 5, 355 primam merui qui -e coronam (Serv.: virtute. SEN. Herc. O. 97 astra). 8, 273 tantarum in munere -um cingite fronde comas *eqs.* 9, 252 pro -bus istis praemia (SERV.: virtutibus. *cf.* 10, 825 *et* SERV. auct. *ad l.*). 10, 282 magna referte facta, patrum -es. OV. epist. 14, 120 rea -is. met. 8, 263 Athenae pendere desierant Thesea -e tributum. 10, 563 -e pedum formaene bono praestantior esset *Atalanta* (SIL. 4, 342 -em . . . p. cum sanguine ademit *ensis*). hal. 113 -e insignis caudae melanurus. Pont. 4, 8, 45 carmina vestrarum peragunt praeconia -um (*cf. ibid.* 87 tuas . . . -es celebrare recentes magnaque . . . facta referre). EPICED. Drusi 44 ultima sit -es inter ut illa *pudicitia* tuas. VITR. 3, 1, 4 operum et -es et culpae. VAL. MAX. 3, 8 ext. 4 victoriam nescio -e an tormento maiore partam. 4, 6 ext. 3 praecipuum uxoriae fidei specimen . . . maximis patriae suae -bus admiratione facti conparandum. PHAEDR. app. 13, 31 turpitudo -is obsedit locum. OCTAVIA 551 omnes in unam contulit -es deus. VAL. FL. 6, 546 in medio . . . discrimine belli -bus inque ipsis ('*i. e. in rebus laudabilibus gerendis' Langen*). SIL. 1, 245 quaecumque ad -em stimulant (*cf.* STAT. Ach. 1, 202 -um . . . stimulos). 8, 384 Scaevola, cui dirae caelatur -is honora effigie clipeus. 17, 637 -bus olim terminus Herculeis Calpe. STAT. silv. 4, 6, 69 magno . . . ex agmine -um fertur Thebanos tantum excusasse triumphos *Alexander*. PLIN. epist. 3, 6, 2 *signum* est . . . nudum nec aut vitia . . . celat aut -es parum ostentat. *al.*

B *praevalet notio q. e. decus* (*adde p. 1066, 83*): 1 *de rebus* (*exempla poetica vix recte addubitantur*): AETNA 569 magnificas -es operosaque visere templa. STAT. Theb. 2, 295 (*de monili*) te . . . perhibent, Iocasta, decorum possedisse nefas; vultus hac -e colebas. *c. gen.*: PRISCILL. tract. 3, 56 vinculorum pressa vestigia et divinae crucis -es et vidit et tetigit *Iudas* (*antea*: passionis insignia). 2 *de hominibus*: ELEG. in Maecen. 18 Pallade cum docta Phoebus donaverat artes: tu decus et -es huius et huius eras. VAL. FL. 2, 243 decus et patriae -s una . . ., Hypsipyle. SIL. 13, 824 non datur . . . tibi, Roma, . . . hanc -em *Lucretiam* retinere diu (*821* pudicitiae Latium decus). MART. 1, 49, 2 vir Celtiberis non tacende gentibus nostraeque -s Hispaniae. HIER. epist. 77, 2, 1 Fabiolam, -em Christianorum. RVT. NAM. 1,

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

13 religiosa patet peregrinae curia -i (*'peregrinis -e dignis' Helm*). CASSIOD. var. 11 praef. 8 tanta -s facundiae *Cicero*. **3** *de deo, Christo*: ITALA psalm. 21, 4 (Veron. *al.* = VVLG.) -s Israhel. 117, 14 (*ibid.*) fortitudo mea et -s mea dominus (*gr.* ὕμνησις, *Vulg.* laudatio. *item* VVLG. exod. 15, 2 Is. 12, 2. *cf.* deut. 10, 21 *dominus* est -s tua. Ier. 17, 14 -s mea tu es). IVVENC. 1, 194 caeli -em terraeque salutem ... Christum.

III *per prosopopoeiam*: SIL. 15, 98 mecum Honor ac -es et ... Gloria ... et Decus ac ... Victoria. ANTH. 941, 71 ab excelsa -s intemerabilis arce monstrat iter. *cf. Onom.*

IV *appendix grammatica et stilistica* (*praecipue ad I et II A*): A *iuncturae verbales*: **1** *acc.* -em (-es): *agere, offerre sim.*: LIV. ANDR. trag. 16 praestatur. NAEV. com. 33 ago (PLAVT. Mil. 411 Trin. 821 CATO orig. 83. *al. cf.* LIV. 7, 37, 1 peragit [STAT. Theb. 10, 791]). PLAVT. Asin. 545 habemus (CIC. Att. 13, 38, 1 *-es* ab eo de nobis haberi. TAC. ann. 1, 69, 2. *al. cf.* AMM. 24, 6, 15 perhibebat). Capt. 770 offers (*cf.* LVCIL. 620 ferat [VERG. Aen. 11, 791 SIL. 16, 654. *al.*]. CIC. Flacc. 1 rettulisset. Phil. 2, 20 adferrent [Tusc. 1, 6 Q. CIC. pet. 38 VERG. Aen. 12, 321. *al.*]. *sim. al.*). RHET. Her. 2, 28, 45 adtribuas (*cf.* CIC. Q. Rosc. 19 tribuebas [Manil. 8 Mur. 20 de orat. 3, 27. *al.* TIB. 3, 10, 19 PROP. 3, 24, 3 *et saepe*]). 4, 3, 5 libare. CIC. Manil. 20 tantum impertire -is (Catil. 3, 14 Mur. 20), quantum ... debeatur (leg. agr. 2, 9 Phil. 4, 4. *al.*). Rab. Post. 43 expenditur. de orat. 1, 23 concessa est (off. 1, 71 VERG. Aen. 9, 655 PROP. 3, 9, 59 LIV. 2, 47, 11. *al.*). HOR. carm. 1, 20, 7 redderet (LIV. 38, 56, 11 VAL. MAX. 4, 8, 5 SEN. benef. 7, 14, 3 epist. 102, 9. *al. cf.* OV. epist. 16, 117 daret [SIL. 4, 507. 10, 90. 14, 139 QVINT. inst. 1, 8, 14 PLIN. epist. 3, 21, 6. *al.*]). *al.* *parere, obtinere sim.*: PLAVT. Amph. 644 -e parta (Cist. 201 CIC. Planc. 66 off. 2, 47 CAES. Gall. 6, 40, 7 LIV. 7, 32, 12. *al.*). Stich. 281 adipiscendi (CIC. Verr. II 5, 42 Sest. 48 prov. 18. *al. cf.* SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 6 apisci). Trin. 1129 meruisse (CIC. div. in Caec. 60 CAES. Gall. 1, 40, 5 HOR. ars 268. *al.*). TER. Andr. 66 invenias (AFRAN. com. 334). Haut. 315 quaesitum (CIC. Flacc. 28 Sest. 93. 102 Planc. 66. *al. cf.* LAVD. Murdiae [CIL VI 10230] 24 adquirere [TAC. dial. 18, 1]). Eun. 925 capiet (CATO or. frg. 36, 2 [186 M.]. LVCIL. 97 CIC. off. 2, 26. *cf.* rep. 6, 23 acceptas [off. 1, 116 VAL. MAX. 3, 7 ext. 2]. Att. 1, 14, 3 excepisse. VAL. MAX. 8, 14 ext. 3 capessenda. APVL. Socr. prol. p. 108 capto [PANEG. 2, 28, 1 AMM. 25, 4, 7]. *sim. al.*). ELOG. Scip. CIL I² 15, 7 (= CE 958, 3) optenui. PORC. LIC. carm. frg. 3, 1 petit (CIC. fin. 2, 50 Tusc. 5, 85 VAL. MAX. 7, 3 praef. CVRT. 9, 4, 21. *al. cf.* CIC. Verr. II 4, 80 adpeto [5, 5]. Arch. 14 nihil esse ... expetendum nisi -em [de orat. 3, 116. *al.*]. Tusc. 2, 62 petessunt). RHET. Her. 4, 3, 5 venentur. 4, 38, 50 conparandam (CIC. fam. 2, 4, 2). CIC. Q. Rosc. 44 desiderat (Phil. 7, 14). dom. 96 adsciscendae (TAC. ann. 14, 52, 3). Balb. 18 consecuta *virtus* (Marcell. 4 Phil. 5, 2. *al. cf.* Catil. 4, 20 adsecutus [Flacc. 89 de orat. 2, 301. *al.*]. Rab. Post. 2 persequantur. SEN. Tro. 236 sequi). Planc. 66 siquam habeo -em (Deiot. 26 frugi hominem dici non multum habet -is in rege. de orat. 2, 342 in se. Brut. 50 brevitas ... -s est interdum in aliqua parte dicendi, in universa eloquentia -em non habet. *al.* NEP. reg. 1, 4. VERG. Aen. 2, 584 nullum memorabile nomen feminea in poena est nec habet victoria -em. PROP. 2, 21, 10. *et saepius*). rep. 5, 11 ferat (*opp.* poena dignus sit. CAES. Gall. 6, 21, 4. 6, 28, 3. OV. Pont. 1, 4, 24 a sera posteritate. LIV. 4, 57, 6 apud omnes. *al. cf.* VERG. Aen. 4, 93 refertis [VAL. MAX. 3, 1, 1. *al.*]). *al.* *celebrare, canere sim.* (laudare *v. p. 1046, 35*): CIC. Arch. 19 ad ... gloriam -emque celebrandam (Planc. 93. Rab. Post. 43 poetarum carminibus ... annalium monumentis. Marcell. 9 litteris atque linguis. OV. Pont. 4, 8, 87. *al.*). dom. 76 inlustras (leg. 1, 8). Phil. 5, 35 verbis ... consequi (*cf.* LIV. frg. 61 ⟨ex⟩sequendas [SEN. dial. 11 (12), 19, 7 PLIN. nat. 20, 78. *al.*]). de orat. 2, 208 ecferre (SVET. frg. 2 et verbis inlustrioribus et iocundioribus numeris. *cf.* CIC. Att. 2, 25, 1 in astra sustulit. VERG. Aen. 8, 287 carmine -es Herculeas et facta ferunt [SIL. 8, 421 ore. NEMES. ecl. 1, 18 sublime]. AMM. 31, 10, 5 extollendo). Brut. 47 conscripsisset (*cf.* PHAEDR. 4, 25, 5 scriberet [PLIN. nat. 22, 128 QVINT. inst. 2, 15, 29. 3, 4, 5. 3, 7, 28 PLIN. epist. 3, 21, 3. *al.*]). rep. 6, 23 posteris prodere (*cf.* SVET. Dom. 10, 3 edidisset). leg. 2, 62 memorentur (*cf.* STAT. Theb. 8, 170 commemorant). Tusc. 4, 3 (*e Catone, orig. 118*) canerent (VARRO ling. 7, 70 *ex Aurelio Opillo*. TIB. 1, 9, 47. OV. ars. 3, 50 *opp.* probra ... dixerat. trist. 2, 74. 5, 11, 23. *al. cf.* TIB. 2, 5, 10 concinuisse [QVINT. decl. 329 p. 296, 7. *al.*]. OV. fast. 2, 658 cantant [ITALA *p. 1046, 37.* PANEG. 11, 10, 5]. FIRM. math. 3, 5, 33 decantent). fam. 2, 5, 1 perfertur (SEN. Herc. O. 1515. *cf.* VERG. Aen. 10, 282 referte [VAL. MAX. 2, 2, 5. 3, 7 ext. 2. *al.*]. *sim. saepius*). NEP. Timol. 4, 3 praedicari (APVL. flor. 18 p. 86. *al.*). VERG. ecl. 6, 6 dicere (HOR. carm. 1, 12, 14 carm. saec. 76 TIB. 1, 3, 31. *al.*). *al.* **2** *abl.* -e (-bus): *ornare, efferre sim.* (laudare *v. p. 1046, 31*): CIC. Cluent. 140 ornat (Catil. 4, 21 Arch. 22 Phil. 2, 25. *al.*). Catil. 4, 20 honestastis. Mur. 16 celebratus (Att. 5, 10, 2 LIV. 9, 17, 6. 10, 29, 20. 30, 14, 3. *al.*). Arch. 15 effers (Flacc. 103 in caelum [Marcell. 29 ad c. *al.*]. *et saepe. cf.* fam. 10, 26, 2 in caelum ... ferunt [CAES. civ. 1, 69, 2 VERG. Aen. 1, 625. LIV. 2, 49, 1 ad caelum. *al.*]. PROP. 1, 4, 6 referas. MART. CAP. 6, 637 conferenda). har. resp. 47 in caelum ... extolleret (SALL. Iug. 15, 2 TAC. ann. 4, 41, 3. 12, 11, 3. 14, 14, 2. *cf.* CIC. Att. 4, 16, 8 tollere [fam. 15, 9, 1 ad caelum. HOR. carm. 1, 21, 9]. TAC. hist. 2, 90, 1 adtollens [3, 9, 4]). Lig. 6 decorandam *clementiam* (TAC. Agr. 46, 2 PANEG. 9, 15, 5). Phil. 2, 25 oneraret (LIV. 4, 13, 13. 10, 14, 12 PLIN. epist. 1, 14, 10). 7, 11 adfecistis (off. 2, 47 fam. 13, 65, 1 ad Brut. 2, 7 [9, 5 Sj.], 2). de orat. 1, 20 cumulatus (1, 118 VAL. MAX. 5, 6 ext. 2 inclytum ... opus -e cumulavit *i. effecit, ut magis laudaretur.* TAC. hist. 2, 57, 2. 3, 36, 2. 4, 39, 4 ann. 12, 53, 3 PLIN. epist. 3, 11, 8. *al.*). *al.* *florere, excellere sim.*: CIC. Mur. 24 militari -e antecellunt (*cf.* de orat. 3, 228 excellentem [MACER carm. frg. 2]). Flacc. 64 *Graecia* bellica -e floruit (de orat. 3, 7 ingenii. Att. 14, 17A [= fam. 9, 14], 2. LABER. mim. 114 litterarum. LVCR. 5, 1280. TAC. hist. 1, 49, 4 militari -e apud Germanias. *al. cf.* CIC. Cael. 76 ecflorescit). Planc. 6 qua -e ... superarit *se* (89 gloriae. fam. 2, 2). de orat. 3, 9 virum omni -e praestantem (OV. met. 10, 563 pedum. GELL. 3, 9, 3 equorum). Brut. 137 dicendi non ita multum -e processerat. off. 1, 78 abundans bellicis -bus. LVCR. 6, 12 affluere. NEP. Cato 2, 4 virtutum -e crevit (HOR. carm. 3, 30, 8). VERG. georg. 2, 138 neque Medorum ... terra nec ... Ganges ... -bus Italiae certent (SEN. Herc. O. 1807 Iovi. SIL. 5, 422 cadendi). CVLEX 372 vigeant. OV. met. 6, 6 *Arachnen* sibi lanificae non cedere -bus artis audierat *Minerva* (MART. 8, 18, 7 Romani -e cothurni. *cf.* SIL. 17, 652 non concessure). *al.* **3** in (ad) -em (-es): *adipiscendam* (*c. praepos.* in *l. 27. 29, ceterum* ad; *elliptice* CIC. Verr. II 5, 7 illum ... ad praetorem quasi ad -em atque ad praemium accucurrisse): CIC. Arch. 18 ut ad veterum scriptorum -em perveniret (Brut. 259 PANEG. 5, 5, 3). Vatin. 24 spectaras. Phil. 10, 4 natus (fin. 5, 63 ad -em et ad decus nati, suscepti, instituti. *cf.* SIL. 15, 88 ad -es genitum ..., felix ad -es hominum genus. CIL III 6587, 5 [*a. 384/9*] progenito). 14, 32 contenderet. orat. 140 aspirare. fam. 10, 10, 2 incumbe. SEN. Phaedr. 459 ingenia ... se in -es ferunt. SIL. 4, 604 nititur ad -em virtus (APVL. flor. 17 p. 81). CYPR. ad Donat. 8 p. 10, 12 *vir effeminatus* in -em crescit ex crimine (mortal. 10 p. 302, 28 *Tobias caecus* per ipsam corporis sui cladem crevit ad -em). *tribuendam* (*c. praepos.* in): TAC. ann. 14, 61, 1 itur ... in principis -es. CYPR. zel. 5 p. 422, 14 populus ... in -es David praedicationis suffragio prosiliit. AMM. 17, 13, 33 adsurgens (*cf.* 27, 6, 15 consurrectum est ... ⟨in⟩ -es. AVG. catech. rud. 12, 3 exsurgere in admirationem -emque). 22, 9, 1 populi ... in -es eius ... accendebantur. HIER. hom. Orig. in Luc. 13 p. 78, 9 in -es erumpant archiatri et praedicent deum. CLAVD. carm. min. app. 2, 99 emicat ... in -es ... turba tuas. AVG. civ. 22, 8 p. 581, 26 D. exultabant. **4** in -e (-bus): CIC. Planc. 26 Minturnenses coloni quod ..., aeterna in -e versantur (Att. 2, 21, 3). Brut. 84 egregium ... fuisse. fin. 5, 36 est excellens (*cf.* off. 1, 116). Att. 10, 4, 1 vixerim (fam. 15, 6, 1). PLIN. paneg. 88, 6 qui est optimis omnibus in sua cuiusque -e praestantior. ITALA II par. 21, 20 (Legion.) ambulavit non in -e (*gr.* ἐν οὐκ ἐπαίνῳ, *Complut. et Vulg.* non recte).

B *locutiones praedicativae*: **1** *per casum*: **a** *nom.* -s est: (*acc. c.*) *inf.*: PLAVT. Mil. 703 illa -s est ... liberos hominem educare. CIC. Verr. I 46 quod laudent, non habent; nulla est enim -s ibi esse integrum, ubi *eqs.* Mur. 19 magna -s et grata hominibus unum hominem elaborare *eqs.* Deiot. 26 frugi hominem dici non multum habet -is in rege; fortem, iustum ... hae sunt regiae -es, illa privata est. *al.* CATVLL. 111, 2 PVBLIL. N 21 CAES. Gall. 4, 3, 1. 6, 23, 1 NEP. Alc. 11, 5 HOR. epist. 1, 17, 35. PROP. 2, 1, 47 (*seq.* si). *al.* *enunt.*: CIC. Verr. II 3, 41 magna est -s, si superiores consilio vicisti (PROP. *l. c.* SEN. epist. 95, 51 QVINT. decl. 289 p. 157, 19 PLIN. epist. 7, 9, 11. *al.*). Cael. 8 culpa est ...; -s pudoris tui, quod ..., ingenii, quod *eqs.* (Marcell. 20 *opp.* culpa est, si *eqs.* Cato 44 *opp.* vituperatio. fam. 12, 4, 2 NEP. Ages. 4, 6 PLIN. nat. 22, 81. PRVD. cath. 3, 95 q. calet halitus ..., -s superi patris esto mihi). de orat. 3, 150 in propriis ... est verbis illa -s oratoris, ut ... obsoleta fugiat *eqs.* (3, 163 PLIN. nat. 35, 191 QVINT. inst. 10, 2, 28). in: CIC. Marcell. 3 quanta in dato beneficio sit -s, cum in accepto sit tanta gloria. OV. fast. 2, 517 SEN. benef. 2, 32, 2 epist. 95, 40 LAVS Pis. 11. HIER. epist. 22, 35, 3 dicentis -s in fletu est audientium. *subst. sim.*: CIC. Lig. 10 quorum ... impunitas ... tuae clementiae -s est. de orat. 2, 53 unam dicendi -em ... esse brevitatem (*cf.* Brut. 50 leg. 3, 40). 3, 105 PROP. 2, 10, 6. OV. am. 1, 2, 22 nec tibi -s armis victus inermis ero. PLIN. paneg. 54, 5 TERT. castit. 1 l. 25. HIER. epist. 52, 8, 1 lacrimae auditorum -es tuae sint. **b** *dat.* -i: esse: TER. Ad. 382 an -i putat fore, si *eqs.*? 418 hoc -ist ... hoc vitio datur. RHET. Her. 3, 7, 14 (*opp.* detrimento atque dedecori). CIC. Phil. 6, 6 magnae -i magnoque honori. fam. 2, 7, 1. 5, 8, 3. 13, 48. 13, 73, 2 (*opp.* vituperationi). NEP. Epam. 2, 3 HOR. sat. 2, 3, 99 OV. fast. 5, 290. *al.* *alia*: TER. Ad. 5 -in an vitio duci [id] factum (105. NEP. praef. 4 *var. l.* datur). ACC. trag. 7 addis quod vitio est, demis quod -i datur (CIC. Cluent. 51 Planc. 89 Tusc. 1, 4. off. 1, 71 *opp.* vitio. GELL. 11, 2, 4. CAPITOL. Aur. 23, 2 *opp.* reprehensioni. CLAVD. carm. min. 17, 43). SVLP. SEV. chron. 2, 41, 4 attribuo. SIDON. epist. 9, 14, 9 feretur. **c** *gen.* -is: esse: CIC. Tusc. 3, 14 'confidens' ... in vitio ponitur, ductum verbum a 'confidendo', quod -is est (*sim. de verbis* 4, 17. GELL. 11, 2, 1 *opp.* vitii). SEN. Herc. O. 1561 -is est purum tenuisse ferrum (*c. inf. ut* QVINT. decl. 255 p. 45, 3. CYPR. epist. 39, 3 praedicationis et -is ... -is et honoris. AMM. 30, 8, 9. *al.*). PAVLA Hier. epist. 46, 3, 4. 46, 10, 3 (*opp.* detractionis). habere: DRAC. Romul. 8, 25 reliquias praedae vulpes sperare leonum -is habent. 9, 58 quod -is habetur. **d** *acc. dupl.*: VVLG. Is. 62, 7 donec ponat Hierusalem (*hebr.* 't J.) -em in terra *dominus*.

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *c. praepos.*: **a** in -e (-bus): esse: CIC. Verr. I 51 *ut senatus* cum populo Romano et in -e et in gratia esse possit (*iteratur* II 1, 21). Tusc. 4, 17 ut et in -e et in vitio nomen hoc (*sc.* aemulatio) sit. NEP. praef. 5 magnis in -bus . . . fuit . . . victorem Olympiae citari. Iph. 2, 4 ut . . . Iphicratenses apud Graecos in summa -e fuerint. LIV. 30, 30, 4 tibi . . . non in ultimis -um hoc fuerit, Hannibalem . . . tibi cessisse. PLIN. nat. 9, 141 coccum Galatiae . . in maxima -e est (*cf.* 20, 222 malva). TAC. dial. 18, 3 vetera semper in -e, praesentia in fastidio esse. *alia*: CIC. Verr. II 3, 212 neque ego hoc in tua -e pono (Mur. 21 *dignitatem*. Sest. 139 eos. Phil. 11, 37 *illos* in magna gloria et -e. de orat. 3, 185 genus hoc numerorum . . . in orationis -e. Brut. 140 top. 71. PLIN. epist. 7, 4, 4 *iuxta* in oblectationibus habuisse. *al. cf. l. 23. p. 1066, 83*). orat. 174 hoc in eius *Isocratis* summis -bus ferunt, quod verbis solutis numeros primus adiunxerit. PLIN. nat. 22, 78 buprestim . . . Graeci in -bus ciborum . . . habuere (VVLG. Sirach. 44, 7 isti in generationibus gentis suae gloriam adepti sunt et in diebus suis habentur in -bus [*gr.* ἐδοξάσθησαν καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν καύχημα]). *v. etiam p. 1066, 38 sqq.* **b** in -em (*in script. sacr.*): esse: ITALA Eph. 1, 12 (Tert. adv. Marc. 5, 17 = VVLG.) ut simus in -em gloriae ⟨eius⟩ (*gr.* εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον δόξης αὐτοῦ). VVLG. Ier. 13, 11 ut esset *domus Iuda* mihi in populum et in nomen et in -em et in gloriam. 33, 9 *urbs* erit mihi in nomen et in gaudium et in -em et in exultationem cunctis gentibus terrae. *alia*: VVLG. Soph. 3, 19 ponam eos in -em et in nomen in omni terra. 3, 20 dabo . . . vos in nomen et in -em omnibus populis terrae.

3 -um loco est: SIL. 15, 151 -um . . . l. est isdem esse sub armis *ac Scipionem*.

C *locutiones plus minusve finales* in (ad) -em (-es): RHET. Her. 1, 2, 2 *genus causarum* demonstrativum est, quod tribuitur in alicuius certae personae -em vel vituperationem (*cf.* CIC. inv. 1, 7). CIC. leg. 1, 51 quod item ad contrariam -em in virtutem (virtute *var. l.*, de virtute *Ziegler*) dici potest (GELL. 4, 9, 12 ista *verba* . . . numquam in culpam, sed in -em dicuntur. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 241 ad Caesaris -em. SERV. ecl. 9, 39 ad . . . terrarum -em. SCHOL. Hor. carm. 3, 30, 6 in litterarum -em. *al.*). fat. 10 neque haec scribunt vituperantes, sed potius ad -em (SCHOL. Hor. carm. 4, 4, 1 in -em Drusi). Ov. am. 3, 4, 36 in -em servi casta sit illa tui? Pont. 3, 2, 34 in -es vivit uterque suas. LIV. 26, 29, 10 ut, ex quo primus . . . gloriam ceperat, in eius -em postremus . . . caderet. SEN. Herc. O. 1505 mater . . . me concepit in -es Iovis. TAC. ann. 16, 2, 2 materia in -em principis adsumpta (*cf.* SVET. Cal. 8, 2 ut ad -es . . . principis aliquid etiam ex urbe Herculi sacra sumeret). *al.*

in fig. etym. p. 1046, 30 sqq.

in paronomasia: PLAVT. Capt. 770 -em lucrum, ludum iocum (CIC. Phil. 2, 115). Cist. 201 -em et lauream (CIC. carm. frg. 16 [linguae *pars testium*]. VAL. MAX. 2, 8, 5). Mil. 411 ut . . . laeta -es . . . agam (Trin. 821 l. lubens. Ov. trist. 2, 72 VAL. FL. 4, 342. INSCR. RevA. V 34, 1931, 342 n. 38, 25 l. -e et laudatione. *cf.* CIC. carm. frg. 40 [Tusc. 1, 115], 5 B. -e et laetitia). Paras. pig. 3 -e lauti. ACC. trag. 492 -em . . . levas. AFRAN. com. 334 maiorem -em quam laborem (CIC. Planc. 59). VARRO frg. Non. p. 75, 17 litterisque ac -bus. PVBLIL. L 7 lascivia et -s. PLIN. paneg. 54, 1 cum -es . . . ludis . . . celebrarentur. COMM. instr. 2, 33 (29), 9 -em cum luctu.

deriv.: laudo. *compos.*: laudidignus (*?*), laudifico.

cf. Onom. *v. Kamptz.*

lausiae, -arum *f.* [*vox sine dubio peregrina. Sch.*] [*astur.* llouxa, *astur. occ.* tsouxa, chouxia, *legion.* llouja; *port. sept.* louxa. *cf. Corominas III 135 sq. G.*] *genus lapidum minutorum*: LEX met. Vipasc. (CIL II 5181) 54 conductori . . . pignus capere liceto et quod eius scauriae pu⟨rgatum . . .⟩ . . . erit quive lapides, -ae expeditae in lapicaedi⟨nis erunt, commissa ei sunto⟩. **lautē** *v.* lavo. *B.*

lautia, (-ōrum). *n.* [*in re non satis circumscripta veriloquium vocis* lautia (*immo* dautia *?*) *frustra quaesiveris; recentioribus consonabat c.* lautus. *Sch.*] PAVL. FEST. p. 68 dacrimas pro lacrimas Livius saepe posuit . . .; item dautia, quae -a dicimus, et dantur legatis hospitii gratia. *litteris graecis exstat l. 83. non usurpatur nisi nom. (acc.) plur.; fem. sing.* -am *trad.* LIV. 44, 16, 7. 45, 20, 6. CHAR. gramm. p. 37, 5 B. (*inde* EXC. Bob. gramm. I 550, 8) neutralia semper pluralia: . . . -a, ἐνδομενεία, ⌊supellex⌋ (*om.* EXC.). *cf.* GLOSS II 298, 12 ἐνδομενίαι: haec -a, singulare non habet. *de veriloquio, notione, usu v. Timpanaro, RivFil. 95, 1967, 432 sqq.* [*hinc potius quam ab ipsa voce* lautus (*minime a* luteus) *pendere videntur hisp.* loza, *port.* louça *'vasa eleganter ficta, supellex domestica luxuriosa'. cf. M.-L. 4949. Corominas III 137 sqq.; aliter Machado II 1360. G.*] [*confunditur in codd. c.* lautitia LIV. 28, 39, 19. 30, 17, 14 (*falsa var. l.* PAVL. FEST. p. 117). *restituitur e* lauta: APVL. met. 3, 26, 5, *sed vix recte* SEN. contr. 2, 1, 11 (*vox nusquam exceptis nimirum grammaticis sine* locus *posita est*). SERV. auct. Aen. 8, 361 (*v. p. 1054, 61*).]

vox non nisi antecedente subst. q. e. locus *usurpata (per asyndeton;* -que, et *p. 1068, 2. 4. cf. l. 76) significare videtur apparatum quendam ad vivendum necessarium, qui praebetur*: **1** *hospitibus rei publicae Romanae* (*usu technico; cf. l. 64 et Plut. quaest. Rom. 43* τὸ γὰρ παλαιόν . . . οἱ ταμίαι ξένια τοῖς πρεσβεύουσιν ἔπεμπον — ἐκαλεῖτο δὲ λαύτ[ε]ια τὰ πεμπόμενα — . . . νῦν δὲ . . . ἐκλέλειπται τὸ τῆς δαπάνης. *cf. Marquardt-Mau 198, 6. Zucker, RE XVIII 2, 1673. 1677 sqq.*): S. C. de Asclep. (CIL I² 588) 8 munus . . . eis ex formula locum -aque (*in versione gr. 26* τόπον παροχήν τε) q(uaestorem) urb(anum) eis locare mittereq⟨ue i⟩uberent (LIV. 28, 39, 19 l. inde -aque legatis praeberi. 33, 24, 5 l. et -a praebita. 35, 23, 11 aedes liberae, l., -a decreta et munera data. 44, 16, 7 l., -a[m] praeberi. 45, 20, 6 an l., -a[m] senatumque darent). LIV. 30, 17, 14 aedes liberae, loca, -a legatis decreta (42, 26, 5 ut ex instituto l., -a acciperent).

2 *quibuslibet hospitibus* (*usu laxiore, sc. argute vel iocose; accedit color lautitiae, luxus maxime l. 12*): APVL. met. 3, 26, 5 equum illum meum hospitium ac loca -⟨i⟩a mihi praebiturum (9, 11, 2 l. -a prolixe praebuit. SYMM. epist. 10, 2, 5 Musis in palatio l. -a [lautiora *F*] tu dedisti. SIDON. epist. 8, 12, 8 cuius si convivio tectoque succedas, dapes Cleopatricas et l. -a putas [latia, lacia *var. ll.*]).

lautīcius, -a, -um. *a* lavare, lautus. *i. quod aqua lautum, conspersum est* (*fere technice significat genus quoddam pollinis*): PAVL. FEST. p. 118 -a (*scribitur in codd. etiam* -titia, -citia) farina appellabatur ex tritico aqua consperso (*inde depravatum* GLOSS. V 603, 22 lautitia aqua farina conspersa. *ad rem cf. Plin. nat. 18, 87* quae sicca moluntur, plus farinae reddunt, quae salsa aqua sparsa, candidiorem medullam, verum plus retinent in furfure. *cave igitur, ne etiam apud Paulum ut in glossis* conspersa *legere malis neve de massa ex aqua subacta agi putes ut Blümner, Technol. I² 60, 2*).

GLOSS. II 413, 6 πολυτέλεια **lautitas.** *a* lautus.

lautitia, -ae *f.* *a* lautus (*a* lavatio *derivat* PAVL. FEST. *infra*). -ies (*acc. plur.*) COMM. *l. 70* NOT. Tir. 34, 4 lauticiae; *cf.* laudaticiae. *inde a* CIC., *in poesi* COMM. [*confunditur in codd. cum* laetitia VAL. MAX. 2, 4, 6. 2, 6, 1. *interpolatum esse* PETRON. 47, 8 *vidit Fraenkel. per confusionem verborum c.* lautumiae *p. 1010, 13.*]

i. q. status lautus, munditia (PAVL. FEST. p. 117 -a: epularum magnificentia; alii a lavatione dictam putant, quia apud antiquos hae elegantiae, quae nunc sunt, non erant, et raro aliquis lavabat. SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 764 ['laute . . . munus administrasti tuom'] -as dicunt mundum victum, quod neque abundet sordibus nec squaleat egestate. GLOSS. -ae: munditiae. *metonymice etiam de ipsis rebus lautis, luxuriosis, maxime numero plurali*): **1** *usu communi cum respectu luxus, elegantiae sim.* (*praecipue in conviviis instruendis*): **a** *sing.* (*significatur imprimis habitus hominum, sc. in malam vel in neutram partem praeter l. 42*): CIC. fam. 9, 16, 8 (*quae praecedunt v. p. 1055, 10*) ante meum adventum (*sc. ad cenam*) fama ad te de mea nova -a veniet. 9, 20, 1 (*ad eundem Paetum*) in Epicuri nos . . . castra coiecimus, nec tamen ad hanc (*sc. Caesarianorum locupletium*) insolentiam, sed ad illam tuam -am, veterem dico, cum in sumptum habebas. FENESTELLA Plin. nat. 35, 162 tripatinium . . . appellabatur summa cenarum -a (*cf.* SEN. epist. 74, 14 epularum -a [-ae *var. l.*]). VAL. MAX. 2, 4, 6 religionem ludorum crescentibus opibus secuta -a est. 2, 6, 1 -am (laet- *codd. optt.*) et inmodicos sumptus et omnia . . . voluptatis genera. 4, 3, 12 multum a prisca continentia . . . Cato *Vticensis* discedit, utpote in civitate iam divite et -a gaudente natus. 9, 1, 4 *opp.* continentiam. SEN. dial. 10, 12, 5 ex his *conviviis sim. optime instructis* elegantiae -aeque fama captatur. epist. 114, 9 cultus primum corporum esse diligentior incipit; . . . deinde ad cenas -a transfertur. PLIN. nat. 9, 119 -am eius *Antonii* omnem apparatumque obtrectans *Cleopatra*. 36, 45 columnis . . . utebantur in templis, nec -ae causa . . ., sed *eqs.* HERM. vulg. mand. 8 ab esca nimia, a -a et inhonestate *oportet abstineri* (*gr. 8, 3* πολυτελείας πλούτου, *Pal.* praeabundantia census). **b** *plur.* (*cf.* divitiae. *praevalente usu meton.; sed de statu e. g.* COLVM.; *huc fortasse spectat et l. 44*): COLVM. 8, 16, 3 -ae locupletum maria ipsa . . . clauserunt. 9, 1, 1 ferae pecudes . . . -is ac voluptatibus dominorum serviunt. PETRON. 21, 5 tres lecti strati erant et reliquus -arum apparatus splendidissime expositus. 32, 1 in his eramus -iis (*31, 8* allata est . . . gustatio valde lauta). 34, 8 potantibus . . . nobis *vinum annorum centum* et . . . -as mirantibus. 73, 5 disposuerat -as . . ., lucernas aeneolosque piscatores notavimus *eqs.* QVINT. decl. 301 p. 188, 7 alienis ministeriis -as vestras (*i. divitum*) imitemur? SVET. Iul. 46 munditiarum -arumque studiosissimum. Aug. 71, 1 infamiam impudicitiae facillime refutavit . . ., item -arum invidiam. APVL. met. 5, 8, 1 mensae -is eas opipare refecit, ut illarum . . . divitiarum copiis affluentibus satiatae *eqs.* HERM. vulg. mand. 12, 2 -as divitiarum (*gr. 12, 2, 1* πολυτελείας πλούτου, *Pal.* abundantia census). sim. 1 quid . . . apparatis -as et aedificia (*gr. 1, 1* παρατάξεις πολυτελεῖς, *om. Pal.*). COMM. instr. 1, 26, 22 -es (-as *Dombart*) . . . perfrui. SCHOL. Hor. sat. 2, 8, 1 Nasidienus . . . in aliis elegans, in enumeratione autem -arum suarum putidus.

2 *mera fere vi extollendi de quibuslibet lepide factis vel excogitatis*: PETRON. 27, 3 cum has . . . miraremur -as *i. Trimalchionem novo quodam modo pilis ludentem*. 57, 2 an tibi non placent -ae domini mei (*i. apophoreta risum moventia*). 70, 7 has -as *sc. servorum rixam simulantium* aequavit ingeniosus cocus; . . . cochleas attulit et tremula taeterrimaque voce cantavit.

lautitiēs *v.* lautitia.

lautiusculus, -a, -um. *a* lautus *deminutive.* *i. q. paulo lautior*: APVL. met. 7, 9, 1 ducatum latrones . . . ei deferunt vestemque -am proferunt, sumeret abiecto centunculo divite.

lautro: balneo NOM. Gall. chron. min. I p. 613, 7. *cf. Holder, Altcelt. Sprachschatz s. v. Wartburg V 213 necnon* lavacrum.

[*Beikircher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lautum- *v.* latom-.

1. lautus *v.* lavo.

[**2. lautus**, -ūs *m.* *a* lavare, lavere. *i. q. actio lavandi: falsa var. l.* AMBR. paenit. 2, 8, 67 (*genuinam esse contendit Faller in editione, sed bene defendit variam lectionem* lutum *Pellegrino RivFil. 35, 1957, 312 sq.*). *metonymice de thermis usurpatum esse* AVR. VICT. Caes. 10, 5 *censuit Klebs, ALL 7, 1892, 438 sqq.* (*cf. supra p. 1048, 61*).]

1. lax *v. s.* lacio. *Beikircher.*

2. lax. [*orig. peregrinae. Sch.*] *nomen herbae portulacae apud Dacos usitatum*: Ps. APVL. herb. 104 l. 8 Daci -x, Itali portulaca (*Ps. Diosc. Vind. 2, 124 p. 196, 14* Δάκοι λάξ).

? **laxa,** (-ae) *f.* *obscurum.* GLOSS. II 457, 23 τόπος, ἐν ᾧ ὀλίγον ὕδωρ συνίσταται -a (*an* lama ?), stagnum. III 602, 30 -a i. nitta (*'vitta?' Heraeus in exemplari suo*).

laxāmen, -inis *n.* *a* laxare. GLOSS. V 603, 44 -a: habenae. *huc pertinere videtur* NOT. Tir. 71, 54 (*post* lassus, lassitudo, lassescit) lassamen (*'idem ac* laxamen *Koppius recte' Schmitz; Heraeus, ALL 12, 1902, 76 contulit francog.* laisse *'habena' a* laisser [*p. 1071, 38*] *derivatum*).

ᵃ**laxāmentum,** -ī *n.* *a* laxare. *inde a* CATONE, CIC.; *transit in gr. byz.* λαξαμέντον.

lea, -ae *f.* *a* leo. *de derivatione et usu*: VARRO ling. 3, frg. 4 panthera et -a (*affertur a* PHILARG. Verg. ecl. 2, 63 rec. I [*cf.* II] hoc nomen licet veteres Latinum negent, auctoritate tamen valet; dicebant enim leonem masculum et feminam [*afferuntur Plaut. Vid. frg. 18* feminam leonem *et Cic. phil. frg. VIII 12* Leaenae, *postremo* VARRO, *v. supra*). NON. p. 134, 7 -ae pro leaenae (*affertur* LVCR. *cf.* CHAR. gramm. p. 131, 28 B. leaena dicitur, non -a, sed Ovidius [*affertur* ars 2, 375]). PROB. inst. gramm. IV 82, 27 quaeritur, qua de causa Vergilius 'haec leaena' et non '-a' pronuntiarit. 82, 37 ab 'hoc leone' Vergilius secundum sonorum rationem 'leaenam' anomale, non '-am' proprio sono invenitur pronuntiasse. CHAR. gramm. p. 45, 8 B. leo, -a. SERV. georg. 3, 245 leaena ... graecum est ..., nam nos 'hic' et 'haec leo' dicimus; '-a' namque usurpatum est, quia in 'o' exeuntia ⟨masculina⟩ feminina ex se non faciunt, ut ... 'leo'. Aen. 12, 519 'hic' et 'haec leo' ...; sciendum tamen 'hospita', 'paupera', 'leaena', '-a' usurpata a poetis ⟨esse⟩ (*item* ISID. orig. 12, 2, 3). gramm. IV 432, 12 nomen nec in totum fixum nec in totum mobile dixit (*sc. Donatus ibid. 376, 6*) ⟨leo⟩ leaena secundum Vergilium (*affertur ecl. 2, 63*); secundum Ovidium mobile est (*affertur* met. 4, 102. *item fere etiam* CLEDON. gramm. V 41, 10). PRISC. gramm. II 146, 13 ad imitationem Graecorum: leo leaena vel -a (209, 7. *sed 120, 18* leaena *tantum*). [*var. l.* -ae *pro* leaenae PLAC. med. 10, 7 rec. *β*. *loco obscuro, scriptura incerta* CIL VIII 22688.]

nomen leonis feminae: **1** *varia exempla*: LVCR. 5, 1318 inritata -ae iaciebant corpora saltu. OV. met. 4, 102 -a saeva (*97* leaena). 9, 648 Chimaera ... pectus et ora -ae ... habebat (trist. 4, 7, 14 a truce quae flammis separet angue -am). 14, 255 lupi mixtaeque lupis ursaeque -aeque. fast. 2, 88 stetit in saxo proxima cerva -ae. 5, 178 dum ... petit latebras fetae catulosque leaenae, ipse fuit Libycae praeda cruenta -ae. ACT. lud. saec. Sept. Sev. (RhM. 81, 1932, 390) 43 leones, -a⟨e⟩, leopardi. ITALA psalm. 90, 13 (cod. 136 Cas.) super -am et basiliscum calcabis leonem et draconem (*gr.* ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα, *Vulg.* super aspidem ... ambulabis et conculcabis leonem *eqs.*). ANTH. 180, 1 *Sphinx* ales virgo -a crevit de sanguine Lai (*sic cod. Salmas., def. Timpanaro, St. class. e orient. 10, 1961, 158;* leo *cett.*). SERV. auct. ecl. 6, 22 *Thisbe* vidit -am. HYG. fab. 185, 6 Iuppiter ... in leonem et -am convertit *Hippomenem et Atalantam.* PASS. Theclae A 28 p. 76, 3. 33 p. 90, 1. 92, 1. 2 (*aliae recc.* leaena). **2** *in comparationibus, imaginibus*: OV. ars 2, 375 neque ... aper ... media tam saevus in ira est ... nec -a, cum catulis ... ubera praebet ..., femina quam socii deprensa paelice lecti ardet. SEN. Ag. 740 iacet ... Marmaricus leo morsus cruentos passus audacis -ae (*sc. Clytaemestrae*). VAL. FL. 3, 737 *Herculem* urit amor *Hylae amissi*; ... non aliter gemitu⟨m⟩ quondam -a prolis ademptae aegra (*sic Heinsius, alii aliter;* terga *trad.*) dedit. STAT. Theb. 5, 204 *Lemniae maritis suis insidias faciunt;* non aliter Scythicos armenta per agros Hyrcanae clausere -ae. 10, 414 *Dymas hostes petivit* ut -a, quam saevo fetam pressere cubili venantes Numidae. 12, 357 *Antigona* erumpit muris fremitu, quo territat agros virginis ira -ae, rabies cui libera tandem et primus sine matre furor. ITALA Dan. 7, 4 (cod. 176 Lucif. non parc. 30 p. 273, 24 Priscill. tract. 1 p. 9, 6. *cf.* Euseb. Emes. serm. 25, 15 p. 165, 26) prima *bestia* ut -a, et pinnae eius ut aquilae (*Vulg.* leaena). EVSEB. EMES. serm. 18, 39 p. 35, 10 (*de Potiphar*) illa -a aut alia quaedam bestia dira tunicam pudici accipiens et manibus et ungulis comprehendens. *significatur gradus initiationis Mithriacae* (*cf.* leo): CIL VIII 22688 Aelia Arisuth ... ⌊quae -a iacet⌋ (*est inscr. arcae, in cuius operculo leaena sculpta est, in ipso animali scriptum*⌊ ⌋).

cf. Onom.

leaena (Leaena), -ae *f.*, λέαινα. *de derivatione et usu*: DON. *et* SERV. *p. 1077, 47.* DIOM. gramm. I 328, 28 leo -a. *cetera v. p. 1077, 32 sqq.* *scribitur* liena ASSVMPT. Moys. 3,4. *legitur inde a* PLAVTO (*nom. propr.*), CATVLLO, VARRONE (*nom. propr.*), CIC. (*nom. propr.?*), VERG.

I *nomen animalium*: **A** *leonis feminae* (*vertitur gr.* ὕαινα *l. 45. 47*): **1** *vario usu*: CATVLL. 60, 1 num te -a montibus Libystinis aut Scylla ... tam mente dura procreavit ac taetra, ut *eqs.* (*cf.* 64, 154 quaenam te *Theseum,* genuit sola sub rupe -a ...? LYGD. 4, 90 *non te Scylla genuit* nec te conceptam saeva -a tulit. OV. met. 9, 615 neque ... de tigride natus *est* ... nec lac bibit ille -ae). VERG. ecl. 2, 63 torva -a. georg. 3, 245 catulorum oblita -a. 4, 408 *Proteus fit inter alia* fulva cervice -a. LYGD. 6, 15 tigres et fulvas ille (*Amor*) -as vicit. OV. am. 2, 14, 36 perdere nec fetus ausa -a suos. met. 4, 97 venit ... recenti caede -a boum spumantes oblita rictus (*102* lea). 4, 514 cum gemina visa est mihi prole -a. fast. 5, 177 feta *v. p. 1077, 58* (SIL. 1, 406 STAT. Ach. 1, 168. 2, 125 TIBERIAN. carm. 2, 14. *v. etiam infra l. 54*). 5, 371 cur tibi (*Florae*) pro Libycis clauduntur rete -is imbelles capreae sollicitusque lepus? Ib. 502 sit ... Phalaeceae causa -a necis. PLIN. nat. 8, 45 tradit (*Aristot. generat. animal. 750 a 32*) -am primo fetu parere quinque catulos *eqs.* (*inde* SOL. 27, 17). 8, 107 huius generis (*sc. hyaenae*) coitu -a Aethiopica parit corocottam (*inde* SOL. 27, 26). 10, 176 *animalia pedibus fissis praedita* inchoata *edunt,* in quo sunt genere -ae, ursae. 11, 233 alia *animalia habent mammas* binas, ut -ae. 36, 41 Arcesilaum ... magnificat Varro, cuius se marmoream habuisse -am. VAL. FL. 6, 148 saevae. SIL. 2, 440 assuetas mulcet patrio sermone -as. GELL. 13, 7, 1 (*Herodot. 3, 108, 4*) -as ... semel parere *eqs.* NEMES. ecl. 4, 27 Venerem sensere lupae, sensere -ae, ... tu tamen una fugis. SOL. 17, 11 *pardorum* adulteris coitibus degenerantur partus -arum et leones quidem procreantur, sed ignobiles (*cf.* CLAVD. 17, 304 -ae nobiliorem uterum viridis corrupit adulter). VOPISC. Prob. 19, 7 *in spectaculis erant* -ae et ursi. VVLG. Iob 4, 10 rugitus leonis et vox -ae (*cf. ad l.* GREG. M. moral. 5, 41 -ae ... nomine aliquando sancta ecclesia, aliquando Babylonia designatur; pro eo enim, quod contra adversa audax est, -a ecclesia dicitur ...; *Babylonia,* quae contra vitam innocentium ... efferatur, quae antiquo hosti quasi saevissimo leoni sociata ... quasi crudeles catulos gignit). 28, 8. 38, 39. prov. 26, 13 dicit piger: leo est in via, et -a in itineribus. Is. 30, 6 Nah. 2, 12. Ps. AVG. serm. ed. Mai 188, 3 -am vel tigrem. SVLP. SEV. dial. 1, 15, 4. 7. SORAN. app. 44 *ad pessarium conficiendum aptae sunt* adipes -ae. PLAC. med. 10, 7 rec. *β* -ae vulvae particulam *tenens non concipiet mulier* (*var. l.* leae). EVSTATH. Basil. hex. 9, 5, 2 leoni vix -a sit mater *vulva lacerata.* VITAE patr. 3, 27 mala bestia, -a (*loco gemino* 5, 14, 4 -a pessima. *gr. Cot. p. 506* ὕαινα). PALLAD. hist. mon. II 2 p. 346^{D} -ae speluncam. 8 p. 353^{C} bestiis et -is (*gr. p. 42, 13 B.* ὑπὸ ὑαινῶν *tantum. item* 353^{D}. 10 p. 364^{D}, *ubi respondet gr. p. 57, 5 B.*).

2 *in comparationibus, imaginibus* (*cf. l. 30. 39*): HOR. carm. 3, 11, 41 quae *Danaides,* velut nactae vitulos -ae, singulos ... lacerant. 3, 20, 2 non vides, quanto moveas periclo, Pyrrhe, Gaetulae catulos -ae (*cf.* PORPH. Hor. carm. 3, 20, 10 ['dentes acuit'] belle hoc dicitur de ea, quam iam dudum sub nomine -ae intellegi voluit). OV. met. 13, 547 ut ... furit catulo lactente orbata -a ..., sic Hecuba ... vadit. SIL. 10, 124 *Hannibal spiculis premitur;* haud secus ac Libyca fetam tellure -am venator premit. HOMER. 396 boum veluti viso grege saeva -a ... ruit agmina contra, ... sic ruit *heros* (*M 136* λέοντα). VVLG. gen. 49, 9 (*de Iuda*) accubuisti ut leo et quasi -a. num. 23, 24 populus ut -a consurget (*de gentibus ut* 24, 9 *Israel* quasi -a, quam suscitare nullus audebit. GILD. Brit. 6 chron. III p. 30, 7 rectores *Romanos* sibi relictos ... -a trucidavit dolosa *sc. Britannia* [*ibidem seditiosi a senatu Romano vocantur* vulpeculae subdolae]). Iob 10, 16 propter superbiam quasi -am capies me (*Hier. interpr. Iob* leo). Ezech. 19, 2 mater tua -a inter leones cubavit (*cf.* HIER. in Ezech. 6, 19 p. 183^{B} mater principum Ierusalem -a appellatur). Dan. 7, 4 *p. 1077, 81* (*cf.* Hier. in Dan. *l. c.* -as esse ferociores *quam leones*). Os. 5, 14 ego (*deus*) quasi -a Ephraim et quasi catulus leonis domui Iuda *sum* (*cf.* Ps. RVFIN. *ad l.*: vehementiam, quam specie non fecerat, servavit in sexu). 13, 7 ego (*deus*) ero eis *hostibus* quasi -a, sicut pardus in via. CLAVD. 3, 226 *furor crescebat;* quae sic Gaetuli iaculo percussa -a ... furit? ASSVMPT. Moys. 3,4.

3 *nomen proprium*: **a** *mulierum*: PLAVT. Curc. 77 anus hic solet cubitare custos ianitrix, nomen -ae est (114 -a; lena *trad.*). VARRO *l. 82.* CIC. phil. frg. VIII 12 statuerunt simulacrum (gloria *var. l. in rec. I Philargyrii Verg. ecl. 2, 63*) -ae *meretricis* (PLIN. nat. 7, 87. 34, 72 LACT. inst. 1, 20, 3. *cf. Geyer, RE XII 1045 sq.*). **b** *canum*: CALP. ecl. 6, 4 Nyctilus haedos ... dedit, catulum dedit ille (*aeque pastor*) -ae iuravitque genus (Lacaenae *Heinsius, alii aliter*). HYG. fab. 181, 6 (*intercanes Actaeonis*) -a (-e *trad.*), Lacaena.

B *phocae*: CLAVD. 10, 163 haec *Nereis* caeruleae suspensa -ae innatat.

II *metonymice significatur rete*: VARRO ling. 5, 100 panthera, leo, utraque Graeca *vocabula,* a quo etiam et rete quoddam panther et -a et muliercula Pantheris et -a. *van Wees.*

lebadion *v.* libadion.

lebēs, -ētis *m. et* **lebēta,** -ae *f.*, λέβης. *scribitur in codd. etiam*

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lae-, lev-, libis. *de prosodia*: PROB. app. gramm. IV 197, 8 *inter nomina cum accentu producto*: -a. *de formis*: *tertiae decl.*: *acc. pl.* -as (*sec. gr.*): VERG., OV., VVLG. (*vix primae decl., cf. nom. et acc. sg.*), SIDON. -es: HIER. *nom. sg.* -s: HIER., VVLG., RVFIN. *al. acc. sg.* -em: ITALA, VVLG., HESYCH. *al. nom. pl.* -es: SIDON. *abl. pl.* -ibus: ? VVLG. II par. 35, 13 (*v. infra de prima decl.*). CASSIAN. conl. 22, 9 p. 627, 18 (-is *var. l.*). *primae decl.*: *nom. sg.* -a: PROB. *v. supra*. GLOSS.[L] IV Plac. L 21. *abl. pl.* -is: VVLG. II par. 35, 13 (-ibus *edd. vett.*). *nom. pl.* -ae: EVCHER. *infra l. 37*. *acc. pl.* -as: GLOSS. V 571, 40 (levetas ol⟨l⟩a⟨s⟩ *scribendum*). *de genere*: *masc.* (*testantur* PROB. app. gramm. IV 194, 7 -a [*mire inter nomina propria virorum in -a desinentia*]. GLOSS. V 112, 35 -a): *inde a* VERG., *sc. formae tertiae decl.* *fem.* (*testantur* GLOSS.[L] IV Plac. L 21. GLOSS. V 112, 8 -as: ollas feminini ⌊sive neutri⌋ [?]. 571, 40): *exempla v. supra in cap. de formis.* [*apul.* nnepətə; *prov.* leveit. *cf. M.-L. 4960*; *Wartburg V 234 formam provincialem ex ipso sermone Massiliensi provenisse opinatur. G.*]

nomen vasis (GLOSS. λέβης. olla aenea. *sim.*): **1** *proprie*: VERG. Aen. 3, 466 (*inter dona*) ingens argentum Dodonaeosque -as (Dodonaeas *P ante correcturam*. SERV.: ollas aereas; Graece dixit, zemas enim vulgare est, non Latinum. CLAVD. DON.: poculorum genus ferunt esse -as. *cf.* PS. ASCON. div. in Caec. p. 188, 1 Dodonaei Iovis aut Apollinis Delphici, in quorum delubris -es tripodesque visuntur). 5, 266 dona facit *Anchises* geminos ex aere -as. OV. epist. 3, 31 grandia dona ..., viginti fulvos operoso ex aere -as et tripodas (*Hom. I 265 λέβητας*). met. 12, 243 (*236* crater) *in epulis Lapitharum Centaurorumque* pocula ... missa volant fragilesque cadi curvique -es, res epulis quondam, tum bello et caedibus aptae (*de poculis ut* SIDON. carm. 5, 227 coronatos redolentia serta -as. epist. 9, 13, 5 vers. 58 paterae, scyphi, -es socient Falerna nardo). ITALA Ier. 1, 13 (Rufin. Orig. in psalm. 38 hom. 2, 8 p. 1408[B]) vidi -em ardentem (vel 'ollam' *addit Rufin.; Vulg.* ollam succensam). PASS. Macc. 8, 13 *inter instrumenta tormenti* -es ([*gr. IV Macc. 8, 13*]. 12, 1 in aeneum vas, quod -em vocant, coniectus [*gr. λέβητα tantum*]). VVLG. exod. 27, 3 in usus eius (*altaris*) *facies* -as ad suscipiendos cineres. 38, 3 paravit ex aere vasa diversa, -as *eqs.* I reg. 2, 14 in -em vel in caldariam aut in ollam sive in cacabum. III reg. 7, 40 45. (= II par. 4, 11. 16). II par. 35, 13 hostias coxerunt in -is et cacabis et ollis (*cf.* EVCHER. instr. 2 p. 148, 2 *ad l.*: -ae aenei minores in usum coquendi parati. *sim.* ISID. orig. 20, 8, 4). Ier. 52, 18 -as et creagras et psalteria et phialas et mortariola et omnia vasa aerea, quae in ministerio fuerant. Mich. 3, 3 *principes* conciderunt *ossa hominum* sicut in -e et quasi carnem in medio ollae. Zach. 14, 20sq. erunt -es in domo domini quasi phialae coram altari, et erit omnis -s in Ierusalem ... sanctificatus domino (*cf.* HIER. in Zach. 3, 14 p. 1540[B] ament aeneos -es, qui amaverunt ollas Aegyptias ...; nos Iudaicos -es, in quibus coquebantur carnes victimarum, vertamus in phialas aromatum *eqs.*). GREG. TVR. glor. conf. 96 ponit -em ligneam super ignem (*ibid.* caldaria, vasculo). PRISC. LYD. solut. 6 p. 72, 20 aqua in -e calefacta.
2 *translate*: ITALA psalm. 107, 10 (cod. 189, *item* VVLG.) Moab -s spei meae (HIER. psalt. sec. Hebr. -s pelvis meae. *ceterae versiones Italae* olla *sicut ipse cod. 189 loco gemino psalm. 59, 10*). VVLG. Ezech. 11, 3 (*textu hebr. vix sano*) haec *urbs Ierusalem* est -s, nos autem carnes (*in eadem re* 11, 7. 11).

1. lebēta *v.* lebes. **2. lebeta** (-es) *v.* lebito(n).

lebito(n) (-bet-, -vit-), -ōnis *m.*, *f. et* lebetes (-vit-), *acc.* -am, -en *et ?*levitio, -ōnis *f.* [*idem ac gr.* λεβιτών (λευιτ-, λεβητ-), *quod sine dubio peregrinum. Sch.*] *genus vestimenti monachorum, colobium, saccus*: RVFIN. hist. mon. 7 p. 411[B] indumentum eius stupeum collobium erat, quod apud illos (*Aegyptios*) -betes appellatur. 9 p. 423[C] habitum monachorum, hoc est -betam et cucullam ac melotem. VITAE patr. 6, 3, 10 proiecit -vitionem (*an* -to- ?), qua erat indutus. 7, 12, 8 *abbas* vestitus ... -betone suo (*gr. Cot. p. 683[C]* κεντόνιον, *loco gemino 5, 8, 18* sacco). PALLAD. hist. mon. I 19 p. 296[B] utantur ... noctibus lineis vestibus, quas -vitonas vocant. DIONYS. EXIG. vita Pachom. 14 p. 237[D] ut numquam -bitone alio uterentur ...; -biton autem linea vestis erat instar colobii, qua monachi utuntur hodieque per Thebaidam et Aegyptum; sed ... Pachomius ad humiliandum corpus proprium induebat se plerumque cilicio. 22 p. 242[C] (= reg. Pachom. p. 88, 17) -bitones lineos (lineas *reg.*). VITA Melan. (BHL 5885) 69 pallium et -viten (*gr.* λεβήτονος).

lebitonārium (lev-, lib-), -ī *n.*, λεβητονάριον. *fere i. q. lebito(n)*: HIER. reg. Pachom. praef. 4 nihil habent in cellulis praeter ... duo -a, quod genus absque manicis Aegyptii vestimenti est et uno iam adtrito ad dormiendum vel operandum. reg. Pachom. 2 p. 13, 15. 67 p. 33, 14. 70 p. 34, 6. 81 p. 37, 7 Orsies. doctr. 22 p. 123, 18. 26 p. 127, 3. ISID. orig. 19, 22, 24 -um est colobium lineum sine manicis, quale Aegyptii monachi utuntur (GLOSS.[L] I Ansil. LE 398). GLOSS. V 614, 40 -um colobarium lineum sine manicis.

lebo *v.* 1. levo. **lebr-** *v.* lepr-.

lenocinium **lecācitās** GLOSS. V 602, 68. *cf.* lecator.

lecāmen *v.* ligamen. **lecaro** CIL VI 31850. *obscurum.*

lecātor, (-ōris) *m.* [-r '*gulosus*' *coniungendum videtur c. it.* leccone '*helluo*', leccare '*ligurrire*' (*e germ.* *likkōn ?); *immixta voce q. e.* (al)lectare *forsitan in notionem parasiti, deinde lenonis sim. abierit (v. Svennung, Kl. Beitr. z. lat. Lautlehre 60). cf.* lecacitas. *Sch.*] GLOSS. V 602, 51 -r: gulosus. 602, 66 leno: -r, mediator. 602, 67 lenulus: parvus -r.

lecebra, -ae *f.* *ad explicandam vocem q. e.* illecebrae *fictum esse vidit Heraeus, ALL 12, 1902, 65.* GLOSS. II 267, 49 δελέασμα[τα] -a. IV 106, 11 -a: seductio vel occulta blanditio (*sim.* 307, 4. 360, 6 [*var. l.* lac-]. 532, 44 [*trad.* lacebris *ut* NOT. Tir. 57, 12 *ante* inlacebris]). *huc refert Goetz* GLOSS. IV 493, 33 caelebra voluptas. V 275, 42 celebra voluntas.

leces CIL I[2] 565 (*in cista Praenestina inter nomina heroum graecorum*). *obscurum.* *Hübner.*

lectārius *v.* lectuarius. **lēctē** *v.* 2. lego.

[s]**lectīca,** -ae *f.* [*a* 3. lectus, *cf.* lōrīca *a* lōrum. *Sch.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 166 super lectulis origines quas adverti, hae: -a, quod legebant, unde eam (iam *trad.*) facerent, stramenta atque herbam, ut etiam nunc fit in castris; -as, ne essent in terra[s], ⌊sublimis in his⌋ (*corruptum*) ponebant; nisi ab eo quod Graeci antiqui dicebant λέκτρον lectum potius (*quae sequuntur, v. l. 33*). ISID. orig. 20, 11, 1 -ae a lectis herbis vocatae. *scribitur* legt- TEST. Galli (CIL XIII 5708, *e cod.*) 1, 4 (*sed* 2, 25 lect-). NOT. Tir. 97, 67. *de notione*: HIER. in Is. 66, 20 l. 24 ubi ... Septuaginta et Theodotio dixerunt lampenas, pro quibus Symmachus -as interpretatus est, Aquila σκεπαστά posuit, quod et ipsum -as opertas pellibus significat. ISID. orig. 20, 11, 4 -ae, sive lecti plutei, de quo Rutilius Rufus (*v. l. 31*). SCHOL. Hor. gloss. Γ sat. 1, 2, 98 -a genus vehiculi est matronarum, ubi totum corpus continetur, ita ut operari inibi possit, habens hinc inde fenestras. GLOSS. φορεῖον. lectum vel ferculum. qua consules portantur. lectum infirmorum. *legitur inde a* RVT. RVF., GRACCH., CIC. *transit in gr.* λεκτίκιον. [*it.* lettiga; *sard. centr.* lettiγa, *mer.* léttịa; *hisp. vet.* lechiga. (> *kymr.* lleithig). *cf. M.-L. 4962. Battisti-Alessio III 2212. Wagner II 24. Wartburg V 234. Corominas III 63. G.*]

fere i. q. lectus (*ad rem v. Lamer, RE XIII 1055sqq.*): **1** *usu prisco in sermone castrensi* (*cf. l. 13. 60. 73*) *fere i. q. culcita straminea*: RVT. RVF. hist. 13 primum ... contra consuetudinem imperatorum ipse (*Scipio minor?*) pro lectis -is utebatur. VARRO ling. 5, 166 *v. l. 11, ubi seq.*: qui (quom *codd.*) -am involvebant, quod fere stramenta erant e segete, segestria appellarunt ..; ubi lectus mortui fitur, dicebant feretrum nostri, Graeci φέρετρον (frg. Non. p. 11, 13 qui fronde -as [quod frontem -ae *trad.*, *correxit Madvig*] struebant, ex ea herba torta torum appellatum; hoc, quod inicitur, etiamnunc toral dicitur; -am qui [*instrum.*] i., s. appellabant). PAVL. FEST. p. 64 cumbam Sabini vocant eam, quam militares -am.

2 *usu sollemni i. q. lectus, qui gestari potest* (*iuxta ponitur* sella *saepe*, sandapila MART. 2, 81, 1. 9, 2, 11): **a** *hominum, animalium* (*l. 65. 76*): GRACCH. or. frg. Gell. 10, 3, 5 (49 M.) homo adulescens pro legato; is in -a ferebatur; ... *cum bubulcus quidam quaereret, num mortuum ferrent*, -am iussit deponi, struppis, quibus -a deligata erat, ... verberari iussit *eqs.* CIC. Verr. II 4, 51 in -a cubans. 4, 53 -a paulisper deposita. 5, 27 ut mos fuit Bithyniae regibus, -a octophoro ferebatur; ... cum ad aliquod oppidum venerat, eadem -a usque in cubiculum deferebatur (ad Q. fr. 2, 8 [9], 2. *cf. l. 58 et* MART. 9, 2, 11 octo Syris suffulta. 2, 81, 1 hexaphoris [6, 77, 9]). 5, 34 -a in urbem introferri solitus est. Phil. 2, 58 aperta -a mima portabatur ([*de eadem re* Att. 10, 16, 5]. Att. 10, 10, 5 PROP. 4, 8, 78. *cf.* CIC. Att. 9, 11, 1 cum is paulum -am aperuisset [ad Q. fr. 2, 8 (9), 2]). 2, 82 caput in aversam -am inserens. 2, 106 operta -a latus per oppidum est (div. 2, 77 *M. Marcellus* dicebat ..., ne impediretur auspiciis, -a o. facere iter se solere. *v. etiam l. 20*). 2, 108 scutorum (*sc. plenas*; scutati milites *var. l.*) -as portari *a militibus* videmus (*de eadem re* 5, 18). Att. 6, 1, 25 ad Q. fr. 2, 5 (6), 3. SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 12, 3. CATVLL. 10, 16 comparasti ad -am homines *Bithynos* (*20* octo). BELL. Hisp. 32, 7. 32, 8 de -a Pompeius in eorum fidem confugit. 38, 3 ita -a a turre cum esset ablatus, in ea ferebatur ... more militari. NEP. Hann. 4, 3 qua valetudine cum etiamnum premeretur -aque ferretur (*feruntur aegroti ut* LIV. 2, 36, 6 [*cf. p. 1082, 6sq.*]. VAL. MAX. 1, 7, 1 CELS. 2, 15, 3. 3, 22, 9 SEN. epist. 70, 10. *al.*) HOR. sat. 1, 2, 98 *ne corpus mulieris diligentius inspicias*, multae tibi tum officient res: custodes, -a, ciniflones *eqs.* 2, 3, 214 siquis -a nitidam gestare amet agnam. OV. ars 1, 488 si ... illa toro resupina feretur, -am dominae ... adi. rem. 663 dominam -a tenebat. 665. LIV. 27, 29, 2 vix -ae agitationem prae gravitate vulnerum patiens. 43, 7, 5 frg. 60. VELL. 2, 114, 2 erat desiderantibus paratum iunctum vehiculum, -a eius (*Tiberii*) publicata. SEN. dial. 9, 12, 4. 10, 12, 6 ne illos quidem inter otiosos numeraverim, qui sella se et -a huc et illuc ferunt. epist. 22, 9 incomitata -a. 31, 10 turba servorum -am ... portantium. 80, 8 *mimi*, quos supra capita hominum supraque turbam delicatos -a suspendit. 110, 17 -a formonsis inposita calonibus. CVRT. 7, 6, 8 -a militari ferebatur. 8, 9, 24 *rex Indorum* aurea -a margaritis circumpendentibus recubat (8, 9, 29). PETRON. 28, 4 -ae impositus (SVET. Iul. 82, 3 Claud. 10, 2 AMM. 30, 10, 5. *cf. l. 81*). PLIN. nat. 8, 5 *elephanti* -is ... ferentes quaterni singulos puerperas imitantes. MART. 3, 46, 4. 10, 10, 7. 11, 98, 11. IVV. 1, 121 densissima centum quadrantes -a petit (*i. multae -ae*). 3, 242 facit somnum clausa -a fenestra. INSCR. RevArch. V 26, 1927 p. 389 n. 158 locum -ae in amph⟨itheatro⟩. *al.* **b** *deorum*: FIRM. err. 22, 1 nocte quadam simulacrum in -a supinum ponitur (SERV. Aen. 6, 68 ['numina Troiae'] simulacra brevia, quae portabantur in -is). AVG. civ. 2, 4 p. 57, 12 D. ante cuius (*Berecynthiae matris*) -am die sollemni lavationis eius talia ... cantitabantur *eqs.* INSCR.

[*Collassero*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Dessau 3804 Bellonae -am cum suis ornamentis et basem ... consecravit.

3 *audacius de angulo e trunco et ramis arborum formato*: PLIN. nat. 17, 99 semine ... inserere natura docuit ... abiecto in mollibus arborum -is et ventis saepe translato in ... corticum rimas (*'fortasse* e mollibus. *an potius* in mollitias arborum vel ventis *?' Mayhoff*).

4 *de cubili*: TEST. Galli (CIL XIII 5708) 1, 4 -a fiat sub exedra et II subsellia ad duo latera ex lapide transmarino (*usu incerto*). EPIT. Alex. 69 -arum ... vestigia ampliora, quam hominis status postulabat, fieri ... iussit (*cf. Diodor. 17, 95, 2* κατασκηνώσεις ... δύο στιβάδας πενταπήχεις ⟨ἐχούσας⟩ οἰκοδομῆσαι. *Curt. 9, 3, 19* cubilia amplioris formae ... relinqui).

deriv.: lectical (?), lecticalis, lecticarius (-um), lecticula.
compos.: lecticocisium.

? **lectīcal,** -is *n.* *a* lectica; *cf.* toral *sim.* GLOSS. III 321, 11 φορεῖον -l (*praecedit* ὑπαυχένιον cervical).

lectīcālis, -is *m.* *a* lectica. [*hisp. vet.* lechigal. *cf. Corominas III 63. G.*] GLOSS.^{L} I Ansil. LE 28 qui lectulos facit (GLOSS. IV 533, 11. V 603, 4. 656, 13). III Abstr. LE 2 qui lecticulos ('lecticas ?' *Lindsay*), facit. V Abba LE 14 qui lectulum facit.

lectīcāriola, -ae *f.* *a* lecticarius *sec.* ancillariolus (*q.v.*). *i. q. mulier, quae lecticarios amat*: MART. 12, 58, 2 ancillariolum tua te vocat uxor, et ipsa -a est: estis, Alauda, pares.

ˣ**lectīcārius,** -ī *m.* *a* lectica. *scribitur etiam* lectraris (CIL III 4497), -ika- (CIL VI 6306. 8874), -tca- (CIL VI 33369), -rus (CIL VI 33370), *c. apice* lé- (CIL VI 5198). *abbreviatur* lecticar (CIL III 1438 VI 6305. *et saepe*), lectic *vel* lectik (CIL VI 6302. 6306. 9510), lect (CIL VI 4447. 6307. *et saepe*). *de terminationibus*: *nom. sg.* -ris CIL III 4497 (*v. supra; cf. abl. pl.* -ribus *var. l.* SVET. Otho 6, 3). INSCR. Année épigr. 1957 p. 33 n. 105. -rus CIL VI 33370. *nom. pl.* -ri CIL VI 406 (30758), 15 INSCR. Epigraphica 1, 1939 p. 133 n. 8 *et hic illic in codd.* *de notione*: SCHOL. Cic. Gron. D p. 315, 9 -i dicuntur, qui maiores nobiles portant, ut in Verrinis legimus (*v.* lectica). GLOSS. φοριοφόρος. ferculum portans. NOT. Tir. 97, 67 -us. *legitur inde a* CIC.; *e scriptoribus afferuntur omnia exempla, e titulis selecta.* *transit in gr.* λεκτικάριος. [*falso trad vid. pro* lectuarius: GLOSS. III 271, 26 κλινοποιός -us. *pro* suppellecticarius: PETRON. 34, 3 -us argentum ... inter reliqua purgamenta scopis coepit everrere.]

i. q. portator lecticae (*sellae l. 51, ferculi l. 34; iuxtaponitur* servus *l. 55*): **1** *generatim*: CIC. S. Rosc. 134 mitto hasce artes volgares: coquos, pistores, -os. SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 12, 3 coactus sum in ... lectica *mea* ... meisque -is in urbem eum *mortuum* referre. SEN. contr. 10, 5, 22 *Timagenes* nimis liber erat: puto, quia diu non fuerat; ex captivo cocus, ex coco -us, ex -o usque in amicitiam Caesaris felix (enixus *Thomas*). PHAEDR. app. 16, 1 feles habebat gallus -os (-us *codd.*). SEN. dial. 2, 14, 1 quid refert, quam *mulierem* habeant, quot -os habentem, ... quam laxam sellam? COLVM. 1 praef. 12 turba pedisequorum -orumque (PAPIN. dig. 31, 65, 1 [*inter servorum officia*] -is aut pedisequis). PETRON. 96, 4 a duobus -is ... perfertur. SVET. Cal. 58, 3 ad primum tumultum -i cum asseribus in auxilium accucurrerunt. Otho 6, 3 abditus propere muliebri sella in castra contendit, ac deficientibus -is cum descendisset *eqs.* SCAEV. dig. 34, 2, 13 ancillis vel -is ... uxoris. VLP. dig. 32, 49 pr. mancipia, puta -i, qui solam matrem familias portabant. 45, 1, 29 pr. -orum stipulatio una est. PAVL. dig. 32, 99, 4 servis -is legatis si idem -us sit et cocus, accedet legato (CIL VI 9506 servo -o. *dub.* 33369). sent. 3, 6, 72 inter urbana ministeria ... -i. MARCIAN. dig. 32, 65, 2 -us cocus postea factus est (*ibid 3 loco spurio*). CVRIOS. urb. (= REG. urb.) p. 106, 4 N. castrae ... -orum. CIL III 1438 defens(or) lecticar(iorum). 4497 T. Flavius Celsus imp(eratoris) -ris decuria Eutacti. VI 4348 Faustus Ti. Claudi German(ici) -us. 4349 Olympus Liviae Drusi Caesar(is) -us. 5198 Antiochus Iuliae Drusi Caesaris supra -os (6301). 6218 Antiochus -us de conlegio. 8872 ex corpore -orum Caesaris. 8873 dec(urio) lecticar(iorum) Britannici (8875, 2 ex n(umero) decurionis -orum [*confusionem illustravit Mommsen ad l.*]. 37756 INSCR. NSc. 1908 p. 176 *Romae*). 8874, 5 praeposito lectika(riorum). 8875, 6 Ianuarius et Saturio, scrib(a)e -orum. *al.* **2** *in cultu deorum*: CIL VI 406 (30758), 15 Gemi(us) Felix et Vibius Eutychianus -ri dei *Iovis Dolicheni* (INSCR. Epigraphica 1, 1939 p. 133 n. 8). INSCR. Afr. Gsell I 2136 -orum princeps (*huc pertinere opinatur editor, item* CIL VIII 20574 Veneri ... Gemellinus -us votum solvit. 24531). **3** *i. q. vespillo, libitinarius*: NOVELL. Iust. 43 pr. (*de officinis, quae magnae ecclesiae Constantinopolitanae conceduntur*) eorum, qui vocantur -i seu decani, numerum mensurae determinaverunt *imperatores priores*, mille centum esse decanos sive ergasteria tanta constituentes (*cf.* 43, 1 pr. decanorum sive -orum). *ibid.* ex unoquoque collegio ... competentium -orum.

deriv.: lecticariola.

inde n. **lectīcārium,** -ī. *i. q. gestatorium*: ITALA II Macc. 9, 8 (rec. L) *Antiochus aegrotus* -o portabatur (*gr.* ἐν φορείῳ, *rec. X et Vulg.* in gestatorio, *recc. BMP* in lectica).

lectīcocisium, -i *n.* *a* lectica *et* cisium. NOT. Tir. 97, 70 (-ces-, -cens, -cess- *trad.*). *i. q. vehiculum in modum lecticae constructum; vocem vindicavit Schmitz, Beitr. 296; Heraeus, ALL 11, 1900, 70 huc rettulit* SERV. auct. Aen. 8, 666 quidam pilenta laeta occisia (tecta cisia *coniecerat Scheffer*), sed vulgo dicta, tradunt.

lectīcula, -ae *f.* *a* lectica *deminutive*.

i. q. parva, vilis lectica (*vi deminutiva perspicua l. 8. 10. 11. 20*): **1** *usu sollemni*: **a** *strictius, sc. in qua feruntur homines* (*mortui l. 8. 11*): CIC. fam. 7, 1, 5 istam imbecillitatem valetudinis tuae ... tuere, ut facis, ut nostras villas obire et mecum simul -a (lectula *var. l.*) concursare possis. div. 1, 55 -a in curiam esse delatum *rusticum* (*in eadem re* VAL. MAX. 1, 7, 4, *sed* lectica *Liv. 2, 36, 6*). NEP. Att. 22, 4 *Atticus* elatus est in -a, ut ipse praescripserat, sine ulla pompa funeris. LIV. 24, 42, 5 Scipio *vulneratus* -a in aciem inlatus. TAC. hist. 3, 67, 2 ferebatur -a parvulus filius velut in funebrem pompam. GRAN. LIC. p. 23, 5 in -a[m] vulgari[ter] eum *Pompeium* elatum sepulturae datum. PS. AVR. VICT. epit. 38, 4 cum ... in -a veheretur *Numerianus* (*de eodem* EVTR. 9, 18, 2 *seq.* diductis -ae palliis. PROSP. chron. I p. 445, 933 IORD. Rom. 295. *Vopisc. Car. 12, 1* lectica). **b** *latius de lecto studiis apto*: SVET. Aug. 78, 1 a cena in -am se lucubratoriam recipiebat; ibi, donec residua diurni actus ... conficeret, ad multam noctem permanebat.

2 *usu tropico et iocoso de calatho, in quo gallinae parere solent*: APVL. met. 9, 33, 6 (*5* calathum fetui gallinaceo destinatum) gallina consuetae -ae spreto cubili ante ipsos pedes domini praematurum ... prodidit partum.

lecticulus, -ī *m. et* **-um,** -ī *n.* *a* 3. lectus *deminutive*. NOT. Tir. 95, 64 -um. [*falsa var. l.* VVLG. exod. 8, 3 -i *pro* lectuli.] *i. q. parvus lectus*: CATVLL. 57, 7 *Caesar et Mamurra* uno in -o (*O*, lectulo *cett. hiatu dissuadente,* alveolo *Bickel, RhM. 93, 1950, 21*) erudituli ambo. CELS. 2, 12, 2^{E} continere se in -o (lectulo *J sec. usum scriptoris*) debet aeger. GLOSS.^{L} II Abstr. LE 2 -os (*v.* lecticalis). *Collassero.*

lectilucta, -ae *f.* *a* 3. lectus *et* lucta *sec. gr.* κλινοπάλη. SCHOL. Hor. gloss. Γ epist. 1, 14, 21 'fornix' idest coitus labor, -a, clinopale (-pola *cod., cf. vol. III 1350, 32*).

lectīna, -ae *f.* *a* 3. lectus. *fere i. q. cubiculum*: ACT. Petr. 5 p. 51, 3 ascenderunt *navem* Petrus et Theon et introierunt in -a.

ˣ**lēctio,** -ōnis *f.* *a* legere (VARRO ling. 6, 36 SERV. Aen. 12, 95). *legitur inde a* RHET. Her., VARRONE, CIC., NEP., LIV.; *in poesi habent* IVVENC., AVSON., SEDVL., PAVL. PETRIC., ARATOR. [*haud indocte francog.* leçon (*necnon in dialectis francog. et francoprov.*); *prov. vet.* leison, *prov.* lissou(n) *etc.*, *vasc.* lessoú. *docte it.* lezione, *hisp.* lección, *port.* leição. *cf. M.-L. 4963. Wartburg V 234 sq. G.*] [*falso trad.*: EVSEB. EMES. serm. 26, 3 -es daemoniorum (*v. s.* legio).]

I *respicitur* ἀνάγνωσις (*cf.* MACR. somn. 1, 12, 10 quae apud Latinos -o, apud Graecos vocatur repetita cognitio. GLOSS. ἀνάγνωσις, *quae vox gr. respondet, ubi nihil adnotavimus. usurpatur pluralis a* VARRONE *p. 1084, 43.* CELS. 4, 12, 7 SEN. dial. 4, 2, 3 epist. 84, 1 QVINT. inst. 10, 1, 45 *et saepius a scriptoribus posterioribus, imprimis metonymice*): **A** *i. q. actio legendi* (*vix huc spectat -o senatus p. 1088, 27*): **1** *fere technice respicitur ars, qua ea, quae scripta sunt, recte pronuntiare atque intellegere discimus*: **a** *definitiones et partitiones grammaticorum*: VARRO frg. Diom. gramm. I 426, 22 (*frg. 236 Funaioli*) grammatica officia, ut adserit Varro, constant in partibus quattuor, -e, enarratione, emendatione, iudicio; -o est ⌊artificialis interpretatio vel⌋ (*del. Fun.*) varia cuiusque scripti enuntiatio serviens dignitati personarum exprimensque animi habitum cuiusque (*eadem fere* DOSITH. gramm. VII 376, 6. 7. *Varro frg. 234 F.* [*Mar. Victorin. gramm. VI 4, 7*] *grammaticae* officia sunt quattuor ..., scribere, legere, intellegere, probare). MAR. VICTORIN. gramm. VI 188, 8 (*enumeratis antea iisdem grammaticae officiis*) -o quid est? secundum accentus et sensuum necessitatem propria pronuntiatio (*eadem fere* AVDAX gramm. VII 322, 4). 188, 13 de lectione: ... partes -is quot sunt? quattuor. quae sunt? accentus, discretio, pronuntiatio, modulatio (*similiter* CHAR. gramm. p. 3, 30 B. AVDAX gramm. VII 322, 10. 11).

b *exempla*: **α** *vario usu* (*respicitur facultas vel modus legendi*): RHET. Her. 3, 17, 30 *in mnemonicis* loci cerae aut cartae simillimi sunt, ... pronuntiatio -i. QVINT. inst. 1, 1, 31 in -e ... non properare ad continuandam eam vel accelerandam, nisi cum inoffensa atque indubitata litterarum inter se coniunctio suppeditare ... poterit. 1, 1, 32 incredibile est, quantum morae -i festinatione adiciatur; hinc enim accidit dubitatio, intermissio *eqs.* 1, 1, 33 certa sit ergo in primis -o, deinde coniuncta, et diu lentior, donec exercitatione contingat emendata velocitas. 1, 4, 3 enarrationem praecedit emendata -o. 1, 7, 17 qui ad -em instituentur. 1, 8, 1 superest -o: in qua puer ut sciat, ubi suspendere spiritum debeat, quo loco versum distinguere, ubi claudatur sensus, unde incipiat, quando adtollenda vel submittenda sit vox, quo quidque (quid quoque *trad.*) flexu, quid lentius celerius, concitatius lenius dicendum, demonstrari nisi in opere ipso non potest. 1, 8, 2 sit ... in primis -o virilis et cum suavitate quadam gravis, et non quidem prosae similis ..., non tamen in canticum dissoluta nec plasmate ... effeminata. 1, 11, 14. 2, 5, 5. 10, 7, 11. 11, 2, 34. APVL. met. 11, 22, 8 libros litteris ignorabilibus praenotatos, ... nodosis ... apicibus a curiositate profanorum -e munitā. IREN. 3, 7, 2 si ... non adtendat aliquis -i et intervalla adspirationis manifestet in quo dicitur. *ibid.* oportet per -em hyperbaton ostendi et consequentem apostoli servari sensum. TRACT. in Luc. 6, 2 Migne suppl. 1, 343 si ex piscatoribus sine -bus rustici estis, vel non audistis in synagoga *eqs.* SCHOL. Verg. Veron. Aen. 7, 341 haec sine ulla -is intercapedine pronuntianda sunt. *al.* **β** *prae-*

[*Beikircher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

valente respectu interpretandi, *recte intellegendi sim.*: SERV. Aen. 4, 9 ambiguitatem -is haec res fecit (*sc. quod vox 'insomnia' et pro fem. sing. et pro neutr. plur. intellegi potest*). SERV. auct. georg. 3, 165 ('dum faciles animi iuvenum, dum mobilis aetas') est duplex -o: potest enim et sic legi 'iuvenum dum mobilis aetas' (BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 37, 30 hic d. -o est; Alexander enim hoc modo legi putat oportere *eqs.* p. 39, 30 *Herminus* magis hanc -em veram putat, ut ita sit *eqs.* [*sc.* ταυτα *Aristot. herm. 16 a 6 et pro* ταῦτα *et pro* ταὐτά *accipi potest. cf. p. 1088, 18*]). RVFIN. Orig. in exod. 5, 1 p. 184, 9 (*respicitur Vulg. I Cor. 10, 2* omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari) videtis quantum differat ab historica -e Pauli traditio: quod Iudaei transitum maris putant, Paulus baptismum vocat *eqs.* (VEREC. in cant. 2, 14 tritico scripturae significantur divinae ..., cuius tamen exterius corium, id est h. -o, relinquetur. 9, 7 relinquentes h. -em, altiora nobis sunt ... contuenda. CASSIOD. in psalm. praef. 14 l. 8 arcanum psalmi partim secundum spiritalem intellegentiam, partim secundum h. -em, partim secundum mysticum sensum ... conabor aperire).

2 *usu communi respicitur potius finis, propositum artis legendi*: **a** *ad erudiendam, delectandamque mentem*: **α** *legentis ipsius*: ① *generatim*: Ⓐ *sine determinationibus*: CIC. de orat. 2, 131 subacto mihi ingenio opus est; ... subactio autem est usus, auditio, -o, litterae. Brut. 69 scriptum ... dignum ... -e (QVINT. inst. 10, 2, 1 -e dignis auctoribus. GELL. 12, 2, 12 dignus ... Seneca ... -e ac studio. *cf.* QVINT. inst. 1, 8, 19 indignas -e scidas). Tusc. 2, 7 -em sine ulla delectatione neglego. fam. 5, 12, 5 -is voluptate. 5, 20, 2 ad quas *rationes* ego nihil adhibui praeter -em. SEN. dial. 10, 9, 5 quemadmodum aut sermo aut -o aut ... cogitatio iter facientis decipit. epist. 45, 1 non refert, quam multos sed quam bonos *libros* habeas: -o certa prodest, varia delectat (GELL. praef. 3 *adnotationes* ⟨ex⟩ auditionibus [eruditionibus *trad., corr. Gronovius*] -busque variis feceramus. 14, 6, 1 elaboratum esse *librum* ... ex multis et variis et remotis -bus. *al.*). 65, 1 -e primum temptavi animum; deinde ... aliquid scripsi. 83, 3 *dies* inter stratum -emque divisus est. 84, 1 a -bus ⟨nihil⟩ recessi. *ibid.* alit -o ingenium. 84, 2 ut quicquid -e collectum est, stilus redigat in corpus; apes ... debemus imitari (*cf. ibid.* 5 has apes debemus imitari et quaecumque ex diversa -e congessimus, separare *eqs.*). COLVM. 1, 1, 6 deterrere ... a -e. ASCON. Corn. p. 49, 28 -o ipsa declarabit. PETRON. 4, 3 ut studiosi iuvenes -e severa irrigarentur. QVINT. inst. 1, 8, 5 ut ab Homero atque Vergilio -o inciperet. 8 prooem. 28 qui ... -e multa et idonea copiosam sibi verborum supellectilem compararit (FRONTIN.[?] strat. 4 praef. m. -e conquisitis strategematibus. PLIN. epist. 2, 3, 2 m. -o in subitis *Isaei declamationibus*, m. scriptio elucet. GELL. 1, 7, 4 -e m. exercitus, *al. cf.* MACR. Sat. 3, 6, 7 Epaphus ... vir plurimae -is [*Serv. auct. Aen. 3, 84* E., vir peritissimus]). 10, 5, 8 non ... scripta -e secura transcurrimus, sed tractamus singula. 10, 7, 4 multus stilus et adsidua -o et longa studiorum aetas (BARNAB. 10, 11 *male resp. gr.* FIRM. math. 5, 2, 1 HIER. epist. 60, 10, 9. *al. cf.* SEDVL. epist. 1 p. 5, 3 -is adsiduitate). *al.* PLIN. epist. 7, 21, 1 non stilo modo, verum etiam -bus ... abstineo solisque auribus studeo. 9, 36, 5. SVET. Tib. 56 ex -e cotidiana quaestiones ... proponere (AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 33). GELL. 2, 23, 3 *si singulos versus Menandri et Caecilii* iunctis et alternis -bus committas. 11, 7, 7 a -bus ... paucis apirocalus. TERT. ieiun. 11 p. 288, 30 ista credo ignota eis, ... aut sola forsitan -e, non etiam intentione comperta (*cf.* CAPITOL. Gord. 1, 2 vel ipse videram vel -e conceperam). ITALA Sirach prol. (cod. 172) attentiorem -em facere (VVLG. p. 146, 6 adtentiore studio -em f.). VLP. dig. 10, 2, 4, 1 in libris improbatae -is. IREN. 4, 33, 8 (4, 53, 2 H.) -o sine falsatione et secundum scripturas expositio legitima. CYPR. ad Donat. 15 p. 15, 17 sit tibi vel oratio adsidua vel -o *sc. scripturarum ut passim apud Christianos* (*cf.* HIER. epist. 31, 3, 3. 39, 5, 1 orationi, ieiuniis, -i vacare. *al.*). FIRM. math. 2, 30, 15 *ut* non tantum -bus, sed propriis mentis iudiciis instruaris. AVSON. 340 p. 158 P. benigna. AMBR. in psalm. 118 serm. 10, 39, 3 quod ... intentae meditationis est, non perfunctoriae -is. HIER. praef. Vulg. Esdr. p. 4, 4 ut privata -e contenti libros non efferatis in publicum. PAVL. NOL. epist. 4, 1 p. 19, 7 hos ... libros -i habeo. *et saepe.* *in titulis*: CIL V 7956 ut nomen eius aeterna -e celebraretur, hoc monimentum instituit. INSCR. christ. Diehl 1828 que primitie nostre virtutis sunt, ex -e et aspectu probantur; nam novum edificium ... nostro labore ... perfectum est. Ⓑ *indicatur id, quod legitur*: *gen. obi.*: CIC. de orat. 3, 48 veterum oratorum et poetarum (QVINT. inst. 10, 1, 27). ac. 2, 4 librorum (VAL. MAX. 6, 3 ext. 1 quod eorum *sc. l. Archilochi* parum verecundam ac pudicam -em arbitrabantur *Lacedaemonii.* QVINT. inst. 12, 11, 17 FIRM. math. 8, 33, 3 AMM. 15, 8, 16. *al.*). SEN. dial. 4, 2, 3 rerum vetustarum. 5, 9, 1 -o illum *animum* carminum obleniat. epist. 2, 2 auctorum multorum et omnis generis voluminum (PLIN. nat. praef. 17 HIER. epist. 18 A, 6, 6). 108, 35 auditionem philosophorum -emque (QVINT. inst. 10, 1, 35). QVINT. inst. 2, 5, 1 historiae atque ... orationum. 2, 5, 21 Gracchorum Catonisque et aliorum similium. 2, 5, 26 novorum *oratorum*. 10, 1, 59 multa magis quam multorum -e formanda mens. APVL. apol. 41 ex -e et aemulatione Aristoteli. VLP. dig. 29, 3, 2, 5 'inspectio' tabularum etiam -em earum indicat. *al.* *adi. vel pron.* (*exempla certiora*): SEN. epist. 108, 30 cum ad hanc eandem -em philologus accessit. QVINT. inst. 10, 1, 44 summatim, quid et a qua -e petere possint *studiosi* ..., attingam. GELL. 18, 4, 1 iactatorem quempiam et venditatorem Sallustianae -is. PORPH. Hor. carm. saec. 37 nisi forte ex -e Vergiliana hoc concepit. epist. 2, 1, 126 ('os tenerum pueri balbumque poeta figurat') poeticis ... -bus os infantis ... corrigitur. CYPR. epist. 27, 1 p. 541, 2 fide quidem calidus ..., sed bene minus dominica -e fundatus. testim. 3 praef. p. 101, 9 petisti, ut ... excerperem de scripturis sanctis quaedam capitula ..., -is divinae succinctam diligentiam quaerens, ut animus ... non longis ... voluminibus fatigetur (AMBR. in psalm. 61, 23, 2 alienus non solum ab imitatione, sed etiam a -e d. HIER. epist. 52, 3, 8. *al.*). LAMPR. Alex. 30, 1 -i Graecae operam maiorem dabat ... libros Platonis legens. HIER. epist. 63, 1 fructum ... evangelicae -is. *al.* de: AVG. util. cred. 5, 11 p. 16, 9 cum de rebus obscurissimis -o est.
Ⓒ *indicatur is, qui legit*: *gen. subi.* (*cf. l. 59*): CIC. Tusc. 2, 8 id commendari omnium eruditorum -i. AVSON. 335 p. 197, 16 P. libellus iam diu secreta quidem sed vulgi -e laceratus. HIER. in Dan. 12, 4 p. 577^A multorum. epist. 58, 10, 2 Hilarius ... a -e simpliciorum fratrum procul est. CASSIOD. hist. 5, 42, 16 ut neque ad -em cuiuspiam veniant ... epistulae, sed abiciantur (*Theodoret. 2, 28, 2* εἰς ἀνάγνωσιν ἔρχεσθαι). in psalm. 64, 9 l. 215 quando talia signa cernebat *universitas* quae nec -o eorum prodiderat nec visio ulla monstraverat. *pron. poss.*: CAPITOL. Gord. 1, 4 tres Gordianos *uno* hoc libro conexui consulens et meo labori et -i tuae (VICT. pasch. chron. I p. 678, 6 si dignum aliquid tua -e [*var.* electione] confecero).

(II) *usu dilatato ponitur fere pro ipsis studiis, quae maxime legendo exercentur* (*exempla certiora*): HIER. epist. 29, 7, 2 Hebraici sermonis -e detenti in Latina lingua rubiginem obduximus. ENNOD. dict. 7, 5 p. 444, 19 (*ad discipulos*) reddite vos studendo origini, reddite natalibus -e. epist. 7, 31, 5 p. 198, 13 audivi te ... circa studia iam remissum et ... nullatenus esse de -is instructione sollicitum. 6 p. 198, 19 ut profectus tui messem cotidianae catenis -is adstringas. CASSIOD. var. 9, 21, 1 vos inde *i. de studiis Romanis* ... minus esse sollicitos, unde et generi vestro crescit ornatus et coetui provenit assidua -e consilium. hist. 6, 1, 7 rhetoricam ... legebat *Iulianus* apud Ecibolam sophistam; ... cumque -e proficeret *eqs.* (*Socr. 3, 1* περὶ τοὺς λόγους). 10, 3, 13 fiunt discipuli in -e divina Diodori *praepositi monasterii* (*per interpretationem pravam Socr. 3, 6* εἰς τὰ ἀσκητικά. *cf. e. g.* 6, 1, 9 *ubi* -bus utebatur *ponitur pro Socr. 3, 1* ἠσκεῖτο). inst. 2 praef. 1 superior liber ... institutionem videlicet divinarum continet -um; ... nunc tempus est, ut aliis septem titulis saecularium -um praesentis libri textum percurrere debeamus (*cf. 1 praef. 6* in secundo ... libro de ... disciplinis liberalium litterarum pauca libanda sunt). *cf. l. 69.*

β *auditoris* (*fere i. q. recitatio; manifestiora exempla*): ① *generatim*: VARRONIS *libros* de -bus III *memorat* Hier. epist. 33, 2 (*quos de recitationibus egisse putat Ritschl, opusc. III 461*). NEP. Att. 14, 1 neque umquam sine aliqua -e apud eum cenatum est (*cf.* HIER. epist. 43, 1 numquam se cibos Origene praesente sine -e sumpsisse. VITA Hil. Arel. 15 l. 15 cibum sine -e non sumpsit. BENED. reg. 38, 1 mensis fratrum -o deesse non debet). CAPITOL. Opil. 4, 3 ut infamiam *relegationis* ... tegeret, *Macrinum* -i operam dedisse, egisse causulas, declamasse *eqs.* (*huc refert Tandoi, StIt. 43, 1971, 108*). QVEROL. p. 5, 7 R. materia vosmet reficiet, si fatigat -o (*p. 3, 13* fabellis atque mensis hunc librum scripsimus. *cf. l. 45*). SCHOL. Cic. Bob. p. 137, 11 'poetae, quorum ego semper ingenia dilexi' non tantum -bus eorum frequentandis, sed etiam versibus conscribendis. HIER. epist. 39, 2, 6 si caecus fuero, amici me -o consolabitur. 45, 2, 2 divinos libros ... nonnullis *virginibus* saepe disserui; -o adsiduitatem, adsiduitas familiaritatem ... fecerat. AVG. epist. 20, 3 ut timorem dei ... vel inseras infirmiori vasi tuo *i. filio* vel nutrias divina -e gravique conloquio. COD. Theod. 15, 14, 9 ut his *consulibus* reverentia in -e recitantium tribuatur. GREG. M. in euang. 21, 1 multis vobis -bus ... per dictatum loqui consuevi; ... nunc ... volo, ut ... *evangelium* colloquendo edisseram; sicque excipiatur ut loquimur, quia collocutionis vox corda torpentia plus quam sermo -is excitat. (II) *in scholis gramm. vel philos.*: GELL. 1, 26, 2 dabat ... saepe post cotidianas -es quaerendi quod quis vellet potestatem *Taurus philosophus*. SCHOL. Iuv. 7, 225 veniunt ad grammaticos, ut -es accipiant (POMP. gramm. V 237, 4). CASSIOD. hist. 6, 37, 2 Christianos prohibuit *Iulianus* Graecorum doctrinis imbui et eorum -bus erudiri (*Soz. 5, 18, 3* ἐν τοῖς τῶν Ἑλλήνων ἀσκεῖσθαι μαθήμασιν). 11, 17, 2 filia Leonti, sophistae Atheniensis, a patre omnibus -bus erudita (*Socr. 7, 21* διὰ λόγων ἐληλύθει παντοίων). (III) *in caerimoniis sacris Iudaeorum vel Christianorum*: TERT. apol. 22, 9 *daemones* dispositiones ... dei et tunc prophetis contionantibus excerpunt et nunc -bus resonantibus carpunt. ITALA act. 13, 15 (cod. e = VVLG.) post ... -em legis et prophetarum *in synagoga.* I Tim. 4, 13 (cod. d *al.* = VVLG.) adtende -i, exhortationi, doctrinae (PELAG. *ad l.*: fac legi. *sed de actione hominis se ipsum instruentis intellegitur* HIER. epist. 53, 3, 3 THEOD. MOPS. in I Tim. 4, 13 p. 148, 22). CYPR. epist. 29 p. 548, 6 quando ... Saturo die Paschae ... -em dedimus. 38, 2 p. 580, 22 ut ab officio -is incipiat (AVG. epist. 209, 3 praeter -is officium nullis clericatus gradibus ... notum *adulescentem*). p. 580, 24 celebrandis divinis -bus. p. 581, 9 dum dedicat -em. 39, 4 p. 584, 6 iungendus in -e Aurelio fuerat. LACT. inst. 4, 16, 11 damnationem suam prophetarum voce praedictam cottidianis -bus personant *Iudaei.* PEREGR. Aeth. 10, 7 post -e facta est oratio. 36, 5 ut -bus et orationibus usque ad noctem operam demus. 37, 7. HIL. in

[*Beikircher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

psalm. 135, 1 cum in -is tempore rationes supputamus. VITA Anton. 2 p. 18, 5 ingressus ⟨est⟩ dominicum, et contigit invenire eum -em evangelicam (*Migne gr. 26, 841C* συνέβη ... τὸ εὐαγγέλιον ἀναγιγνώσκεσθαι, *Euagr. vita Anton. 2* ut tunc evangelium legeretur). AMBR. in psalm. 36, 2, 3 *psalmus*, qui nobis hodierna -e propositus est. HIER. hom. Orig. in Is. 5, 1 p. 263, 11 in quo *capitulo* nunc -o conquievit. *al.* *c. colore instructionis legendo effectae huc fortasse spectat*: AVELL. p. 523, 25 etsi ... inexercitatus ordini deputor -um *sc. qui nuper episcopus factus sum.*

b *ad exercitandum corpus convalescentis* (*sc. apud medicos*): CELS. 1, 2, 6 prima ... eius (*sc. quem civilia officia tenuerunt*) curatio exercitatio est ...; commode vero exercent clara -o, arma, pila, cursus, ambulatio. 1, 7 si laxius intestinum dolere consuevit ..., id agendum est ..., ut -e aliisque generibus exerceatur. 1, 8, 1 si quis ... stomacho laborat, legere clare debet et post -em ambulare. 4, 10, 1 -e uti vehementi, quae primo impedita tussi, post eam vincit (*cf.* 4, 13, 3 si levata tussis est, leni -e uti). 4, 12, 7 -es exercitationesque superioris partis necessariae. SORAN. p. 16, 19 gestari ... iubeantur et ... voce et -e utantur (*vertit eundem locum Sorani* CAEL. AVR. gyn. 1, 70 exercitium vocis sive -is). CAEL. AVR. chron. 1, 1, 19 etiam -o ante deambulationem erit adhibenda ..., sed levi exercenda voce. ORIBAS. syn. 1, 5, 1 Aa p. 38, 20 Mø. legentibus in clamore superflui de thorace umores purgantur et educuntur foras; qui ergo vociferant in -bus sic clament, ut usque ad sudorem beniant (*gr.* τοῖς μὲν συντονώτερον ἀναγινώσκουσι). *al.*

B *metonymice significatur id ipsum quod legitur, res legenda* (*exempla certiora*; -em legere *v. sub verbo*): **1** *usu communi c. respectu magis argumenti*: **a** *generatim* (*de libris vel quibuslibet scriptis; de textu eorum ut e. g. l. 51. 83. p. 1086, 9. 16*): SEN. dial. 9, 1, 12 ubi -o fortior erexit animum et aculeos subdiderunt exempla nobilia, prosilire libet in forum *eqs.* QVINT. inst. 10, 1, 19 ut cibos mansos ... demittimus, quo facilius digerantur, ita -o non cruda, sed multa iteratione mollita et velut confecta memoriae ... tradatur. 10, 1, 45 genera ... -um ... persequor; igitur ... rite coepturi ab Homero videmur. FRONTO p. 18, 19 v. d. H. (p. 23 N.) qua aetate (*sc.* XXII *annorum*) ego vixdum quicquam veterum -um adegeram. p. 50, 1 (p. 54) meministi ... plurimas -es, quibus usque adhuc versatus es, comoedias, Atellan⟨a⟩s *eqs.* TERT. adv. Iud. 1, 1 inspectis -bus. PS. TERT. haer. 6 p. 224, 4 *Apelles* habet ... privatas, sed extraordinarias -es, quas appellant phanerosis, Philumenes cuiusdam puellae. ITALA III Esdr. 9, 49 (cod. Colbert. 630 Sabatier) docebant legem domini inspirantes singuli intelligentibus -em (VVLG. qui intellegebant -em. *cf. Vulg. II Esdr. 8,8* intellexerunt, cum legeretur). CYPR. domin. orat. 7 (*affertur Luc. 18, 10 sqq.*) quae ... de divina -e discentes (Fort. praef. 1 fidem ... d. -e firmemus. 3 *ut* id quod proposueram d. -is aucotritate solidarem. zel. 16 sit in manibus d. -o. VITA Cypr. 9, 6 d. -is exemplis [AMBR. bon. mort. 1, 2]. PS. CYPR. tract. 3 *Christus* qui instruxit per d. -em dicens. *al.*). epist. 27, 3 circa intelligentiam dominicae -is ... minus peritus (mortal. 1 sermone de d. -e concepto. VITA Cypr. 7, 4 quis virgines ... velut frenis quibusdam -is d. coerceret?). PS. CYPR. Iud. incred. 8 p. 129, 9 conlata utriusque *i. graeci et latini* operis -e audaciam *interpretis* ... emendes. COD. Iust. 8, 42 (43), 21 (*a. 294*) interest ..., utrumne ... suscepisse te quod instrumento continetur scripsisti, an accepta minore quantitate tantum, quantum -o probat, in scriptura conferri placuit. ARNOB. nat. 3, 7 intercipere scripta et publicatam velle submergere -em. 5, 33 rectas accipere -es pudet (*spectat ad deorum fabulas allegorice interpretandas ut* 5, 36 nothas atque adulteras -es interiori esse superpositas veritati). FIRM. math. 6, 30, 1 talem Oedipodem habuisse genituram antiquae ferunt memoriae -um (*cf.* ORIG. in Matth. ser. 33 p. 59, 21 sicut ... manifestat historia -um). err. 8, 4 sacrarum -um institutione formatus (19, 3. 23, 1. PRISCILL. tract. 8, 119 s. -is providentiam. HIER. epist. 58, 6, 2 semper in manu tua s. sit -o. *al.*). HIL. trin. 7, 4 dum quod legitur sensui potius coaptatur, quam -i sensus obtemperat (*cf.* PS. AVG. quaest. test. I 109, 14 ut non sensum capiat ex -e, sed sensum tribuat -i). OPTAT. 6, 3 p. 147, 21 quia furtivas (*i. falsas*) vobiscum non legimus -es, pollutos *nos* vocatis; aut negate vos alienas -es legere. ZENO 2, 6, 3 (2, 5, 7 L.) iudicaturus ... (*II Tim. 4, 1*), sicut -o universa testatur, quae (qua *var. l.*) praedicat *eqs.* CONC. Rom. a. 381 Migne 13, 584A sancta (AVG. serm. coll. Morin p. 288, 3 s. -o si ... terreat). DIOM. gramm. I 439, 8 in -e plena sententia periodos dicitur (*similiter* SERG. gramm. IV 484, 31). SERV. auct. Aen. 4, 216 multa ... -o mitras proprie meretricum esse docet (5, 47 m. ... antiqua -o Anchisen futurorum scientem concelebrat. *cf.* 8, 638 omnis -o docet). AMBR. hex. 3, 5, 20 multa ... a septuaginta viris Hebraicae -i addita (HIER. in Ier. 4, 38, 9 p. 263, 1 quae ita ... sunt ... confusa, ut absque veritate H. -is nullam intelligentiam habeant. *cf.* praef. Vulg. euang. p. 3, 2 quae *euangelia a me retractata* ne multum a -is Latinae consuetudine discreparent). HIER. hom. Orig. in Luc. 32 p. 182, 21 (*Luc. 4, 17* invenit locum, ubi scriptum erat) caput de se vaticinans reperit -is. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 34 p. 612C quomodo ... isti *apostoli*, qui praecipiebant discipulis, ut attenderent -i, emendatas eis et veras non dabant -es. PAVL. NOL. epist. 43, 2 p. 364, 21 epistolas ... diverso tempore ... fecimus, sicut ipsarum varia -e monstrabitur. AVG. anim. 3, 9, 12 quamquam ipsa -o non sit in eo canone scripturarum (*cf.* FAVST. REI. spir. 1, 5 p. 108, 2 verba, quae in canonica -e non invenis). SORAN. p. 61, 20 ne verbis vanis ... onerare potius -em visus essem, quam aliquid scribere. DIOSC. 5, 96 p. 202, 20 *inter varios modos lavandi* melior -e et usu lotura suprascripta (*deest gr.*). CAEL. AVR. chron. 1, 5, 162 literalis ... -o adhibenda est et quae sit aliqua falsitate culpata, quo ... mentem exerceant aegrotantes (*cf.* ISID. orig. 1, 21, 3 obelus ... adponitur ..., ubi -o aliqua falsitate notata est). SALV. gub. 3, 8 primum ... legem, deinde prophetas, tertio evangelium, quarto apostolicas -es. CONSVLT. 2, 5 sicut lex infra scripta evidenti -e declarat. GROM. p. 306, 11 L. qui nesciunt, quid est in -bus. ENNOD. opusc. 2, 7 p. 289, 13 cum ... mereatur titulus *libelli haeretici* sine -is discussione ... damnari. CASSIOD. hist. 6, 37, 4 omnes encyclias -es ... composuit (*Soz. 5, 18, 4* τῶν ἐγκυκλίων ... μαθημάτων). inst. 1, 12, 3 hunc ... pandectem propter copiam -is minutiore manu ... aestimavimus conscribendum, ut quod -o copiosa tetendit, scripturae densitas adunata contraheret. VICTOR CAP. harm. euang. praef. p. 2, 27 ad plenariam recurrens ... euangelii -em. *al.* *tituli librorum* (*cf. p. 1084, 43. 1088, 5*): POMPON. ad Quintum Mucium ⌊-um⌋ *libri* (dig. tit. libr. 11, 1. ⌊ ⌋ *omittunt inscriptiones fragmentorum dig. 7, 4, 31 al. significari videtur genus quoddam commentarii*). ⌊variarum⌋ -um *libri* (dig. tit. libr. 11, 4. *al.* ⌊ ⌋ *omittunt* VLP. dig. 2, 14, 7, 6. *al.* *similiter inscribuntur excerptorum collectiones*: GELL. praef. 6 [5 quia variam et miscellam ... doctrinam conquisiverant, eo titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt;] namque ... quidam '-is suae' ['*malim* uãe, *id est* variae' *Scioppius*], alius 'antiquarum -um' *eqs.* PAVL. de variis -bus [dig. 14, 3, 18. *al.*]).

b *speciatim respiciuntur magis partes, capita vel loci singuli* (*exempla certiora*): **α** *quorumlibet librorum* (*de operis capite, quod discendum traditur, e. g.* RVFIN., AVG.): FRONTO p. 154, 2 v. d. H. (p. 161 N.) tutissimum est -bus eius modi abstinere (*de versibus perperam insertis*). MIN. FEL. 39 quod ea ... et argumentis et exemplis et -um auctoritatibus adornasset. HILARIAN. pasch. 14 quod in -e sequenti *mei operis* ... monstratur (HIER. hom. Orig. in Ezech. 11, 2 p. 427, 8 ante interpositionem s. -is. THEOD. PRISC. log. 66 in gynaeceon libello ... s. -e disposui. *cf.* VITA Marcell. Ebred. [BHL 5227] 2 -o succedens demonstrabit *huius libelli*). AMM. 30, 4, 12 multas tibi suffragari absolutionem -es reconditas pollicentur *iurisconsulti*. 30, 4, 18 ut ... pervulgati iuris proferatur -o (COD. Iust. 6, 61, 5 pr. [*a. 473*] diversis i. -bus ... probare). GRILL. rhet. p. 62, 1 M. pro intellectu praesentis -is diximus syllogismos per ordinem (*spectat ad locum Cic. inv. explicandum ut* p. 78, 28 redeamus ... ad propositum -is). RVFIN. hist. 10, 9 p. 972, 14 pueruli ... meditantes et -es suas parantes. AVG. cur. mort. 11, 13 p. 642, 17 *rhetor quidam*, cum rhetoricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recensens -em, quam postridie fuerat traditurus, quendam locum offendit obscurum. COD. Theod. 1, 1, 5, 1 varietas -um *ex constitutionibus excerptarum*. 1, 4, 3 pr. *ut* -es ... ex omni eius *Gai* corpore recitentur. CLEDON. gramm. V 21, 2 adverbia ..., quae extra exempla -is istius reperiuntur (*eadem fere* 64, 19). CAEL. AVR. chron. 2, 12, 148 eas *coenotetes* ... praescripta -e tradidimus; nunc curationem ... ordinamus. CONSVLT. 4, 2 quid agere ... debeas, -bus subter adnexis poteris evidentius informari (*citantur Pauli sententiae duae. cf.* 4, 5 ad ... pactionem excludendam harum Pauli sententiarum proferes -em [*citantur sententiae sex*]). PASS. Euseb. soc. (BHL 2742) *singulis capitibus narrationis praefigitur* -o I, -o II *et sic deinceps.* *al.*

β *sacrae scripturae*: ① *de capitibus, quae recitantur in caerimoniis sacris* (*cf.* ISID. orig. 6, 19, 9 -o dicitur, quia non cantatur ut psalmus ..., sed legitur tantum; illic enim modulatio, hic sola pronuntiatio quaeritur): CYPR. epist. 39, 4 p. 584, 5 dum euangelica -o de ore eius *lectoris* auditur (GAVDENT. serm. 12, 1 G. textus huius, quae modo decursa est, ... e. -is. HIER. hom. Orig. in Luc. 31 p. 175, 5 scrutemur principium e. -is, quod hodie audivimus. *al.*). PEREGR. Aeth. 10, 7 ut ... primum ... fieret oratio, deinde legeretur -o ipsa de codice, diceretur etiam psalmus unus (*in serie simili* 11, 3 -o ipsa de libris Moysi lecta). 27, 8 vicibus dicuntur psalmi responsorii, vicibus antiphonae, vicibus -es diversae. 47, 4 -es ..., quaecumque in ecclesia leguntur, quia necesse est graece legi. *al.* ZENO 1, 13, 1 (1, 3, 1 L.) in praesenti -e (PRISCILL. tract. 6, 96 -o p. docet. 6, 109 intellegentes p. -em. AMBR. c. Aux. 19 euangelii. HIER. hom. Orig. in Ezech. 9, 1 p. 406, 20 *opp.* praeterita. PS. ORIG. tract. 12 p. 128, 12 de p. ... -e tractandum est. *al.*). GAVDENT. serm. 8, 1 G. aliquid de euangelii -e, quae paulo ante decursa est, ... disseramus (AMBR. *l. 68.* in psalm. 118 serm. 3, 29, 1 -o e., quae decursa est, in qua sanatus est leprosus ille. AVG. in euang. Ioh. 43, 1 quae hodie recitata est. *al.*). PRISCILL. tract. 5, 85 sensum lectae -is dicentis *eqs.* AMBR. Hel. 20, 75 audistis hodie in -e decursa. in psalm. 1, 9, 4 quantum laboratur in ecclesia, ut fiat silentium, cum -es leguntur. 35, 20 -o hodierna nos docuit (virginit. 3, 14 h. quae decursa est -o. HIER. hom. Orig. in Ezech. 7, 1 p. 391, 16 principium h. -is. *al.*). PS. ORIG. tract. 16 p. 169, 14 de -e facere sermonem. 17 p. 180, 10 simplex est ... -o haec ..., quae non per allegoriam scripta est. RVFIN. Orig. in num. 12, 1 p. 93, 13 -o nobis putei et cantici ... ex numerorum libro recitata est (*indicatur -is argumentum per gen. ut* LVP. EVPHRON. epist. p. 66A nativitatis). AVG. in epist. Ioh. prol. euangelium secundum Ioannem ex ordine -um nos solere tractare; sed quia nunc interposita est solemnitas sanctorum dierum, quibus

[Beikircher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

certas ex euangelio -es oportet in ecclesia recitari, quae ita sunt annuae, ut aliae esse non possint, ordo ille, quem susceperamus, ... intermissus est. *al.* *in appellando sabbato quattuor temporum, quo duodecim -es recitabantur*: SACR. Gelas. 1, 20 p. 512 mensis primi, quarti septimi et decimi sabbatorum die in XII -es (2, 60 tit. p. 670. 2, 85 tit. p. 686 SACR. Greg. 44 tit.). SACR. Greg. 117 tit. sabbato XII -es (166 tit. 191 tit. [in *addunt codd. aliquot*]). *omissa sabbati indicatione*: SACR. Gelas. 1, 19 tit. p. 511 preces in XII -es mense primo. (ii) *vario usu*: NOVATIAN. trin. 20 (15) p. 926B ex eadem -is (*psalm. 81, 1*) auctoritate. Ps. CYPR. pasch. 1 p. 249, 6 incipiamus ... ab exodi -e; in qua -e recognoscimus ipsum deum ... dixisse (TRACT. de indur. cord. Phar. 23 l. 1 quod e. -o contestatur. 45 l. 11 attestante e. -e). IVVENC. 2, 534 hunc ... memorat venerandae -o vocis (*Vulg. Matth. 11, 10* hic est ..., de quo scriptum est). HIL. in Matth. 12, 21 continens -o est et ... ex sensu superiore proficisci indicatur. OPTAT. 3, 2 p. 69, 2 qui *piscis* in -e patriarcharum legitur in Tigride ... prehensus (*Tob. 6, 2*). 4, 5 p. 108, 2 non intellectas proferunt -es. 4, 6 p. 110, 1 in hac -e ... furta increpat deus. AMBR. Abr. 2, 7, 41 p. 596, 3 docet sequentium series -um (hex. 1, 6, 20 -is serie ... astruere, quod *eqs.* virginit. 18, 111 [112] propheticae series -is ostendit, quae in hunc modum ... scripta est). exc. Sat. 2, 132 l. 4 prophetica -e (*i. apocalypsi*) comperimus (HIER. hom. Orig. in Luc. 39 p. 218, 12 error eorum de p., quam non intellegunt, -e subrepsit [*gr.* ἀναγινώσκοντές τινες τὰ προφητικὰ πλανῶνται]. AVG. in psalm. 78, 6 l. 8 in ea ... -e p., ubi scriptum est. *al.*). fid. 2, 4, 35 accipe ... eam, de qua dubitare nequeas, -em. inst. virg. 11, 71 illi, qui secundum *esse Christum* aiunt, doceant -e. Maximin. c. Ambr. 25 aut condemna illum *Arrium*, aut adstrue quibusvis -bus. myst. 6, 31 memento euangelicae -is (HIER. in Ion. 2, 5 p. 1134C in qua scriptum est. AVG. pecc. mer. 1, 30, 58 p. 57, 19 utrum ... in hac ipsa e. -e non significaverit *Christus*. *al.*). 8, 45 docet -o de genesi. parad. 2, 11 interpretationem istius -is. AMBROSIAST. in I Cor. 12, 28, 2 illos dicit doctores, qui in ecclesia litteris et -bus retinendis pueros inbuebant more synagogae (*similiter* in Eph. 4, 11, 2). HIER. hom. Orig. in Luc. 32 p. 182, 24 quod Isaiae ... liber inventus est et -o ..., quae Christi mysterium loquebatur. in psalm. 72 p. 59, 16 ordo -is et sensus hic est. RVFIN. Adamant. 5, 23 ut ipsam -em apostoli recitemus ([*gr.* τὸ ἐδάφιον τοῦ ἀποστόλου ἀναγνωσθῆναι]. Ps. AVG. c. Felician. 13 una tantum a. -e subiecta ... inquiramus). AVG. conf. 9, 5, 13 primam huius *Isaiae* -em non intellegens totumque talem arbitrans. c. Cresc. 4, 16, 18 p. 518, 12 ex ... circumstantia -is ... intellegis (epist. 140, 23 persev. 18, 47. *al.* EPIPHAN. Avell. p. 758, 7). FAVST. Aug. c. Faust. 17, 1 p. 483, 16 -is ... Matthei obliqua narratio (*cf.* SEDVL. op. pasch. 2, 9 -is ... sermo prosequitur). MAXIMIN. Aug. coll. c. Max. 26 p. 740 si affirmaveris de divinis scripturis, si alicubi scriptam -em protuleris. AVELL. p. 431, 27 in eiusdem continentia -is ... causa reseratur, cur *eqs.* (ORIG. in I reg. 2 p. 4, 20 abbreviamus ... continentiam -is). *et saepe.* *indicatur argumentum per* de: GREG. M. in Ezech. 2, 1, 9 (*ad Vulg. apoc. 19, 16* habet ... in femore suo scriptum: 'rex regum *eqs.*') unde ... in mundo innotuit *Christus*, ibi *i. in femore* de se -is scientiam (*var. l.* sententiam) infixit.

2 *fere technice in sermone grammaticorum*: **a** *c. respectu generis dicendi, dictionis sim. de veterum scriptorum lingua nec non (maxime per num. plur.) de singulis eorum locutionibus* (*cf. gr.* λέξις. *opp.* usus HADR., normae lex MACR., ratio SCHOL. Ter. Bemb.): HADR. Char. gramm. p. 271, 20 B. (*e Romano*) tametsi ... Augustus non pereruditus homo fuerit, ut id adverbium (*sc.* obiter) ex (non *var. l.*) usu potius quam -e (ratione *Putschen*) protulerit. AQVILA rhet. 17 p. 27, 3 quibus *figuris sententiarum* si ... utebaris actus ... ex imitatione (existimatione *vel* aestimatione *trad.*) -is Tullianae (existimatione dictionis T. *Haupt, Opusc. I 210*). DON. gramm. IV 388, 26 adverbia de participiis fieri nonnulli negant, sed hos plurimae -is revincit auctoritas (MAR. VICTORIN. gramm. VI 189, 5 *latinitas constat* ratione, auctoritate, consuetudine; ... quid auctoritate? veterum scilicet -um [*eadem* AVDAX gramm. VII 323, 2]. MACR. exc. gramm. V 634, 22 *formae quaedam* solius auctoritate -is nec ullius normae lege firmantur. CONSENT. gramm. p. 3, 7 N. barbarismus citra auctoritatem -is ... praesumitur [*seq.* metaplasmus ... ob similitudinem -is aut veteris consuetudinis a doctis fit scienter]. 10, 19 Ps. PALAEM. gramm. V 540, 29. *cf. l. 75*). Ter. Ad. 60, 3 'quid agis Micio?' reminiscere -em et invenies huiusmodi interrogationem ... invectionis principio convenire. SERV. Aen. 8, 423 antea 'hoc' adverbium loci fuit, quod nunc abolevit: nam crebro in antiquis -bus invenitur (POMP. gramm. V 222, 4 redeamus ad a. -em et inveniemus esse inchoativa *haec verba v. p. 1088, 6*). gramm. IV 447, 28 diutius -em debemus considerare, ut ... dicamus esse metaplasmum. DIOM. gramm. I 439, 28 *auctoritas* non ... quicquam aut rationis aut naturae aut consuetudinis habet, cum tantum opinione secundum veterum -em recepta sit (*subsunt verba Varronis [frg. 268 Funaioli], sed vocem q. e. -o vix ei tribuas inspecto loco gemino Char. gramm. p. 63, 7 B.* tantum opinione oratorum recepta est *auctoritas*). POMP. gramm. V 222, 9 legimus ... 'anet ille' ...; ergo invenimus istam fuisse -em, ut dicerent 'aneo'. CONSENT. gramm. p. 10, 23 N. isdem -is utuntur exemplis. 26, 7 habet ... illum *metaplasmum* -is ipsius scriptura, quae a poeta sic relicta est. 29, 21 discussas ex -bus veterum ... differentias. PHOC. gramm. V 428, 18 'laterem' ... accusativum tantum -o usurpavit. SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 482 nos ... dicimus '⟨abdu⟩c' n⟨on⟩ ratione, sed -e ⟨con⟩tenti; quia ipse Terentius ⟨alibi⟩ 'abduc' *eqs.* VIRG. gramm. epist. 4 p. 164, 22 multi arbitrantur participium non posse omnino comparari, quos autenticae -is renuit amplitudo. *tituli librorum*: GELL. 2, 16, 5 Caesellius ... in commentario -um antiquarum (*simili modo affertur* 6, 2, 1. *al., sed* 3, 16, 11 Caesellius ... in -bus suis antiquis. *cf.* 18, 9, 4 in commentario, quod fecisset *Velius* de usu antiquae -is. *v. etiam 1086, 25. p. 1087, 72*).

b *c. respectu textus recensendi de verbis singulis, quae loco corrupto leguntur* (*quaedam exempla etiam de actione legendi accipi possunt; cf. p. 1083, 1*): DON. Ter. Andr. 1, 7 'appulit' in secunda -e 'attulit' (*coniec. Stephanus*; ap(p)ulit *codd.*) fuit, sed 'appulit' magis, nam postea sic (*446*) '... appulit'. 205, 1 vera ... -o est '... haud dicas', quod plurimi non intellegunt ⟨cum⟩ 'hoc dicas' legunt (SERV. ecl. 1, 12 v. -o est 'turbatur' ...; si enim 'turbamur' legeris *eqs.* georg. 2, 372 'fronds' est v. -o [et antiqua *add.* auct.]. Aen. 7, 307 haec est v. -o, sic et sensus procedit. *et saepius*). SERV. georg. 1, 218 'averso ... astro' duplex -o est; nam alii 'adverso' legunt ...; si autem 'averso' legerimus *eqs.* (SCHOL. Hor. epod. 10, 18 d. -o: si 'adversum', contrarium ..., si vero 'aversum', iratum. *aliter p. 1083, 4*). Aen. 2, 348 falsa. 4, 106 absolutior quidem est haec -o (locutio *var. l.*; *cf.* elocutio *auct.*), sed verior et figuratior illa est. 6, 37 'poscit' -em esse meliorem (9, 378). 11, 708 vera et antiqua (12, 605 a. -o 'floros' habuit. 12, 709 v. et a.). *al. apud eundem.*

II *fere i. q. electio, collectio*: **A** *in vita publica leguntur*: **1** *iudices*: CIC. Phil. 5, 16 hos iudices legere ...; quorum -e *eqs.* **2** *senatus eiusque princeps*: LIV. 9, 29, 7 ob infamem atque invidiosam senatus -em (9, 30, 1 sq. consules ... questi ... deformatum ordinem prava -e s., qua potiores aliquot lectis praeteriti essent, negaverunt eam -em se, quae ... facta esset, observaturos. 27, 11, 9 s. -em contentio inter censores de principe legendo tenuit; Sempronі -o erat. SVET. Aug. 54 s. -e, cum vir virum legeret, M. Lepidum ... legit). 9, 46, 11 eam -em nemo ratam habuit. SVET. Aug. 35, 1 senatorum affluentem numerum ... ad modum pristinum et splendorem redegit duabus -bus, prima ipsorum arbitratu, quo vir virum legit, secunda suo et Agrippae. *?* **3** *milites* (*fere pro dilectu*): GLOSS. III 353, 3 (*in capite 'de militia'*) -o: ἐκλογή. **B** *leguntur varia*: COLVM. 2, 2, 12 *solum* saxosum facile est expedire -e lapidum. ARNOB. nat. 5, 24 cum ... legeret ... flores *Proserpina* cumque illam ... -is cupiditas avocaret (*de eadem* 5, 37 florum in -bus [*antea*: flores ... lectitabat]). CHIRON 153 curationes scire oportet; ad unamquamque rem ... quaestione vel -e veniendum est; non enim similiter ... femina sive masculus vel muli curantur (*dubitanter huc rettulit Heraeus in exemplari suo*). Ps. AVG. quaest. test. II nov. 15 p. 436, 1 si ... lex a -e dicta est, ut de multis quid eligas scias. EVSEB. EMES. serm. 28, 10 p. 215, 16 si essent in medio ... alimoniae diversae ..., adunarentur autem et omnia animalia et proponeretur -o: statim porci ad stercus currerent *eqs.* *in lusu cum notione sub A illustrata* (*cf. p. 1083, 36*): CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 136, 23 panniculos quosdam ex diversorum varia -e concerpit eosdemque vilibus suis veluti quibusdam stuppeis adsuit *scriptor quidam.*

in lusu verborum: HIL. AREL. vita Honorat. 9 l. 8 quem minus detineret lectulus, quem magis -o. ALC. AVIT. hom. 29 p. 150, 16 cum vas electionis (*i. Paulus*) -e fidelium sensus instrueret.

deriv.: lectionarius, lectiuncula.

lēctiōnārius, -ī *m.* *a* lectio. [*haud indocte francog. vet.* leçonier '*liber, qui continet lectiones in ecclesia recitandas*', *wall. vet.* lachenier, lesnier, *wall.* lès'nî, leciné. *cf. Wartburg V 234. G.*] *i. q. lector*: ALEX. TRALL. 1, 69 quendam -um incurrisse hanc passionem (*gr. p. 551 P.* τινὰ τῶν ἀναγινωσκόντων).

lectisphagiten *obscurum.* PLIN. nat. 14, 111 (*de generibus vini*) vocarunt et scyzinum et itaeomelin et -n (*var. ll.* leti-, -pag-, -tem; elelisphaciten *Jan coll.* elelisphaco *ibid.*), quorum iam oblitterata ratio est.

lectisterniātor, -ōris *m.* *a* lectisternium. *is qui lectos sternit*: PLAVT. Pseud. 162 (*instruitur convivium*) tibi hoc praecipio, ut niteant aedes; ... tu esto -r; tu argentum eluito, idem exstruito.

lectisternium, -ī *n.* *a* 3. lectus *et* sternere (*cf.* sellisternium *et* AVG. civ. 3, 17 p. 123, 22 D. -a ... exhibenda arbitratus est; lecti autem sternebantur in honorem deorum, unde hoc sacrum ... nomen accepit. *v. l. 80. p. 1089, 11. 33*). lectist CIL V 5272, 23 (*ibid.* 14 *perscribitur*). NOT. Tir. *97, 69*. *vox legitur inde a* LIV., *sed iam ab antiquioribus scriptoribus usurpata esse videtur* (*v. l. 84. p. 1089, 24. 30. 31*).

1 *fere technice in rebus sacris de caerimonia lecti sternendi ad epulas* (*cf. Dionys. ant. 12, 9, 1* ἑορτὰς ἦγον οἱ Ῥωμαῖοι τὰς καλουμένας τῇ ἐπιχωρίῳ γλώττῃ στρωμνάς): **a** *deis*: **α** *occasionibus extraordinariis* (*maxime prodigia sim. procurandi causa*): LIV. 5, 13, 6 duumviri sacris faciundis -o tunc (*a. 399 a. Chr.*) primum in urbe Romana facto per dies octo Apollinem Latonamque, Herculem et Dianam (et D. H. *trad.*), Mercurium atque Neptunum tribus, quam amplissume tum apparari poterant, stratis lectis placavere (22, 1, 18 fieret. VAL. MAX. 2, 4, 5 p. 71, 8 ut ad Ditis patris et Proserpinae aram ... -a [sellisternia *Paris ut etiam insequenti loco*] ... ac ludi nocturni fierent. *ibid.* p. 71, 18 continuis tribus noctibus. p. 71, 24 trinoctio. MACR. Sat. 1, 6, 13 [*e M. Laelio augure*] supplicandum *esse* -umque ex collata sti-

[*Beikircher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pite faciendum. *cf. l. 18. 31*). 7, 2, 2 *pestilentia exorta* pacis deum exposcendae causa tertio tum post conditam urbem -um fuit (7, 27, 1 eorum *decemvirum* ... monitu -um fuit. 29, 14, 14 *in condendo cultu Magnae Matris* -um ... et ludi fuere. *cf. l. 19. 23. 29*). 8, 25, 1 -um ... isdem quibus ante (*cf. p. 1088, 78*) placandis habitum est deis (22, 9, 10 supplicationem -umque. 22, 10, 9 -um per triduum habitum decemviris sacrorum curantibus; sex pulvinaria in conspectu fuerunt: Iovi ac Iunoni unum, alterum Neptuno ac Minervae, tertium Marti ac Veneri, quartum Apollini ac Dianae, quintum Volcano ac Vestae, sextum Mercurio et Cereri. *cf. supra*). 21, 62, 8 -um Caere, ubi sortes adtenuatae erant, imperatum (22, 1, 19 -um ... i. — et eum lectum senatores straverunt — et convivium publicum). 21, 62, 9 -um Iuventati et supplicatio ad aedem Herculis nominatim, deinde universo populo circa omnia pulvinaria indicta. CAPITOL. Aur. 13, 2 tantus ... timor belli Marcomannici fuit, ut ... peregrinos ritus impleverit ...; celebravit et Romano ritu -a per septem dies. AVG. civ. 3, 17 p. 123, 22 D. exhibenda.

β causis non indicatis, sc. maxime in cultu sollemni: LIV. 36, 1, 2 in quibus *fanis* -um maiorem partem anni fieri solet (*eadem fere* 42, 30, 8). 40, 59, 7 in fanis (foris *trad.*) publicis, ubi -um erat, deorum capita, quae in lectis erant, averterunt se (*huc respicit, cum suo ut videtur additamento, loco varie temptato* OBSEQ. 7 in -o Iovis). FAST. ann. Iul. Praen. Dec. 13 (CIL I^2 p. 238) *contextu manco respicitur -um Cereris* (*cf.* ARNOB. nat. 7, 32 -um Cereris erit Idibus proximis; habent enim dii lectos *eqs.*). FEST. p. 351 Antistius Labeo ait ... fana sistere esse -a certis locis et dis habere (*cf. ad rem Latte, Röm. Religionsgesch. 244*). APVL. mund. 35 publicarum epularum apparatus et -a deorum (*gr.* θεῶν τε θυσίαι καὶ ἡρώων θεραπεῖαι). TERT. nat. 1, 10, 29 regibus quidem etiam sacerdotia adscripta sunt ceterique apparatus ut ... solisternia et -a *eqs.* SERV. Aen. 8, 176 in templo Herculis -um esse non licebat (*cf.* MACR. Sat. 3, 6, 16 [*e Cornelio Balbo*] apud aram Maximam observatum, ne -um fiat). AVG. civ. 2, 11 p. 63, 6 D. (*e Labeone*) propitiari ... bonos *deos* ... obsequiis laetis ..., qualia sunt, ut ipse ait, ludi, convivia, -a. *significatur potius ipse lectus stratus* (*cf. 2a*): SERV. Aen. 12, 199 (*inde* ISID. orig. 15, 5, 1) -a dicuntur, ubi homines in templo sedere consueverant.

𝔟 *in honorem mortuorum*: CIL V 5272, 14 -um tempore parentalior(um) ... memoriis ... Valerianae et Appi ... per offic(ium) tesserarior(um) quodannis ponatur et parentetur. *ibid.* 23 quodannis die ... natalis eius ante statuam lectist(ernium) ... ponant.

2 *usu profano*: 𝔞 *de ipso lecto, cubili* (*sc. ad dormiendum apto; cf. l. 33 et 55*): SIDON. epist. 2, 2, 10 membrum *domus* bene frigidum, ubi publico -o extructo clientularum ... chorus receptui canit, cum ego meique dormitorium cubiculum petierimus. 4, 15, 1 epulum multiplex et capacissima -a para: plurimis viis, pluribus turbis ... ad te venitur *ad celebrandam baptisterii consecrationem.* 𝔟 *de stragulis sive operimentis, quae lecto imponuntur* (GLOSS. V 571, 38 -a: panni[s], stramenta[s] lectorum): GREG. M. epist. 7, 23 p. 468, 6 ancillis dei ... -a (-sterrena *cod. unus prima manu*) emere disposui, quia in lectis suis gravi nuditate in huius urbis vehementissimo frigore laborant. 11, 2 p. 261, 20 cognovimus lectos vel -a in hierochomio ... deesse; propterea transmisimus lenas XV, racanas XXX, lectos XV. BENED. reg. 22, 2 singuli per singula lecta dormiant; -a (*var. l.* lectis stramina) pro modo conversationis secundum dispensationem abbae sui accipiant (*huc spectat* GLOSS. V 413, 60 -a: vestimenta lecti vel ordo lectorum. *de ipso lecto accipiunt Linderbauer ad l. [sed cf. eiusdem versionem* 'Bettgerät'*] nec non Hanslik in indice grammatico. cf. 55, 15* stramenta ... lectorum sufficiant matta, sagum *eqs.*).

deriv.: lectisterniator. *cf.* lectistitium.

? **lectistitium**: statio lecti GLOSS. V 602, 50 (*fortasse depravatum e* lectisternium; *Osberni* lectisternium stratio *affert Goetz in indice*).

lēctito, -āvī, -ātum, -āre. *a* legere (lectus). *inter frequentativa afferunt* GELL. 9, 6, 3 CHAR. gramm. p. 214, 25 B. PS. ASPER gramm. suppl. 48, 24 GRAMM. suppl. 152, 16. *cf.* VARRO ling. 10, 33 *species generis verborum* ab semel et saepius ut scribo, lego, scriptitavi, -vi. QVINT. inst. 9, 1, 12 eadem figura dicitur 'cursitare', qua '-are', id est eadem ratione declinari. *e productam testatur* GELL. 9, 6, 3. *formae perf. stirpis brevioris*: -asse CIC. fam. 9, 25, 1 VAL. MAX. 8, 8, 1 SYMM. epist. 7, 18, 3 (*sed* -visse CIC. Brut. 121), -ari(n)t CIC. de orat. 1, 95 HIER. epist. 48, 2, 1 (-verint IORD. Rom. 7), -arunt GELL. 3, 3, 1 (-verunt PLIN. epist. 7, 17, 4. *cf.* -verant LACT. inst. 5, 3, 17). *legitur inde a* CIC., VARRONE, SANTRA. [*variat in codd. c.* lecto (*v. ibi*). -anti *falsa var. l. pro* Lactantii DAMAS. Hier. epist. 35, 2, 1.]

fere i. q. saepius legere (*evanescente haud raro notione frequentativa, quae augeri videtur adv. adpositis* frequentius *p. 1090, 7*, adsidue *p. 1090, 22*, cotidie *p. 1090, 23*, saepius *p. 1090, 30* ter et quater *p. 1090, 31; variandi gratia ponitur iuxta* legere *p. 1090, l. 17. 25. sed distinguitur* PLIN. *p. 1090, 7* [*cf. p. 1090, 59. 66.* ISID. diff. 1, 335 legere ad tempus refertur, -are ad frequentiam. GLOSS. -at: saepius legit. legit crebrius. -ant: legent. -ans: frequenter legens]): 1 *usu sollemni, leguntur scripta*: 𝔞 *lectori ipsi*: CIC. de orat. 1, 95 si quis ... plura ... et audierit et -arit et scripserit. Brut. 121 -visse Platonem studiose, audivisse etiam Demosthenes dicitur (*-antur ipsi scriptores ut* Att. 12, 18, 1 auctores [SYMM. epist. 7, 18, 3 in multo otio]. VOPISC. Aurelian. 1, 4 Graecorum aliquos. 1, 10 Graecos. LACT. inst. 5, 3, 17 cum Iudaei, qui a principio prophetas -verant ..., tamen quid legerent ignoraverint. *al.*). orat. 105 neque eum *Demosthenem* dimittis e manibus et tamen nostra etiam -as. rep. 5, 5 se responsitando et -ando et scriptitando ne impediat *rector rei publicae.* fam. 9, 25, 1 Pyrrhi te libros ... -asse (VAL. MAX. 8, 7, 2. TAC. ann. 14, 50, 2 l. exuri iussit, conquisitos -tosque, donec cum periculo parabantur. PLIN. epist. 2, 17, 8 armarium, quod non legendos l. sed -andos capit. 5, 5, 3 frequentius. *al.*). SANTRA frg. Non. p. 170, 18 volumen. PLIN. epist. 4, 19, 2 meos libellos habet, -at, ediscit etiam. 4, 23, 1 multum. 5, 16, 3 quam studiose, quam intelligenter -bat *puella,* ut parce ... ludebat. 6, 7, 2 epistulas tuas -o atque identidem in manus quasi novas sumo. SVET. Cal. 16, 1 scripta senatus consultis abolita ... esse in manibus -arique permisit. Dom. 20 praeter commentarios ... nihil. GELL. 1, 4, 8 Iulianus *rhetor* enodabat ... scriptorum sententias, quas apud eum adulescentes -bant (*sic VPR,* delect- *A*). 1, 7, 16 ita scriptum esse a Cicerone dicebat atque ipse ita -bat: '... in ... potestate', *sc. non* '*potestate*'. 2, 23, 1 comoedias -amus ...; neque, cum legimus eas, ... displicent. 5, 15, 9 hos ... argutae ... desidiae aculeos cum audiremus vel -remus (*similiter indicatur certum quoddam argumentum per acc.*: HIER. epist. 18 A, 10, 1 ne ipsa quidem seraphim alibi -ari. hom. Orig. in Ezech. 4, 5 p. 366, 11 quia ... non de his [*Noe, Daniel, Iob*] dixerit, quos in scripturis -amus). 12, 15, 1 cum -remus historiam Sisennae adsidue, ... adverbia *in 'im' desinentia* ... animadvertimus. 20, 4, 3 uti ea *Aristotelis verba* cotidie -ret. *al.* TERT. pall. 2, 5 divinas *historias.* HIER. epist. 18 A, 7, 4 quod in evangelio fuerit -tum (*antea*: quidquid ... in veteri legimus testamento). AVG. civ. 3, 5 p. 101, 28 D. quae apud illos *auctores* de matre Aeneae ... -antur. CE 246, 2 -a ... h⟨o⟩c memoriae conditum ... Antonio. *al.* 𝔟 *aliis audientibus* (*sc. recitando*): PLIN. epist. 7, 17, 4 orationes ... et nostri quidam et Graeci -verunt (*cf. 2* quod orationes omnino recitarem). GELL. 11, 13, 5 cum eadem ipsa verba saepius ... -rentur. APVL. apol. 94 litteras ter et quater aveo ... -are (*antea*: ipse legam; mea voce pronuntiabo). TERT. apol. 18, 9 Iudaei palam -ant *sabbatis sacras scripturas* (*similiter in caerimoniis sacris Christianorum*: HIER. epist. 147, 6, 4 euangelium ... quasi diaconus -bas. PS. AVG. serm. Migne suppl. 2, 923 quod praeterita die dominica -tum est). HIER. epist. 48, 2, 1 cum ... mihi eadem -rint, quae se Romae excepisse referebant. EPIPHAN. in euang. 4 p. 5, 12 *a magis redemptorem quaerentibus* forum ... legis turbatur, ubi et Iudaei -bant *sc. docendo, ut videtur,* sed et Sadducaei, qui sunt haeretici Iudaeorum.

2 *respicitur actio colligendi, eligendi*: VAL. MAX. 8, 8, 1 *Scipionem et Laelium* vagos litoribus conchulas et umbilicos -asse. ARNOB. nat. 5, 37 in nemore ... flores Proserpina -bat (*ibid.* florum in lectionibus).

lēctiuncula, -ae *f.* *a* lectio *deminutive.* *fere i. q.* lectio (*sc. minoris momenti sim.*): CIC. fam. 7, 1, 1 neque ... dubito, quin tu ... matutina tempora -is consumpseris. PAVL. NOL. epist. 50, 1 qui forte de nostris in hora -ae huius (*epistolae sim.*) circa te steterint.

lēcto, -āre. *a* legere (lectus). *extra gramm. non legitur nisi falsa var. lectione* GELL. 20, 1, 54 HIER. epist. 18 A, 10, 1. *fere i. q. (saepe) legere*: PORPH. Hor. sat. 1, 6, 122 -o producta priore syllaba enuntiare debemus, quia frequentativum est ab eo quod est lego (*per interpretationem pravam versuum* 'post hanc vagor aut ego lecto aut scripto quod me tacitum iuvet unguor olivo'. *item* SCHOL. Hor. *ad l.*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 28, 23 *inter verba frequentativa* (*item* MACR. exc. gramm. V 650, 6 -o lectito. VIRG. gramm. epist. 3 p. 139, 6 -o, legito, lectito; et has tres primae coniugationis esse docebat *Regulus*). CHAR. gramm. p. 214, 25 B. (*inde* EXC. Bob. gramm. I 563, 5) quaedam verba semel quid factum significant ut lego, quaedam saepe, ut -o, quaedam saepius (semper *Exc.*), ut lectito. MACR. exc. gramm. V 636, 13 ἀπὸ τοῦ lego *derivantur* lecturio, -o, lectito. VIRG. gramm. epist. 3 p. 140, 3 -o, quod quidem ex simplici forma (*i.* lego) paulo obscurius cernitur discrepare; unde et a multis non tam recipitur. p. 140, 8 nos sic dicimus, quod hic legat, quod est minimum saltim literas dicere, -et autem qui quod legit intellegere incipit; legitet vero, qui quod legit intellegit ⟨et⟩ alios legere fecit tradendo in arte scribendi, quae legendi asuetudine didicerit; porro lectitet, qui omnino legere non desinet.

lēctor, -ōris *m.* *a* legere. *cf.* VARRO ling. 6, 36. 8, 57 GELL. 12, 3, 4. GRAMM. suppl. 73, 25 quae *nomina* (*sc.* doctor, -r) ideo verbialia dicuntur, quia a verbis ... oriuntur, hoc est a gerendi modo. *al. cf. l. 76 sqq.* *e productam testantur* GELL. 12, 3, 4 *et apices inscriptionum* CE 1012, 1. 1163, 5. 2027. *scribitur*: lictor INSCR. christ. Diehl. 1272. 1273. 1275 (ictor *lapis*). 1283 (iictor *lapis*). 3869. PAP. Marini 117, 6; *hic illic in codd., ut p. 1091, 3.* lectur INSCR. christ. Diehl 1280. 1885 (*lectione alterius syllabae incerta*). lictur *ibid.* 1278 (*a. 537*). lecor *ibid.* 1284. *notatur* lect CIL V 1611 INSCR. christ. Diehl 1286. 1870. 1884. *de notione*: ISID. orig. 10, 154 -r dicitur a legendo, id est percurrendo; unde et navis dicitur legere quicquid transit (*affert Verg. Aen. 3, 127*); item -r a colligendo animo quae legit, quasi collector (*affert Verg. ecl. 3, 92*). *cetera v. infra.* *legitur inde a* LVCIL., SISENNA, CIC. [*francog. vet.* litur, litre, *norm. vet.* letour (*hapax*), *francog. med.* listre, leiteur; *francoprov. vet.* leytour; *prov. vet.* leitre, *prov.* lęytur. *docte: it.* lettore, *hisp.* le(c)tor, *port.* leitor. *cf. Battisti-Alessio III 2213. Wartburg V 235. Corominas III 66. Machado^2 II 1395. G.*] [*falso trad.* COD. Theod. 9, 34, 10 -em (rectorem *var. l.*) *pro* auctorem.]

[*Beikircher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I *i. qui legit libros, scripta sim.*, ἀναγνώστης (*quae vox gr. respondet, ubi nihil adnotavimus*): **A** *sibi ipsi*: LVCIL. 356 fervere, ne longum; vero, hoc -bus (lict- *codd. Nonii, def. Süss, Hermes 67, 1932, 342sq.*) tradam. SISENNA hist. 127 ne ... saltuatim scribendo -um animos impediremus. CIC. opt. gen. 14 non ... ea *verba* me annumerare -i putavi oportere, sed tamquam appendere. fin. 1, 8 quem timeam -em, cum ad te ... audeam scribere? Tusc. 1, 6 delectatione aliqua allicere -em (*cf.* fam. 5, 12, 4 ad delectationem -is. HOR. ars 344 -em delectando pariterque monendo). CATVLL. 14, 25 si qui forte mearum ineptiarum -es eritis (*accedit gen. obi. ut* GELL. 3, 3, 4 non infrequens Plauti -r. 18, 4, 2 se unum et unicum -em esse enarratoremque Sallustii. AMM. 16, 7, 9 scrupulosus quidam -r antiquitatum. CLAVD. DON. Aen. prooem. p. 6, 16 Vergiliani carminis. HIER. hom. Orig. in Luc. 13 p. 79, 1 diligens scripturae -r. AVG. spec. 6 p. 49, 2 -es dilectoresque spiritalium litterarum. PALLAD. hist. mon. I 42 p. 328C amator et -r studiosissimus litterarum [*gr. p. 148, 18 B.* φιλόλογος *tantum*]. CE 112, 10 meis [*sic*] carminis). NEP. Lys. 2, 1 ne ... defatigemus -es (*cf.* COLVM. 8, 17, 16 ne immodico volumine -r fatigetur). *al.* VERG. ecl. 3, 85 Pollio amat nostram ... musam; Pierides, vitulam -i pascite vestro (*pron. poss. pro gen. obi. ut* MART. 9, 49, 2 meus [AVSON. 318, 2 p. 21, 5 P.]. HIER. epist. 21, 13, 4 suis). HOR. sat. 1, 10, 74 contentus paucis -bus. epist. 1, 19, 35 ingratus. 2, 1, 214 *poetae* se -i credere malunt quam spectatoris fastidia ferre (*cf.* PLIN. epist. 5, 4, 4 si ... veneris Romam spectatorque malueris esse quam -r). OV. trist. 1, 11, 35 candide (4, 10, 132 MART. 7, 99, 5). 3, 1, 2 amice (MART. 5, 16, 2). 5, 9, 9 doctus (ARATOR act. 1, 404). Pont. 3, 4, 9 non opus est magnis placido -e poetis. *al.* VITR. 5 praef. 1 historiae per se tenent -es. VAL. MAX. 4, 6 pr. imagines ... contemplandas -is oculis subiciam. 8, 2 pr. PHAEDR. 2 prol. 11 bonas in partes, -r, accipias. 4, 7, 21 quid ... possum facere tibi, -r Cato, si nec fabellae te iuvant nec fabulae. SEN. dial. 4, 2, 5 timor, qui ... -is percurrit animos (*plur. def. Baehrens, Glotta 4, 1913, 272; vel* -um *vel* animum *coniecerant viri docti*). nat. 7, 16, 1 -em ... miraculo excitant *auctores quidam*. PERS. 1, 126. MART. 1, 1, 4 studiose (APVL. met. 11, 23, 5 HIER. epist. 126, 2, 1. PRAEDEST. 1, 90 o -r sancte et s. CE 2027. *adde l. 15*). 4, 55, 27 rustica, delicate -r, rides nomina? 5, 10, 2 sua quod rarus tempora -r amat. 7, 12, 12 *me innocuum ludere iuro* per ... tuas aures, magni mihi numinis instar, -r, inhumana liber ab invidia. 7, 17, 2 ruris bibliotheca ..., vicinam videt unde -r urbem. 9, 81, 1 -r et auditor nostros probat ... libellos (SVET. Aug. 86, 1 *ne* -em vel a. obturbaret. CLAVD. DON. Aen. 1, 10 p. 12, 5. *cf.* QVINT. inst. 4, 2, 45 *vitandum* abruptum sermonis genus: quod otiosum ... -em minus fallat, audientem transvolat ..., cum praesertim -r non fere sit nisi eruditus, iudicem rura plerumque in decurias mittant. 4, 2, 59 quo modo iudicem fefellerit quod vix a -e deprenditur). 11, 2, 7 tetrici. *et saepius apud eundem.* QVINT. inst. praef. 2 *ut libros meos* tamquam -r perpenderem. 1, 12, 17 FRONTIN. strat. 3 praef. PLIN. epist. 2, 5, 6 ut quamlibet diversa genera -um per plures dicendi species teneremus. 3, 13, 2 in ceteris *materiis* ... -em novitas ipsa intentum habet, in hac nota vulgata dicta sunt omnia; quo fit ut quasi otiosus securusque -r tantum elocutioni vacet. 4, 14, 7 sapiens subtilisque (RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 238, 10). 4, 26, 3. APVL. met. 1, 1, 6 -r, intende: laetaberis. 9, 30, 1 -r scrupulosus reprehendens narratum meum (*cf. l. 12*). 10, 2, 4 optime. TER. MAVR. 1286 pro captu -is habent sua fata libelli. *et passim.*

B *aliis audientibus* (*fere i. q. recitator*): **1** *leguntur quaelibet scripta*: **a** *fere technice de iis, qui artem recitandi exercent* (*sunt maxime servi sive liberti*): CIC. de orat. 1, 136 ut, quid Crassus ageret ..., non modo videre mihi, sed ex eius scriptore et -e Diphilo suspicari liceret (*cf.* PLIN. epist. 9, 20, 2 notariis et -bus). 2, 223 cum ... Brutus *apud iudices* duo -es excitasset ..., tres ... libellos tribus legendos dedit *Crassus* (*cf. de eadem re Cluent. 51* duobus recitatoribus constitutis. *quibus ex locis hausit* QVINT. inst. 6, 3, 44). CIL VI 3978 Panaenus Liviae lector dec(urio *?*). IV 5011 -r an mathematicus an rhetoricos (*cf.* CE 1012, 1 grammaticus -rque fui, set -r eorum, more incorrupto qui placuere sono). IVV. 1, 13 adsiduo ruptae -e columnae. PLIN. epist. 1, 15, 2 audisses comoedos vel -em vel lyristen (*eadem series* 9, 17, 3. *cf.* SVET. Aug. 78, 2 -bus aut fabulatoribus. SPART. Hadr. 26, 4 in convivio tragoedias, comoedias, Atellanas, sambucas, -es, poetas ... exhibuit). 3, 5, 12 cum -r quaedam perperam pronuntiasset. 7, 17, 3 *lyrica* non -em, sed chorum et lyram poscunt. 8, 1, 2 Encolpius ... -r, ille seria nostra, ille deliciae, ... sanguinem reiecit; ... quis deinde libellos meos sic leget ...? quem aures meae sic sequentur? 9, 34, 1 est ... tam novus -r, quam ego poeta. SVET. Claud. 41, 2 scripsit plurimum et assidue recitavit per -em. FLOR. Verg. p. 184, 5 versus tui a -bus concinuntur.

b *vario usu*: OV. ars 2, 283 carmina *quae amator fecit amicae* -r commendet dulci qualiacumque sono. VAL. MAX. 8, 10 ext. 1 ut se scriptorum eius (*Demosthenis*) parum idoneum -em esse praedicaret *Aeschines.* MART. 7, 51, 6 non -r meus hic ..., sed liber est; sic tenet absentes nostros cantatque libellos. QVINT. inst. 2, 5, 6 unum aliquem *e discipulis* ... constituere -em. AVG. doctr. christ. 4, 69 nihil interest, utrum is, qui dicit *sc. ad populum*, dictor vel -r est.

2 *leguntur sacrae scripturae*: **a** *apud Iudaeos* (*de Esdra*): ITALA III Esdr. 8, 10 (cod. Colbert. 630 Sabatier = VVLG.) Esdrae sacerdoti et -i legis domini (*cf. Vulg. I Esdr. 7, 12* sacerdoti, scribae legis). *al. in eodem libro.* OPTAT. 7, 1 p. 167, 25 qui -r ... dicebatur.

b *apud Christianos*: **α** *usu technico respicitur ordo ecclesiasticus* (*qui vulgo est secundus clericorum minorum. cf.* ISID. eccl. off. 2, 11 de -bus: -um ordo formam et initium a prophetis accepit; sunt igitur -es, qui verbum dei praedicant *eqs.* orig. 7, 12, 24 -es a legendo, psalmistae a psalmis canendis vocati; illi enim praedicant populis, quid sequantur ..., licet et quidam -es ita miseranter pronuntiant, ut quosdam ad luctum ... conpellant; [25] idem etiam et pronuntiatores vocantur): ① *varia exempla*: TERT. praescr. 41 l. 22 hodie diaconus, qui cras -r. CYPR. epist. 23 p. 536, 6 praesente de clero et exorcista et -e. 29 p. 548, 3 fecisse me ... sciatis -em Saturum. p. 548, 7 Optatum inter -es doctorum (-rem *vulg.*) audientium constituimus. 32 p. 565, 14. 35 p. 571, 13 litteras ..., quas misi per Saturum -em. 38, 2 p. 581, 13. 39, 4 p. 584, 5. 39, 5 p. 584, 21 hos ... -es ... constitutos sciatis. PASS. Mar. Iac. 5, 3 quod se -em ... fatebatur. PASS. Fel. 1, 2 Aprum presbyterum ... et Cyrillum et Vitalem -es. OPTAT. app. 10 p. 215, 26 (*Constantinus*) -es ... ecclesiae catholicae et hypodiacones ... ad nullum munus statui evocandos ([*cf.* COD. Theod. 16, 2, 7 -es divinorum apicum et hypodiaconi *eqs.*]. INSCR. christ. Diehl 1268 [*a. 362*]. 1276 [*a. 494*] aeclesiae Aeclanensis. DIONYS. EXIG. Avell. p. 468, 22 Alexandrinae ... e. GREG. M. epist. 14, 13 p. 432, 17 e. Euriae. *al.*). INSCR. christ. Diehl 1266 (*a. 338*) -r r⟨egionis⟩ sec⟨undae⟩ (1286 INSCR. Tun. Merlin 1122). 1267 b (*post 348*) -r de Pallacine (1270 [*a. 384*] de Pudentiana. 1269 adn. [*ca. a. 400*] de Fasc⟨iola⟩. 1271 [*a. 482 vel 461*] de Belabru *i.* '*Velabro*'. *al.*). 1269 (*a. 377*) -r tituli Fasciole (1272 *a. 528*. 1273 GREG. M. epist. app. p. 438, 42). AMBR. exc. Sat. 1, 61 per vocem -is parvuli (*item funguntur pueri officio -is*: AVG. cons. euang. 1, 10, 15 qui ... pueriliter in gradu -um christianas litteras norunt. VICT. VIT. 3, 34 -es infantuli. INSCR. christ. Diehl 1277 A qui vixit annos v [1285 *totidem*]. INSCR. Tun. Merlin 1122 vixit ann⟨os⟩ XI. *v. etiam l. 45. 66. p. 1093, 1. senes 56 et 73 annorum*: INSCR. christ. Diehl 1268. 1284). AMBROSIAST. in Eph. 4, 11/12, 1 ('ipse dedit quosdam ... pastores') pastores possunt esse -es, qui lectionibus saginent populum audientem. HIER. epist. 52, 5, 6 si -r, si acolythus, si psaltes te *sc. presbyterum* sequitur. CANON. Migne 56, 420B ut -es populum non salutent (CANON. Dionys. Exig. p. 79, 20). AVG. conf. 10, 33, 50 modico flexu vocis faciebat sonare -em psalmi. epist. 63, 4 utrum homo, qui in ecclesia ... iam legere coeperat ..., non fuisse -r possit aut debeat iudicari. 64, 3 utrum iam potest -r deputari, qui non nisi semel scripturas etiam non canonicas legit; si enim propterea iam ille -r ecclesiasticus *eqs.* in euang. Ioh. 22, 5 l. 14 *versus* qui praebeatur a -e et respondeatur a populo. in psalm. 84, 3 l. 11 legente -e psalmum (COMM. instr. 2, 35, 5 NICET. psalm. 13 p. 81, 18 B.). COD. Theod. 12, 1, 163 -es, subdiaconi ... patriae muneribus praesententur (*sed cf. l. 17*). CANON. Dionys. Exig. p. 55, 22 quod non oporteat -es aut cantores orariis uti. p. 79, 16 ut -es, cum ad annum pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere aut continentiam profiteri (*eadem* FERRAND. canon. 129). CONC. Vas. a. 529 p. 56, 10 ut omnes presbyteri ... iuniores -es ... secum ... recipiant et eos ... in lege domini erudire contendant. INSCR. christ. Diehl 1287 (*a. 551/2*) Stefanus primicirius scolae -um. GREG. TVR. Mart. 1, 5 p. 591, 8 iubeat domnus -i lectionem legere. *al.* *distinguuntur a clericis* (*sed cf. p. 1093, 17 et* CANON. Migne 56, 425C clericorum ... nomen etiam -es retineant): CONC.S II 3, 3 p. 95, 29 peregrinos clericos et -es in alia civitate ... nusquam penitus ministrare debere (*gr. II 1, 2 p. 160, 32* κληρικοὺς καὶ ἀναγνώστας). CONC. Aurel. a. 549 p. 102, 5 ut nullus clericum seu -em alienum ... promovere ... audeat. Turon. a. 567 p. 127, 22 unus -um canonicorum suorum aut certe aliquis de numero clericorum cum illo *archipresbytero* ambulet. ⓘⓘ *notabilia quaedam ad cursum honorum*: Ⓐ *munus -is est primus gradus*: CANON. Turner I p. 514 non prius ordinetur *episcopus*, nisi ante et -is munere et officio diaconii et ministerio presbyterii fuerit perfunctus (*item gradum -is sequitur diaconatus*: CE 787, 9 [*post 366?*] parvulus utque loqui coepisti dulcia verba mox scripturarum -r ... factus. PS. DAMAS. epigr. 93, 1 -r mox et levita. MARCELL. chron. II p. 65, 398, 3 Iohannes ... -r ecclesiae ordinatus per singulos officii gradus ascendit. *eqs.* SIDON. epist. 4, 25, 4 -r hic primum, sic minister altaris idque ab infantia. PALLAD. hist. mon. I 25 p. 309C primum factus est -r [II 15 p. 370A ordinatus est]). OPTAT. 1, 19 p. 21, 14 Maiorinus, qui -r ... fuerat, ... episcopus ordinatus est (*-r fit episcopus ut* AVX. Maximin. c. Ambr. 56. HIER. vir. ill. 96 ex -e urbis Romae Vercellensis episcopus). EPIST. pontif. 255 Migne 13, 1142A quicumque ... se ecclesiae vovit obsequiis a sua infantia, ... -rum debet ministerio sociari (*sequitur gradus acolythi ut* 1143A *qui iam adultus petit clericatum* eo quo baptizatur tempore statim -rum aut exorcistarum numero societur [*sim.* 339 Migne 20, 673A]. 314 Migne 20, 604C nec cito quilibet -r, cito acolythus ... fiat. EPIST. pontif. Thiel Gelas. 14, 2 continuo -r vel notarius aut certe defensor effectus, post tres menses exsistat acolythus). PAVL. NOL. carm. 15, 108 *Felix* primis -r servivit in annis; inde gradum cepit, cui munus ... adiurare malos et sacris pellere verbis (*i. officium exorcistae quod -r adipiscitur etiam* EPIST. pontif. 339 Migne 20, 671A assuescat ... in -um primitus gradu divini rudimenta servitii. LIB. pontif. p. 51, 6 ut esset -r annos XXX, exorcista dies XXX *eqs.* CANON. Migne 8, 837B nisi prius fuisset -r annis triginta, deinde una die exorcista. ISID. quaest. test. 41 primus gradus -r ...; secundus gradus exorcista). ENNOD. opusc. 3, 7 p. 332, 25 anno-

[*Beikircher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rum ferme octo -is ecclesiastici suscipit officium (*3, 9 p. 333, 8 sequitur munus exceptoris*). VITAE patr. 6, 4, 8 *Christus* factus est -r, accipiens librum legit in synagoga . . .; factus est subdiaconus *eqs.* (*item -r ordinatur subdiaconus*: GREG. TVR. Franc. 4, 6 -r decem annis fui, subdiaconatus officium quinque annis ministravi *eqs.* VEN. FORT. vita Marcell. 4, 15). Ⓑ *-is gradum praecedunt alia munera*: DAMAS. epigr. 57, 1 exceptor, -r, levita, sacerdos. RVFIN. hist. 6, 43, 12 (*vertit fragmentum Epist. pontif. 106*) nesciebat in ecclesia catholica unum episcopum esse debere, ubi videbat esse presbyteros . . ., diaconos . . ., subdiaconos . . ., acoluthos . . ., exorcistas et -es cum ostiariis (*eandem seriem exhibent* COD. Theod. 16, 2, 24 [= Iust. 1, 3, 6] *omissis acolythis.* LIB. pontif. p. 39, 12 SACR. Gelas. 1, 41 p. 560 [= Greg. 79, 5]. 1, 95 p. 620. 1, 96 p. 621). NOVELL. Iust. 3, 1, 1 sancimus . . . presbyteros in . . . maiore ecclesia *Constantinopolitana* esse, diaconos . . ., subdiaconos . . ., -es . . ., cantores . . . et insuper centum existentibus his, qui vocantur ostiarii (*sim.* IVLIAN. epit. novell. 5, 1). 123, 19 presbyteros . . . et diaconos et subdiaconos et -es et cantores, quos omnes clericos appellamus. ISID. epist. 1, 6 *affert -em quinto loco post ostiarium, acolythum, exorcistam, psalmistam.* orig. 7, 12, 3 *clericorum* gradus et nomina haec sunt: ostiarius, psalmista, -r, exorcista *eqs.*

β *in univ.*: AVG. pecc. mer. 1, 4, 4 non expositore, sed tantum -e opus habet tam . . . aperta sententia (in psalm. 79, 9 l. 10 hoc desiderat officium expositoris, non sufficit -is et laudatoris). in psalm. 102, 16 l. 7 *deus* vocat undique ad paenitentiam, . . . vocat per -em, vocat per tractatorem *eqs.* (103 serm. 3, 3 l. 17). 106, 8 l. 15 ut iam officium a me non exspectatis disputatoris *sc. huius loci*, sed paene -is, si tenetis quae dixi (serm. 362, 22, 25 non tantum d., sed etiam -is fungor officio). BENED. reg. 38 tit. de ebdomadario -e, *qui legit fratribus cenantibus* (38, 10 frater . . . -r e.).

c *apud paganos*: CASSIOD. hist. 6, 29, 2 paganorum . . . dogmatibus atque monitionibus -es suae superstitionis instituit ad instar clericorum *Iulianus*, ut horas certas et dies et orationes sollemniter observarent.

II *i. qui eligit*: ENNOD. opusc. 1, 16 p. 266, 2 (*de Theoderico*) quando talis *consul* contigit sorte -is (*var. l.* lict- *sim.*), qualem dedit . . . regum examinata claritudo?

in lusu verborum: AVG. doctr. christ. 4, 69 dictor an -r. in psalm. 79, 9 l. 10 -r et laudator. 103 serm. 3, 3, l. 17 per -em, non per tractatorem. spec. 6 p. 49, 2 -es dilectoresque . . . litterarum.

f. **lēctrīx**, -īcis. *a grammaticis affertur inter exempla subst. mobilium*: SERV. Aen. 12, 159 CLEDON. gramm. V 37, 8 PRISC. gramm. III 456, 29. 494, 29. *inter subst. verbalia, quae genetivo iunguntur, exhibet* PRISC. gramm. III 215, 25. *i. quae legit libros sim.*: CIL VI 8786 (*s. I*) Cnide -x. 33473 Derceto Aureliae virginis (*Vestalis?*) -x. INSCR. RevA. V 28, 1928 p. 371 n. 73, 1 (*versus elegiaci*) Sulpiciae *libertinae* cineres -is.

deriv.: lectoratus, 1. lectorium. *compos.*: 2. collector.

lēctōrātus, -ūs *et* -ī *m.* *a* lector. *i. q. officium lectoris ecclesiastici*: MART. BRAC. canon. 43 lector, si viduam alterius uxorem acceperit, in -u (-o *var. l.*) permaneat, aut . . . subdiaconus fiat (*cf. Conc. Tolet. a. 400 Mansi 3, 999B* semper lector habeatur). CONC. Brac. a. 561, 7, 20 *ne quis sacerdos fiat*, nisi prius . . . in officio -i (lectorum *var. l.*) vel subdiaconati disciplinam ecclesiasticam discat.

1. lēctōrium, -ī *n.* *a* lector. *i. q. mensula quaedam, in qua lector librum ponere potest*: GLOSS. III 327, 22 ἀναλογ(ε)ῖον: manuale, -um (*vix pro adi.*, *item* 508, 9). V 309, 60 manuelem (*i.* -ale) analogium g(raece) -um (lectorum *trad.*). *cf.* lectrum.

2. lectōrium, -ī *n.* *a* 3. lectus. *fere i. q. opertorium lecti*: GLOSS. V 516, 5 stra[ta]toria: -a. *Beikircher.*

lēctrīx *v.* lector.

lēctrum: analogium, super quo legitur GLOSS. V 602, 52. *mutuati sunt Romani gr.* λέκτρον *'lectus', notione ad vocem lat.* legere *adaptata; cf.* 1. lectorium.

lectuālis, -e. *a* 3. lectus; *cf.* lect(u)arius. **1** *adi. i. q. lecto affigens*: SPART. Hadr. 23, 1 in morbum incidit -em (*var. l.* letalem).
2 *n. pl. pro subst. i. q. stramenta lectorum*: POSSID. vita Aug. 22 vestes eius et calceamenta vel -ia ex moderato et competenti habitu erant. PAVL. STEPH. reg. 28 vestimenta vel -ia nullus sibi lavare audeat absque oratione et permissu prioris.

[**lectuārī** DIOSC. 4, 118 p. 57, 22 *falso trad. pro* electuari(i).]

lect(u)ārius, -a, -um. *a* 3. lectus; *cf.* lectualis. *tituli exhibent* -tar- *tantum, codd. variant.* *abl. pl.* -taribus DYNAM. *p. 1094, 15.*
[*in formulis Agedico ortis (s. VIII) f.* lectaria *'toral et lodix' exstat. lomb.* litšḗra, letḗra, *pedem.* letḗra; *raet. occ.* litšiára, litšera, litéra; *francog.* litière (> *it.* lettiera), *burg. vet.* letiere; *francoprov.* iteiri; *prov. vet.* lichiera, *prov.* lichièra, -o, *vasc.* lhetèras (*plur.*), lyetę̄ro, leytère, lheytère; *cat.* llitera; *hisp.* lechera; *port.* liteira. *cf. M.-L. 4964a. Battisti-Alessio III 2212. Wartburg V 237. Corominas III 63. Machado^2 II 1423. G.*]
[*vix recte trad.* COD. Iust. 10, 66, 1, *v.* laccarius. *v. etiam p. 1081, 36.*]

i. q. ad lectos pertinens: **1** *de hominibus*: **a** *de fabris lectorum*: faber -us: *v. vol. VI 1, 10, 69sq.* -us *nude ponitur pro subst.* (GLOSS. κλινοποιός): ITALA act. 18, 3 (cod. h) erant . . . arteficio -tari (*gr.* σκηνοποιοί, *Vulg.* scenofactoriae artis). CIL VI 7988 Rhesus Canini -tarius. 9503 locus Romani -tari. **b** *de aegris, qui in lectis cubant* (*cf.* grabatarius): GLOSS. II 586, 15 -tarius: infirmitate in lecto manens (*'ex graeco male versa'* Götz).

2 *de stramentis, quibus lecti operiuntur*: NON. p. 537, 20 plagae: grande linteum tegmen, quod nunc torale vel -tuariam sindonem dicimus. *n. pl. pro subst.* (*fort. f. sg. l. 7, vix l. 11; cf.* lectualis): GREG. TVR. vit. patr. 6, 6 p. 684, 5 Iulianus . . . lectulum sancti sacerdotis expetiit; in quo decubans, a -tuaria ipsa coopertus . . . sanctus est. AVRELIAN. reg. mon. 27 -tuaria saecularia de coloribus facta in usu non habeatis. LEX Sal. Merov. 100, 2 si mulier . . . cum dote sua ad alias nuptias ambulare voluerit, . . . achasium donet; et sic postea scamno cooperiat et lecto cum -taria (*acc.*) ornet; et . . . dicat: 'omnes mihi testes scitis, quia . . . lectum stratum et -taria condigna . . . hic demitto'. 101, 2 parentes . . . dua -taria demittant. VEN. FORT. vita Pat. 9, 28 lectulum numquam habens, -taria nesciens. DYNAM. vita Max. 10 l. 247 G. *mortuum* in lectulo prostratum eiusdem *sancti* -taribus operire. CAES. AREL. reg. virg. 44 p. 16, 23 -taria (-tuaria -tualia *var. ll.*) . . . simplicia sint. VITA Caes. Arel. 1, 20 lectos, -tuaria, sumptos cum persona quae obsequi et mederi possit, instituit. VITAE patr. Iurens. 2, 2 p. 144, 3 -tuaria . . . aut lectum numquam habuisse.

***lectulus**, -ī *m.* *a* 3. lectus *deminutive, id quod testatur* VARRO ling. 9, 74. *neutr.* -um: GREG. TVR. glor. conf. 84 p. 802, 18 (-us *var. l.*). Mart. 3, 22 p. 638, 6. 8 PASS. Matth. 24 p. 250, 18. *legitur inde a* PLAVTO; TER., RHET. Her., CIC. [*vix recte trad.* VARRO ling. 5, 166 super -is (supellectilis *Groth*) origines quas adverti, hae. *falsa var. l.* CATVLL. 57, 7 (*v. s.* lecticulus). *falso trad.* RVT. LVP. 2, 7 p. 16, 12 prae -o (praeligato *edd.*) palliolo. *de confusione c.* lectus *v. p. 1096, 74.*]

i. q. lectus minoris, vilioris generis (GLOSS. κλινάριον. *apud recentiores velut* CELS., VAL. MAX., APVL., VVLG. *etc. vis deminutiva non perspicua est; de fulcro nudo l. 42. p. 1095, 34*): **I** *vivorum*: **A** *proprie*: **1** *epulantium*: **a** *hominum*: PLAVT. Persa 759 hic volo ante ostium et ianuam meos participes bene accipere; statuite hic -os (*765* lectis). TER. Ad. 285 -os iube sterni nobis. 585 -os in sole ilignis pedibus faciundos dedit. :: ubi potetis vos. RHET. Her. 4, 50, 63 domi -i sternantur. CIC. Mur. 75 *Tubero* stravit pelliculis haedinis -os Punicanos (*cf. Isid. orig. 20, 11, 3* Punicani lecti parvi et humiles primum a Cartagine advecti. *de eodem epulo publico*: VAL. MAX. 7, 5, 1 [lectos *Paris*] *et Sen. epist. 95, 72* Tuberonis ligneos lectos). Pis. 67 Graeci stipati quini in -is (lectis *var. l.*), saepe plures. PROP. 4, 8, 35 unus erat tribus (*sc. poetae et duabus puellis*) in secreta -us herba. SVET. vita Ter. 3 ⟨in⟩ subsellio iuxta -um residens. TERT. coron. 8 l. 20 (*ad Ioh. 13, 5*) recumbentem in -o Christum. LAMPR. Heliog. 25, 3 invenit simma in terra sternere, non in -is. VVLG. Esth. 1, 6 aurei et argentei. 7, 8 super -um . . ., in quo iacebat Hester. **b** *deorum*: VAL. MAX. 2, 1, 2 Iovis epulo ipse in -um (lectum *Paris*), Iuno et Minerva in sellas ad cenam invitabantur.

2 *coniugum, amantium* (*plur. ad notandam usus frequentiam usurpatur l. 64*): CIC. Att. 14, 13, 5 a ducenda . . . uxore sic abhorret, ut libero -o neget esse quicquam iucundius. CATVLL. 64, 88 virgo regia, quam . . . castus . . . -us in molli complexu matris alebat. TICID. carm. frg. 1 felix -e talibus sole amoribus (*compellatur ut* PROP. 2, 15, 2 -e deliciis facte beate meis. OV. epist. 10, 58 perfide. *cf. l. 73*). CIRIS 440 pronuba nec castos accendet pinus honores nec Libys Assyrio sternetur -us ostro. SEN. contr. 1, 2, 1 quid in cellulam me et obscenum -um vocas? ASCON. Mil. p. 38, 11 -um adversum uxoris . . . Corneliae. MART. 10, 38, 7 quas . . . pugnas felix -us et lucerna vidit. 10, 68, 7 -us has voces nec -us audiat omnis. QVINT. decl. 319 p. 253, 19 mihi . . . vacat hoc tempore curam agere -i mei? PS. QVINT. decl. 1, 13 secretum nuptiarum et matrimonialis -i solitudinem. 18, 5 coniugales deos et -i iura revereris. IVV. 9, 77 testis mihi -us et tu, ad quem pervenit lecti sonus. APVL. met. 10, 35, 1 -o . . . coaptando (*10, 34, 4* torus genialis). ITALA gen. 49, 4 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 66, 27) ascendisti . . . super -um patris tui (*gr.* κοίτην, *Vulg.* cubile). ARNOB. nat. 4, 20 genialis -i sacramenta (*v. vol. VI 2, 1807, 1sqq., ubi addas* COD. Theod. 9, 38, 6 g. tori ac -i). 5, 29 *Iovem* concubitus, -os non esse aspernatum sororis. VVLG. cant. 1, 15 -us noster floridus. COD. Theod. 4, 8 (9), 7 etsi herilem -um ancilla ascenderit. GREG. TVR. glor. conf. 77 p. 794, 14 cum ad honorem sacerdotii accessisset, -um iuxta ordinem institutionis catholicae sequestravit. *al.*

3 *meditantium vel litteris studentium*: CIC. de orat. 3, 17 exhedram . . ., in qua Crassus posito -o recubuisset. HOR. sat. 1, 4, 133 neque . . ., cum -us aut me porticus excepit, desum mihi. OV. trist. 1, 11, 38 non haec in nostris, ut quondam, scribimus hortis, nec, consuete, meum, -e, corpus habes. VAL. MAX. 8, 7, 3 in eodem . . . -o et spiritus eius et egregiorum operum cursus extinctus est. PLIN. epist. 3, 7, 4 *Silius* multum . . . in -o iacens . . . doctissimis sermonibus dies transigebat. 5, 5, 5 visus est sibi per nocturnam quietem iacere in -o suo compositus in habitu studentis, habere ante se scrinium. AVELL. p. 107, 13 otiosi et delicati . . . in cubilibus ac -is suis litteris abutuntur. CLAVD. MAM. anim. 2, 8 p. 129, 18 *philosophi* cubiculariis disputationibus . . . aliquid soporiferum in -is oscitantes (susc- *trad.*).

4 *infirmorum*: VAL. MAX. 5, 2 ext. 4 cum . . . aetate deficiente . . . in -o laberetur. CELS. 3, 14, 2 *et septies ap. eundem* (*cf.* lecticulus). SCRIB. LARG. 188 capitis . . . dolorem habent *aegri* . . ., cum se e -o levare conantur. PLIN. nat. 26, 14 alia quoque blandimenta excogitabat

[*Steinmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Asclepiades, iam suspendendo -os, quorum iactatu aut morbos extenuaret aut somnos adliceret (*cf.* CAEL. AVR. chron. 1, 5, 161 adhibenda gestatio, primo ex -o pendenti, tunc etiam fertoria sella. 2, 14, 209 convenit interea motus latens pensili primo -o ⟨vel⟩ cathedra longiore). 28, 54 somno sibi mederi aut -o. MART. 6, 70, 3 *hominem* taedia -i calentis expertum (*cf. Ov. met. 7, 572* t. lecti). ITALA act. 5, 15 (cod. d = VVLG.) ut in plateas eicerent infirmos et ponerent in -is et grabattis (*gr.* ἐπὶ κλιναρίων καὶ κραβάττων). LACT. inst. 4, 15, 6 *Christus* aegros ... reddebat incolumes, ... ut ... roborati ipsi -os suos reportarent, in quibus fuerant ... delati (*ad Matth. 9, 2 Luc. 5, 18 ut* HIL. in Matth. 8, 3. 7. PRVD. cath. 1, 5 'auferte', clamat *Christus*, '-os aegros, soporos, desides' [*i. aegrorum etc.*]. 9, 69). AMBR. exc. Sat. 1, 36 dolebam, quod non ipse adsideres -o. VVLG. exod. 21, 18 si ... mortuus non fuerit, sed iacuerit in -o (lecto *var. l. ut Itala Lugd.*). *al.*

5 *vario usu*: a *generalia selecta*: CIC. Catil. 4, 17 nulli sunt inventi tam aut fortuna miseri aut voluntate perditi ..., qui non cubile ac -um suum ... salvum esse velint. Sull. 52 ut, cum prima luce consulem salutatum veniret ..., me in meo -o trucidaret (lecto *var. l., cf. de ea re locum geminum Catil. 1, 9*). Cato 38 venio in senatum frequens ...; quae si exequi nequirem, tamen me -us meus oblectaret ea ipsa cogitantem, quae iam agere non possem. off. 3, 112 surrexit e -o. Tusc. 2, 18 *Epicurus* dixerit sane idem in Phalaridis tauro, quod, si esset in -o. CATVLL. 50, 15 defessa labore membra postquam semimortua -o iacebant (*ibid. 11* lecto). VAL. MAX. 2, 6, 8 -o ... cotidiana consuetudine cultius strato recubans. 5, 7, 1 propter ultimam senectutem -i otio quam labori proeliorum habilior. SEN. epist. 123, 1 in -o lassitudinem pono. PETRON. 132, 7 conditus ... -o. 137, 5 in -o sedet. RVT. LVP. 2, 7 p. 16, 14 (*frg. Lyconis*) ex cubiculari -o excitatus in triclinium trahitur. APVL. met. 2, 1, 1 somno simul emersus et -o. 3, 13, 1 abiectus in -o meo. TERT. adv. Marc. 1, 14 p. 308, 11 illas ipsas -i et tegetis tuae bestias. CAPITOL. Aur. 2, 6 cum ... humi cubaret, vix autem matre agente instrato pellibus -o accubaret. AMM. 22, 4, 6 non saxum erat, ut antehac, armato cubile, sed pluma et flexiles -i. 30, 1, 9 *ad fluminis transitum* -os in villis repertos binis utribus suffulserunt. AMBR. Iac. 2, 9, 38 p. 55, 14 quis tam velox in curriculo quam iste in -o? HIER. epist. 22, 17, 3 te in -o compositam. PRVD. perist. 5, 353 postquam -i martyr quietem contigit. GREG. TVR. Mart. 3, 22 -um beati antistitis ...; -um autem non aliter dicitur, nisi quod in pavimentum illud, substrato cinere, adpositum capiti lapidem ... recubuit. glor. conf. 84 p. 802, 16 *Silvester* habuit ... -um funibus subtilibus innexum. *al.* b *in locutione q. e.* in -o suo mori (*sim.*): CIC. fin. 2, 97 praeclarae mortes sunt imperatoriae; philosophi autem in suis -is plerumque moriuntur (*cf.* Tusc. 2, 60 quid in pace, quid domi, quid in -o? ad philosophos me revocas, qui in aciem non saepe prodeunt). nat. deor. 3, 84 *Dionysius* in suo -o mortuus. Att. 10, 8, 7 feram *regnum Caesaris* ..., nisi forte me Sardanapali vicem in suo -o mori malle censueris quam exilio Themistocleo. 10, 14, 3 multo se in suo -o malle (*sc. mori*). fam. 9, 18, 2 munio me ad haec tempora ..., nisi forte mori melius fuit; in -o, fateor, sed non accidit; in acie non fui. SEN. contr. 2, 4, 3 magni modo successor patrimonii natus in -o precario moriebatur. VAL. MAX. 3, 2 ext. 6 Theramenes perinde atque in domestico -o moriens vita excessit. SEN. nat. 5, 18, 9 quid quaeritis? mortem, quae ubique superest? petet illa vos et ex -o. APVL. flor. 16 p. 66 eum in suo sibi -o mortuum offendunt. TERT. anim. 55, 5 si pro deo occumbas ..., non in mollibus febribus et in -is, sed in martyriis (*cf. locum geminum* fug. 9, 4). CLAVD. DON. Aen. 9, 220 p. 216, 25 vir fortissimus ..., cui pulchrum est in campo potius quam in -o mori. HEGES. 5, 27 p. 364, 11 quando hostis morbo consenescat atque in suo moriatur -o. AVG. serm. 264, 3 multi ... dicunt: non timeo mori, sed vellem in -o meo mori *eqs.*

B *in imagine* (*cf.* GREG. M. moral. 8, 41 p. 825D [*ad* Iob 7, 13 consolabitur me -us meus] in sacro ... eloquio -us, cubile vel stratum secretum solet cordis intellegi [*affertur* cant. 3, 1]): AVG. bapt. 2, 8, 13 p. 189, 7 in fine epistulae (*71, 4*) ... ostendit *Cyprianus*, in quo tamquam -o auctoritatis quasi fessus adquieverit. GREG. M. *l. c.* p. 826B *sancti viri* externis laboribus fessi, quasi stratum vel -um, cubilia mentis petunt. *de rogo martyris*: PRVD. perist. 2, 354 conscende constratum rogum, decumbe digno -o.

II *mortuorum*: PS. QVINT. decl. 18, 17 supra -um effusa feralem laceros artus et perustum complexa corpus exclamo. 19, 4 non iniecit uxor -o *filii* manum. TAC. ann. 16, 11, 1 tris modo -os ad suprema retineri iubet. APVL. met. 2, 29, 1 pone ipsum -um. 2, 29, 5 suscipit ille *mortuus* de -o. 3, 8, 2 *feminae* circumfusae -um, quo peremptorum cadavera contecta (coniecta *Brant*) fuerant. 3, 9, 5 corpora, quae -o fuerant posita. AMM. 19, 1, 10 -i decem sternuntur, figmenta vehentes hominum mortuorum. SERV. Aen. 5, 4 funebres -os proferre. SCHOL. Hor. carm. 3, 30, 7 Libitina dicebatur -us, in quo mortui efferebantur. HEGES. 3, 2 p. 185, 4 separetur ... a -o *mortui* Simon (*antea*: lectum). VVLG. II par. 16, 14 sepelierunt eum in sepulchro suo ... posueruntque eum super -um (lectum *var. l.*) suum plenum aromatibus. COD. Iust. 7, 6, 1, 5 qui ... in ipso -o stantes cadaver ventilare videntur.

stilistica: 1 *structurae verbales*: -um sternere: TER. Ad. 285 RHET. Her. 4, 50, 63 CIC. Mur. 75 CIRIS 440 VAL. MAX. 2, 6, 8. 7, 5, 1 AMM. 19, 1, 10 VVLG. Iob 17, 13. *eodem sensu* -um facere: CAES. AREL. serm. 25, 2 p. 108, 11. 2 *quaeritur 'ubi'*: *abl. nudus* -o: CATVLL. 50, 15 VAL. MAX. 2, 6, 8 SCHOL. Hor. sat. 1, 4, 133 PRVD. perist. 2, 354 BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 1 p. 4, 4 GREG. TVR. Franc. 4, 20 p. 152, 9. in -o: VAL. MAX. 1, 7, 7. 5, 6 ext. 5 PLIN. epist. 3, 7, 4. 5, 5, 5 VVLG. exod. 21, 18. *et saepius.* super -um: VVLG. II reg. 13, 5 PASS. Matth. 23 p. 250, 12. 3 *iuncturae nominales*: CIC. Catil. 4, 17 cubile ac -um (MART. 10, 30, 17 [cubiculo *var. l.*]. AVELL. p. 107, 13). VAL. MAX. 6, 8, 6 in cubiculum ac -um (TAC. hist. 4, 24, 2. 4, 77, 1. PLIN. epist. 9, 7, 4 de c. ac paene etiam de -o. AVSON. 358 p. 215 P. *cf.* VVLG. exod. 8, 3 cubiculum -i. II par. 22, 11 in cubiculo -orum). 4 *in lusu verborum*: c. tectulum: HIER. epist. 117, 9, 1 ne maledici homines sub uno tectulo vos manentes -um quoque criminentur habere communem. c. lectio: HIL. AREL. *p. 1088, 53.*

lectuōsus, -a, -um. *ad* lecator *sim. refert Svennung, Kl. Beitr. z. lat. Lautl. 60.* *i. q. gulosus, edax*: VIRG. gramm. epit. 5 p. 28, 2 Samminius ..., quia goela erat matri suae, hoc est -us, Goelanus usque hodie vocitatur.

*lēcturio, -īre. *a* legere, *cf.* MACR. exc. gramm. V 636, 13 CONSENT. gramm. V 376, 14 PRISC. gramm. II 429, 12. *al.* *vocem stirpis praes. tantum esse testatur* PRISC. gramm. II 418, 26. 421, 10. 560, 2. *i. q. legere velle* (*sic* GLOSS.L I Ansil. LE 42. *inter verba meditativa habent* DON. gramm. IV 359,10 DOSITH. gramm. VII 406, 3 *al.*): SIDON. epist. 2, 10, 5 *ut versus bonos facias*, opus est, ut sine dissimulatione lectites, sine fine -as. 7, 18, 4 ante legere cessabis quam -ire desistas. 9, 7, 1 curae mihi ... fuit ..., cum merito -remus, plurima tenere, cuncta transscribere. *Steinmann.*

1. **lēctus** *v.* 2. lego.

2. **lēctus**, -ūs *m.* *a* legere. SERV. Aen. 12, 95 ab eo quod est 'lego' aut lectio aut -s facit; sed hoc nos dicimus, quod εὐφωνότερον ⟨fuerit⟩, sicut nunc ab eo quod est 'voco' 'vocatūs' fecit, non vocationes. PRISC. gramm. III 463, 26 -s ἡ ἀνάγνωσις, huius -us. *i. q. lectio* (ἀνάγνωσις): MACR. Sat. 3, 14, 1 profer ... in medium, quae de hac quoque parte -u comperisti. *B.*

3. **lectus**, -ī *et* -ūs *m.* [*ratione non plane perspicua e radice* *legh- (*gr.* λέχος *etc.*) *formatum. Sch.*] *de orig.*: VARRO ling. 5, 166 ⟨-us et⟩ (*Goetz-Schoell proposuerunt dubitanter*) lectica, quod legebant unde ea[m] facerent stramenta atque herbam ..., nisi ab eo, quod Graeci antiqui dicebant λέκτρον -um potius (*cf.* PAVL. FEST. p. 115 -us dictus vel a collectis foliis ad cubitandum vel quod fatigatos ad se alliciat vel a graeco λέκτρον. CASSIOD. in psalm. 6, 7 l. 229 ab electis et mollibus herbis [GLOSS. V 370, 1]). *de formis*: -u *pro* -us (*nom. sg.*): CIL I² 1990 *bis.* *neutr.* (*cf.* stratum): CIL II 4514, 20 (*s. II ex.*) ⟨l⟩ecta. VLP. dig. 32, 52, 9 -um. 34, 2, 19, 8 -um. ITIN. Anton. Plac. 2 -um. 23 -a. ANON. Vales. 13, 74 -a. GREG. TVR. Mart. 2, 45 p. 625, 21 -um. GREG. M. epist. 8, 5 p. 8, 22 -a strata (*cf.* 11, 2 p. 261, 22 -os. *v. etiam* lectustratum). FERREOL. reg. 33 tit. -a. BENED. reg. 22, 1 -a. 48, 5 -a (-is *vel* lectulis *var. ll.*). 55, 16 -a (-i *var. l.*; *cf.* 22, 7 -os, *var. l.* -a). EXPOS. fid. Caspari Anecd. p. 289, 1 -a. GLOSS. -um. *quartae decl.*: *gramm. doctrina*: SACERD. gramm. VI 480, 32 (= PROB. cath. gramm. IV 29, 31) 'hic -us', 'huius -i'; non, ut quidam imperiti dicunt, 'huius -us' (*afferuntur* CIC. Catil. 1, 9 -o. TER. Ad. 285 -os [lectulos *codd. Ter.*]). PRISC. gramm. II 257, 4 'huius -i', quod tamen etiam 'huius -us' antiquissimi protulerunt (*afferuntur* CORNIF. *et vix recte* PLAVT.). III 444, 36. *de usu* (*vix huc* PLAVT. *p. 1097, 45, qui ceterum formas IIae decl. habet. dubites de* ACT. Petr. 28 p. 75, 10 ut ... ante -u irent [*ibid.* ante -um]): CORNIF. frg. 1 F. -ūs (*nom. pl.*). VARRO frg. Serv. auct. Aen. 3, 631 -u (-o *cod. Ambros.*). *?* SEN. epist. 95, 72 Tuberonis ligneos -us (*sic QB primitus, correctum in* -os, *sed fortasse forma vetusta convenit rei priscae*). CLAVD. carm. min. app. 21, 18 -ūs *gen. sg.* (*ex editione vetere, codd. perierunt*). MARCELL. med. 1, 66 -u. 33, 69 -u (*L*; -o *P*, *ut traditur sine varia lect.* 20, 30. 78. 96. *al.*). EVSEB. EMES. serm. 5, 15 p. 137, 22 neque domūs ... neque -ūs (-os *corrector codicis*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 46 -u (rec. B -o). VICT. VIT. 1, 26 per singulos -ūs. CE 2167, 3 uno -ui (lectulo *coni. dubitanter Hofmann, vol. III 2116, 39*) compositi. GLOSS. κλίνη. σκίμπους ἢ κράβαττος. IV 449, 35 -um: spondam.

legitur inde a PLAVTO *per totam latinitatem, rarissime in poesi heroica* (VERG. Aen. 4, 496. STAT. Theb. *ter.* CLAVD. *ter*). [*dalm.* l'at; *it.* letto; *sard.* léttu; *raet. occ.* let, *or.* yet; *francog.* lit (*in omnibus dial. francog. et francoprov.*); *prov.* liech, łęit *etc.*, *vasc.* łęit *etc.*; *cat.* llit; *hisp.* lecho; *port.* leito. *cf. M.-L. 4965. Battisti-Alessio III 2212. Wagner II 24. Wartburg V 238 sqq. Corominas III 63. Machado² II 1395. G.*]

[*dub.*: PLAVT. Truc. 54 -us (*CD*, electus *B*, *deficit A*) laptiles (electus lapis *Bücheler*, -us sculptilis *Kiessling*, *alii alia*). *falso trad.* tecto, tectis *pro* -o, -is ACC. trag. 549 (Cic. Tusc. 2, 33). VITR. 6, 3, 10 IVV. 6, 365²⁵. *confunditur c.* lectica (PLAVT. Stich. 704), lectulus (TER. Eun. 593 *et passim, praesertim in codd.* CIC. *et* VVLG.), letum (PROP. 4, 7, 30 LVCAN. 6, 532). *alia v. infra.*]

i. q. λέχος, *cubile hominum necnon deorum, fulcrum tam nudum quam stratis opertum* (*gr. respondent* κλίνη *vel* κοίτη, *ubi nihil adnotatur; maioris pretii est quam* grabatus *p. 1093, 49; ad rem cf. Mau, RE III 370 sqq. Rodenwaldt-Ziebarth, ibid. XI 846 sqq. Lamer, ibid. XII 1101 sqq.*): I *vivorum*: A *proprie*: 1 *epulantium* (-us tricliniaris VARRO ling. 8, 32 PLIN. nat. 37, 14 LAMPR. Heliog. 20, 4): a *hominum*: PLAVT. Amph. 805 cena adposita est; cenavisti mecum, ego accubui simul. :: in eodem -o? (Bacch. 938 Stich. 488 LIV. 28

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

18, 5. Plin. nat. 8, 5 *elephanti* accubitum iere per -os). Asin. 776 neque illaec ulli pede pedem homini premat, cum surgat, neque ⟨cum⟩ in -um inscendat proximum. Bacch. 72 ut mihi pro equo (preco *codd.*) -us detur, scortum pro scuto accubet. 836 qui sunt in -o illo altero? Curc. 361 deduco pedes de -o clam. Men. 103 ita mensas exstruit . . .: standumst in -o, si quid de summo petas. 353 sternite -os (Ter. Haut. 125 Cic. Verr. II 3, 105 Petron. 21, 5 Mart. 8, 67, 6. *al. cf.* Itala Ezech. 23, 41 [cod. 176, *cf.* Vvlg.] sedebas super -um stratum et mensa ornata *est*). Persa 765 quin -is (inlectis *codd.*) nos actutum commendamus? Stich. 704 potius [quam] in subsellio cynice hic accipimur quam in -is (lecticis *codd.*). Varro frg. Serv. auct. Aen. 3, 631 (*si quidem verba ipsius servata sunt*) 'iacuitque per antrum' hoc verbum de Varrone mutuatus est, qui ait in -o (-u *var. l.*) temulentos iacere, sobrios cubare consuescere. ling. 9, 9 ut, qui triclinium constrarunt, si quem -um de tribus unum imparem posuerunt aut de paribus nimium aut parum produxerunt, una corrigimus . . ., sic *eqs.* Cic. Verr. II 2, 183 tricliniorum -os. Hor. sat. 1, 3, 90 comminxit -um potus. 1, 4, 86 saepe tribus -is videas cenare quaternos. 2, 8, 41 imi convivae -i nihilum nocuere lagoenis (epist. 1, 18, 11 i. derisor -i. Sen. dial. 2, 10, 2 non in medio me -o, sed in imo conlocavit [Mart. 6, 74, 1 m. recumbit imus ille qui -o]. Svet. Aug. 64, 3). epist. 1, 5, 1 *v. p. 1098, 72.* Liv. 39, 6, 7 luxuriae . . . peregrinae origo ab exercitu Asiatico (*a. 187*) invecta in urbem est; ii primum -os aeratos . . . Romam advexerunt. Vitr. 6, 3, 10 ut de -is (tectis *var. l.*) per spatia fenestrarum viridia prospiciantur. Sen. contr. 9, 2, 24 in ipso triclinio inter -os et iocos et mensas (intellectos et loco et mense *trad.*). Sen. dial. 5, 37, 4 quid interest, quam -i premas partem? Cvrt. 8, 1, 43 ex -o repente prosiluit. Petron. 70, 11 paene de -is deiecti sumus. *?* CIL IV 9172 ('*lectio fere tota incerta*' *ed.*). Mart. 3, 82, 5 iacet occupato galbinatus in -o cubitisque trudit hinc et inde convivas. Frontin. (?) strat. 4, 3, 7 neque amplius quam duobus -is discumbebatur apud eum (*Hannibalem*). Ivv. 5, 17 tertia ne vacuo cessaret culcita -o. 8, 177 aequa ibi libertas, communia pocula, -us non alius cuiquam nec mensa remotior ulli. Tac. ann. 14, 9, 1 *Agrippina* cremata est . . . convivali -o et exequiis vilibus. Plin. epist. 8, 21, 2 positis ante -os cathedris amicos collocavi. Svet. Claud. 32 pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra -orum sedentes vescerentur. *al.* **b** *deorum*: Varro frg. Non. p. 528, 15 dis coniugalibus Pilumno et Picumno in aedibus -us sternebatur. Cornif. frg. 1 F. ipsis *deis* . . . ad Cereris memoriae novandae gratia (gratiam, gratiae *var. ll.*) -ūs sternuntur. Liv. 5, 13, 6. 22, 1, 19. 40, 59, 7. Avg. civ. 3, 17 p. 123, 24 D. (*v. p. 1088, 68 sqq.*).

2 *amantium, coniugum* (*vergit apud poetas hic illic ad notionem q. e. uxor* [Prop. 2, 6, 23 *l. 66*], *matrimonium, concubitus* [Tib. 3, 19, 1 *l. 63.* Prop. 2, 18, 35 *l. 67.* Ov. epist. 6, 153 *et* met. 6, 429 *l. 75.* Stat. *l. 81.* Ivv. 6, 21 *l. 82*]): Plavt. Amph. 513 prius abis, quam -us (*nom., v. Lindsay ad Capt. 826 et Hofmann, IF 42, 1924, 85*; -i *Itali*), ubi cubuisti, concaluit locus. 808 in eodem -o tecum una *cubui* in cubiculo. Asin. 221 esca est meretrix, -us inlex est, amatores aves. Poen. 697 in lepido loco, in -o lepide strato lepidam mulierem complexum contrectare. Pseud. 215 tibi . . . -us dabitur, ubi tu hau somnum capias, sed ubi usque ad languorem — : tenes, quo se haec tendant, quae loquor. Pompon. Atell. 1 cum datatim in -o tecum lusi. Cic. Cluent. 14 -um . . . genialem, quem . . . filiae suae nubenti straverat (*v. vol. VI 2, 1806, 81 sqq.*). Laber. mim. 30 mater familias tua in -o adverso sedet (Prop. 4, 11, 85 seu tamen adversum mutarit ianua -um). Catvll. 68, 6 in -o caelibe (Ov. epist. 13, 107). Verg. Aen. 4, 496 -um . . . iugalem, quo perii (*v. p. 624, 24 sqq.*). Tib. 1, 2, 19 illa *Venus* docet molli furtim derepere -o. 1, 5, 7 furtivi foedera -i (*v. vol. VI 1, 1005, 7 sqq. cf.* Prop. 3, 20, 21 ubi non certo vincitur foedere -us. Mart. Cap. 9, 902 virgo deusque sacro sociabunt foedera -o). 1, 9, 57 semper sint externa tuo vestigia -o (Prop. 2, 9, 45 nec domina ulla meo ponet v. -o. *cf.* Liv. 1, 58, 7 v. viri alieni . . . in -o sunt tuo). 3, 19, 1 nulla tuum nobis subducet femina -um. Prop. 2, 1, 45 angusto versantes proelia -o. 2, 2, 1 liber eram et vacuo meditabar vivere -o (3, 6, 23. 33. Ov. met. 10, 437 legitima vacuus . . . coniuge -us. 11, 471 Stat. silv. 1, 2, 162). 2, 6, 23 felix Admeti coniunx et -us Vlixis. 2, 18, 35 ipse tuus semper tibi sit custodia -us. 2, 20, 24 non numquam -i copia facta tui. 2, 32, 55 quis potuit -um servare pudicum? 2, 34, 17 -o te solum, -o te deprecor uno: rivalem possum non ego ferre Iovem. 4, 8, 27 cum fieret nostro totiens iniuria -o. Ov. am. 3, 11, 45 per . . . -i socialia iura (epist. 9, 159 per i. sacerrima -i. Sen. Tro. 877 ad sancta -i i. legitimi). ars 1, 743 non Actorides -um temeravit Achillis. 2, 377 socii deprensa paelice -i. epist. 1, 7 non ego deserto iacuissem frigida -o. 1, 81 viduo discedere -o (Lvcan. 5, 806). 4, 127 meriti -um reverere parentis. 6, 153 *Medea* -i . . . subnuba nostri. met. 6, 429 non pronuba Iuno, non Hymenaeus adest, non illi Gratia -o. 10, 465 accipit obsceno genitor (*Cinyras*) sua viscera -o. Sen. contr. 7, 5, 5 si patrem occidi, totus mihi -us purgandus est (*i. etiam noverca necanda est*). Val. Max. 9, 5, 3 maritalis -i blanditiis (Schol. Iuv. 6, 131). Lvcan. 8, 411 *Cornelia* stabit barbarico coniunx millesima -o. Stat. silv. 1, 2, 60 ubi quondam conscia culpae Lemnia deprenso repserunt vincula -o. Mart. 8, 46, 5 tu Ganymedeo poteras succedere -o. Ivv. 6, 21 anticum et vetus est alienum . . . -um concutere. 6, 365[25] *cinaedus* erit in -o (tecto *cod.*) fortissimus. *al.*

3 *infirmorum*: **a** *nude*: Plavt. Cas. 38 in morbo cubat, immo hercle vero in -o, ne quid mentiar. Rhet. Her. 3, 20, 33 aegrotum in -o cubantem. Varro Men. 447 cum in eborato -o . . . cubare videas aegrotum. Cic. fam. 9, 23 dixit te in -o esse, quod ex pedibus laborares. Lvcr. 6, 1249 in -um (iniectum *codd.*) maerore dabantur. Hor. sat. 1, 1, 81 si condoluit temptatum frigore corpus aut alius casus -o te adflixit. Prop. 2, 4, 11 non eget hic medicis, non -is mollibus aeger. 2, 9, 27 cum capite hoc Stygiae iam poterentur aquae et -um flentes circumstaremus amici. Ov. met. 7, 572 tanta . . . sunt miseris invisi taedia -i (*cf. Mart. 6, 70, 3* t. lectuli). Cels. 2, 15, 4 suspendi -us debet et moveri (3, 18, 15. Cael. Avr. gyn. 2, 10 -o suspenso [*Soran. 3, 14, 1* διὰ κλινιδίου κρεμαστοῦ]. *cf.* 2, 29 in pensili -o [*Soran. 3, 28, 3 ut supra*]). 4, 8, 3 caput *aegroti* . . . etiam in -o sublime habendum est. 7, 29, 1 resupinam mulierem transverso -o . . . collocare. 8, 20, 8 in -o detineatur *aegrotus*. Sen. epist. 17, 12 nihil refert, utrum aegrum in ligneo -o an in aureo colloces. Ivv. 6, 594 iacet aurato vix ulla puerpera -o (*cf.* Clavd. 22, 343 resident fulgente puerpera -o). *al.* **b** *c. gen. explic.*: Itala psalm. 40, 4 (Veron. *al.* = Vvlg.) super -um doloris (*gr.* ὀδύνης, Hier. psalt. sec. Hebr. infirmitatis [*hunc locum respiciunt* Avg. serm. 88, 8, 7 Salv. eccl. 3, 87]). Sacr. Greg. 208, 1 aegritudinis. Petr. Chrys. serm. 30 p. 285[B] malae valetudinis.

4 *scribentium*: Sen. epist. 72, 2 quaedam . . . sunt, quae possis et in cisio scribere, quaedam -um et otium et secretum desiderant. Pers. 1, 52 quidquid . . . -is scribitur in citreis.

5 *vario usu*: Plavt. Bacch. 108 sequere . . . me intro in -um, ut sedes lassitudinem. Truc. 963 meum quidem te -um certe occupare non sinam. Caecil. com. 277 qui nobis in mundo futurum -um *esse dicam, nescio.* Cato agr. 10, 5 -um in cubiculo i, -os loris subtentos iiii et -os iii (25 vinaceos cotidie recentis succernito -o restibus subtento vel cribrum illi rei parato. *cf.* Varro Men. 523 uvas . . . extendit in -i sponda (in -is quondam *trad.*]). 11, 3. 13, 1 -um stratum, ubi duo custodes *torcularii* cubent. Ter. Eun. 593 eam in -o (lectulo *var. l.*) illae collocarunt. Ad. 520 ita se defetigarit velim, ut . . . e -o nequeat surgere. Titin. com. 75 -um hodie stratum vidi . . . mulieris. Lvcil. 16 'clinopodas . . .', ut diximus semnos ante, 'pedes -i'. Acc. trag. 53 Aegisthus si me [esse] eodem -o comitasset patri. Afran. com. 247 neptis . . . de -o frigit. 413 (*lectione incerta*). Rvt. Rvf. hist. 13 *Scipio in castris primum contra consuetudinem imperatorum ipse pro -is lecticis utebatur.* Varro frg. Non. p. 540, 32 in -o togas ante habebant. Men. 227 singulos -os stratos ubi habuimus. 434 eburneis -is et plagis sigillatis. 448 in testudineo -o culcita plumea in die dormire. ling. 5, 168 qua simplici scansione scandebant in -um non altum, scabellum, in altiorem, scamnum. 8, 32 -os non omnis paris magnitudine ac figura faciunt; quod ⟨si⟩ esse[n]t analogia petenda supellectili, omnis -os haberemus domi ad unam formam et aut cum fulcro aut sine eo, nec cum ad tricliniarem gradum, non item ad cubicularem (*cf.* 9, 47 alios ex ebore, alios ex testudine *eqs.*). rust. 1, 2, 25 *ad interficiendos cimices* unguito -um (Anon. med. ed. Piechotta 139. *cf.* Mart. 11, 32, 1 tritus cimice -us). Cic. inv. 2, 14 se in suum -um recepit. div. 2, 129 deos . . . concursare omnium mortalium . . . non modo -os, verum etiam grabatos. 2, 134 ovum pendere ex fascea -i . . . cubicularis (*Chrysipp. frg. 1201 Arnim*). Catvll. 31, 10 desiderato . . . acquiescimus -o. 50, 11 ut . . . toto . . . -o versarer (*15* lectulo). Lvcr. 4, 849 fessum corpus mandare quieti multo antiquius est quam -i mollia strata (*cf.* Ivvenc. 4, 174 *duo* uno . . . recubantes stramine -i). Sall. Iug. 71, 1 fessus in -o quiescebat. Nep. Dion 9, 4 in -o cubantem. Ov. ars 3, 542 contempto colitur -us et umbra foro (am. 1, 9, 42. Ivv. 7, 105 genus ignavum, quod -o gaudet et umbra). fast. 2, 337 *Faunus* venerat ad strati captata cubilia -i. met. 11, 657 -o incumbens. Pavl. Fest. p. 66 cubans auspicatur, qui in -o quaerit augurium. Val. Max. 1, 7 ext. 10 -um ac somnum repetiit. 3, 1, 2 in -o . . . considere. Petron. 26, 6 abiecti in -is . . . reliquam exegimus noctem. 63, 7 baro . . . se proiecit in -um. Plin. nat. 9, 39 testudinum putamina secare in laminas -osque et repositoria his vestire Carvilius Pollio instituit. 33, 144 (*cf.* 1, 33, 51) -os . . . iam pridem mulierum totos operiri argento, quaedam et triclinia. Prvd. perist. 5, 217 (*de instrumento martyrii*) serrata -um regula dente infrequenti exasperat, cui multa carbonum strues vivum vaporat halitum. CE 1988, 12 prima toro delapsa fuit, eadem ultima -o se tulit ad quietem. *al.* **c** *c. gen. explic.*: Itala psalm. 131, 3 (Veron. *al.*, *cf.* Vvlg.) si adscendero in -um stratus mei (*gr.* ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου).

B *in comparationibus fere proverbialibus*: Varro Men. 586 (Non. p. 206, 26 fulmentum neutro, ut est in proverbio veteri, quo Varro utitur saepius) fulmenta -um scandunt. Hor. epist. 1, 5, 1 si potes Archiacis conviva recumbere -is nec modica cenare times holus omne patella (Porph.: Archias breves -os fecit). Sen. frg. 114 qui huius[ce]modi . . . versus amant, liqueat tibi eosdem admirari et Soterichi -os. Vvlg. prov. 25, 11 mala aurea in -is argenteis qui loquitur verbum in tempore suo.

II *mortuorum*: **A** *in quo mortuus ante sepulturam ponitur*: Cic. leg. 2, 60 quod erat factitatum, ut uni plura ⟨funera⟩ fierent -ique plures sternerentur, id quoque ne fieret, lege sanctum est. Varro ling. 5, 166 ubi -us mortui fitur (fertur *var. l.*), dicebant feretrum nostri, Graeci φέρετρον. Tib. 1, 1, 61 flebis et arsuro positum me, Delia, -o. Prop. 2, 11, 3 omnia . . . tecum uno munera -o auferet extremi funeris atra dies. 2, 13, 21 nec mihi . . . fulcro sternatur -us eburno. 3, 13, 17 ubi

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mortifero iacta est fax ultima -o (*cf.* 4, 11, 10 subdita . . . -o fax). 4, 7, 30 illuc iussisses -um (letum *var. l.*) lentius ire meum. OV. met. 8, 538 *mulieres* oscula dant ipsi *corpori*, posito dant oscula -o. 14, 753 impositum -o . . . Iphin. EPICED. Drusi 207 certat onus -i (luctu *trad.*) generosa subire iuventus. LIV. 38, 55, 2 *Terentium Culleonem* pilleatum, sicut in triumpho *P. Scipionis* ierat, in funere quoque ante -um isse. perioch. 48 p. 55, 13 praecepit filiis, -o se strato [sine] linteis, sine purpura efferrent. SEN. contr. exc. 6, 6, 1 versae sunt in exsequias nuptiae mutatusque genialis -us in funebrem (*v. vol. VI 1, 1581, 16 sq.*). VELL. 1, 11, 7 mortui eius -um pro rostris sustulerunt quattuor filii. VAL. MAX. 2, 10, 3 -i . . . frontem Macedonicis triumphis . . . adornatam. SEN. dial. 10, 20, 3 componi se in -o et velut exanimem a . . . familia plangi iussit (PERS. 3, 104 alto compositus -o). PETRON. 42, 6 bene elatus est, vitali -o, stragulis bonis. PLIN. nat. 10, 122 constratum -um super Aethiopum duorum umeros. MART. 3, 93, 24 *anui nupturienti* sternatur Acori de triclinio -us, talassionem qui tuum decet solus. 11, 54, 3 quae de Stygio rapuisti cinnama -o. ANTH. 415, 30 spem, quamvis -o iam referatur, habet. *al.* *de* LVCAN. 6, 532 *v. s.* letum. **B** *peculiariter de loco, ubi cadaver conditur*: CIL I^2 1990 L. Vecilio Vo. f. . . . -u(s) I datus; Vecilio L. f. . . . -u(s) I.

stilistica: 1 -um sternere: PLAVT. Bacch. 756 Men. 353 Most. 327 Poen. 697 Stich. 357. 678 TER. Haut. 125. 903. *et passim.* -us stratus: CATO agr. 13, 1 TITIN. com. 75 VARRO Men. 227. 262 CIC. Phil. 2, 67 PROP. 3, 6, 11 PETRON. 71, 2. *al. cf.* constratus APVL. met. 9, 2, 6. *eodem sensu* -um exstruere: SVLP. SEV. epist. 1, 10. 2 *quaeritur 'ubi'*: in -o: PLAVT. Amph. 805 Bacch. 836 TER. Eun. 593. *et passim.* super -um: PETRON. 9, 2 TERT. orat. 16 p. 190, 6 ITALA gen. 48, 2 (Lugd.). VVLG. I reg. 28, 23. *al. abl. nudus* -o: CATVLL. 31, 10. 50, 11 HOR. sat. 1, 4, 86 epist. 1, 5, 1 TIB. 1, 1, 43. 61 PROP. 1, 8, 33 CVRT. 8, 8, 9 PLIN. epist. 7, 27, 12. *al.* 3 *in lusu verborum*: *c.* illectus: PLAVT. Bacch. 55 (*v. vol. VII 1, 366, 76*). *c.* illex: PLAVT. Asin. 221 -us inlex est. *c.* tectum: CIC. Verr. II 5, 26 non modo extra tectum, sed ne extra -um quidem. Att. 5, 16, 3 quattuor -os et tectum. PS. HIL. libell. 19 p. 90, 28 sub uno cubant tecto aut in uno dormiunt -o. AVG. serm. 179, 6, 6 *alicui* -um sternere, *aliquem* tecto suscipere. *c.* locus, lar (AVIEN.): OV. ars 2, 329 -umque locumque (3, 663 met. 11, 472 trist. 4, 3, 23). AVIEN. Arat. 1855 *lupus* affectans . . . locos hominum -umque laremque (*gr. 1127* λέχος *tantum*).

deriv.: lectica, lecticulus (-um), lectina, 2. lectorium, lectualis, lect(u)arius, lectulus.

compos.: lectilucta, lectisternium, ? lectustratum.

? **lectustrātum**, -ī *n.* *ex* 3. lectus *et* sternere *conflatum, nisi* lecta strata *legendum est, cf. p. 1096, 44.* *i. q. lectus stratus*: GREG. M. epist. 13, 18 p. 385, 16 -a, *ubi* lectu(s)stratu, lectistrata *var. ll.*

Steinmann.

lēcythion *n.*, ληκύθιον. *nomen versus*: FRG. Bob. gramm. VI 621, 12 dimetrum catalecticum, quod -n (lecton *cod.*) et euripidion vocatur.

lēcythus, -ī *m.*, *pl.* -oe *f.*, λήκυθος *f.* *scribitur in codd. etiam* legi-, lec(h)it-, -ith-, -inth- *necnon* lic-. *neutr.* -um EVCHER. *i. q. ampulla olei*: VARRO Men. 573 (Non. p. 550, 9) oleum in lucubrationem servabimus quam in asparagos totum (totam *edd.*) -um evertamus. PAP. Corp. 208, 13 (*ca. a. 100*) -oe duae. VVLG. III reg. 17, 12 habeo . . . paululum olei in -o. 17, 14 nec -us olei minuetur (17, 16 -us o. non est imminutus. *huc spectant* EVCHER. instr. 2 p. 148, 6 -um in regnorum: ampulla olearia [GLOSS. V 505, 49 -us: ampulla o. vel vas similis flasconis]. MAX. TAVR. serm. 61 p. 657^A). *vox ipsa graeca textibus latinis inseritur Cic. Att. 1, 14, 3 Plin. epist. 1, 2, 4 notione ad stilum translata, cf. vol. I 2019, 3 sqq.*

lēda, lēdanum *v.* lada, ladanum.

ledavi CIL III 11884 (= INSCR. Baiuar. Vollmer 77; *lapis periit*). *obscurum, fort. nom. propr.*

ledo, -ōnis *m. vel f.* [*peregrinum videtur. Sch.*] *i. q. accessus maris* (GLOSS. V 571, 37 -es: maiores aestus. 602, 47 -o: maris aestuatio): ISID. ord. creat. 9, 4 -is et malinae . . . vicissitudines. 9, 5 -is assisa . . .; malinae autem assisa *eqs.* 9, 6 malinae . . ., -es.

lēdon *n.*, λῆδον. *cf.* lada. *nomen herbae*: PLIN. nat. 26, 47 -n appellatur herba, ex qua fit *ladanum* in Cypro barbis caprarum adhaerescens. *B.*

***lēgālis**, -e. *a* lex (GLOSS.), *cf.* regularis *sim.* *abl.* -e CONC. Turon. a. 567 p. 129, 23 (-i *var. l.*). *compar.* NOVELL. Iust. 24, 4 ad -iorem mutatum figuram (*gr.* πρὸς τὸ νομιμώτερον). GLOSS. -e: legitimum. *legitur rarius quam* legitimus *in prosa inde a* QVINT., APVL., TERT., *apud iurisconsultos non ante* COLL. Mos. (*de lege Mosaica*), CONSVLT.; *in poesi* PRVD. perist. 10, 530 PAVL. NOL. carm. 22, 154 PROSP. carm. de ingrat. 853. [*francog. vet.* leal (> *it.* leale), leial, *francog.* loyal (*item in nonnullis dial. francog. et francoprov.*); *prov.* leial *etc.*; *cat.* lleyal; *hisp.*, *port.* leal. *cf. M.-L. 4968. Battisti-Alessio III 2189. Wartburg V 239 sqq. Corominas III 83. Machado^2 II 1390. G.*] [*confunditur c.* regalis TERT. coron. 6 l. 6 monog. 7, 1 SPART. Sept. Sev. 21, 8. *al.*]

1 *i. q. quolibet modo ad leges pertinens*: **a** *adi.*: *α t. t. rhet.* (*gr.* νομικός, *opp. fere* rationalis; *distinguitur* legitimus *p. 1100, 8; de doctrina statuum v. Barwick, Philol. 108, 1964, 80 sqq.*): QVINT. inst. 3, 5, 4 in scripto sunt *quaestiones* de iure, in non scripto de re: illud rationale, hoc -e genus Hermagoras atque eum secuti vocant, id est νομικόν et λογικόν (3, 6, 86 FORTVN. rhet. 1, 8 p. 87, 1. *et passim*). 3, 6, 38 scripto quattuor partes -es . . . subiecit *Celsus Cornelius* (3, 6, 82). 3, 6, 45 coniecturalem, -em, iuridicalem *statum* (3, 6, 46. *al.* FORTVN. rhet. 1, 11 p. 89, 26. 1, 22 p. 97, 26 GRILL. rhet. p. 79, 27 M. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 8 p. 179, 16 quattuor -es non constitutiones, sed st. vocat *Cicero.* SVLP. VICT. rhet. 46 p. 342, 7 dividitur negotialis -is legitimo, iusto *eqs. al.* MART. CAP. 5, 466 *opp.* principales. *et saepius*). 3, 6, 46 a plerisque status appellantur, cum quibusdam -es potius quaestiones eas dici placuerit (3, 6, 50. *al.* AVG. rhet. 11 p. 143, 19 q. quattuor, quas inventores νομικάς, nos -es appellamus. MART. CAP. 5, 460 q. -es, quas tamquam status causis incidere memoravi. SIDON. epist. 8, 16, 4 veternosus -um q. aenigmatista). 3, 8, 4 aliquando etiam -es possunt incidere tractatus. 3, 8, 58 -is materia (*i. controversiarum*). GRILL. rhet. p. 74, 10 M. *constitutiones.* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 12 p. 193, 25 definitio -is (CASSIOD. inst. 2, 2, 4 ISID. orig. 2, 5, 9). IVL. VICT. rhet. 3, 9 tit. de metalepsi, id est rationali et -i. 3, 10 tit. de translatione -i. ENNOD. epist. 1, 5, 10 p. 12, 5 illas dicendi -es angustias. *al.*

β usu vario (*maxime respiciuntur leges test. vet.*): TERT. adv. Marc. 4, 38 p. 550, 5 (*ad deut. 25, 5*) secundum praeceptum -e (GAVDENT. serm. 15, 19 G. RVFIN. Orig. in Ios. 9, 9 p. 356, 1, *ubi opp.* euangelicis [TRACT. Pelag. p. 85 -ia et prophetalia et e. atque apostolica. *al.*]. *et saepius*). monog. 7, 1 vetera . . . instrumenta -ium scripturarum. SPART. Sept. Sev. 21, 8 Papinianum, iuris asylum et doctrinae -is thesaurum (HIL. in Matth. 14, 10. PELAG. in I Cor. 9, 21 *opp.* rationabilibus argumentis. *al.*). GAVDENT. serm. 9, 44 G. litterae. FVLG. aet. mund. p. 149, 27 petra -bus titulis mancipata (*cf.* PAVL. NOL. carm. 22, 154 quae docuit tabulis -bus indita Moyses aut euangelici quae lex nova testamenti signat. PRIMAS. in apoc. p. 879^B decalogum). HIER. epist. 121, 8, 7 scita. PELAG. in Rom. 8, 34 mandatorum (LEO M. serm. 92, 1. *al.*). AVG. serm. coll. Morin p. 351, 21 -is et prophetica praenuntiatio. VINCENT. Aug. epist. 93, 51 disputationibus (FVLG. RVSP. ad Monim. 3, 1 p. 196^B haec est eorum ratiocinatio . . ., haec -is d.). HESYCH. in lev. 1, 14/17 p. 801^B -ium verborum subtilitas (ISID. orig. 5, 24, 14 difficultatem). LEO M. serm. 36, 2 scientiae. SALV. gub. 4, 70 scripta. MAX. TAVR. serm. app. 25 p. 900^C in . . . -bus et in aliis canonicis et divinis libris (DIONYS. EXIG. Proter. epist. 1). *al.*

b *n. pl. pro subst.*: CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 221^A (*verba Emeriti*) si forensis regulae ordinem tenent . . .; si autem -bus magis cupiunt in iudicio conluctari, divinis scripturis non eis necesse est respondere. 222^B (*verba Petiliani*) si modo se ad -ia convertant ipsiusque legis quaerant responsa atque iudicia.

2 *i. q. lege constitutus, legi conveniens*: TERT. coron. 6 l. 6 legem naturalem . . . et naturam -em (*respicitur Rom. 2, 14* naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt). ieiun. 14 p. 292, 27 Iudaicarum caeremoniarum, . . . -ium sollemnitatum (*cf.* PS. RVFIN. in Am. 5, 25/27 p. 1083^A caeremonias -es). adv. Marc. 4, 25 p. 507, 18 vitam. 5, 4 p. 581, 27 Christianismi generositatem in filio Abrahae ex libera nato allegoriae habere sacramentum, sicut et Iudaismi servitutem -em in filio ancillae. OPTAT. 1, 10 p. 11, 19 nullis -bus sacramentis et sine iure honesti matrimonii. GAVDENT. serm. 2, 9 G. paschae (4, 7). 5, 5 calciamentorum (*cf. exod. 12, 11*). 15, 21 observationum (*cf.* SIDON. epist. 8, 13, 4 observantiae [ALC. AVIT. hom. 7 p. 113, 31]). HIER. in Ezech. 4, 16/17 p. 50^D panes *paschales.* PRVD. perist. 10, 530 -e damnum deputemus praemiis (*cf. 479* membra . . . casura . . . lege naturae suae). CONSVLT. 2, 5 personas (legitimam *5, 2. 6, 2*). 7, 7 dignus ac -is numerus iudicum. 7, 8 si . . . putant iustum vel -e. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 88, 22 iustam -emque . . . sententiam protulit *synodus* (*gr. I 1, 2 p. 67, 26* ἔννομον). BOETH. cons. 4, 5, 3 W. poenarum (GREG. TVR. glor. conf. 61). APON. 3 p. 55 coniunctio (*cf. 6 p. 107* legitimum coniugium). CASSIOD. hist. 9, 14, 18 ordinationem tamquam -em suscepit . . . concilium (*Theodoret. 5, 9, 16* ἔνθεσμον. *antea*: regulariter ordinarunt, *gr.* κανονικῶς). var. 1, 8, 3 sponsione (positione *var. l.*). LEX Visig. 3, 2, 2 successione. GREG. M. past. 4 p. 126^B -is tori connubium. *al.* *pro subst.*: ITALA Ezech. 5, 7 (PS. CYPR. singul. cler. 30) in -bus meis non ambulastis (*gr.* νομίμοις, *Vulg.* praeceptis. 20, 18 [*ibid.* 35] in -bus patrum vestrorum [*gr. et Vulg. ut antea*]. *cf.* legitimus).

3 *peculiaria*: **a** *fere i. q. legifer* (*redditur Plat. Gorg. 464^b* νομοθετική): QVINT. inst. 2, 15, 25 quod *Plato* duas partes civilitatis corpori adsignet . . ., duas animo, -em atque iustitiam, adulationem autem . . . -is cavillatricem *vocet.* APVL. Plat. 2, 9 altera . . . -is est, iuridicialis altera. **b** *poetice* -is origo *i. q. legum o.*: DRAC. Orest. 892 proceres, -is origo (*'i. qui leges fertis' Vollmer. potius cf. 936* duces legum).

adv. ***lēgāliter.** *i. q. modo legali, secundum legem*: COLL. Mos. 1, 5 pr. Moses -r dicit: '. . .' (*affertur num. 35, 22 sqq.*). CONSVLT. 2, 5 respondendum est -r. 3, 1 quod mandatum neque gestis -r fuerit allegatum. 3, 2 quod et consuetudinis est et re vera -r observatur (*antea*: sicut est legitimum). IREN. 4, 25, 3 (4, 39 H.) quaedam . . . praenuntiari paternaliter a patribus, quaedam . . . praefigurari -r a prophetis. 5, 21, 2 (*v.* legitime). EXPOS. mundi 10 gens . . . vivens sine imperio transigit -r (*cf.* GREG. M. moral. praef. 4 qui sine lege -r vixit). HILARIAN. curs. temp. p. 156, 20 qui sit mensis primus, -r demonstrabimus

[*Hübner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*cf. pasch. 3* ex legis traditione). PETIL. Aug. c. Petil. 2, 49, 113 -r loquitur *diabolus*, qui nititur contra legem. 2, 56, 127 de ipsa lege sanctissima -r disputemus (*affert I Tim. 1, 8* bona est lex, si quis ea legitime utatur). CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 212C -r agere (219C -r agit an more forensi? *cf. p. 220A* f. m. a. an ecclesiastico?). HESYCH. in lev. 13, 18 p. 941ff *Christus* prius -r circumcisus . . ., euangelice postea conservatus. CONC.S I 3 vers. Tur. p. 117, 10 neque -r neque canonice *eqs.* (II 3, 3 p. 88, 29 *seq.* regulariter atque -r. *al., gr. ubique* ἐνθέσμως). CASSIOD. hist. 5, 21, 9 -r immutabiliterque (*Theodoret. 2, 19, 9* ἐννόμα). *al.*

compos.: illegalis. *cf.* extralegalis.

lēgāmen *v.* ligamen.

legaricum (-gā- ?), -ī *n.* [*qua ratione cum* legumen *coniungendum, non liquet. Sch.*] *fere i. q. legumen*: VARRO rust. 1, 32, 2 serendum viciam, lentem, ciceculam, erviliam ceteraque, quae alii legumina, alii, ut Gallicani quidam, -a (-cia *Politianus*) appellant, utraque dicta a legendo, quod ea non secantur, sed vellendo leguntur.

[lēgātārium *v. l. 48*]

***lēgātārius**, -a, -um. *a* legare (legatum, legatus), *cf.* hereditarius *al.* *scribitur* li- *hic illic in codd.*, -tor- EPIST. Austras. 34 (*at* 27 -tar-). GLOSS. dispensator, distributor. testationis est. *legitur inde ab* ALF. dig.; *deest in poesi.* *transit in sermonem gr.* λεγατάριος (MOD. dig. 26, 6, 2, 3 GLOSS. III 454, 21), ληγατάριος (COD. Iust. 1, 3, 45, 5. 6, 4, 4, 18a THEOPHIL. 2, 10, 11. *al.*). *cf.* COD. Iust. 1, 3, 45, 6 legataρίων. [*var. l. minus probanda* CIC. *p. 1104, 80.* *vix recte trad.* VEN. FORT. expos. symb. 28 'sub Pontio Pilato' . . . ligatus (leg- *var. l.*) dominus, magis -us (lig-, legitarius *var. ll.*, '*fort.* ligaturus' *Leo*).]

1 *pertinet ad legatum testatoris*: **a** *pro subst. i. qui legatum a testatore accipit*: *α masc.*: ALF. dig. 32, 60, 2 ut *penum* . . . heredes -o darent. LABEO dig. 18, 4, 24. IAVOL. dig. 35, 2, 61 neglegentia eius *heredis* nocere -is non debet. SVET. Galba 5, 2 *ex testamento Liviae Augustae* sestertium . . . quingenties praecipuum inter -os habuit. GAIVS inst. 2, 108 qui in potestate heredis aut [in] -i est cuiusve heres ipse aut -us in potestate est *eqs.* 2, 194 *legatum* post aditam hereditatem . . . res -i fit. 2, 251 sq. qui recipit hereditatem, aliquando heredis loco est, aliquando -i; olim autem nec heredis loco erat nec -i, sed potius emptoris. 2, 254 -i partiarii . . ., id est eius -i, cui pars bonorum legatur, quae species legati partitio vocatur, quia cum herede -us partitur hereditatem *eqs.* (2, 257 VLP. reg. 25, 15 INST. Iust. 2, 23, 5). 2, 260 quamvis a -o legari non possit *res* (*sim.* 2, 271 VLP. reg. 24, 20). *al.* SCAEV. dig. 2, 15, 3 pr. (*rescriptum Antonini et Veri*) transactione . . . neque testamentum rescissum videri posse neque manumissis vel -is actiones suae ademptae. VLP. dig. 29, 4, 1, 11 -i ceterique, qui quid in testamento acceperunt. reg. 1, 21 non valere constat, quod loco non adeuntis -i patres heredes fiunt. PAVL. dig. 41, 3, 14, 1 in re legata . . . -us quodammodo quasi heres est. *et saepius ap. iurisconsultos.* SORT. Sangall. 9, 11 ut am⟨ic⟩os tuos -os dimittas. SCHOL. Iuv. 9, 62 'legatum fiet' id est -o donabitur (*vix abl. neutr. pro subst.*). SALV. eccl. 3, 81 oblitus salutis tuae de -is novis cogitas, de locupletando herede suspiras. *minus technice*: EVAGR. vita Anton. 92 -us . . . Antonii *Athanasius* . . ., qui tritum pallium cum melote imperio eius meruerat accipere (*Migne gr. 26, 972C* τῶν λαβόντων δὲ ἕκαστος τὴν μηλωτὴν . . . καὶ τὸ . . . ἱμάτιον, *Vita Anton.* acceperunt *tantum*). *β fem.*: SCAEV. dig. 32, 4, 10 post mortem -ae. 33, 2, 32, 2. PAPIN. dig. 7, 9, 11 cum uxore -a. VLP. dig. 33, 4, 2 pr. esse . . . mulierem -am nemo est, qui dubitet. *al.*

b *pro adi. i. q. legato institutus*: TERT. spect. 6 p. 8, 10 (*fort. e Suet., frg. p. 334, 16*) inter quos *ludos* etiam privatorum memoriis -ae editiones parentant.

2 *pertinet ad legationem, vertitur* πρέσβυς *sim.* (*accedit gen. rei mandatae l. 69*): RVSTIC. Conc.S I 4 p. 63, 2 mandator⟨i⟩um synodi Orientalis ⟨Iohannis⟩ episcopi . . . ad -os suos (*gr. 1 1, 3 p. 36, 37* τοῖς ἀποσταλεῖσι, *I 3 p. 176, 9* qui missi sunt, *I 5 p. 368, 1* legatis). CASSIOD. hist. 7, 24, 9 hoc . . . libellos -os obligans (*Socr. 4, 12 p. 489A* πρέσβεις). 10, 33, 1 supervenit -us Romanorum *eqs.* (*Theodoret. 5, 39, 18* πρεσβευτής). 11, 15, 18 misit pro pace petenda -um quendam Maxim⟨in⟩um (*Socr. 7, 20 p. 780B* πρεσβευτήν). EPIST. Austras. 19 cum -i vestri ad nos pervenerint (*antea*: legatio). 27 -is . . . aliqua verbo intimanda mandasse. 34 praesentium -os (37). 42 *ter.* ANTHIM. tit. Anthimi viri illustris comitis et -i. GLOSS. V 550, 8 caduceum: virga -i, a quo caduceatores dicuntur (*cf. Serv. Aen. 4. 242* legati pacis).

compos.: collegatarius.

1. *lēgātio, -ōnis *f.* *a* legare. *legitur inde a* GRACCHO *p. 1102, 58,* VARRONE, CIC., CAES.; *in poesi nom. sg. tantum ap.* DRAC. (*quater*) *et* CORIPP. (*semel*). *transit in serm. gr. byz.* λεγατιώνη (-τιών). [*vix recte trad.*: CAPITOL. Pert. 1, 6 praefectus cohortis in Syriam profectus . . . pedibus ab Antiochia ad -em suam iter facere coactus est (legionem *Casaubonus, quod probat dubitanter Mommsen, Ges. Schr. VII 308, 1*; legio *in codd. saepe var. lectio est pro* -o). SERM. Arian. frg. II 10 p. 636C quomodo deus . . . pro tua -e vel redemptione in terram venerit (*seq.* pro tua redemptione et salute). *in falsa interpretatione textus graeci*: ITALA Dan. 13, 50 (cod. 176) dedit ⟨d(eu)s le⟩gationem (*gr. Theodot.* πρεσβεῖον, *cuius vocis loco verti* πρεσβείαν *coniecit Dold; Vulg.* honorem senectutis).]

i. q. actio legandi vel munus legati: **I** *legantur nuntii* (*fere proverbialiter l. 21*): **A** *proprie*: **1** *in vita publica*: **a** *usu profano et sollemni*: *α in univ.*: ① *exempla varia*: VARRO tit. libr. (Hier. epist. 33, 2) -um III *libri.* CIC. inv. 2, 87 Rhodii quosdam legarunt Athenas; legatis quaestores sumptum . . . non dederunt . . .; oportuitne eos conficere nihilo minus -em? 2, 124 quibus diebus in -em proficisceretur. Quinct. 3 abest nova -e impeditus. S. Rosc. 109 venit . . . legatus in castra *Sullae* Capito; totam vitam . . . hominis ex ipsa -e cognoscite. 117 homines honestissimos, eiusdem muneris, -is, officii mandatorumque socios. Verr. II 2, 109 cum ei -o iam Romam a suis civibus esset data. Flacc. 45 Hermippus, qui hanc ipsam -em, quam habet, non accepit a suis civibus, sed usque Tmolo petivit. Cael. 5 lectissimos viros . . . cum -e . . . et cum . . . laudatione miserunt (Planc. 22 adsunt equites Romani publice c. -e [*loco ceterum turbato*]). Planc. 33 -es *Iugurthae.* Phil. 5, 25 ista -o moram . . . adferet bello. 6, 4 non est illa -o, sed denuntiatio belli (7, 14). 9, 2. 12, 3 pacificatoria -e (*cf.* 12, 7 -e pacis). orat. 111 orationes *Demosthenis et Aeschinis* . . . falsae -is (*sc.* περὶ τῆς παραπρεσβείας. *cf.* opt. gen. 21 quod -em ementitus esset). ac. 2, 5 in -e illa nobili, quam ante censuram obiit *P. Scipio.* Att. 15, 10 frumentum imponere (*sc. res Bruto commissa, ut ex urbe removeretur*): quae est alia Dionis -o (*a Dionysio similiter relegati. cf.* legatorius). SALL. Iug. 40, 1 qui . . . ab eo in -bus aut imperiis pecunias accepissent. NEP. Pel. 5, 1 cum . . . -is . . . iure satis tectum se arbitraretur *eqs.* Them. 6, 5 legatos ad eos missuros dixerunt; hanc -em suscepit. LIV. 3, 33, 5 his proximi habiti legati tres, qui Athenas ierant, . . . ut pro -e tam longinqua praemio esset honos. 5, 36, 3 quoniam -e . . . maluerint quam armis tueri socios. 9, 1, 3 nihil actum . . . hac -e. 21, 10, 1 vana atque irrita -o fuit. 37, 54, 2 interposita Smyrnaeorum brevis -o est. 42, 26, 7 (*6* mittendos . . . legatos censuerunt) in hanc -em missi *viri duo* (45, 25, 7). SEN. epist. 118, 11 sunt quaedam neque bona neque mala tamquam militia, -o, iurisdictio. PLIN. nat. 22, 5 in sacris -busque verbenae *adhibeantur.* TAC. hist. 4, 32, 3 ille ut irritus -is redit. ann. 1, 19, 4 decernerent legatos . . .; acclamavere, ut . . . tribunus ea -e fungeretur. *al.* *laxius*: HIL. in Matth. 8, 3 ne urbem dominus adiret, -o (*ad 8, 34* tota civitas exiit obviam Iesu et . . . rogabant, ut transiret a finibus eorum). ⓘⓘ -es liberae *q. d. et sim.* (*cf.* VLP. dig. 50, 7, 15 [14] qui libera -e abest, non videtur rei publicae causa abesse; hic enim non publici commodi causa, sed sui abest): CIC. Verr. II 1, 60 in Achaiam . . . sumptu publico et -is nomine mercator signorum . . . missus est. leg. agr. 1, 8 hereditatum obeundarum causa quibus vos -es dedistis, qui et privati et privatum ad negotium exierunt non maximis opibus neque summa auctoritate praediti *eqs.* 2, 45 legatos nostros, homines auctoritate tenui, qui rerum privatarum causa -es liberas obeunt (Flacc. 86 -es sumere l. exigendi causa . . ., rectum [ratum *var. l.*] est, quod ego non reprehendo, socios video queri. Att. 2, 4, 2. 2, 18, 3 voti causa. 15, 11, 4 habent, opinor, l. -es definitum tempus lege Iulia. fam. 12, 21 legatus est in Africam -e l. ad Q. fr. 2, 8 [7], 2 BRVT. Cic. fam. 11, 1, 2 VAL. MAX. 5, 3, 2f SVET. Tib. 31, 1. VLP. *v. supra. cf.* CIC. Phil. 1, 6 ius -is liberum. leg. 1, 10 -em aliquam . . . ista oratio postulat aut eiusmodi quampiam cessationem liberam atque otiosam). leg. 3, 18 nihil esse turpius quam [est] quemquam legari nisi rei publicae causa . . .; qui -e hereditates aut syngraphas suas persequuntur. *ibid.* quod quidem genus -is ego consul . . . sustulissem. Att. 4, 2, 6 votivam -em sumpsisse prope omnium fanorum, lucorum ([loc- *trad.*; *genetivos def. ante alios Madvig, Advers. III 162*]. 14, 22, 2). VAL. MAX. 5, 3, 2e *Scipio Nasica* sub titulo -is Pergamum secessit.

β metonymice: ① *de ipsis legatis*: GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 6 (44 M.) -es . . . a regibus *missae* . . . pecunias maximas praebent *eis, qui non obloquuntur.* CIC. div. in Caec. 14 omnium civitatum totius Siciliae -es adsunt (FLOR. epit. 1, 18, 5 aderat . . . querellam ferens -o). Verr. I 7 tot tam graves ab . . . civitatibus -es . . . convenisse (fam. 3, 8, 4 CAES. civ. 3, 36, 1 LIV. 1, 10, 1. *cf.* CIC. Att. 12, 23, 2 quibus consulibus Carneades et ea -o Romam venerit [BELL. Afr. 6, 7 PLIN. epist. 10, 63. 10, 67, 2]). II 2, 10 ab L. Metello -es universae petiverunt ut *eqs.* 2, 12 minari Siculis, si decrevissent -es, quae contra istum dicerent. 2, 13 -is principem (3, 105. 4, 15. 150. 5, 47 Flacc. 43 CAES. Gall. 1, 13, 2 SALL. Iug. 16, 2 LIV. 37, 54, 3. *al. cf.* CAES. Gall. 1, 7, 3 legatos . . . mittunt . . ., cuius -is . . . principem locum *eqs.* FLOR. epit. 2, 6, 7 dux -is). 2, 114 te . . . una Mamertina civitas . . . laudat, ita tamen novo more, ut legati laedant, -o laudet. 2, 146 -es omnium civitatum . . . hoc ediderunt: '*eqs.*' 3, 22 gravissimarum -um querimonias audistis. 4, 15 missa est (5, 47 Phil. 5, 26. *al. v. vol. VIII 1182, 46*). Lig. 5 cum ipsa -o plena desideri . . . fuisset . . ., hic aequo animo esse potuit. Att. 5, 13, 1 de concursu -um . . . audisse. CAES. Gall. 1, 34, 2 (*1* placuit ei, ut ad Ariovistum legatos mitteret, qui ab eo postularent, ut *eqs.*) ei -i Ariovistus respondit. 2, 35, 2 -es . . . ad se reverti iussit. 5, 55, 4 ut . . . -es concurrerent. 7, 43, 3 civitates . . . reliquas -bus sollicitant *Haedui* (7, 64, 7). civ. 1, 51, 3 erant -es civitatum, erant legati Caesaris. 2, 21, 4 provinciae -es Caesaris adventum exspectabant. BELL. Hisp. 42, 2 multis -bus ab se in senatum inductis. LIV. 1, 9, 5 Romulus legatos . . . misit, qui . . . peterent . . .; nusquam benigne -o audita est (SEN. dial. 5, 23, 2 CVRT. 8, 1, 10. TAC. hist. 2, 69, 1 -e, quam ibi opperiri iusserat, audita. ann. 1, 79, 1. *al.*). 4, 52, 7 in -es . . . binos equites adicere. 4, 58, 1 -o Veientium obvia fuit. 5, 5, 10 cum . . . maior

[*Hübner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

frequentiorque -o itura sit. 10, 45, 4 -es sociorum ... in senatum introductae querebantur *eqs. al.* PLIN. nat. 2, 238 *insulae* arsere ..., donec -o senatus piavit. TAC. dial. 39, 4 municipiorum ... -es. Germ. 39, 1 omnes ... populi -bus coeunt. hist. 1, 9, 3 quamquam ... legiones ... Verginium -bus adissent. *al.* *praedicative*: ANON. Vales. 11, 53 mittens -em Theodoricum Faustum. DRAC. laud. dei 3, 419 -o Punica missus ... Regulus. Romul. 8, 586 Aeneas rediens -o Troiam venerat.

(II) *de eis, quae nuntiantur* (*exempla certiora*): CIC. Phil. 9, 1 si ille vir -em renuntiare potuisset (QVINT. decl. 366 p. 401, 6). LIV. 5, 36, 1 (*35, 5* Gallos pace potius cognosci quam armis) mitis -o, ni praeferoces legatos ... habuisset. 7, 32, 1 hac -e Romam relata (24, 48, 5. 45, 24, 11 funestam. VAL. MAX. 4, 3, 9. *al.*). 21, 18, 4 -o verbis adhuc lenior est, re asperior. CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 33^{A} ut mandatum sibi et -o publicetur. AVELL. p. 131, 22 -em hanc ... clementiae ipsius ... insinua.

b *usu christiano de -bus ad ecclesiam vel ab ecclesia missis*: EPIST. pontif. 111 Cypr. epist. 49, 1 p. 609, 14 ex ipsorum ore ... ista, quae per -em mandaverant, placuit audiri. 299 Migne 20, 520^{A} *certior factus sum a clericis*, multorum talium quasi -e suscepta. 306 *ibid.* 543^{A} -o a tua sanctitate ... ad nos directa. 353 *ibid.* 767^{A} ecclesia hac pietatem vestram (*imp. Honorium*) -e, quam suis sacerdotibus commisit, appellat. LEO M. epist. 45, 3 (Conc.^{S} II 4 p. 25, 1; *ad Pulcheriam Augustam*) pietas tua ... supplicationem nostram apud principem, sibi specialiter a ... Petro apostolo -e commissa, dignetur asserere *eqs.* (*gr. II 1, 1 p. 48, 22 τῆς πρεσβείας ἐπιτραπείσης*). IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 3, 6 Blando presbytero et universae -i apostolicae sedis. ALC. AVIT. epist. 39 p. 68, 9 de effectu directae a se (*Hormisda papa*) ad Orientem -is.

2 *in vita privata*: APVL. met. 6, 20, 3 *Psyche* Veneriam pertulit -em *ad Proserpinam*. PS. CYPR. Iud. incred. 8 p. 129, 14 (*orat Vigilium, ut opus a se confectum examinet*) sit ... ad te de ista lectione ab humilitate nostra mandata -o et insinuanda tibi in nos prima dilectionis petitio, ut *eqs.* RVFIN. hist. mon. 1 p. 394^{A} *mulier excaecata oravit monachum per maritum suum, ut ille pro se oraret*; cumque -em pertulisset ad eum vir eius *eqs.* CAES. AREL. serm. 228, 6 -em pauperum apud vos agimus ...; inter vos et pauperes quasi mediatorem me posuit deus.

B *tropice de munere interpretis inter deum et homines* (*angelos* IREN.) *intercedentis* (*cf. Souter, The earliest Latin commentaries on the epistles of St. Paul 68; accedit* quodammodo VITA Cypr.): TERT. paenit. 9, 4 omnibus fratribus -em (-es *var. l.*) deprecationis suae iniungere. ITALA II Cor. 5, 20 (cod. d *al.*, *cf.* VVLG.) pro Christo -em fungimur (*gr.* πρεσβεύομεν. *cf.* Eph. 6, 20 [*ibid.*]). IREN. 4, 16, 2 (4, 27, 2 H.) Enoch ... dei -e ad angelos fungebatur. VITA Cypr. 18, 6 *non omnes una cum martyre mori potuerunt, sed* quicumque ... ex animo pati voluit, per idoneum voti sui testem -is quodammodo litteras ad deum misit. LACT. inst. 4, 16, 4 dei -e perfunctus *Christus*. PACIAN. (?) sim. carn. p. 141, 27 *Christus orans patrem, ut calix passionis se praeteriret*, humanae -is assertor fuit. PS. PHILO antiq. 32, 14 *testes quidam* -e fungentur ad altissimum. AMBROSIAST. in II Tim. 1, 9 ('qui *deus* nos ... vocavit') -em eius *Christi* fideliter ... agamus. CONC.^{S} I 5 p. 381, 7 hanc et pro nobis ⟨et pro vobis⟩ -em afferimus deo (*I 1, 4 p. 79, 6* deprecationem). ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 17, 34 Gabriel (*Luc. 1, 26 sqq.*) primus -em caelorum terris adtulit.

C *translate de munere rerum*: HIL. in psalm. 51, 21 *divitiis suis liberaliter* uti, haec sunt plane ambitiosae apud deum humani thensauri -es, haec potentia deprecandorum criminum et vera suffragia. 55, 8 (*ad 55, 9* posuisti lacrimas meas in conspectu tuo) dignus promissione dei est ...; lacrimae enim suae, quas vel pro se propheta vel pro nobis dominus profudit, in dei sunt conspectu, -e earum ad obtinenda, quae deus promisit, usurus (*ad eundem locum* AMBR. in psalm. 37, 38, 2 lacrimae funduntur, quae solent -em suscipere pro delictis. *cf.* ENNOD. epist. 4, 24, 2 p. 115, 26 *deus* admittat lacrimas meas, cui clausa ora fabulantur, cui ad plenam -em ['allegationem *fort.*' *Hartel*] sufficit imber oculorum). RVFIN. Orig. in Ios. 10, 3 p. 360, 20 deprecamur vos, fratres, verbi dei -e fungentes, ut ... festinemus abicientes antiquas sordes. hist. 1, 2, 21 ille ipse, qui in principio erat apud deum ..., nunc angelorum ac ministrorum virtutum -bus utitur, nunc ... ipse adest (*gr.* τοτὲ μὲν δι' ὀπτασίας ἀγγέλων ..., τοτὲ δὲ καὶ δι' ἑαυτοῦ ... ὑπεφαίνετο). PS. AVG. serm. 214, 6 (= PS. FVLG. RVSP. serm. 3 p. 862^{B}; *precatio Stephani lapidati ad Christum*) vocis tuae -em audio; ... cognosco pro me apud patrem postulantem *eqs.* MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 51, 18 *Christus incarnatus divinam naturam non amisit*; super hoc -e fungitur ubique sanae ... fidei ratio (*gr. I 1, 1 p. 28, 17 = II 1, 1 p. 106, 21* τοῦτο πρεσβεύει ... τῆς πίστεως ὁ λόγος, *I 2 p. 39, 6* hoc adnuntiat, *I 3 p. 22, 24* hoc allegat, *I 5 p. 339, 35* hoc ... protestatur). PASS. Petr. 11 p. 33, 22 S. o crux, quae ... mediatoris mortem ... patri ... reparas et -e felicissima (fidelissima *var. l.*) renovas! *fere* **i. q.** *allegatio* (*cf. l. 63 et vol. I 1662, 57 sqq.*): ENNOD. opusc. 2, 75 p. 310, 23 -e (lectione *var. l.*) valida utitur qui aequitati res congruentes insinuat: quae gravis est plerumque principibus impugnatio, minus fidelium blanditiis non legatur.

II *legantur adiutores magistratuum, principis*: **A** *varii*: CIC. div. in Caec. 38 quae ... in quaestura, quae in -e, quae in praetura ... peccarit. Verr. I 11 cuius -o exitium fuit Asiae. II 1, 34 in quaestura et -e Asiatica (*cf.* Font. 6 Hispaniensis). 1, 44 quibus adlegationibus illam sibi -em expugnavit! 1, 54 sociorum ... urbes adisti -is iure et nomine. 1, 62 in illa taetra ... -e. 1, 69 *cives Romani* orant Lampsacenos, ut gravius apud eos nomen -is quam iniuria legati putaretur. 1, 98 audistis ... rationem ... -is. 1, 99 ex ea faece -is. 2, 18 cum in -e oppidorum ... spoliationes cogitaret. 3, 223 qui in provinciis cum potestate aut cum -e se futuros aliquando arbitrarentur (4, 9). 4, 30 in -is praedis atque furtis. Sest. 66 quis provinciam ..., quis -em a senatu petebat? prov. 41 mihi -em, quam vellem, quanto cum honore vellem, detulit *Caesar*. Lig. 2 legatus in Africam C. Considio profectus est; qua in -e *eqs.* TAC. Agr. 9, 5 (*1* Vespasianus ... provinciae Aquitaniae praeposuit) triennium in ea -e detentus ... est. hist. 1, 13, 3 suspectum *Othonem* ... in provinciam Lusitaniam specie -is seposuit. PLIN. epist. 2, 12, 4 *virum* summotum a proconsulatu, quia se in -e turpiter gesserat. SPART. Sept. Sev. 2, 5 -em proconsulis Africae accepit *seq. al.* **B** *in re militari*: CIC. Mur. 20 summo imperatori legatus ... fuit; qua in -e duxit exercitum *eqs.* 21 agitat rem militarem, insectatur totam hanc -em. Balb. 47 dicat *C. Marius* ... se -bus bellicis eruditum. Pis. 54 L. Flaccus, vir tua (*i. apud te obita*) -e dignissimus. CAES. civ. 2, 17, 2 praeoccupatum sese *Varronem* -e ab Cn. Pompeio, teneri obstrictum fide. HIRT. Gall. 8, 50, 4 quod sibi *Caesari* coniunctus ... necessitudine (consuetudine *var. l.*) -is esset *Galba*. LIV. 38, 53, 10 Asiatica -o *P. Scipionis* ... inutilis et filii casu deformata. VELL. 2, 17, 3 *Sulla* illustratus ... in Gallia -e sub Mario, qua ... duces hostium fuderat. PLIN. nat. 7, 113 *Cato Uticensis philosophum* ex Cypria -e deportavit. TAC. Agr. 9, 1 revertentem ab -e legionis (l. *del. Koestermann*). FLOR. epit. 2, 8, 14 consule Scipione, cui frater ... aderat voluntaria -e. CAPITOL. Pert. 3, 10 veniam -is petit *a Commodo*. 9, 6 vacationes et -es militares dicitur vendidisse (LAMPR. Heliog. 6, 2 militaribus ... praeposituris et tribunatibus et -bus et ducatibus venditis). SPART. Sept. Sev. 2, 5 -em proconsulis (*i. apud proconsulem*) Africae accepit. 4, 7 in Germaniam profectus ita se in ea -e egit, ut *eqs.* (*cf. 5, 1* et hactenus rem militarem egit).

III *stilistica*: **A** *iuncturae verbales notabiliores*: **1** *-em dare sim.*: dare: CIC. Verr. II 2, 109 leg. agr. 1, 8 Att. 2, 7, 3. 2, 18, 3. *al.* deferre: CIC. prov. 41 fam. 13, 55, 1. mandare: LIV. 33, 41, 2 PS. CYPR. Iud. incred. 8 p. 129, 14. iniungere: *v. vol. VII 1, 1666, 66.* imponere: SEN. dial. 11 (12), 6, 2. *aliquem* in -e dirigere (*i. legatum mittere*): HYD. chron. II p. 35, 251 MARCELL. *ibid.* p. 104, 535, 2 ALC. AVIT. epist. 38 p. 67, 14. **2** *-em obire sim.*: obire: *v. vol. IX 2, 47, 21 sqq., ubi addatur* LEX VRSON. (CIL I^{2} 594) 92, 12. *cf.* CIC. Phil. 9, 3 -is munus. accipere: CIC. Flacc. 45 SPART. Sept. Sev. 2, 5. sumere: CIC. Flacc. 86 Att. 4, 2, 6 fam. 13, 12, 2. suscipere: CIC. Phil. 12, 5 BRVT. Cic. ad Brut. 1, 11 (9, 19 Sj.), 2 CAES. Gall. 1, 3, 3 NEP. Them. 6, 5 LIV. *quater. al.* **3** *-em conficere sim.*: conficere: CIC. inv. 2, 87 Planc. 28 Phil. 12, 28. renuntiare: CIC. Phil. 9, 1 QVINT. decl. 366 p. 401, 6 PLIN. epist. 4, 9, 20 IVST. 24, 5, 4. *al.* agere: LIV. 27, 30, 12 AMBROSIAST. in II Tim. 1, 9. gerere: *v. vol. VI 2, 1939, 78 sq.* fungi -e: *v. vol. VI 1, 1587, 82 sq. cf.* VAL. MAX. 3, 3, 2 -is officio.

B *accedunt determinationes*: **1** *indicatur 'quo': adi.*: CIC. Verr. II 1, 34 Asiatica (LIV. 38, 53, 10 ASCON. Scaur. p. 24, 16). PLIN. nat. 7, 103 Cypria. TREB. trig. tyr. 33, 1 Persica ... Sarmatica. *al.* *acc.*: CIC. Verr. II 2, 109 Romam (LIV. 39, 35, 7). ad Q. fr. 2, 8 (7), 2 aut Byzantium aut ⟨ad⟩ Brogitarum. *ad*: CIC. *l. c.* CAES. Gall. 1, 3, 3 LIV. 33, 20, 8. 33, 41, 2 IREN. 4, 16, 2 (4, 27, 2 H.). PAVL. MED. vita Ambr. 19. **2** *indicatur 'a quo'*: GRACCH. *p. 1102, 58.* PLIN. nat. 7, 112 ab Athenis. **3** *indicatur causa: gen.*: CIC. Att. 4, 2, 6 *p. 1102, 53.* TAC. Agr. 9, 1 *supra l. 26. cf. supra l. 31.* *enunt. secund.*: HIL. *p. 1102, 35.*

in lusu verb. c. allegatio *l. 2.*

2. lēgatio *v.* ligatio.

lēgātīvus, -a, -um. *a* legare, *cf.* dativus *sim.* **1** *pertinet ad legatum testatoris, i. q. legato destinatus*: CIL X 6090, 11 (*aetatis Hadriani; e codd.*) bigae, quam populus ex collatione -i (et donativi *add. Gruter, incertum unde*) epuli offerebat. SORT. Sangall. 30, 12 accipies -am (*sc. pecuniam sim.*), non totam (*cf. 29, 9* in fatis habes accipere, sed non tota legata). **2** *pertinet ad legationem, fere n. pro subst. i. q. viaticum legati* (*cf.* donativum): VLP. dig. 50, 7, 3 his, qui non gratuitam legationem susceperunt, -um ex forma restituatur. CHAR. dig. 50, 4, 18, 12 legati quoque, qui ad sacrarium principis mittuntur, quia viaticum, quod -um dicitur, interdum solent accipere, ... personale munus ineunt.

lēgātor, -ōris *m.* *a* legare *sec.* testator. *i. qui legat* (GLOSS. III 454, 21 -r λεγατάριος): SVET. Tib. 31, 1 censente *eo*, ut Trebianis legatam in opus novi theatri pecuniam ad munitionem viae transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata voluntas -is esset.

lēgātōrius, -a, -um. *a* legare (legatus). [*vix recte trad.* CIC. Att. 15, 9, 1 fore ... senatum, ut Brutus in Asia, Cassius in Sicilia frumentum emendum ... curarent; o rem miseram! primum ullam ab istis, dein, si aliquam, hanc -am provinciam *accipere*! (legatariam *codd. deteriores*; locatoriam, negotiatoriam, nugatoriam *al. coni. editores plerique. cf. p. 1102, 21*).] *i. q. ad legatum, sc. virum legationis munere fungentem, pertinens*: LAMPR. Alex. 24, 1 provincia⟨s⟩ -as praesidiales plurimas fecit, proconsulares ex senatus voluntate ordinavit

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(provincia legetorias *P ante corr.*, provinciales pretorias *post corr.; emendavit Salmasius. cf. Herzog, Röm. Staatsverf. II 493, 1*).

lēgātum, -ī *n. et* **lēgātus**, -ī *m. v. s.* 1. lego.

legego, -gī, (-gere). *a* legere *quasi frequentativum.* (*intellege*: leg-eg-o *perf.* lēg-ēg-ī *ut* dīc-īc-o *perf.* dīx-īx-ī). Virg. gramm. epist. 3 p. 137, 1 dicico et dixixi, -o et -i.

legero, -gessī, -gestum, (-gerere). *a* legere, *ad exemplum verbi* ēgero ē-gessī *constructum a grammatico, qui per artificiosam interpretationem formam 1. vel 3. sing. fut. ex.* lēgero lēgerit *auctoris cuiusdam in enuntiato relativo* (*velut* qui hoc legerit) *pro indic. praes. acceperat.* Virg. gramm. epit. 7 p. 66, 1 sqq. sunt ... verba, quae contra ussitatam latinitatem vel adiciuntur syllabis vel deminuuntur; adiciuntur ut -o (*seq. coniugationis tabula plena, ultimo loco* legestus sum). [*vix recte trad.* -stum *pro* neglectum Virg. gramm. epit. 2 p. 7, 13 figura *litterarum* ... pauculis latet (*cf. Stangl, Virgiliana 29*); de potestate autem, quia magna ex parte -stum est, bigerro sermone clefabo.]

lēgerupa *sim. v.* legir-.

legibilis, -e. *a* legere. Prisc. gramm. III 219, 14 omnia verbalia in lis ... desinentia ... dativum asciscunt, ut 'mirabilis, -is ... mihi est'. *qui legi potest* (Gloss.[L] II Philox. LE 7 -e εὐανάγνωστον. Gloss. II 316, 14 εὐανάγνωστον -e): Vlp. dig. 28, 4, 1 pr. sufficit ..., si -ia sint inconsulto deleta *verba in testamento.*

lēgicrepa, -ae *c.* *a* lex *et* crepare. *i. qui leges crepat, dictitat* (Gloss.[L] II Philox. LE 9 legi[s]crepa νομοδίφας ['*Fest.?*' *Lindsay, qui adnotat 'noli credere Sisebutum e Philoxeno sumpsisse vocem'*]. *cf. Plaut. frg. inc. 41* neque ... publicas res clamo neque leges crepo): Sisebvt. Anth. 483, 6 -ae tundunt (-i t., legiferaeque crepunt *var. ll.*), latrant fora, classica turbant.

¤**lēgifer**, -a, -um. *a* lex *et* ferre. *vocem adamant poetae.* *i. qui leges fert, legislator* (Gloss. θεσμοφόρος [*fort. ad* Verg.]. qui legem portat): Verg. Aen. 4, 58 -ae (frugiferae *RF*[1], *cf. vol. VI 1, 1404, 29 sqq.*) Cereri. Ov. am. 3, 10, 41 Minos. Apvl. met. 10, 33, 2 apud -os Athenienses catos illos. Tert. apol. 19, 4 primoribus vestris sapientibus et -is et historicis. Lact. inst. 4, 17, 7 denuntiavit ... deus per ipsum -um *Moysen* (Hier. adv. Iovin. 1, 20 de amico et propheta et -o dei. sit. et nom. p. 83, 23 Iudaeorum [*Ios. antiq. 1, 95* νομοθέτης, *Cassiod.* legislator]. Prvd. perist. 2, 363 Pavl. Nol. carm. 22, 39. 26, 35 -r ... pascha ... Moyses prima sub lege dicavit. Cassian. conl. 21, 5, 4 -i violenta compulsio [*3* legis latoris]. Sidon. epist. 8, 14, 3 quem *Aaron* licet ... oleo -i fratris dextra perfuderit *eqs. al.*). Tract. in Luc. 5, 2 Migne suppl. 1, 337 ('duas naves') non duas synagogas, -am et profeticam. Avson. 301, 21 p. 173 P. Solon. Hier. psalt. sec. Hebr. 60 (59), 9 Iudas -r meus (*Itala et Vulg.* rex). in Soph. 3 p. 1380[B] vero *sc. deo* (Vvlg. Is. 33, 22 dominus ... iudex noster, d. -r n., d. rex n. *huc spectat etiam* Ps. Avg. haer. 6, 8 p. 1109 non mihi armiger, sed -r necessarius est). Cypr. Gall. Ios. 19 libro (*Vulg. 1, 8* volumen legis huius). Rvt. Nam. 1, 77 -is mundum complexa triumphis *Roma.* Petr. Chrys. serm. 157 p. 615[B] stellam (*Matth. 2, 2*) non -am, sed signiferam. Sidon. carm. 2, 166 Lycurgo (23, 110). Ven. Fort. carm. 9, 1, 102 (*ad Chilpericum regem*) belliger hinc radias, -r inde micas.

Hübner.

¤**legio**, -ōnis *f.* [*a legere 'eligere' (v. grammaticos infra allatos et 2. lego IB), idem ac osc.* leginum *'legionem'; ad formationem cf.* religio *a* relegere. *Sch.*] *derivatur a* legere, eligere: Varro ling. 5, 87 -o, quod leguntur milites in delectu. 6, 66 ab legendo. frg. Non. p. 57, 4 ab electione. Veg. mil. 2, 1 ab eligendo. Isid. orig. 9, 3, 46 ab electo (a delectu *Arevalus*) vocata, quasi lecti, id est armis electi. diff. app. 230 Diff. ed. Beck p. 67, 13 Gloss.[L] III Abstr. LE 6. *scribitur*: lec-: Inscr. column. rostr. (CIL I^2 25) 2 CIL I^2 791, 5. 6. 868 XIII 7077. Inscr. Année épigr. 1961 p. 4 n. 15 (*Pisidia*) leci(o)nis. *?* lae(gionis) CIL III 7533. lig-: CIL III 11642, 9 XIII 4624. *notatur*: l: Lex repetund. (CIL I^2 583) 2. 16. 22 CIL I^2 865 (*?*). 866. *al.* leg: CIL I^2 792. 868. 869. 873. 874 XIII 7696. *al.* lg: CIL III 5997, 10 Inscr. 17. Ber. d. Röm.-Germ. Komm. 1929 p. 213 n. 372 a 6. b 4. le: CIL III 7533 (lae *?*). XIII 7695 Inscr. Afr. Cagnat-M.-Ch. 154. *plur.* legg: CIL VI 332. 1645. *gen.* -i(s): CIL XIII 6690 (*male exarata*). *legitur inde a* CIL I^2 5 *p. 1106, 37* (*s. III ineunte, ni fallimur*), Inscr. column. rostr. (CIL I^2 25), Naev., Plavto, Enn. *abiit in sermonem graecum* λεγιών (λεγεών). [*loco corrupto*: Plavt. Men. 188. *restituitur pro* lectio *p. 1109, 13, pro* regio Sen. dial. 5, 2, 6 Tac. ann. 12, 43, 2 (*cf. variationes codicum* Clavd. carm. min. 25, 90).]

I *in re militari* (Gloss. φάλαγξ. τάγμα. παράταξις. τάξις στρατιωτική. θέμα. *rem illustrant Kubitschek-Ritterling, RE XII 1186 sqq.*): **A** *usu prisco et plus minusve poetico, rhetorico*: **1** *de toto exercitu* (*sing. collect.*): **a** *peregrinorum* (*comprehensis exemplis ad aetatem heroicam pertinentibus*): Plavt. Amph. 133 quae illi ad -em facta sunt, memorat pater meus Alcumenae (Capt. 451. Epid. 46 ad -em abiit domo. Most. 129 Truc. 508). 523 clanculum abii a -e (Epid. 58 ab -e epistulas mittebat. 91[a]. 206 a -e omnes remissi sunt domum). 527 ne -o persentiscat, clam illuc redeundum est mihi. 947 quae apud -em vota vovi, si domum redissem salvos. Truc. 615 si tu in -e (sit vellegionem *trad.*, ad -em *Camerarius*) bellator clues, at ego in culina clueo. Verg. Aen. 7, 631 *Caeculum* late -o comitatur agrestis. 8, 605 -o *Tarchonis.* 9, 368 praemissi equites ex urbe Latina, cetera dum -o campis instructa moratur. 10, 120 -o Aeneadum vallis obsessa tenetur (Serv. auct.: -o prolepsis; nam -is nomen Troiani temporis non fuit). 12, 121 -o Ausonidum. 12, 563 quo cetera Teucrum concurrit -o. Liv. 1, 27, 5 Tullus ... Albanos contra -em Fidenatium conlocat. 2, 26, 3 Sabina. 3, 18, 7 Tusculana. Val. Fl. 6, 48 Bisaltae -o. 6, 508 Drangia ... densa strage cadit -o. 7, 573 Argoae -o ratis. Sil. 8, 575 parebat -o *Italicorum populorum* ... permissa Cethego. Stat. Theb. 4, 647 dumeta vaga -e tenebant Inachidae. 10, 195 Aonidum. Itala I Macc. 10, 82 (rec. L = Vvlg.) eiecit Simon exercitum suum et commisit contra -em, equites enim fatigati erant (*gr.* φάλαγγα, *rec. B* cum exercitu pedaneorum). Vvlg. II reg. 8, 18 -es Cerethi et Pheleti (*hebr. non respondet, item* 15, 18 IV reg. 11, 19). Cypr. Gall. exod. 12 *populus Israelitarum* longa (*abl.*) cohortes iam -e ciet et solis non tumet armis (186. 703 num. 421 Ios. 146. *de populo Dabirae* Ios. 367). Ios. 389 hic peditum incedit -o ... quadriiugique ruunt ferrato milite currus. Bachiar. repar. laps. 3 p. 1039[B] captum ab hostili -e filium fratris assumpta vernaculorum turba surripuit (*gen. 14, 14* numeravit expeditos vernaculos trecentos decem et octo). Cassiod. Ios. antiq. 9, 7 Arabum maximam -em (*gr.* μεγάλην μοῖραν). **b** *populi Romani*: Enn. ann. 343 *imperator* aspectabat virtutem -is suai. Tab. triumph. Gracch. 1 (Liv. 41, 28, 8) imperio auspicioque -o exercitusque populi Romani Sardiniam subegit. Liv. 1, 11, 1 Antemnatium exercitus ... in fines Romanos incursionem facit; ... ad hos Romana -o ducta palatos in agris oppressit (1, 28, 3 [*2* utrumque exercitum] armata circumdatur R. -o [*at* 1, 29 1 -es]. 8, 10, 11 licere consuli dictatorique et praetori, cum -es hostium devoveat, non utique se, sed quem velit ex -e R. scripta civem devovere. Val. Max. 7, 4 ext. 2 *partem hostium* cum a reliquo exercitu abruptam [abrupta *Gertz*] -o R. sequeretur). Sil. 9, 249 Varro exacta vallo -e movebat cladum principia. 13, 348 -o Ausonidum. Ivv. 2, 155 Cremerae -o (*Fabiorum*). Clavd. 5, 257 ut sese -o (*sc. exercitus Orientis*) vidit disiuncta relinqui. 8, 7 more Gabino discolor incedit -o (*opp. proceres armorum*). 18, 256 (*de exercitu Eutropii mollis*) turmae similes eunuchorumque manipli, Hellespontiacis -o dignissima signis.

2 *de parte exercituum variorum populorum* (*cf. infra l. 80*): CIL I^2 5, 8 pro l⟨ecio⟩nibus Martses. Inscr. column. rostr. (CIL I^2 25) 2 ⟨Cartacinienses⟩. Plavt. Amph. 136 -es hostium ut fugaverit. 218 Teloboae ex oppido -es educunt suas. 363 Amphitruo, qui nunc praefectust Thebanis -bus. 414 -es Teloboarum. 427 -es cum pugnabant maxume. 691 qui non abiisti ad -es? Aul. 560 pol vel -i (leoni *var. l.*) sat est. Mil. 17 cuius (*Bumbomachidis*) tu -es difflavisti spiritu. 224 ad te et -es tuas. Enn. ann. 127 -es caedimus ferro (*Romanorum et Albanorum?*). 297 ob Romam noctu -es ducere coepit *Hannibal.* Tab. triumph. Acil. Glabr. 3 fundit fugat prosternit maximas -es (Lvcr. 2, 323 magnae [Sall. Catil. 53, 3 *Romam* parva manu cum m. -bus hostium contendisse. Hor. sat. 1, 6, 4 olim qui m. -bus *Etruscorum* imperitarent]). Cato orig. 99 peditatu, equitibus atque alis cum hostium -bus pugnavimus. Lvcr. 2, 40. 3, 1030 *Xerxes* iter ... dedit -bus ire per altum. 5, 1228 cum validis ... -bus atque elephantis. Sall. Iug. 79, 4 -es *Carthaginiensium et Cyrenensium.* Liv. 1, 37, 3 Sabinas (3, 16, 2). 2, 6, 3 totiens caesas -es *Veientum.* 2, 6, 6 rex ipse *Tarquinius* cum -bus sequebatur (*opp. equites*). 2, 33, 6 Volscae. 2, 46, 1 Etruscae (3, 16, 2. 4, 18, 8. 4, 22, 2). 3, 3, 3 exercitus et -es adesse hostium. 3, 22, 2 Volscorum (6, 31, 3. 7, 40, 12. 34, 5, 9). 4, 17, 11 Faliscorum. 4, 19, 6 dictator -bus fugatis instat. 4, 32, 11 -es impetu ingenti confligunt. 5, 35, 4 Etruscorum (10, 5, 4). 6, 7, 4 Gallorum (22, 14, 11). 6, 32, 7 Latinae (Vell. 1, 8, 5). 7, 32, 3 Samnitium (7, 40, 6. *al.*). 8, 6, 6 Latinorum. 8, 24, 4 Bruttias Lucanasque. 9, 12, 9 Caudinas -es (*sc. Samnitium; aliter p. 1107, 61*). 10, 38, 12 -o *Samnitium* linteata ab integumento consaepti, ⟨in⟩ quo sacrata nobilitas erat, appellata est (*cf.* 10, 38, 13 Pavl. Fest. p. 115). 24, 49, 4 Carthaginiensibus. 30, 33, 5 Macedonum. 42, 10, 5 Celtiberorum. 42, 51, 4 *ex armatis* delecta ... duo ⟨milia⟩ erant: agema hanc ipsi *Macedones* -em vocabant. *et saepe ap. eundem.* Cvrt. 9, 2, 24 sero hostium (*Persarum*) -es numerare coepistis. Qvint. decl. 315 p. 242, 2 in illa confusione permixtarum utrimque -um. Frontin. strat. 1, 11, 2 unam -em hostium (*Samnitium*). Ivv. 14, 241 in quorum (*sc. Thebanorum*) sulcis -es dentibus anguis cum clipeis nascuntur (*cf.* Hos. Geta Med. 227 seminibus ... satis immanis dentibus hydri exiluit -o et campo stetit agmen aperto [*exemplar v. p. 1108, 47*]). Itala I Macc. 6, 35 (rec. L = Vvlg.) diviserunt bestias in -es (*gr.* φάλαγγας, *rec. B* per ordines). 6, 38 (rec. L *codd. XG* = Vvlg.) constipati in -bus (*gr. ut supra, cod. L* vallibus [*gr.* φάραγξιν], *rec. B* ordine). Chalc. transl. p. 24[E] *manum Persarum* a vestris (*sc. Atheniensium*) -bus esse deletam (*gr.* ὅσην ἡ πόλις ὑμῶν ἔπαυσε ... δύναμιν). Cypr. Gall. num. 188 crepitus litui -bus illis dat signum. Val. Cem. hom. 1, 5 p. 695[A] ut, cum opus fuerit, armatis -bus occurrat *homo.*

B *usu sollemni de parte exercitus Romani* (*afferimus exempla selecta maxime libris tradita; titulos congessit Ruggiero, Diz. epigr. s. v.; -es copiarum auxiliarium vel sociorum v. p. 1107, 54 sq. 60. 1108, 37 40. al.*): **1** *de institutione sim. notabiliora*: **a** *de numero militum*: Varro ling. 5, 89 trium milium primo -o fiebat ac singulae tribus Titiensium, Ramnium, Lucerum milia militum mittebant. Liv. 7, 25, 8 (*ad a. 349*) decem -es ... quaternum milium et ducenorum peditum

[*Steinmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

equitumque trecenorum. 8, 8, 14 (*ad a. 340*) scribebantur . . . quattuor fere -es quinis milibus peditum, equitibus in singulas -es trecenis. 40, 36, 8 (*ad a. 180*) novam -em . . . quinque milium et ducentorum peditum cum equitibus quadringentis. 43, 12, 4 (*ad a. 170*) ut in singulas Romanas -es ne plus sena milia peditum, treceni equites essent (*hunc numerum afferunt e. g.* VEG. mil. 2, 2 ISID. orig. 9, 3, 46 GLOSS. II 586, 20). PAVL. FEST. p. 336 sex milium et ducentorum hominum -em primus Gaius Marius conscripsit, cum antea quattuor milium fuisset. ISID. orig. 19, 33, 2 -is militaris summam, id est sex milium sescentorum.

b *iuxta ponuntur voces affines*: ENN. ann. 136 tuas omnes -es ac populares. CARM. devot. Macr. Sat. 3, 9, 10 qui . . . adversum -es exercitumque nostrum arma telaque ferent (*cf. formulam vetustiorem p. 1106, 22 et vol. V 2, 1392, 58 sqq.*). 3, 9, 11 pro populo Romano exercitibus -busque nostris do devoveo (LIV. 9, 4, 10. 10, 7, 3). CIC. Phil. 10, 14 nostrae sunt -es, nostra levis armatura, noster equitatus. parad. 45 sex -es et magna equitum et peditum auxilia. CAES. Gall. 5, 8, 2 cum quinque -bus et pari numero equitum (civ. 1, 51, 4 cum omni equitatu tribusque -bus. LIV. 3, 27, 6 -es ipse dictator, magister equitum suos equites ducit. 8, 38, 16 mihi -es peditumque pugna curae erunt, penes te equestre sit decus. SEN. benef. 7, 3, 2 non opus est -e nec equestribus turmis). civ. 2, 18, 1 -bus completis duabus cohortes circiter XXX alarias addidit. SALL. Iug. 99, 1 cohortium turmarum -um tubicines. LIV. 21, 50, 10 -bus consulis sociisque navalibus (22, 40, 6 -i Romanae et socium peditum equitumque duobus milibus. 25, 14, 8 cohors sociorum et civium -o. 35, 41, 7 duas -es civium Romanorum novas . . . et socium ac Latini nominis viginti peditum et octingentos equites). VELL. 2, 117, 1 -um trium totidemque alarum et sex cohortium (TAC. hist. 4, 61, 3 cohortium alarum -um hiberna. 5, 20, 1). TAC. hist. 1, 89, 2 -es classesque et . . . praetorianus urbanusque miles. COD. Theod. 5, 4 (6), 1 tam -bus quam vexillationibus comitatensibus seu cuneis. 8, 7, 12, 1 in -bus vel in numeris. *al.*

c *-es appellantur*: *α numeris*: LEX repetund. (CIL I² 583) 2 -bus IIII primis. *et passim in titulis. exempla libris tradita exstant inde a* CATONE or. inc. frg. 12 (245 M.). *β a loco castrorum stativorum*: ① *adi.*: Gallicana: CIC. Catil. 2, 5 VOPISC. Aurelian. 7, 1. Alexandrina: CIC. Att. 15, 13, 4. Macedonica: *ibid.* 16, 8, 2 fam. 12, 23, 2 LIV. 43, 14, 7. 45, 39, 4. Africana: CIC. fam. 10, 24, 8. Syriaca: BRVT. Cic. ad Brut. 2, 5, 3 CAES. civ. 3, 88, 3 STAT. silv. 3 praef. 14. Ciliciensis: CAES. civ. 3, 88, 3. Italica: TAC. hist. 1, 59, 2. 1, 64, 3. 1, 74, 2. 3, 14. Pannonica: *ibid.* 1, 67, 2. 3, 2, 3 ann. 1, 16, 1. Moesica: *ibid.* 2, 44, 3. 2, 85, 1 (*cf.* Moesiacis: TREB. trig. tyr. 9, 1). Britannica: *ibid.* 2, 100, 1. 3, 22, 2. Germanica: *ibid.* 3, 1, 2. 3, 38, 3 ann. 1, 31, 1. 1, 46, 1 (*cf.* Germanicianis: AVR. VICT. Caes. 8, 3). Agaunensis: VEN. FORT. carm. 8, 3, 172. *al.* ② *gen.*: Germaniae: PLIN. nat. 4, 122. inferioris Germaniae: TAC. hist. 1, 9, 1. 1, 55, 1. superioris Germaniae: *ibid.* 1, 12, 1 ann. 6, 30, 2. Dalmatiae ac Pannoniae et Moesiae: *ibid.* 1, 76, 1. Syriae: *ibid.* 1, 76, 2 ann. 13, 35, 1. Illyrici: *ibid.* 2, 74, 1. Cappadociae: *ibid.* 2, 81, 2. Orientis: TAC. ann. 13, 7, 1. *γ a duce*: ① *adi.*: Appiana (Att- *codd.*): CIC. Att. 7, 15, 3. 7, 20, 1. Fabiana: CAES. civ. 1, 40, 4. Pompeiana: *ibid.* 3, 69, 2 BELL. Hisp. 13, 3. Iuliana: BELL. Afr. 41, 2. Valeriana: SALL. hist. frg. 5, 13. Varroniana: LIV. perioch. 111 p. 107, 7. Vitelliana: TAC. hist. 2, 41, 2. 3, 21, 1. Galbiana: *ibid.* 2, 86, 1. 3, 7, 1. 3, 10, 1. Constantiaca: AMM. 21, 11, 2. *al.* ② *gen.*: Vatini: CIC. Phil. 10, 11. Caesaris: *ibid.* 11, 39. Deiotari: BELL. Alex. 40, 2. Iubae: BELL. Afr. 59, 2. dictatoris: LIV. 3, 28, 6. *δ ab origine militum*: populi Romani: CIC. Phil. 10, 12 LIV. 22, 25, 7. Romana: HOR. sat. 1, 6, 48 LIV. 1, 25, 6. *et passim.* Pontica: BELL. Alex. 40, 2. Campana: LIV. perioch. 12 p. 18, 24. 15 p. 20, 19. Hispana: TAC. hist. 1, 6, 2. Thebaea: AMM. 14, 11, 15 (*cf.* EVCHER. pass. Acaun. 2 -o militum, qui Thebaei appellabantur). Ziannorum: AMM. 25, 1, 19. *ε a loco pugnandi*: Caudinae: LIV. 25, 6, 12 (*aliter p. 1106, 59*). Cannenses: LIV. 27, 11, 14. 28, 10, 13. 29, 24, 13. Actiacae: TAC. ann. 1, 42, 3. *ζ variis cognominibus* (*cf. Ritterling l. c. 1367 sqq.*): Martia: CIC. Phil. 3, 6. 4, 5. 5, 4. 23. Alauda(e): *v. vol. I 716, 33 sqq.* vernacula: CAES. civ. 2, 20, 4 BELL. Alex. 54, 3 Hisp. 12, 1.

d *appellantur genera*: *α a modo militiae*: classica: LIV. 22, 57, 8 (*v. vol. III 1280, 38 sqq. cf.* TAC. hist. 1, 36, 3 classicorum [*v. ibid. 65 sq.*]). urbana: LIV. 23, 25, 10. 23, 31, 5. *al.* praetoria: AVR. VICT. Caes. 40, 25 (*cf.* HEGES. 4, 26, 1 p. 281, 5 praetorianas Romae -es [*gr. 4, 592 οἱ . . . ἐπὶ τῆς Ῥώμης στρατιῶται, Ps. Rufin.* Romae constitutos milites]). comitatenses: NOT. dign. or. 7, 38 (*v. vol. III 1793, 32. cf.* pseudocomitatenses *ibid.* 7, 48). riparienses: *ibid.* 39, 28. palatinae: *ibid.* occ. 5, 14. *β a tempore militiae*: veteranae: POMP. Cic. Att. 8, 12d, 2 CAES. Gall. 1, 24, 2 civ. 3, 28, 3 BELL. Afr. 10, 1. *al.* novae: CIC. Phil. 11, 27 CAES. Gall. 2, 2, 1 BELL. Alex. 50, 3 LIV. 40, 35, 12. *al.* veteres: CIC. Phil. 11, 27 CAES. civ. 3, 101, 5 LIV. 40, 35, 12. *al.* tironum: CIC. Phil. 14, 36 GALBA Cic. fam. 10, 30, 3 CAES. civ. 3, 28, 3. *al.* *γ a modo dilectus*: volonum: LIV. 24, 14, 3. subitaria: *ibid.* 31, 2, 6. tumultuaria: *ibid.* 40, 26, 7. voluntariorum: GRAN. LIC. p. 17, 3.

2 *exempla selecta*: NAEV. carm. frg. 45 superbiter contemtim conterit -es *P. Claudius Pulcher.* PLAVT. Men. 183 extra numerum es mihi. :: idem istuc aliis, adscriptiviis fieri ad -em solet. ENN. ann. 279 metuo -bus labem. 565 cum -bus quom proficiscitur induperator. CATO or. inc. frg. 12 (245 M.) militibus -is III. LVCIL. 10 mercedimerae -es. RHET. Her. 4, 44, 57 Decius . . ., qui se devovisse dicitur et pro -bus in hostis inmisisse. VARRO frg. Non. p. 67, 2 ut semper plenae essent -es (CAES. Gall. 3, 2, 3. *cf.* VELL. 2, 112, 2 semiplena). CIC. Manil. 21 patefactum . . . nostris -bus esse Pontum, qui antea populo Romano . . . clausus fuisset. Flacc. 77 in illius -e miles fuisti. Sest. 43 signa -um (CAES. civ. 1, 40, 7. 1, 43, 5. 1, 51, 5. 1, 79, 4 HIRT. Gall. 8, 36, 4 LIV. 10, 5, 6. 10, 28, 11 VELL. 2, 112, 5. PLIN. nat. 1, 10, 5 quando -um s. esse coeperint. *al.*). Pis. 20 consuli et eius invictis -bus (LIV. 4, 39, 3 consul -esque Romanae. 9, 8, 10. 36, 32, 2. 37, 1, 10). Phil. 3, 6 ea -o consedit Albae. 3, 14 fustuarium meruerunt -es, quae consulem reliquerunt. 3, 31 *quid Antonius non audebit, qui* ad -es Brundisium cucurrerit . . . ? 5, 4 -es decreverunt senatum defendere contra Antonium. 5, 22 -es fortissimae (7, 10. 13, 44). 5, 28 illas caelestis divinasque -es, Martiam et quartam. 7, 3 ex qua (*sc. Gallia ulteriore*) *Antonius* non -es solum, sed etiam nationes ad urbem conetur adducere. 12, 12 centurionum -is Martiae . . . sanguis (*v. vol. III 840, 60 sqq.*). 14, 27 aquilam quartae -is (*v. vol. II 371, 74 sqq.*). 14, 28 castra (BELL. Afr. 65, 3 LIV. 29, 35, 14. *al. v. vol. III 552, 6 sqq.*). Tusc. 2, 37 exercitatio -um. off. 3, 109 -bus nostris sub iugum missis. Att. 4, 19, 2 hibernam -em eligendi optio (*i. hiberna -um ut* SVET. Cal. 8, 1 apud hibernas -es. *cf.* CAES. Gall. 4, 38, 4 -um hiberna [*al. v. vol. VI 3, 2690, 53 sq. 58 sq.*]). 5, 15, 1 cum exercitum noster amicus habeat tantum, me nomen habere duarum -um exilium. 9, 15, 1 -es singulas posuit Brundisii. PLANC. Cic. fam. 10, 15, 3 expeditis (*v. vol. V 2, 1622, 45 sq.*). POLLIO Cic. fam. 10, 32, 4 firmas (HIRT. Gall. 8, 24, 2. *cf.* 8, 26, 2 infirmas). 10, 33, 4 -es sub signis armatas tris. CAES. Gall. 1, 24, 2 *Caesar* triplicem aciem instruxit -um quattuor veteranarum (civ. 1, 43, 3 LIV. 5, 38, 3 TAC. ann. 3, 46, 1). 2, 26, 5 et castra et -es et imperator. 3, 6, 5 incolumem -em. 5, 19, 3 ab agmine -um (HIRT. Gall. 8, 27, 4 LIV. 28, 14, 8 TAC. hist. 1, 70, 3. *al.* AMM. 17, 13, 28). 6, 32, 3 impedimenta omnium -um. 6, 40, 7 centuriones . . . in superiores erant ordines huius -is traducti. 7, 45, 7 legatis . . ., quos singulis -bus praefecerat. 7, 62, 6 -is tribunis (BELL. Afr. 28, 2 SALL. Iug. 46, 7 LIV. 41, 3, 9. 41, 4, 3). civ. 1, 46, 4 ex primo hastato -is (*v. vol. VI 3, 2556, 9 sqq.*). 1, 60, 5 de auxiliis -um. 2, 26, 4 priusquam plane -es explicari et consistere possent. 2, 43, 2 ut alii adesse copias Iubae dicerent, alii cum -bus instare Varum. or. frg. (42 M.) Suet. Iul. 66 regem *Iubam* adfuturum cum decem -bus. HIRT. Gall. 8, 14, 1 cum propius accessisse -es et C. Trebonium legatum cognovissent. 8, 29, 1 confertae -es. BELL. Alex. 62, 1 rex Bogus cum copiis venit adiungitque ei -i (-em *codd.*), quam secum adduxerat, complures cohortes auxiliarias Hispanorum. 68, 2 -em . . . eam, quam ex genere civium suorum Deiotarus armatura disciplinaque nostra constitutam habebat. Afr. 1, 4 -es regiae (*Iubae*) IV, levis armaturae magna vis, Scipionis -es X *eqs.* 51, 1 Caesar -bus opera distribuit. Hisp. 13, 3 speculator de -e II Pompeiana. 31, 4 -o adversariorum. VERG. georg. 2, 280 nec setius omnis in unguem arboribus positis secto via limite quadret, ut saepe ingenti bello cum longa cohortes explicuit -o et campo stetit agmen aperto. LIV. 7, 33, 9 ad antesignanos -um. 7, 34, 5 unius -is principes hastatosque (10, 29, 13. 25, 14, 13). 9, 44, 11 integris -bus defessam iam aciem hostium improviso invadit (30, 18, 9 TAC. hist. 2, 76, 5). 23, 16, 8 robora -um et Romanos equites (28, 22, 13 TAC. ann. 12, 31, 4). 25, 6, 21 servorum -bus Ti. Sempronius consul totiens iam cum hoste . . . pugnavit. 26, 5, 8 cum equitibus sex -um (27, 41, 9 TAC. hist. 1, 57, 1 ann. 4, 73, 2). 42, 61, 6 equitatum Romanum . . . fudistis . . . nec minorem de -bus peditum victoriam habetis. *et passim.*

II *extra rem militarem de variis catervis* (*plus minusve subauditur usus sub IB illustratus*): **A** *animantium*: **1** *hominum* (*hyperbolice de singulis hominibus l. 60*): PLAVT. Asin. 554 eae (*i. lorariorum*) nunc -es, copiae exercitusque eorum vi pugnando periuriis nostris fugae potiti. Cas. 50 sibi uterque contra -es parat . . ., pater adlegavit vilicum . . ., filius is autem armigerum adlegavit suom, qui . . . poscat. Most. 1047 eduxi omnem -em, et maris et feminas. Poen. 477 viscum -i dedi fundasque. Pseud. 586 meas -es adducam (*cf. 579* in meo pectore prius . . . paravi copias, . . . dolos, perfidias. *an ad B?*). 761 omnis ordine sub signis ducam -es meas. Friv. frg. 3 -es omnes Lavernae. frg. inc. 1 Epeum fumificum, qui -i nostrae habet coctum cibum. PLIN. nat. 33, 26 mancipiorum -es, in domo turba externa. PORPH. Hor. epist. 1, 19, 3 ('male sanos adscripsit Liber Satyris Faunisque poetas') '⟨ad⟩scripsit' bene, tam⟨quam⟩ in -em suam. IVLIAN. Aug. c. Iulian. 3, 26, 65 cui *vitio* nec apostolorum -o repugnaverit. PS. AVG. serm. ed. Mai 149, 1 -es infantium *ab Heroda necatorum.* SVLP. SEV. dial. 2, 8, 3 utraeque -es *et feminarum et monachorum.* SEDVL. carm. pasch. 3, 215 numero nec clauditur ullo maxima parvorum -o vel maxima matrum (*cf. op. pasch. 3, 18* modus turbae . . . multitudine numerum non habente). ENNOD. opusc. 4, 40 p. 393, 2 totam illam dominici gregis -em distinctam actu, variatam gentibus quasi unam animam . . . collegit.
2 *angelorum*: ITALA Matth. 26, 53 (cod. a *al.* = VVLG.) *pater* exhibebit mihi plus quam duodecim -es angelorum ([*gr. δ. λεγεώνων, aliae versiones* d. milia -es]. TERT. adv. Prax. 3 p. 231, 11 tot -es et exercitus a. [*affertur Dan. 7, 10*]. HEGES. 1, 32, 6 p. 63, 24. PS. AVG. serm. ed. Mai 168, 2 cohortes astantium et -es officialium . . . a. *al.*). ARNOB. nat. 2, 1 numquid . . . terrarum orbem cunctum -bus infestissimis occupavit *Christus*? CHALC. comm. 178 *deum sequuntur* -es caelestium ⟨et⟩ angelicarum potestatum (*Plat. Phaedr. 246e στρατιὰ θεῶν τε καὶ*

[*Steinmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

δαιμόνων). PRVD. c. Symm. 2, 233 angelicas -es. CYPR. GALL. Ios. 132 veni, totis cui militat astris insignis -o (*Vulg. 5, 14* sum princeps exercitus domini et nunc venio). *al.* 3 *daemonum*: ITALA Marc. 5, 9 (cod. a *al.* = VVLG.; *item fere* Luc. 8, 30 [cod. aur. *al.*]. *loquitur spiritus immundus*) -o nomen est mihi, quia multi sumus (*gr. λεγιών. adicitur* Luc. *l. c.*: quia intraverant daemonia multa in eum). Luc. 8, 36 (cod. aur. *al.*, *cf.* VVLG.) salvus factus est a -e (*gr. ἐσώθη ὁ δαιμονισθείς, codd. a b* a daemoniis). TERT. fug. 2, 6 diaboli -o. GENNAD. dogm. 62 Satan cum sequentibus -bus cecidit *e luce beatitudinis.* RVFIN. Orig. in num. 7, 6 p. 48, 11 si homo ... superet gigantes (*cf. num. 14, 34*), daemonum -es (in Ios. 15, 6 p. 391, 8 SALV. gub. 6, 14. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 269^C -o d., quae flammea nominatur [*H p. 356^C* turma, *gr. p. 47, 6 B. τάγμα*]. *cf.* EVSEB. EMES. serm. 26, 3 -es daemoniorum [*sic scribendum esse vid.*, lectiones d. *traditur. antea*: in quam illuserunt daemones]). PRVD. apoth. 414 Gerasenos -o ruit effera porcos. PALLAD. hist. mon. I 10 p. 286^B principem diabolicae -is (*gr. p. 73, 13 B. τάγματος*).

B *rerum* (*cf. p. 1108, 64*): PACIAN. (?) sim. carn. p. 135, 5 -o ... in nos morborum et infirmitatum incubuit. PRVD. psych. 172 globos -um *vitiorum.* 406 luxuries ... cum -e sua. 706 circumstat ... strictis mucronibus omnis virtutum -o. VAL. CEM. hom. 15, 5 p. 741^A respice ..., quam multa sit acies instructa vitiorum ...; adversus istas ... -es nobis est armis spiritalibus dimicandum. 20, 10 p. 756^C instruamus ... virtutum acies adversus paratas scelerum -es.

appendix: 1 *structurae verbales selectae*: **a** *-em instruere sim.*: collocare: *v. vol. III 1636, 27 sqq.* constituere: *v. vol. IV 513, 46 sqq.* distribuere: CAES. Gall. 5, 24, 1 *et* 6 HIRT. Gall. 8, 36, 3 SVET. Aug. 49, 1. instruere: *v. vol. VII 1, 2016, 46 sqq.* **b** *-em conscribere, dimittere sim.*: accipere: CASS. Cic. fam. 12, 12, 1 CAES. civ. 1, 14, 3. 2, 23, 1 LIV. 21, 63, 15 VAL. MAX. 9, 7 mil. Rom. 1. dare: CIC. Att. 10, 1, 2 LIV. 26, 1, 11. 37, 2, 6 (*cf.* tradere: CIC. Phil. 6, 8 POLLIO Cic. fam. 10, 31, 5 CASS. *ibid.* 12, 12, 3 CAES. Gall. 5, 25, 5 civ. 1, 3, 2. 2, 20, 7. 8. 3, 88, 2 LIV. 29, 13, 5. 37, 2, 7. *al.*). complere: *v. vol. III 2094, 77 sqq.* (*cf.* explere: *v. vol. V 2, 1718, 81 sq.* supplere: CIC. Phil. 8, 27 PAVL. FEST. p. 14 TAC. hist. 4, 19, 2). conficere: *v. vol. IV 201, 24 sqq.* (*cf.* efficere: *v. vol. V 2, 169, 4 sq.*). conscribere: *v. vol. IV 374, 12 sqq.* (*cf.* scribere: BELL. Alex. 53, 5 LIV. 9, 39, 1. 34, 43, 9. 41, 9, 2. *al.*). constituere: *v. vol. IV 514, 67 sqq.* (*cf.* instituere: SALL. Catil. 56, 1. restituere: LIV. 9, 11, 3). dimittere: CIC. off. 1, 36 LIV. 28, 4, 4. 40, 28, 9. 40, 41, 8 (*cf.* mittere: CIC. Phil. 5, 53). **c** *-em ducere sim.*: ducere: *v. vol. V 1, 2140, 80 sqq.* (*cf.* deducere: *v. ibid. 275, 20 sqq.* educere: *v. vol. V 2, 118, 28 sqq.* traducere: CIC. Phil. 10, 6 Att. 11, 20, 2 CAES. Gall. 7, 35, 5 civ. 1, 61, 6 SALL. hist. frg. 2, 99 LIV. 9, 23, 1. *al.*). mittere: *v. vol. VIII 1183, 6 sqq.* movere: *v. ibid. 1539, 81 sqq.* **d** *-i praeficere sim.*: PLAVT. Amph. 100. 363 CAES. Gall. 1, 52, 1. 5, 5, 1. 5, 53, 7. 6, 32, 6 TAC. ann. 14, 28, 1. *al.* praeesse: CIC. fam. 16, 12, 5 CAES. civ. 1, 40, 5. 3, 46, 4 LIV. 3, 29, 2. 23, 24, 2. 28, 46, 3. *al.*

2 *abl. instr.*: ENN. ann. 510 spiras -bus nexit. CIC. fam. 15, 4, 4 his ... subsidiis ea sum consecutus, quae nullis -bus consequi potuissem. CAES. Gall. 1, 8, 1 ea -e ... militibusque ... fossam ... perducit. 5, 11, 4 iis -bus ... naves instituat. civ. 1, 38, 1 Hispaniam citeriorem ... duabus -bus ... optinebat. LIV. 9, 44, 11 integris -bus ... aciem hostium ... invadit. 25, 6, 21 servorum -bus Ti. Sempronius ... cum hoste ... pugnavit. PLIN. nat. 26, 19 cum Lucullus tot reges ... paucis -bus sterneret. TAC. hist. 1, 10, 3 bellum ... tribus -bus administrabat. *al.*

3 *constructio ad sensum facta*: BELL. Afr. 53, 1 -es ... conspicati naves *eqs.*

cf. Onom.

deriv.: legionarius, legiuncula.

ˣlegiōnārius, -a, -um. *a* legio. *gen. pl.* -ium *var. l.* CAES. civ. 3, 2, 2 *iuxta* militum (*sed* Gall. 1, 51, 1 m. -orum *sine var. l.*). *legitur inde a* CAES. *abiit in sermonem graecum λεγιωνάριος (ληγιω-, λεγεω-, λεγιο-).*

i. q. ad legiones pertinens (GLOSS. *ταγματικός. τάγματος στρατιωτικοῦ ἡγούμενος*): 1 miles -us: CAES. Gall. 1, 42, 5 omnibus equis Gallis equitibus detractis eo -os m. legionis decimae ... imponere (2, 27, 2 ut ... equites ... studio se -is m. praeferrent. 5, 19, 3 civ. 3, 2, 2. BELL. Afr. 72, 1 equitatu suo sine -o m. INSCR. RevArch. VI 10, 1937 p. 403 n. 232, 32 tam -i m. quam etiam equites). 1, 51, 1 alarios omnes ... constituit, quod minus multitudine m. -orum ... valebat (*cf.* POLLIO Cic. fam. 10, 32, 5 *opp.* auxiliarium. TAC. hist. 4, 18, 3 *opp.* auxilia). 7, 20, 10 *servi* m. se esse -os dicunt. BELL. Alex. 21, 4 desiderati sunt ex numero -orum m. circiter CCCC et paulo ⟨ultra⟩ eum numerum classiarii et remiges. Afr. 35, 6. LIV. 26, 48, 12 hinc -os m., hinc classicos. TAC. hist. 1, 42. *al.* *subaudita voce q. e.* mil es *fere pro subst.*: CAES. civ. 1, 78, 1 -i ..., caetrati auxiliaresque (TAC. ann. 12, 35, 2. *cf.* BELL. Hisp. 24, 6 ex levi armatura ..., ex -is. LIV. 26, 48, 7 sociis ..., -is. TAC. hist. 2, 94, 1 inter -os aut alares). 2, 8, 1. 3, 63, 6. BELL. Alex. 60, 4 novissimos (Afr. 18, 2). 19, 2 tirones -i. Hisp. 10, 3 a vernaculis -is. LIV. 28, 3, 14. TAC. hist. 1, 38, 3 ut praetorianus (ann. 1, 8, 2 CAPITOL. Opil. 5, 7) aut -us insignibus suis distingueretur (*sing. coll. ut* 2, 22, 2 ann. 14, 34, 2). 4, 70, 3. SVET. Iul. 84, 4 veteranorum militum -i. AMM. 19, 11, 8 expeditos. *al.* 2 *c. variis subst.*: CAES. Gall. 3, 11, 3 cohortibus (*v. vol. III 1552, 51 sqq.*). BELL. Afr. 14, 2 pedites Numidae levis armaturae cum equitibus procurrunt et inter -os pedites (*del. Oudendorp*) iacula coiciunt. LIV. 35, 5, 8 equites (*v. vol. V 2, 712, 51 sq.*). TAC. hist. 3, 50, 3 e classicis Ravennatibus -am militiam poscentibus (PS. ASCON. Verr. p. 241, 21. COD. Theod. 7, 22, 2, 4 si qui minus apti sunt equestri militiae ... et -ae congrui esse noscuntur. CIL VIII 4333). ann. 3, 43, 2 *multi* -is armis, ceteri cum venabulis et cultris. PLIN. epist. 10, 77, 1 centurionem (*v. vol. III 840, 73 sqq.*). CIL VI 1377, 15 (*servavit Ligorius*) leg(atus) ... exercitus -i et auxilior(um). -us numerus *i. q. multitudo, qualem legio habet*: TERT. anim. 25, 8 alia multa cum anima conserta, daemonis scilicet ⟨substantiam⟩, nec unius ..., verum et septenarii spiritus ... et -i n., ut in Geraseno (*cf. p. 1109, 5 sqq.; voces* spiritus *et* numeri *gen. qual. esse videntur, nisi altior quaedam corruptela latet*). *Steinmann.*

lēgirupa (-ger-), -ae *c.* *a* lex *et* rumpere. *i. qui legem rumpit*: PLAVT. Persa 68 si -am (legerumpam *codd. deficiente A*) qui damnet. Pseud. 364 sacrilege. :: fateor. :: periure. :: vetera vaticinamini. :: -a (leger- *A*). :: valide. 975 -am (legirupum *A*, legerupam *B*), impurum, peiurum *eqs.* Rud. 652 -a, impudens, impurus *eqs.* *cf.* legirupus.

lēgirupio (-ger-), -ōnis *f.* *a* lex *et* rumpere, *cf.* legirupa. *actio eius, qui legem rumpit*: PLAVT. Rud. 709 tun -em (-ger- *codd. deficiente A*) hic nobis cum dis (*'fort.* nobisque et dis' *Leo*) facere postulas?

lēgirupus, -a, -um. *fort. subest nomen* legirupa *pro fem. habitum.* *i. qui legem rumpit* (-us GLOSS.): PRVD. ham. 238 elementa ... -is (-ger- *cod. Urbin.*) quassantia viribus orbem.

lēgislātio, lēgislātor *v.* latio, lator.

lēgislātus, -a, -um. *a* lex *et* ferre (2. latus) *sec. iuncturas sollemnes* legislatio, legislator. *i. q. lege sanctus*: NOVELL. Iust. 21, 2 quae a nobis sunt -a (*gr. τὰ παρ' ἡμῶν νομοθετηθέντα*).

lēgisperītus *v.* peritus.

? **lēgitimārius,** (-a, -um). *si probatur, a* legitimus. CHIRON 773 purgationem iumenti ad eos, qui sunt in grege legit[t]imari (*'admissarii?' Oder coll. p. 1113, 55; Hippiatr. gr. I p. 371, 26 τοὺς ἐν ταῖς ἀγέλαις tantum, cf. II p. 252, 3; nomen viri proprium latere putat Bücheler*).

p. p. p. **lēgātus**, -ī *m. plus minusve pro subst. adhibitum* (*vim verbalem servatam imprimis indicant determinationes q. s.* ab, ad, de, *dat., adv.* publice CIC. *l. 79*). *de orig. v. l. 48sqq.* *de script. et formis*: laeg- EDICT. Caes. Oct. (Bruns, fontes p. 239sq. = PAP. Corp. 103) B 15 INSCR. Tun. Merlin 622. *in var. l.* TREB. trig. tyr. 33, 1 SPART. Did. 6, 3. lig- (*per confusionem verborum*) AMM. 30, 5, 8 *et hic illic in var. l.* *nom. pl.* -ei LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 153 CIL I² 727. *abl. pl.* -eis LEX Iul. munic. (*l. c.*) 154. *notatur* leg *et* legat *passim*, l CIL III 3424 *in formula* a(gens) v(ices) l(egati) (*item* 4289. 5776). 7753. 13644). le CIL III 12197 (*de eodem* 12203. 12204). NOT. Tir. 36, 38. *de notione*: VARRO ling. 5, 87 -i *dicti sunt*, qui lecti publice, quorum opera consilioque uteretur peregre magistratus quive nuntii senatus aut populi essent. 6, 66 -i *dicti sunt*, quod, ⟨ut⟩ publice mittantur, leguntur. PAVL. FEST. p. 19 adorare apud antiquos significabat agere, unde et -i oratores dicuntur, quia mandata populi agunt. DIFF. Suet. p. 277, 7 -us legitur ad officium a civitate (*pro* legitur *ponunt* electus est GRAMM. suppl. 281, 5 ISID. diff. app. 45 DIFF. ed. Beck p. 67, 12). GLOSS. πρεσβευτής. internuntius. *legitur inde a* PLAVTO, ENN., CATONE. *recipitur a Graecis.*

i. q. πρεσβευτής (*ad rem cf. Premerstein, RE XII 1133sqq.*):

I *legatur nuntius*: **A** *proprie*: **1** *in vita publica*: **a** *usu profano et communi*: *α in univ.* (*exempla notabiliora*): PLAVT. Amph. 216 (*205* eos legat) haec ubi -i pertulere *eqs.* CATO or. frg. 1, 21 (34 M.) ad socios nostros . . . dispertieram alio frumentum, alio -os, alio litteras, alio praesidium. LEX repetund. (CIL I² 583) 63 quoius regis popul⟨ei⟩ve nomine lis aestumata erit, -i adessint. SENT. Minuc. (CIL I² 584) 46. COEL. hist. 9 -i quo missi (*v. vol. VIII 1182, 29sqq.*) sunt, veniunt, dedicant mandata. SISENNA hist. 93. 94 -os Iguvium redeuntes. CIC. inv. 2, 87 Rhodii quosdam legarunt Athenas; -is *eqs.* S. Rosc. 110 ad Sullam -i non adierunt *eqs.* (Verr. II 4, 113 Phil. 7, 26 BELL. Hisp. 3, 2 LIV. 2, 25, 6. 2, 26, 4 senatum [7, 20, 3. 8, 2, 9]. *al.*). Verr. II 1, 90 sunt Romae -i Milesii, homines nobilissimi ac principes civitatis (3, 73. 108 Arch. 8. *al. cf.* Verr. II 4, 17 vir amplissimus eius civitatis. 4, 84. Manil. 11 consularem [Phil. 13, 20 -i . . . tres c. LIV. 3, 50, 15 tres -i c. 39, 51, 11. *cf.* 9, 38, 11 ex consularium numero]. Phil. 2, 95 viros bonos). 2, 14 ut . . . aut levissimi quidam . . . invenirentur, qui iniussu populi ac senatus proficiscerentur, aut ii qui contra istum -i decreti erant (Phil. 5, 4 -os ad Antonium. 5, 25. 8, 21. SALL. or. Phil. 5 -os, pacem, concordiam et alia huiuscemodi. LIV. 30, 7, 6 de pace -os ad Scipionem. *al.*). 2, 156 cum propter virtutem et fidem . . ., tum etiam propter eloquentiam -us a suis civibus electus est. 4, 92 praefuisse huic negotio publice -um Poleam. Cael. 51 magnum crimen . . . in -is insidiandis *eqs.* (*cf.* har. resp. 34 ius -orum cum hominum praesidio munitum sit, tum etiam divino iure esse vallatum. Phil. 13, 47 sanctiore erunt . . . iure -i quam duo consules. CAES. Gall. 3, 9, 3 -os, quod nomen apud omnes nationes sanctum inviolatumque semper fuisset). *al.* CAES. Gall. 1, 27, 2 qui -i cum . . . flentes pacem petissent (4, 18, 3 p. at-

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

que amicitiam. LIV. 9, 4, 2 p. aequam. 9, 37, 12 p. foedusque). *et passim; de -is fetialibus v. vol. VI 1, 633, 78 sqq., de -o perpetuo* CIL II 2132, 3 M. Valerio . . . leg(ato) perpetuo munic(ipii) Pontif(iciensis).

β c. determinationibus: ① *indicatur, unde -i veniant*: *adi.*: ENN. ann. 623 -i Minturnenses (*cf.* CIC. Verr. II 1, 90 Milesii. *al.*). CIC. Deiot. 41 regii (LIV. 37, 56, 9. *al.*). BELL. Hisp. 19, 5 oppidani. NEP. Hann. 2, 2 Romani (LIV. 5, 36, 7. *al.*). *et saepe.* *gen.*: CIC. S. Rosc. 127 Amerinorum (*cf.* Verr. II 1, 52 Samiorum. 2, 13 Mamertinorum. *al.*). Verr. II 4, 17 civitatis (HIRT. Gall. 8, 23, 1 LIV. 26, 49, 10. 39, 33, 2). Manil. 11 populi Romani (32. *al.*). fam. 1, 1, 1 regis (15, 1, 2 LIV. 24, 48, 13. *al.*). *al.* BRVT. Cic. fam. 11, 1, 1 totius Galliae (CAES. Gall. 1, 30, 1). LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 153 eius municipi (*cf. l. 3*), coloniae, praefecturae. VARRO ling. 5, 155 nationum (FEST. p. 347. *al.*). NEP. Epam. 6, 4 sociorum (LIV. 23, 43, 6. *al.*). *al.* ab: LIV. 2, 13, 1 Mucium . . . -i a Porsinna Romam secuti sunt. 7, 27, 5 -os ab Antio circumire populos Latinorum. 9, 20, 1 ab . . . Samnitium populis de foedere renovando -i. 9, 37, 12 a Perusia . . . -i . . . indutias . . . impetraverunt. 10, 14, 3 ab Sutrio . . . -i . . . belli molem in Samnium averterunt. *al.* TAC. ann. 1, 39, 1 -i ab senatu. *cf. l. 31.* ② *indicatur, quade causa mittantur*: *gen.* (*cf. l. 24*): CIC. Verr. II 5, 58 laudationis -i et principes. leg. 3, 9 rei suae (*nisi dat.*) . . . ne quis -us esto (*cf. p. 1116, 27 sqq. et de legatione libera Premerstein l. c. 1135, 53 sqq.*). DICT. 4, 22 -us pacis (SERV. Aen. 4, 242 = *Liv. frg. 72*). de: LIV. *l. 16. p. 1118, 76.* SEN. contr. 7, 4, 5 puta -um de summa rei publicae, puta foederis (de foedere *Schulting*). ③ *indicatur, quo mittantur*: LIV. 2, 33, 11 *Menenio Agrippae* -o patrum ad plebem, reductori plebis Romanae in urbem.

b *usu christiano de nuntio ecclesiae, papae sim.*: CYPR. epist. 44, 1 *collegas nostros* ad te nuper et coepiscopos nostros . . . -os miseramus. 48, 2 -is ad vos episcopis nostris . . . missis. 59, 9 presbyterum. 59, 16 -i a . . . pseudepiscopo missi. 68, 2 FIRMIL. Cypr. epist. 75, 5. 75, 25 vobiscum . . ., a quibus -os (*an vi verbali? sed cf. supra l. 14*) episcopos . . . leniter suscepit. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 174, 7 Ariminensis synodi -is . . . salutem (CONC.^{S} I 5 p. 368, 2 cum -is universae s. orthodoxis episcopis [*gr. I 1, 3 p. 36, 38* μετὰ τῶν ἀποσταλέντων, *cf. I 3 p. 176, 10* qui missi sunt]. *de synodi -is item* CONC. Rom. a. 501 p. 428, 5). MAXIMIN. c. Ambr. 23 presbyter et -us. 29 sancti viri -i Gallorum (*ibid.* episcopus et -us G. [30. 31]. *cf.* 31 Afrorum. *ibid.* totius provinciae Africane). LEO M. epist. 78 Conc.^{S} II 4 p. 38, 22 per -os nostros (EPIST. pontif. 1055 Greg. M. epist. app. p. 443, 31 Leo p. -os suos vicariosque). AVELL. p. 311, 5 -is atque vicariis sedis apostolicae (p. 389, 11 EPIST. pontif. 1056 Greg. M. epist. app. p. 463, 28. *cf.* CONC.^{S} I 3 Rustic. p. 99, 9 episcopo et -o Romanorum sedis *eqs.* [*gr. I 1, 3 p. 15, 19* ληγάτου]). CONC.^{S} I 2 p. 79, 34 (= I 3 vers. Tur. p. 104, 33) praesentibus . . . -is, qui a magna Roma transmissi sunt, sive vicem agentibus . . . episcopi Caelestini (*gr. I 1, 3 p. 21, 12* ληγάτων). *al.*

2 *in vita privata*: Ov. epist. 6, 125 (*122* pignora Lucina bina favente dedi *Hypsipyle*) -os quos paene dedi pro matre ferendos. PETRON. 107, 1 me *Eumolpum* . . . elegerunt ad hoc officium -um (*om. cod. r, ed. Pith.; sed cf. p. 1118, 78*) petieruntque, ut se reconciliarem aliquando amicissimis. 107, 9 gratiam te (a *trad.*) -o (*an partic.?*) moliebantur. VVLG. prov. 13, 17 nuntius impii cadet in malum, -us fidelis sanitas. *iocose de canibus*: PHAEDR. 4, 18, 1 canes -os olim misere ad Iovem. *et saepius in eadem fabula.*

B *tropice de interprete inter deum et homines intercedente* (*legatur a deo, Christo sim. praeter* PETR. CHRYS. *et fort.* HIL.): TERT. adv. Marc. 2, 14 p. 354, 26 negaverat deum *Pharao*, quia iam -os eius totiens superbus excusserat. ITALA Is. 63, 9 (Tert. carn. 14 l. 45. *al.*) non angelus neque -us, sed ipse dominus salvos eos fecit (*gr.* πρέσβυς, *Vulg.* angelus *tantum*). LACT. inst. 4, 25, 1 cum -um ac nuntium suum mitteret ad erudiendam . . . mortalitatem (*mittitur Christus ut* 4, 29, 15 -us et nuntius et saderdos summi patris est filius. ira 2, 6. AMBROSIAST. in II Cor. 5, 21, 1 [*ad 5, 19* deus erat in Christo] quomodo? quasi in vicario aut -o? 2 filius . . . naturaliter -us est patris dei). 4, 30, 2 *Christi* (AMBROSIAST. in I Cor. 12, 28, 1 -i Christi sunt *apostoli*. 14, 34, 1 p. 163, 9 in ecclesia debent esse subiectae *feminae viro* . . ., qui illius *Christi* -us est). HIL. coll. antiar. p. 142, 7 o pios ecclesiae patres! o ambitiosos inter deum plebemque -os! AMBROSIAST. in Eph. 6, 20, 3 -is dei. VVLG. Ier. 49, 14 -us *domini* ad gentes missus est (Abd. 1). EVOD. fid. 17 beatus pater, . . . quem tertium -um appellatis (*sc. vos Manichaei*). PETR. CHRYS. serm. 88 p. 447^B ut sibi soli -us omnium tunc adesset *Zacharias*, ut advocatus omnium pro se singulariter oraret *eqs.*

C *transfertur ad lacrimas* (*cf. p. 1103, 57 sqq.*): NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 6 p. 555, 1 multum illis proficiet petitio modesta . . .; mittant -os pro suis doloribus lacrimas, advocatione fungantur . . . gemitus.

II *legatur adiutor magistratus* (*inde ab a. 67 a. Chr. -i praeter -os legionis ipsi magistratuum imperio funguntur, v. Premerstein l. c. 1143, 38 sqq.; cf.* PS. AMBR. symb. p. 195 provinciae -o, id est Romanis fascibus imperante): **A** *apud Romanos* (-us Romanus LIV. 23, 45, 7. *al.*): **1** *in univ.* (*specimina selecta*): **a** *usu vario*: CATO or. frg. 56 (132 M.) cum essem in provincia -us (CIC. Planc. 27 LIV. 38, 51, 3. *al. cf.* CIC. Verr. II 5, 114 -us isto praetore in Sicilia fuit. *sim. al.*). CIL I^2 771 (*fort. aetate Catonis*) M. Favonio M. f. leg(ato) popul(us) Agrigent(inorum). *al.* CIC. Verr. II 1, 36 (*Verris rationes*) dedi . . . -is, pro quaestore, cohorti praetoriae . . . nummos. 1, 83 ubi defendis ius nomenque -i? (1, 85 n. -i eius modi esse debet, quod non modo inter sociorum iura, sed etiam inter hostium tela incolume versetur). 2, 32 de decem -orum sententia (2, 39. 40 [*antea*: -orum decem, summorum hominum, dignitas]. 90 LIV. 30, 44, 13. *al. idem collegium* CIC. prov. 29 Balb. 61 Att. 4, 15, 5. *al.*). 5, 83 -i . . . potestatem, honorem, auctoritatem (TAC. ann. 2, 77, 1. *cf.* dignitas *l. 4 et* CIC. ad Q. fr. 1, 1, 10 PLIN. paneg. 19, 1). Manil. 57 cum . . . quos voluerunt -os eduxerint *magistratus* (*antea*: ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti. *cf.* Att. 4, 1, 7 *Pompeius* -os quindecim cum postularet, me principem nominavit). 58 cum tribuni plebi fuissent, anno proximo -i esse potuerunt (*cf.* Vatin. 12 post quaesturam exierisne -us. Att. 13, 32, 3 annis XIIII ante quam praetor factus est, -us esse ⟨qui⟩ potuisset?). Sest. 33 quos -os non modo nullo senatus consulto, sed etiam repugnante senatu tibi tute legasti (Vatin. 35 ne hoc quidem senatui relinquebas, quod nemo umquam ademit, ut -i ex eius ordinis auctoritate legarentur?). Att. 5, 21, 3 nec . . . tantis provinciis singulos -os praeesse (SALL. Catil. 42, 3). *al.* LIV. 32, 28, 12 Macedoniae -os P. Sulpicium et P. Villium, qui consules in ea provincia fuerant, adiecerunt *patres*. 37, 1, 9 P. Scipio Africanus dixit, si L. Scipioni fratri suo provinciam Graeciam decrevissent *patres*, se -um iturum. CAPITOL. Ver. 4, 2 obsecutus ut -us proconsuli. *et passim.* **b** *c. respectu muneris militaris* (*cf.* LYD. mag. 1, 38 λῃγᾶτοι οἱονεὶ ὑποστράτηγοι [*sim.* 2, 6]): LEX Anton. de Term. (CIL I^2 589) 2, 6 neiquis magistratus prove magistratu -us . . . meilites in oppidum . . . introducito. CIC. Verr. II 5, 82 naves, quibus -us praefuerat, Cleomeni tradit (FLACC. 63 Boetia, Thessalia, quibus locis . . . -us Flaccus imperatore Metello praefuit. fam. 15, 4, 8 *cohortibus et auxiliis.* CAES. Gall. 2, 9, 4 *castello.* 5, 24, 5 militibus. civ. 3, 15, 6 oppidi muris, . . . praesidiis terrestribus. 3, 39, 1 [*de Orico tuendo*] huic officio oppidoque. LIV. 3, 29, 2 legionibus [23, 24, 2]. *al.*). 5, 136 navis cum esset ab quaestore et ab -o capta. Cluent. 99 -i et praefecti et tribuni militares (*inter gradus militiae item* Pis. 96 -i . . ., tribuni militares . . ., centuriones, . . . milites. 98 Brut. 304 Cato 18 Att. 5, 17, 2 fam. 3, 8, 7. *al. ordine honorum definito*: LIV. 8, 34, 7 cum . . . non miles centurionis, non centurio tribuni, non tribunus -i, non -us consulis . . . pareat imperio). Pis. 54 quorum tu -orum opera in proeliis imperator appellatus eras. fam. 15, 4, 2 M. Annio -o imperavi, ut . . . cohortes ad reliquum exercitum duceret. CAES. Gall. 1, 10, 3 munitioni . . . T. Labienum -um praefecit (1, 52, 1 singulis legionibus [7, 45, 7. *cf.* 5, 1, 1. 5, 24, 3. 5, 53, 6. *al.*] singulos -os. 2, 11, 3 *equitatui.* civ. 1, 87, 4 negotio. BELL. Hisp. 2, 2 exercitui. *al.*). SALL. Catil. 59, 4 M. Petreio -o exercitum permittit. LIV. 4, 27, 9 -o adsignat equites. VELL. 2, 120, 3 *Asprenas* -us sub avunculo suo Varo militans. *et passim.*

2 *determinationes*: **a** *indicatur magistratus, cuius gradum -us tenet*: **α** pro: CIL I^2 app. numm. 369 (*ca. a. 92/88*) Suura leg(atus) p. q(uaestore). I^2 743 (*a. 73? sed imperium ipsum non ante a. 67 institutum est*) C. Sallvio C. f. Nasoni leg(ato) p. pr(aetore) (*gr.* πρεσβευτῇ καὶ ἀντιστρατήγῳ. 780 *bis.* INSCR. numm. Sydenham 1047. 1049. 1050 Grueber II p. 364 n. 72 CIC. fam. 13, 4 tit. *al.* CAES. Gall. 1, 21, 2. *et passim. cf.* CIL III 6934 [*Gordiani aetate*] leg(atum) et p. pretorem [14176^8]). LEX Anton. de Term. (CIL I^2 589) 2, 6 magistratus prove magistratu -us (2, 14). **β** *adi.*: CIC. Verr. II 1, 56 -us quaestorius (fam. 2, 18, 3). TAC. Agr. 7, 3 -is . . . consularibus (*v. vol. IV 572, 46 sqq., adde* SVET. Aug. 88 *et p. 1121, 68. praedicative* LIV. 35, 5, 1 praeerant duo c. -i *eqs.* 36, 17, 1). *ibid.* -us praetorius (TREB. trig. tyr. 33, 1 -us p. secundo. SPART. Hadr. 3, 9. *cf.* PLIN. nat. 26, 4 Cornutum e praetoriis -um Aquitanicae provinciae). CIL II 2415 Triari Ma⟨gni ?⟩ leg(ati) iur(idici) (*v. p. 670, 34 sqq.*). **γ** vice: CIL XIV 3902 (*s. III*) L. Caesonius -us prov(inciae) Africae eodem tempore v. proconsulis. INSCR. Dessau 1196 (*item?*) leg(ato) Aug(usti) v. quin⟨q⟩ue fascium prov(inciae) Belgi⟨ae⟩.

b *indicatur is, cui -us adest, obtemperat sim.* (*c. pron. poss. inde a* CIC. Verr. II 2, 49 *passim*): **α** *dat.*: esse: CIC. Verr. I 11 cui *Dolabellae* et -us et pro quaestore fuisset *Verres* (*cf.* II 1, 41). Cluent. 99 *Aemilio* . . . -i et praefecti et tribuni militares fuerunt. Mur. 20 imperatori -us L. Lucullo fuit. prov. 42 *Caesari* (Att. 2, 18, 3. 2, 19, 5). Planc. 100 rep. 2, 67. *al.* *alia*: CIC. Mur. 32 ut -us fratri proficisceretur (Lig. 2 -us in Africam C. Considio [cum C. Cons. *β*, cum consule *γ*] profectus. VAL. MAX. 3, 2, 21 consuli. *al.*). LIV. 24, 44, 10 pater filio -us . . . in castra venit. 38, 58, 8 cui *fratri* . . . -us in Asiam iret (perioch. 11 p. 17, 15 VAL. MAX. 5, 5, 1. 5, 7, 1). SVET. Tib. 12, 1 ut ad velandam ignominiam quasi -us Augusto (ab A., Augusti *var. ll.*) abesset *Tiberius*. Nero 3, 2 Antonio -us *Cn. Domitius*. Vit. 5 cum succedenti fratri -us substitisset. VIR. ill. 58, 2. 67, 1. **β** *gen.*: populi Romani: CIC. Verr. II 1, 44 *Verres* eiusmodi fuit, non ut -us p. R., sed ut quaedam calamitas pervadere videretur. 1, 82 non -um p. R., sed tyrannum. *saepius ibidem.* SVET. Galba 10, 1. *al.* *magistratus*: CIC. Verr. II 3, 68 -us praetoris. Phil. 10, 13 -us Antoni (LIV. perioch. 127. 128. *al.*). 11, 32 Dolabellae (LENT. Cic. fam. 12, 15, 5). Att. 8, 15, 3 *consulum* (LIV. 41, 8, 5 perioch. 67. *cf.* 70 pro cos. [PLIN. nat. 19, 4 PLIN. epist. 9, 33, 9 POMPON. dig. 1, 16, 13. *al.*]). fam. 1, 9, 21 Caesaris (CAES. civ. 1, 8, 2. 2, 34, 4 BELL. Alex. 24, 6 CIL II 2581. PAPIN. dig. 1, 18, 20 -us C., id est praeses vel corrector provinciae. *et saepius*). *al.* LIV. 4, 41, 11 -us dictatoris. *al.* IVS IVR. Arit. (CIL II 172) 2 leg(ato) C. Caesaris Germanici

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

imp(eratoris) pro praet(ore) (CIL II 1283 imp. Caes. ⟨T.⟩ Aelii Hadriani. III 550 [*a. 112*]. 1458. *al.*). CIL III 1741 Dolabell⟨ae⟩ ... ⟨l⟩eg⟨ato⟩ pro pr(aetore) divi Au⟨gusti⟩ (2882 C. Caesari⟨s A⟩ugusti. 9973. *et passim*). senatus: SVET. Galba 10, 1 -um se s. ac populi R. professus est. CIL VI 1767 (*s. V*) -o amplissimi s. secundo.

c *indicatur provincia*: *adi.*: CIC. Vatin. 12 -um Hispaniensem (*antea*: exieris ... -us in ... Hispaniam). Phil. 10, 13 a -o Syriaco. ENNOD. epist. 9, 11, 6 p. 237, 8 -i provincialis. *gen.*: CIL III 6687 (*a. 15 a. Chr.*) le⟨gato⟩ C⟨a⟩esaris Syriae (TAC. hist. 5, 10, 1 ann. 11, 10, 1. *al. cf.* INSCR. NSc. 1924 p. 346 n. 1 [*a. 69 ?*] ⟨provi⟩nciae As⟨ia⟩e [CIL III 335 *Vespasiani aetate*. LAMPR. Diad. 8, 4 Asiae atque Arabiae. *al.*]. CIL III 4118 [*ca. a. 70*] provinc(iae) Africae. PLIN. nat. 9, 9 Galliae. 12, 9 provinciae eius *Lyciae*. *sim. passim*). II 1262 leg(atus) provinciae Africae dioecesis Carthaginensium (4510. 4511 XIV 3599. *cf.* VI 1406 d. Numid(iae). IX 1592 d. Hipponensis. XII 3170). VI 1682 -o Karthaginis (VIII 928. 1277. 23831. 23849). X 5178 ⟨legato prov(inciae) Af⟩ricae region⟨i⟩s Hipponensis (6658 Transpadanae). *alia*: CIL V 4910 (*a. Chr. n., ut vid.*) ⟨s⟩ub C. Vibio Pansa -o pro ⟨pr. in⟩ (*suppl. Ritterling, RE XII 1226, 50*) Vindol(icis) (VI 1678 in provincia Achaia. VIII 7059 [*a. 138*] Athenis, Thespiis, Plataeis, item in Thessalia *eqs. al.*). IX 2455 (*a. 98, ut vid.*) leg(atus) Aug(usti) pr(o) pr(aetore) P⟨annonia⟩ inferiore et Pannonia ⟨superiore⟩. III 6072 (*aetate Hadriani?*) leg(ato) pro(vinciae) Cypro pr(o) pr(aetore) et Ponto et Bithyniae et pro(vinciae) Asiae. II 2634 per Asturiam et Gallaeciam.

d *indicatur opus, officium*: CIL XIV 3602 (*aetate Tiberii, ut vid.*) Torquati Novelli ... ⟨leg(ati) a⟩d cens(um) accip(iendum) et dilect(um) (XIII 5089 *aetate Traiani*. *cf.* III 6819 [*eadem aetate*] provinc(iae) ... Paphlag(oniae), item ad census Paphlag(oniae). X 6658 [*eadem aetate*] ad census provinciae *eqs.* XIV 2925 [*ca. a. 100*] c⟨e⟩nsu⟨um⟩ accipiendorum. VI 332 [*s. II*] cens(ibus) acc(ipiendis). INSCR. NSc. 1928 p. 343 ad ⟨cens⟩us accepta⟨ndos⟩). VIII 6706 -o imp(eratoris) Hadriani in expedition(e) Iudaica. INSCR. Dessau 8977 (*s. II ex.*) at prae⟨t⟩enturam Italiae et Alpium expeditione Germanica. INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 281 rationibus putandis.

e *indicantur copiae*: *α gen.*: -us legionis: CIL III 6741 (*a. 64; eundem inter -os legionum nominat* TAC. hist. 1, 79, 5) T. Aurelio Fulv⟨o⟩ leg(ato) Aug(usti) l. III Gal(licae) (*saepe in titulis recentioribus vel incertae aetatis*). XIV 3608 (*a. 74*) T. Plautio ... Silvano ... legat(o) l. V in Germania. III 2864 (*aetate Traiani*) l⟨e⟩g(ato) l. IV Fla⟨v(iae)⟩ leg(ato) l. III Aug(ustae). TAC. hist. 1, 7, 1 Cornelius Aquinus et Fabius Valens -i legionum. 1, 52, 3. 1, 60 Roscius Caelius -us vicensimae l. *saepe ap. eundem*. SVET. Tib. 19 Vesp. 4, 1. *et passim, imprimis in titulis.* -us exercitus: CIL XII 113 (*a. 74; de eodem* XI 5271) Cn. Pinarius ... leg(atus) eius *Vespasiani* pro pr(aetore) e. Germanici superioris (*cf.* 1354 [*ante Hadr.*] e. Germ(aniae) infer(ioris). XIV 3610 [*ca. a. 160*] Germaniae super(ioris) et e. in ea tendentis). V 531 (*a. 80*) ⟨Va⟩lerio ... F⟨esto⟩ ... leg(ato) pro praet(ore) e. ⟨Afri⟩cae (INSCR. RevArch. 1918 p. 463 n. 237, 10. *cf.* CIL VIII 17891 provinciae Afric(ae). XI 3718 leg(ionis) ... et e. Africani). TAC. hist. 3, 11, 1 Saturninum Moesici e. -um. ann. 13, 56, 2 Manciam superioris e. -um. *al.* *cum additamentis*: CIL VI 1377 (*s. II*) leg(ato) ... exercitus legionarii et auxilioru(m) per orientem ... ductorum. IX 2213 legat(o) leg(ionis) II Italicae et alae Antoninianae. *β dat.*: CIL VI 1377 (*s. II*) leg(ato) Augg. legioni primae Minerviae in exspeditionem Parthicam deducendae. *γ super*: CIL VIII 7050 (*s. II*) leg(ato) Augg. su⟨per⟩ vexillationes in Cappa⟨do⟩cia.

3 *homines -orum gradum tenentes*: **a** pro -o (GLOSS. ἀντιπρεσβευτής): GRACCH. or. frg. (49 M.) Gell. 10, 3, 5 ex Asia missus est, qui per id tempus magistratum non ceperat, homo adulescens p. -o. CIL III 605 (*ca. a. 30 a. Chr.*) tri(buno) mil(itum) p. -o. INSCR. Ephem. epigr. VIII 742 (*a. 13*) *provinciam* obtinente T. Pompeio ⟨P⟩roculo p. leg(ato). CIL V 3936 (*ca. a. 60?*) procuratori ... et p. leg(ato) provinciai Raitiai *eqs.* (*cf.* XII 1856 procurator(i) p. -o provinc(iae) Mauretaniae *eqs.* INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 614, 7 proc(uratore) p. -o). TAC. ann. 15, 28, 3 Annius ... nondum senatoria aetate et p. -o quintae legioni impositus. CIL V 3334 praef(ecto) eq(uitum) p. leg(ato). IX 4678 proc(onsuli) p. -o pro⟨vinciae⟩. INSCR. RevArch. 1908 p. 463 n. 237 p. -o consulare. **b** vice -i: CIL VI 1336 iurid(ico) Brit(anniae) v. leg(ati). VIII 20996 praefecto legionis ... v. -i.

B *apud exteras gentes*: ITALA gen. 36, 15sqq. (Wirc.) hi sunt -i fili Esau, fili Elifas primitivi Esau: -us Theman *eqs.* (*gr.* ἡγεμόνες, *Vulg.* duces, *item vel* principes *cett.*). Is. 13, 8 (Tycon. reg. 4 p. 50, 26) turbabuntur -i (*gr.* πρέσβεις. *Vulg. aliter, sed cf. 13, 11* adrogantiam fortium humiliabo). EPIST. Alex. l. 461 -o meo ..., quem Persidi praeposueram. DARES 26 quos *Thesiadas* -os (-us *G*) Agamemnon praefecerat, ut commeatus compararent *eqs.*

homoeoprophora: litterae CIC. Manil. 9 Deiot. 11 LIV. 23, 38, 5. 24, 35, 4. 27, 50, 11. 31, 7, 4. 37, 25, 4. *al.* legio *per lusum verborum* CIC. Phil. 6. 9 (*ceterum l. 35 sqq.*).

fig. etym. -um legare *p. 1116, 4 et* LEX munic. (CIL I² 593) 149.
Kuhlmann.

p. p. p. ²**lēgātum,** -ī *n. pro subst.* *notatur* leg CIL X 5917, 12; legat CIL VI 8434. *legitur inde a* CIC., LEGE Falcid. (?), ALF., LABEONE, VAL. MAX., *in poesi non nisi apud* IVV. *et* COMM. *abiit in sermonem graecum* ληγᾶτον (*inde* ληγατεύω).

fere i. q. mandatum, praeceptum vel ipsa res mandato danda (*data*): **1** *testatoris* (*technice in sermone iuris; c. gen. legatarii l. 17. 33. 57, testatoris l. 17. 47, rei testamento relictae l. 55. 63*; -um ex testamento *l. 15. 62*, inter libertos *l. 41*): **a** *definitiones* (*cf.* -orum genera *p. 1117, 16*): FLORENT. dig. 30, 116 pr. -um est delibatio hereditatis, qua testator ex eo, quod universum heredis foret, alicui quid collatum velit. VLP. reg. 24, 1 -um est, quod legis modo, id est imperative, testamento relinquitur; nam ea, quae precativo modo relinquuntur, fideicommissa vocantur. PAVL. dig. 32, 87 et fideicommissum et mortis causa donatio appellatione -i continetur. MOD. dig. 31, 36 -um est donatio testamento relicta (*cf.* INST. Iust. 2, 20, 1 donatio quaedam a defuncto relicta. GLOSS. -um: donatio defuncti. -a: testamento [-a *trad.*] donata). GLOSS. πρεσβεῖον. κατάλειψις. **b** *exempla varia*: CIC. Cluent. 34 solutio -orum. 41 cum tabulas prehendisset Oppianicus ..., digito -a delevit. 162 Floro -um ex testamento infitiatum esse (GAIVS inst. 2, 282 si -um ... heres infitietur). rep. 3, 17 de mulierum -is et hereditatibus. Att. 7, 3, 9 Hortensi -a cognovi. LEX Falcid. (dig. 35, 2, 1 pr.) quantam cuique ... pecuniam iure publico dare legare volet, ius ... esto, dum ⌊ita detur -um,⌋ ne minus quam partem quartam hereditatis ... heredes capiant (⌊ ⌋ *del. Gradenwitz*, detur legetur *Cuiacius*. IAVOL. dig. 35, 1, 40, 2. 35, 1, 54 pr. -a ... annua. SVET. Aug. 101, 3 Tib. 76 CELS. dig. 31, 16. *et saepissime*). ALF. dig. 30, 106 deberi -um constat (LABEO dig. 32, 30, 2. *al.* PROC. dig. 31, 47. IAVOL. dig. 35, 1, 40, 2 heredibus. 35, 1, 67 PLIN. epist. 4, 10, 2. *et saepe*). 32, 60, 1 servis ... urbanis legatis agasonem mulionem -o non contineri (32, 61 IAVOL. dig. 33, 7, 25, 2. 34, 1, 6 CELS. dig. 32, 79, 1. *al.*). LABEO dig. 32, 29, 4 Tubero eum ... -um habiturum putat (PETRON. 141, 2 omnes, qui in testamento meo -a habent. IVLIAN. dig. 7, 1, 34 pr. 28, 5, 38, 4. *al.*). 36, 4, 14 quae *mulier* -orum servandorum causa in bonis est (*eadem locutio* NERAT. dig. 36, 3, 13 IVLIAN. dig. 41, 5, 2 pr. POMPON. dig. 42, 4, 12. *al.*). VAL. MAX. 8, 2, 2 quam *summam* -i genus esse voluit. SEN. benef. 4, 20, 3 de -o ... cogitare. SCRIB. LARG. 120 ut ab eius *Cassii medici* servo Atimeto accepi, -o Tiberii Caesaris (ex -o *Bücheler*; Tiberio Caesari *Lipsius*, *sed gen. exstat etiam* MARCELL. med. 29, 5). PROC. dig. 31, 48, 1 quod -orum nomine datum sit (IAVOL. dig. 34, 3, 6 pr. 35, 2, 60. 41, 8, 5 res, quae -i n. tradita est ..., -orum tamen n. usucapietur. *et saepe*). QVINT. inst. 4, 2, 6 -um peto ex testamento (decl. 318 p. 251, 19 ex voluntate defuncti. IAVOL. dig. 29, 4, 11 ab uno -um consecutus ab altero petere non potero. 35, 2, 60. *al.*). 7, 6, 11 -i modus et inauditus erat et incredibilis. decl. 318 tit. p. 249, 15 -um inter libertos. 318 p. 250, 13 -um non solventibus (IAVOL. dig. 12, 6, 46 heredis nomine -a non debita. IVLIAN. dig. 35, 2, 84. 46, 8, 22, 6 sine iudice. *et saepe*). p. 250, 19 ut acciperet -um incertum (IAVOL. dig. 35, 1, 67 PLIN. epist. 2, 20, 11. 7, 20, 6. 7, 24, 7 exiguissima. IVLIAN. dig. 30, 84, 4 plenum. 36, 1, 16 solida. *et saepius*). p. 251, 5 vexare vos voluit et -um sperare semper et alternis desperare (PAPIN. dig. 46, 5, 8, 1 ex voluntate defuncti). p. 251, 28 -o patroni vestri. IAVOL. dig. 35, 1, 40, 2 (*e Labeone*) utrubique ... sub condicione vel datum vel ademptum esse -um (IVLIAN. dig. 34, 4, 10 pr. si -um pure datum Titio adimatur sub condicione. 48, 10, 5. *al.*). 35, 1, 56 singuli pro sua parte ... -um capere possunt (IVV. 9, 88 omne. SVET. Dom. 8, 3 probrosis feminis ... ademit ius ... capiendi -a hereditatesque [*cf.* INSCR. Dessau 9399 *a. 168* pagus Thugg(ensis) ... auctus iure capiendorum -orum]. CELS. dig. 31, 29, 2 non praestabit -um, quod iure antiquo capit. *al.*). 35, 1, 67 -um fundi ad Maevium translatum esset (IVLIAN. dig. 34, 4. 8. 34, 4, 10, 1 POMPON. dig. 34, 4, 20. *al.*). *al.* IVV. 9, 62 rusticus infans cum matre et casulis ... -um fiet amici (MOD. dig. 31, 34, 6 -a quae supra feci praestaturum *heredem*. *aliter* PAPIN. dig. 35, 1, 72, 8 falsam -i demonstrationem non facere -um. 35, 2, 5 si dies aut condicio -um fecerit. *al.*). TAC. ann. 1, 8, 2 -a non ultra civilem modum *erant*. 1, 36, 3 -a, quae petiverant, exsolvi duplicarique (SVET. Tib. 48, 2 post duplicata ex Augusti testamento -a. CELS. dig. 22, 3, 12. SCAEV. dig. 31, 88, 7 de dotis -o duplicando. *al.*). PLIN. epist. 2, 20, 5 -um Regulo scribit (IVLIAN. dig. 34, 8, 1. POMPON. dig. 30, 54 pr. turpia -a, quae denotandi magis legatarii gratia scribuntur, ... pro non scriptis habentur. *al.*). 5, 1, 11 -um mihi reliquit (SVET. Aug. 66, 4 -a vel partes hereditatium. Tib. 57, 2 nondum reddi -a quae plebei reliquisset. CELS. dig. 24, 1, 48 ampla. 28, 5, 26. *al.*). *et saepius, maxime apud iurisconsultos.* -*orum administratores* (*cf. Hirschfeld, Verwaltungsbeamte 113*): CIL VI 8434 genio Rhodonis Domitiae Aug(ustae) ser(vi) exactor(is) hered(itatium) legat(orum) peculior(um). 8434a Euphemo Lucillae [ae] Aug(ustae) a -is.

2 *cuiuslibet hominis, dei* (*ubique sublucente imagine testamenti*): TERT. uxor. 1, 1 l. 10 cur non ... de divinis atque caelestibus posteritati nostrae prospicere debeamus et -um quodammodo praelegare: admonitionem ... eorum, quae ex ... hereditate caelorum deputantur? (*seq.* hoc meae admonitionis ... fideicommissum). PANEG. 7, 5, 1 iustitiam ... patris atque pietatem sic imitaris et sequeris, ut omnibus ... opem ... postulantibus quasi -a patris videaris exsolvere. HEGES. 1, 45, 10 -um sanguinis mandavit *Herodes moriturus* ...; deposcere *se* a suis, ut, cum ultimum exhalasset spiritum, statim eos omnes, qui clausi tenebantur, necari iuberent. COMM. apol. 740 scelere commisso cruenti *Iudaei* qui poterant utique participes esse bonorum *sc. quae deus velut testamento reliquerat*? ... quid nos aemulantur heredes?
[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fecissentque bonum, et erant in parte -i (*'participes -i' Dombart; perperam* -are *'heredem scribere' interpretantur Katwijk, Martin*). SIDON. epist. 7, 2, 9 vos ... Eustachium pontificem tunc ex asse digno herede decessisse monstrabitis, si ut propinquis testamenti sic clientibus patrocinii -a solvatis.

deriv.: 1. legatio, legativus, legator; legatarius, legatorius.

compos.: ab-, al-, col-, de-, e-, ob-, **prae-, re-, translego; praelegatum, prolegatus.** *Hübner.*

2. *lego, lēgī, lēctum, -ere. [*sensus orig. 'colligere' ut graec.* συλλέγειν *ne a simplici quidem* λέγειν *alienus; accedit vox similis notionis alban.* mb-leth (*aor.* mb-lodha). *Sch.*]

de scriptura: apices (*cf.* SCAVR. gramm. VII 33, 6 [*ex Varrone*] 'légit' et 'legit'): ELOG. CIL I² p. 189 n. 5, 15 léctus. R. GEST. div. Aug. 8 légi. CIL V 7430 legistí. XII 5811 legés. lec-: LEX repetund. (CIL I² 583) 12. 66 CIL III 12396 IV 8230 VI 35979. lig-: GREG. TVR. Franc. 1 praef. p. 3, 14 ligirit (legerit *pars codd.*). -ise: LEX repetund. *l. c.* 18. -eisti: CIL VIII 21179. *abbreviatur* l *p. 1130, 31. cf. l. 29 et* CIL III 12396 lec(e) ... le(ge). NOT. Tir. 38, 47. 60, 58. *de formis: inf. pass.* -ei: LEX repetund. (CIL I² 583) 13 (*sed* 66 -i). LEX Corn. de XX quaest. (*ibid.* 587) 2, 18. *gerund.* -und-: LEX repetund. *l. c.* 12. 19 (*abl.* -undeis *ut* LEX Corn. *l. c.* 2, 15). CATO agr. 144, 4. 5 (*iuxta* -end-). *al. nom. pl.* -ctei: LEX repetund. *et* Corn. *saepius.* -ēre (*pro* -ērunt): VERG. georg. 3, 125. 282. LIV. 2, 18, 5. *al.* (*iuxta* -ērunt). LVCAN. 3, 44 SIL. 8, 538 STAT. Ach. 1, 829 TAC. hist. 1, 46, 1. *al.* -ēre (*pro* -ēris): Ov. Pont. 3, 6, 54 STAT. Theb. 12, 810 silv. 4, 3, 84. *cf.* -rēre Ov. Pont. 4, 1, 10. *gen. pl.* -entum: ENNOD. epist. 2, 1, 3 p. 39, 2 opusc. 3, 108 p. 359, 1 VIRG. gramm. epit. 7 p. 60, 26. *imperativi formas multas per analogiam finxisse videtur* DIOM. gramm. I 356, 23 sqq. -ites (*pro* -ite): AVDAX gramm. VII 361, 25 (*inter exempla barbarismi, sed in codd. non occurrere vid.*). *formae heterocliticae*: *praes.* -es, -et, -ent: CIL IV 2360 (*cf. suppl. p. 704*). 8617. IX 6408 -e(s) (CE 2064, 1). XII 5811. *ap. auctores*: PEREGR. Aeth. 25, 10. 33, 2 DIDASC. apost. 31, 15. 39, 35. EPIPHAN. in euang. 34 p. 69, 26 (-unt *var. l.*). *perf.*: CIL III 12484 lexerit (*cf.* VIRG. gramm. epit. 7 p. 54, 8 -xisti). VIII 20394 legueris. *fut.* legebo *refutat* ISID. orig. 1, 9, 6. *de prosodia*: lēct- *confirmant apex l. 11 et* IG III 1447 ληκτός, *praeterea* GELL. 9, 6, 3 PORPH. Hor. sat. 1, 6, 122. *at* MAR. VICTORIN. gramm. VI 227, 7 *affert inter ea, quae* non ... natura, sed positione producta fiant (*cf. Heraeus, ALL 14, 1906, 461 sq.*). -ĕrunt: DIOM. gramm. I 350, 11 plerumque veteres ... e mediam vocalem corripiunt, quasi -ĕrunt emĕrunt dicentes. *de notione et differentiis*: PAVL. FEST. p. 115 -imus aut scriptum aut oleam glandemve et alia quaedam. NON. p. 331, 32 '-ere', sicut est in consuetudine, significat oculis scripta percurrere (*affertur* VERG. ecl. 4, 27) ... accedere (VERG. georg. 2, 44 Aen. 11, 632) ... collegere (TITIN. com. 154 VERG. Aen. 10, 815 georg. 1, 373 CAECIL. com. 50 VARRO Men. 567) ... praeterire Vergilio auctore dicimus (Aen. 3, 292. 5, 209. *cf. l. 54 sqq. et* SERV. Aen. 2, 208 'transit'. 3, 127. 5, 209 melius ... 'colligunt'. ISID. orig. 10, 154) ... navigare, praestringere (VERG. Aen. 2, 208) ... etiam eligere dicitur (VERG. ecl. 2, 51 TVRPIL. com. 56 CIC. off. 3, 13) ... subripere significat, unde et sacrilegium dicitur, id est 'de sacro furtum' (LVCIL. 796; *cetera ad* sublegere *pertinent. cf.* SERV. Aen. 10, 79 '-ere' [*p. 1127, 13*] furari. ISID. orig. 10, 252 GLOSS.^L IV Plac. s 35) ... videre (VERG. Aen. 6, 755 *et* perlegere *Aen. 6, 34*). p. 444, 21 '-ere' et 'eligere' non sub eadem significatione intellegi vult Varro (rust. 1, 54, 2): '...', ut sit '-itur' colligitur, ut plerumque, 'eligitur' melior quaeque de plurimis. SERV. georg. 2, 44 '-e' nauticus sermo, qui nunc et ad navigium et ad lectionem potest referri (*cf.* Aen. 3, 127 tractus ... sermo a nautis, quod funem -endo, id est colligendo, aspera loca praetereunt. SCHOL. Stat. Theb. 3, 325 CLAVD. DON. Aen. 3, 125 p. 283, 6 ISID. diff. 1, 335 GLOSS.^L I Ansil. LE 95). DIFF. ed Beck p. 80 R 3 recitamus nostra, -imus aliena. GLOSS. καταλέγω. -it: ἀναγινώσκει, λέγει. colligit. transit. -imus: navigamus. praeterimus. *ad singulos locos v. infra. legitur inde a* LEGE XII tab., PLAVTO. [*1*) *i. q.* ἀναγιγνώσκειν: *it.* leggere (> *sard. centr.* lèggere), *pedem.*, *ligur.* léze; *sard. centr.* (*Bitti, Nuoro*) lègere; *raet. occ.* ler, *centr.* lyéže, *or.* lei; *francog.* lire (*in omnibus dial.*); *francoprov.* łérə *etc.*; *prov.* legi(r) *etc.*; *vasc.* lége *etc.*; *cat.* llegir (> *sard. mer.* liggere, -iri); *hisp.* leer; *port.* ler. [> *basc.* leatu, leitu]. *gerund. n. pl.*-enda: *it.* leggenda, *notionibus deflexis it. vet.* lienda *'narratio molesta'* (> *sard. centr.* lènda *'nuntius, rumor, fabulae'*), *langob.* (*Mediolanum*) liénda *'narratio molesta, fabulae'*, *pedem.* landra *'rixa'*, *calabr.* lejenna *'exprobratio'*, *etc.*; *cat. vet.* legena; *hisp.* leyenda; *port.* lenda. *2*) *i. q. eligere*: *dial. it. sept.* lezer, liéde; *raet. occ.* legger ora (*cf. germ.* aus-wählen); *francog. med.* leire, *comit. vet.* lire, *comit.* lére, *wall.* lére, *burg.* lire; *prov. vet.* legir; *vasc.* léje, leji, lide *etc. a part. perf. pass.* -cta (*pro subst.*) *notione q. e. 'electio' langob. vet., pedem.* lechia, *ligur.* neccia; *raet. occ.* lètga, letta; *francog. med.* leite, *comit. vet.* lite; *francoprov.* łitə, łetə *etc.*; *prov. vet.* lecha *etc. cf. M.-L. 4970. 4969. Battisti-Alessio III 2194. 2227. Wagner II 19 sq. Wartburg V 242 sqq. Corominas III 65 sq. Machado² II 1397. 1401. G.*] [*confunditur passim c. compositis* (*restituitur* -ere *pro* el- CIC. Verr. II 2, 49 Catil. 4, 13 LIV. 23, 22, 3. *al.*, coll- *pro* -ctis CIC. Phil. 12, 24), *praeterea maxime c.* gerere (PLAVT. Pseud. 102. *al.*), laedere (RHET. Her. 2, 30, 49), legare (LIV. 26, 15, 10; *rest.* legab- VARRO ling. 7, 41), levare (PROP. 4, 11, 14), licere (*rest.* lic- AETNA 138, -et MANIL. 5, 89), ligare (Ov. met. 1, 92 STAT. Theb. 11, 647. GLOSS. V 368, 50 -erat: coniuncxerat), lugere (Ov. trist. 3, 8, 36 SEN. epist. 58, 37; *rest.* -unt SEN. contr. 10, 1, 14, lug- suas. 3, 1), regere (Ov. fast. 3, 462. *al.*; *rest.* -cto FIRM. math. 6, 30, 16 *Bickel, Gnomon 14, 1938, 57*), tegere (CIC. Att. 16, 13, 1. *al.*; *rest.* -ere Ov. am. 3, 6, 73 sq. fast. 2, 665 SEN. contr. 2, 1, 39. *al.*); -isse *c.* eg- (PLAVT. Men. 116 SEN. contr. 2, 1, 17; *rest.* -it TERT. adv. Marc. 5, 6 p. 588, 10).]

I *c. notione comprehendendi, cogendi sim.*: **A** *fere i. q. colligere*: **1** *in univ.* (*sc. condendi, utendi causa; c. acc. obi. effecti p. 1125, 1 et 12*): **a** *proprie*: **α** *usu communi*: ① *res varias*: *mortuorum reliquias*: LEX XII tab. 10, 5 (Cic. leg. 2, 60) ossa (*item sepeliendi causa* [*aliter l. 43. p. 1125, 31*]: VERG. Aen. 6, 228 TIB. 1, 3, 6 LYGD. 2, 18 PROP. 2, 24, 50. 4, 1, 127. Ov. am. 3, 6, 73 sq. -cta [tecta *codd.*] ... patrioque sepulcro condita. EPIST. Sapph. 61 LIV. 36, 8, 3 SEN. dial. 4, 33, 6. *al. inde iocose* CAECIL. com. 50 ossiculatim Parmenonem de via liceat -ant). VERG. Aen. 4, 685 extremus si quis super halitus errat, ore -am ([GLOSS.^L V Aa o 569 osculando colligam]. SEN. Herc. O. 1342 spiritus fugiens meo -atur o. HEGES. 5, 23 p. 355, 1 ultimos ... anhelitus). PROP. 4, 11, 14 sum, quod digitis quinque -atur (levatur *dett.*) onus. Ov. trist. 3, 9, 32 artus ... extinctos (SEN. Tro. 1109 quis tuos a. -et [teget *codd.*] tumuloque tradet?). STAT. Theb. 12, 321 cruorem. SVET. Aug. 100, 4 reliquias. DRAC. Romul. 9, 153 membra. *spolia sim.*: TITIN. com. 154 hodie hostis fugavit, spolia placide posterius -et (LIV. 2, 7, 3. 5, 36, 7. 5, 39, 1 caesorum s. -ere armorumque cumulos ... coacervare. 39, 21, 7 ex hostibus. 40, 32, 8 de hostibus. *al.*). VERG. Aen. 10, 541 arma ... -cta (LIV. 41, 12, 6 a. -cta conici in acervum). Ov. trist. 5, 10, 22 per medias -imus ... tela vias (LVCAN. 3, 691 deiecta mari). ANTH. 462, 17 -it exuvias hostiliaque arma revellit. *conchas sim.*: CIC. de orat. 2, 22 conchas ... et umbilicos (LYGD. 3, 17 Ov. ars 3, 124 SVET. Cal. 46. *al.*). SALL. Iug. 93, 2 *cocleas* (FRONTIN. strat. 3, 9, 3). VITR. 7, 13, 2 *ostrum.* 7, 13, 3 conchylia (COD. Theod. 10, 20, 12 = Iust. 11, 8, 9). PLIN. nat. 9, 130 bucinum. *al. lapides, metalla sim.*: CINNA carm. frg. 4 lucens -itur crystallus. AETNA 433 sulphur in mercem -itur. TIB. 2, 4, 27 smaragdos (PLIN. nat. 37, 73). PROP. 1, 14, 12 gemma (*cf.* AMM. 23, 6, 88 genus gemmae). Ov. ars 3, 130 *caros lapillos* (*cf.* SEN. Herc. O. 662 lapis). MANIL. 5, 530 Pactoli ... census spumantis in aurum. SEN. amic. p. 31 aurum (LVCAN. 7, 756). TAC. Agr. 12, 6 *margarita.* Germ. 45, 4 sucinum. hist. 5, 6, 3 *bitumen.* 5, 7, 2 -ctae harenae. PRISC. periheg. 282 electra (*gr. 293* ἀμέλγονται). 311 adamanta. 1020 -itur ... iaspis curallique decus *eqs.* (*1018* scrutantur, *gr. 1118* ἰχνεύουσιν). *al. venena sim.*: VERG. ecl. 8, 95 venena. georg. 3, 282 hippomanes, quod saepe malae -ēre novercae (PROP. 4, 5, 18). HOR. sat. 1, 8, 22 ossa ... herbasque nocentes (*ad usum magicum ut* PROP. 3, 6, 28 exsectis anguibus. *aliter l. 12. p. 1125, 31*). Ov. met. 11, 607 ante fores *Somni* ... papavera florent innumeraeque herbae, quarum de lacte soporem Nox -it et spargit per opacas ... terras. STAT. Theb. 11, 312 serpens ... virus in ora -it. *alia*: VARRO ling. 6, 66 *ligna* caduca. VERG. Aen. 5, 209 fractos ... -unt in gurgite remos. 12, 475 pabula ... -ens nidisque ... escas *hirundo* (Ov. hal. 39). *et passim.* ⑪ *fruges, herbas sim.* (*fere in re agraria*): CATO agr. 3, 2 olea ubi -cta siet (64, 1 [*antea*: cogi. *cf.* 65, 1]. 144, 1 *seq.* delegerit. *al.* VARRO ling. 6, 66. rust. 1, 55, 1 de oliveto oleam ... -ere oportet potius quam quatere. *et saepe*). 5, 7 frondem iligneam. 17, 1 semen de cupresso, de pino (151, 1 cupressi [151, 2]. Ov. met. 5, 485 volucres s. iacta -unt. *al.*). 17, 2 *nuces* (CIC. de orat. 2, 265 NVX 72). 23, 2 uvas (24, 1 *seq.* delegeris. VARRO frg. Non. p. 551, 23 ling. 6, 66. rust. 1, 54, 2 in vindemia diligenti uva non solum -itur, ⟨sed etiam eligitur: -itur⟩ ad bibendum, eligitur ad edendum. *al.* PRIAP. 51, 6 Ov. ars 3, 646 fast. 3, 413. COLVM. 2, 21, 4 conditu. *al.*). 25 vinum (26. 114, 2 seorsum. 152 VARRO ling. 5, 94. 6, 16. *cf.* HOR. carm. 3, 21, 5 quocumque -ctum nomine Massicum). 31, 1 vimina matura, salix per tempus -atur (Ov. met. 6, 344 v. cum iuncis gratamque paludibus ulvam). 54, 1 glandem (Ov. met. 1, 104. EDICT. praet. VLP. dig. 43, 28, 1 pr. -ere, auferre). 70, 1 haec omnia sublimiter -i teri darique oportet. VARRO Men. 567 pancarpineo cibo coacto libamenta -ens caduca victus. ling. 5, 104 asparagi, quod ex asperis virgultis -untur (IVV. 11, 69). 5, 166 lectica, quod -bant, unde eam facerent, stramenta atque herbam (VERG. ecl. 8, 95 HOR. sat. 1, 8, 22 PROP. 1, 12, 10 Ov. met. 14, 347. 350 fast. 5, 401. *al.*). rust. 1, 23, 2 ut cetera, quae velluntur e terra, non subsecantur, quae quod ita -untur, legumina dicta (1, 32, 2 non secantur, sed vellendo -untur. PLIN. nat. 13, 165). *al.* CATVLL. 94, 2 ipsa olera olla -it (COLVM. 12, 7, 4 holus atrum. *cf.* IVV. 11, 78 holuscula). VERG. ecl. 2, 51 mala (3, 70 ex arbore. 8, 38 COLVM. 12, 47, 3. *al.*). 3, 92 flores (Ov. met. 4, 315. 5, 554 Pont. 3, 4, 63 COLVM. 10, 268. *al.*) et ... fraga (Ov. met. 1, 104. 13, 816. *al.*). DIRAE 73 metat hic iuncos, spicas ubi -imus olim (COLVM. 2, 9, 11. 2, 20, 3 multi mergis, alii pectinibus spicam ... -unt. *al.*). HOR. epod. 2, 55 -cta de pinguissimis oliva ramis arborum (COLVM. 2, 21, 4. *al.*). sat. 2, 4, 23 quae *mora* -erit arbore (Ov. met. 1, 104). TIB. 1, 7, 32 poma ... non notis -it ab arboribus (PRIAP. 68, 2 PROP. 2, 32, 39 Ov. met. 14, 650. Pont. 1, 8, 48 manu. *al.*). *al. obi. est res, de qua colligitur*: VARRO rust. 1, 53 messi facta spicilegium venire oportet aut domi -ere stipulam *eqs.* Ov. fast. 2, 254 stabat adhuc duris ficus densissima pomis: ... non erat apta -i. COLVM. 3, 2, 18 *vites apianae* nisi mature -ctae, pluviis ... adferunt praedam. SACR. [*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Gelas. 1, 42 p. 565 *apes* -unt pedibus flores. *obi. est res effecta*: VERG. ecl. 10, 41 serta (CARM. de mens. 1, 4). PROP. 4, 10, 4 e facili -cta corona iugo.

β usu plus minusve technico: ① *in re nautica*: VERG. georg. 1, 373 navita ponto umida vela -it (3, 532 v. -unt ... et proras ad litora torquent. EPIST. Sapph. 216 *opp.* dabit. VAL. FL. 2, 13 CLAUD. 15, 481). SEN. Tro. 759 ancoras classis -it (*cf.* VAL. FL. 2, 428 -itur ... uncus harenis: iam remi rapuere ratem *eqs.*). LVCAN. 3, 44 -ēre rudentes et posito remis petierunt litora malo (COMMENT.: verbum est nauticum). VAL. FL. 1, 314 prora funem -it Argus ab alta (SERV. Aen. 3, 127). ⓘⓘ *in lanificio*: VERG. Aen. 10, 815 extrema ... Lauso Parcae fila (lina *P*) -unt (*i. lanam de colu colligentes nendo conficiunt ut* ENNOD. carm. 2, 2, 6. *aliter* OV. fast. 3, 462 *Ariadne* dedit ingrato f. -enda viro [*cf.* PROP. 4, 4, 42 cum patuit -cto stamine torta via *labyrinthi*]). SEN. Herc. O. 219 dominae captiva colus fusosque -am.

b *translate*: PLAVT. Pseud. 414 huc concedam, unde horum sermonem -am. CIC. fin. 4, 72 illa (*sc. valetudinem, divitias eqs.*) non dico me expetere, sed -ere, nec optare, sed sumere, contraria autem non fugere, sed quasi secernere. MANIL. 3, 640 *Capricornus* nunc damna -it, nunc tempora supplet. VINCENT. LER. 23, 10 incongruum est, ut ... pro ... veritate frumenti ... zizaniae -amus errorem (*syn.* demetamus).

2 *demendi, tollendi causa*: LVCIL. 883 caput scabit, pēdes -it. OV. ars 2, 666 si ... albentes iam -it illa comas (*cf.* EPICED. Drusi 224 crinem ... ab ore. PHAEDR. 2, 2, 7 ambae *mulieres* ... capillos homini -ere coepere ..., canos puella, nigros anus evellerat [MACR. Sat. 2, 5, 7]). CELS. 7, 7, 15^H ubi tenues conditaeque venae sunt ideoque -i non possunt (7, 7, 15^I in temporibus et in superiore capitis parte. 7, 7, 15^K [*antea*: delegendae]. SEN. dial. 1, 3, 2 remedii causa quibusdam et radi ossa et -i et extrahi venas et quaedam amputari membra). SEN. benef. 5, 24, 3 ad Mundam in acie oculus mihi effossus est et in capite -cta ossa (QVINT. inst. 8, 5, 21 [*de verborum ambiguitate*] cum -cta in c. cuiusdam o. ... matri dedisset: '... nondum extulisti filium et iam o. -isti'. *cf.* SEN. dial. 6, 22, 3 lacerationes ... medicorum o. vivis -entium *eqs.* QVINT. inst. 6, 1, 30 -cta e funeribus [vulneribus *trad.*] o. *aliter p. 1124, 12. 43*). COLVM. 12, 49, 9 *olivis* si qui adhaerent pediculi foliaque aut surculi, -untur.

3 *subripiendo* (*cf. p. 1123, 48 sqq.*): LVCIL. 796 omnia viscatis manibus -et (*seq.* sumet, auferet. *huc traxit* NON. *contextu deficiente incertum an recte*). RHET. Her. 2, 30, 49 maius esse maleficium stuprare ingenuum quam sacrum -ere (laedere *M*), quod alterum propter egestatem, alterum propter intemperantem (imp- *M*) superbiam fiat (HOR. sat. 1, 3, 117 qui ... caules alieni fregerit horti et qui nocturnus sacra divum -erit).

B *fere i. q. eligere* (*cf. p. 1123, 47*): **1** *in vita publica* (*usu fere technico*): **a** *de magistratibus sim. creandis*: *α indicatur munus vel collegium* (*hic illic structuris promiscuis*): ① *acc. obi. effecti*: FAST. cos. Capitol. a. u. c. 538 (CIL I^2 p. 23) M. Fabius ... Buteo dict(ator) ... senat(us) leg(endi) caussa (CIC. Cluent. 129 VERG. *l. 65*. R. GEST. div. Aug. 8 [*gr.* ἐπέλεξα]. OV. ars 1, 461. LIV. 23, 22, 3 [electus *codd.*]. 23, 22, 10 dictatorem ... creari placuit, qui senatum -ret. *al.*). LEX repetund. (CIL I^2 583) 12 ⟨de CDL viris in hunc an⟩num -undis: pr(aetor) ... facito utei CDL viros -at (*ibid. saepius*). 19 de ... iudicibus ... -undeis (25 ex h(ac) l(ege). 27 quam in rem. *al.* CIC. Cluent. 120. *al.* SALL. [?] rep. 2, 7, 11 ex pecunia. LIV. 33, 46, 7. 34, 51, 6 a censu ... et senatum et iudices. SEN. contr. 2, 1, 17 census iudices ... -it. *al.*). LEX Corn. de XX quaest. (CIL I^2 587) 1, 8 viatorem (*ibid. saepius, item* praeconem). CIC. Cluent. 126 scribam (LIV. 40, 29, 10). Phil. 13, 28 Asinius quidam senator voluntarius -ctus ipse a se (LIV. 45, 32, 2 senatores, quos synedros vocant, -endos esse *Macedonibus*. PLIN. nat. 14, 5 censu. SVET. Claud. 24, 1). rep. 2, 50 patribus -ctis (VAL. FL. 5, 464). ELOG. CIL I^2 p. 189 n. 5, 15 princeps in senatum ... -ctus est (p. 193 n. 13, 20 LIV. 27, 11, 12. 38, 28, 2. *cf.* 27, 11, 9 senatus lectionem contentio ... de p. -endo tenuit. 34, 44, 4 principem senatus [39, 52, 1]. *al. imperatorem*: VOPISC. Tac. 2, 5. 6. 12, 1 AVR. VICT. Caes. 36, 1). VERG. Aen. 1, 426 iura magistratusque -unt sanctumque senatum (CAPITOL. Alb. 3, 6). 8, 119 -ctos ... duces (LIV. 1, 54, 2 ad ultimum belli [SIL. 17, 5 ad Africa bella. IVST. 5, 3, 3 belli. HEGES. 3, 1, 1 p. 182, 12 demendae ignominiae belloque conficiendo]. 28, 42, 5 militari suffragio ad tempus. *al.*). PROP. 4, 4, 44 virgineo -cta ministra foco (*cf.* LIV. 1, 3, 11 Vestalem [VIR. ill. 3, 11 virgines V. HIER. chron. a. Abr. 1221]. 1, 20, 2 virgines ... Vestae). OV. met. 13, 640 o Phoebi -cte sacerdos (SEN. contr. 1, 2, 1. 10. CIL XII 942, 4 caelesti lege). LIV. 1, 20, 4 Salios ... Marti Gradivo. 2, 18, 7 dictatorem (SIL. 7, 20). 2, 39, 1 imperatores ad id bellum (26, 2, 2. *principem*: TAC. hist. 2, 37, 1. CAPITOL. Max Balb. 12, 7 *syn.* delegerant. VOPISC. Aurelian. 40, 1. *al.*). 4, 41, 2 consulem. *al.* ⓘⓘ *praepos.*: in *c. acc.* (*iuxta* in *c. abl. l. 81. 84. p. 1126, 7*): LEX Bant. (CIL I^2 582) 20 neive eum censor in senatum -ito (LEX repetund. [CIL I^2 583] 13 CIC. Cluent. 132 dom. 82 fam. 6, 18, 1. 13, 5, 2. LEX Iul. munic. [CIL I^2 593] 86 neiquis eorum que⟨m⟩ ... ⟨in⟩ s. decuriones conscriptosve -ito neve sublegito neve co[a]ptato. 106 neve in s. neve in decurionum conscriptorum⟨ve⟩ numero. CAES. civ. 3, 59, 2 extra ordinem. BELL. Afr. 28, 2. *al. adde l. 61*). LEX Corn. de XX quaest. (CIL I^2 587) 1, 34 in decuriam (1, 36. 1, 41 in eam d. in tribus viatoribus. 2, 1. 2, 4 in tribus praeconibus. 2, 6. 39 LIV. 40, 29, 10). 2, 16 in eius viatoris, praeconis locum (LEX Iul. munic. [CIL I^2 593] 86 demortuei [LIV. 23, 22, 5. 23, 23, 5] damnateive *senatoris*. LIV. 3, 32, 3 *auguris* [33, 44, 3. 45, 44, 3]. 39, 52, 2. 42, 28, 13 *pontificis* [43, 11, 13]. TAC. ann. 4, 16, 1 *flaminis Dialis*. *al.*). VARRO Men. 453 in curiam (TRAIAN. Plin. epist. 10, 80 VIR. ill. 6, 6). LEX VRSON. (CIL I^2 594) 67, 13 in conlegium pontific(um) augurumq(ue) in demortui damnative loco h(ac) l(ege) -ctus cooptatusve. LIV. 1, 28, 7 in patres (1, 30, 2. 1, 35, 6. 1, 49, 6. 23, 22, 4. 42, 61, 5). PLIN. epist. 10, 112, 1 in bulen. GELL. 14, 2, 1 in iudices. *al.* inter: LIV. 2, 16, 5 i. patres. VELL. 2, 76, 1 honoratissimo i. illos CCCLX iudices loco. SPART. Did. 1, 4 i. viginti viros. CIL XIV 3607, 10 i. patricios. ad: LABEO Gell. 1, 12, 6 ad id sacerdotium (*sc. Vestae*). EVTR. 10, 17, 1 ad obtinendum imperium. CYPR. GALL. num. 191 levitae divina ad munia -cti. COD. Theod. 12, 1, 74 pr. ad consortium senatus. *β non indicato munere* (*exempla selecta*): CIC. Verr. II 2, 122 de quaestu, quem qui fecisset ne -retur. Mil. 21 cum optimos viros -ret ..., non potuit -ere non studiosos mei (*ibid.* in bonis viris -endis. SVET. Aug. 35, 1 *senatum* redegit duabus lectionibus: prima ipsorum arbitratu, quo vir virum [54. *cf. l. 30 sqq. p. 1127, 8*] -it). VARRO ling. 5, 87 legati, qui -cti publice. 6, 66 collegae, qui una -cti. VERG. Aen. 1, 518 cunctis ... -cti navibus ibant (*cf.* SIL. 1, 691 -cti ... senatu[s], qui ductorem adeant). LIV. 2, 1, 10 patrum numerum primoribus equestris gradus -ctis ... explevit. 2, 18, 5 consulares (*acc.*) -ēre: ita lex iubebat de dictatore creando lata. 4, 4, 7 *nobilitatem* per cooptationem in patres habetis aut ab regibus -cti aut ... iussu populi. 9, 30, 1. 9, 46, 10 senatum primus libertinorum filiis -ctis inquinaverat. 10, 7, 5 rite. 24, 8, 7 *syn.* creatus. 27, 11, 11 sortem -endi. FEST. p. 246 VELL. 2, 103, 2. VAL. MAX. 8, 13, 4 quos censor ... -erat (*inde* PLIN. nat. 7, 156). LEX Malac. (CIL II 1964) 5, 58 per tabellam. *al.*

***legūmen**, -inis *n.* [*qui Varrone auctore vocem a* legere *derivandam esse confidunt, si notionem coartatam defendere possunt, saltem in -ū- explicando haerent. Sch.*] *derivatur a* 2. lego: VARRO ling. 6, 66 (*v. l. 70*). rust. 1, 23, 3 (*v. l. 74. inde* PLIN. nat. 18, 165). 1, 32, 2 (*v. l. 76*). SERV. georg. 1, 74. 199 ISID. orig. 17, 4, 1. *scribitur* -men- *p. 1135, 7, in codd. etiam* lig-. *neutr. testatur* DVB. NOM. gramm. V 582, 19. *vix primae decl.* -a, (-ae): DIOSC. 2, 128 p. 227, 23 -a addita haec celerius coci possit (*pro* posse) facit *orobanche* (*gr. 2, 142 ὀσπρίοις ... συμβληθὲν τάχιον αὐτὰ δοκεῖ ἑψεῖν*). *legitur inde a* VARRONE, CIC. [*val.* legumă; *it.* legume (> *francog.* légume), *venet.* (*Verona*) liomi, *aemil. vet.* legome, *sic.* liume; *raet. occ.* liema, *or.* liums; *francog. vet.* leun, *med.* lyens; *francoprov.* ǐõ; *prov. vet.* leum *etc.*, *delph.* lyü, liéume, *prov.* lioume, liéume *etc.*, *langued.* lium, legun, *aquitan.*, *vasc.* legun; *cat.* llegum; *hisp.* legumbre; *port. vet.* legume, -a, -ia, *port.* legule. *suffixo mutato* (*forma* legimine): *ligur.*, *langob.*, *aemil.* leme, -i, *pedem.* lemu, -e. *cf. M.-L. 4972. Battisti-Alessio III 2198. 2199. Wartburg V 246sq. Corominas III 71. Machado² II 1393. G.*]

[*falso trad.* -n *pro* liquamen ORIBAS. syn. 4, 19, 3 La p. 22 (*Aa* lequamen, *gr. μετὰ ... γάρου*).]

nomen plantarum: 1 *strictius, siliquis praeditarum, ὄσπριον* (GLOSS.; *fusius de -bus agit* PLIN. nat. 18, 48sqq.; *dicitur maxime c. respectu siliquarum* PLIN. *p. 1135, 25, fructuum in siliquis nascentium* PRVD. *p. 1135, 64*): **a** *significantur vel comprehenduntur singulae species*: VARRO Men. 244 uti serat haec -a arte parva pauca, cicer, arviliam *eqs.* ling. 6, 66 *vocantur* ab legendo leguli ..., hinc -a in frugibus (*e* frumentis *corr. F*) variis. rust. 1, 23, 2 quae non multo indigent suco, ut cytisum et -a praeter cicer; hoc enim quoque -n, ut cetera, quae velluntur e terra, non subsecantur; quae, quod ita leguntur, -a dicta. 1, 31, 5 (*cf.* capit. p. 4, 30) hordeum et vicia et -a. 1, 32, 2 serendum viciam, lentem, cicerculam, ervilam ceteraque, quae alii -a, alii, ut Gallicani quidam, legarica appellant, utraque dicta a legendo. 1, 45, 1 *e terra exeunt* -a fere quadriduo ... praeterquam faba. 1, 58 (*cf.* capit. p. 6, 13) faba ⟨et⟩ -a in oleariis vasis ... servantur. CIC. nat. deor. 2, 156 terra ... feta frugibus et vario -um genere (*an ad 2?*). CAES. civ. 3, 47, 6 non illi[s], hordeum cum daretur, non -a recusabant *milites inopia pressi*. VERG. georg. 1, 74 seres ... farra *ibi*, unde prius laetum siliqua quassante -n (*i. fabam, ut vid.*) aut tenues fetus viciae tristisque lupini sustuleris ... calamos (*cf.* CALP. ecl. 4, 114 [119] -a plenis ... resonant siliquis). VITR. 5, 9, 8 frumenta ... congeruntur et,

[*Ravenna*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

si defit, holeribus, carne seu -bus defenditur *urbs oppugnata*. 8, 4, 2 si -a in vas ... coniecta ... percocta fuerint (CELS. 2, 18, 12. *cf. infra l. 47 et* LAMPR. Comm. 11, 4 -um coctorum). CELS. 1, 6, 1 non uti ... -bus oleribusque iisque, quae celeriter descendunt. 1, 7 vitet ... -a. 2, 18, 2 omnia -a quaeque ex frumentis panificia sunt. 2, 18, 5 ex -bus ... valentior faba vel lenticula quam pisum; ex oleribus *eqs.* 2, 21. 2, 25, 1. 2, 26, 1. TAB. cer. Pomp. (Ann. épigr. 1969/70 100b *et c, a. 37*) saccos legumenum. COLVM. 1, 6, 13 lacubus distinguuntur granaria, ut separatim quaeque -a ponantur. 2, 7, 1 -um genera cum sint complura, maxime grata ... videntur faba, lenticula, pisum, phaselus, cicer, cannabis, sesama, lupinum (*cf.* 2, 9, 17 inter frumenta etiam panicum ac milium ponenda sunt, quamvis iam -bus ea contribuerim). 2, 10, 19 nec ullum -n minus agro nocet *quam cicercula*. 2, 10, 22 ab his -bus ratio est habenda napi raparumque, nam utraque rusticos implent. 2, 10, 34 huic -i (*i. ervo*). 2, 11, 4 faba et cetera -a. 2, 11, 6 dotes eius -is (*i. fabae*). 2, 20, 6 -um quoque non alia cura est quam reliquorum frumentorum (*cf. l. 21*). 7, 9, 3 *porci* stipula pascantur ceterisque -um caducis frugibus. 8, 8, 6 commodissima cibaria *columbarum* putantur vicia vel ervum, tum etiam lenticula, milium, lolium (nec minus excreta tritici) et si qua sunt alia -a, quibus etiam gallinae aluntur. 11, 2, 47 *ut possint* tritici obseri modii CL, ceterorumque -um modii centum (VLP. dig. 34, 1, 14, 3 ad frumenta ceteraque -a exprimenda. *cf. l. 16*). *al. ap. eundem.* PETRON. 135, 5 *Oenothea attulit pannum*, in quo faba erat ...; ut solvit ... pannum, partem -is super mensam effudit iussitque me diligenter purgare. PLIN. nat. 16, 112 in eis (*frugibus*) spica in cacumine nascitur, -a in lateribus. 18, 48 (*cf.* 1, 18, 30) sunt ... duo prima earum (*frugum*) genera: frumenta ... et -a, ut faba, cicer. 27, 58 caules *calycis* in -bus decocti[s] sanant tenesmon. *al. ap. eundem.* QVINT. inst. 2, 20, 3 eiusdem -is (*i. ciceris*) modio *donavit Alexander quendam.* IVV. 15, 174 *Pythagoras* ventri indulsit non omne -n (PORPH. Hor. epist. 2, 1, 123 'siliquis' ⟨pro⟩ omni -e. SCHOL. Hor. sat. 2, 6, 63. *plur.* CELS. *supra*). PLIN. epist. 1, 20, 16 fabam ceteraque -a. SVET. Nero 16, 2 interdictum, ne quid in popinis cocti praeter -a aut holera veniret. PAVL. dig. 50, 16, 77 'frugem' pro reditu appellari, non solum frumentis ac -bus. sent. 3, 6, 78 frugibus legatis tam -a quam hordeum et triticum continentur. VLP. dig. 33, 9, 3, 11 -um thecae, arculae forte vel sportae. TERT. ieiun. *v. l. 55.* SER. SAMM. 365 lapathi ... -n. 433 lini tunsum siliquaeque -n (*cf. Plin. nat. 20, 251* cum faeno graeco. *aliter infra l. 65*). SPART. Did. 3, 9 holeribus -busque. ZENO *l. 55.* VVLG. *l. 54.* HIER. *l. 56.* LEONIAN. Alc. Avit. epist. 86 p. 96, 7 impleor oleribus ..., abundo -bus, sed quae tellus, non pontus emisit; inter haec qualia fuerint ... ostrea, non recordor. ISID. eccl. off. 2, 12, 3 psallentes ... -e causa vocis assidue utebantur, unde et cantores apud gentiles fabarii dicti sunt. reg. monach. 9, 4 pallentia ... -a.

b *per sing. significantur complures species* (*cf. supra l. 24. 30; vix huc l. 43*): COLVM. 8, 15, 6 gratissima *anatibus* est esca terrestris -is panicum et milium, aquatilis autem cibi *eqs.* CALP. ecl. 3, 83 cocto pensare -e panem. PLIN. nat. 18, 51 erumpit ... hordeum die septimo, -n quarto ..., faba a quintodecimo ad vigesimum (*et antea et postea*: -a). 18, 304 tenuior hordeo palea, exilis et -i. SVET. Galba 12, 3 dispensatori ... paropsidem -is pro sedulitate ... porrexisse. VLP. dig. 14, 1, 1, 12 ut certis mercibus eam (*navem*) locet ..., puta -i, cannabae. 33, 9, 3, 8 sive ... frumentum sive quid -is. TERT. anim. 48, 3 trina illa cum Daniele fraternitas -e solo contenti (VVLG. Dan. 1, 12 -a *ut* 1, 16. *ad eundem locum spectant* ieiun. 9 p. 284, 18 -um pabulum ZENO 2, 38 [1, 24, 2 L.] -a. HIER. epist. 54, 10, 3 -bus. *al. addas l. 61*). SPART. Sept. Sev. 19, 8 cibi parcissimus, -is patrii (porri *Petschenig*) avidus. SERV. georg. 1, 229 et vernum *tempus*, quo -n seritur, et autumnale, quo frumentum. PROB. Verg. georg. 1, 227 vicia est ... -is genus. HIER. epist. Morin (Bull. d'anc. litt. et d'arch. chrét. 3, 1913, p. 57, 129) quanti nobiliores (*sc. tres pueri, cf.* VVLG. *l. 54*) ... infuso tantum -e sustentantur? (PALLAD. hist. mon. II 10 p. 359^D olera cruda et ... -n infusum [I 6 p. 270^B -is aliquid, *gr. p. 48, 6 B.* ὀσπρίων βρεκτῶν]). vita Hilar. 11 aut pomorum aut -is. PRVD. cath. 3, 64 nos holeris coma, nos siliqua feta -e multimodo ... paverit (*cf. supra l. 38*). CASS. FEL. 33 p. 71, 11 -n (-a *Rose*). EXPOS. mundi 34 hordeum, -n et vinum *fert Aegyptus.* EVSTATH. Basil. hex. 5, 3, 5 -n (*gr.* τι ... τῶν χεδρόπων). ENNOD. opusc. 3, 48 p. 343, 6 holerum et -is ... epulis. 4, 20 p. 387, 24 parum -is. PALLAD. hist. mon. II 15 p. 372^B olera ... et ptisanas ac -n (*gr. p. 122, 14 B.* ὀσπριδίων).

2 *latius comprehenduntur etiam frumenta* (*cf.* leguminalis; *dub. an huc p. 1134, 71*): GLOSS. III 266, 47 περὶ ὀσπρίων· de -bus: ... frumentum ... triticum ... ordeum ... cicer ... lenticula *eqs.*

deriv.: leguminalis, leguminarius. *cf.* legumentum.

lēgumenārius *v.* leguminarius.

legūmentum, -ī *n.* *cf.* legumen. [*restituitur* -is *pro* integumentis LIV. 40, 59, 8 (= OBSEQ. 7), *v. vol. VII 1, 2088, 53.*] *i. q. legumen*: GELL. 4, 11, 4 nullo saepius -o Pythagoram dicit *Aristoxenus* (*frg. 25 W.* ὀσπρίων) usum quam fabis. 4, 11, 10 opinati ... sunt plerique κυάμους (*Empedocl. frg. B 141 D.*) -um dici, ut a vulgo dicitur, *sed re vera significantur testiculi.*

legūminālis, -e. *a* legumen. *i. q. ad legumina (voce latissimo sensu usurpanda, cf. l. 71) distinguenda factus*: EDICT. imp. Diocl. frg. Myl. 5 (CIL III p. 2328^60) ⟨c⟩ribrum -e t⟨extile⟩ (*gr. respondere vid. frg. Megal.* κόσκινον ... σιμιδαλια [*vix sanum, desideratur* -λιαῖον *vel* -λιακόν]).

legūminārius, -ī *m. et* -a, -ae *f.* *a* legumen. *scribitur* -men- CIL VI 9683. *i. qui (quae) legumina vendit* (GLOSS. II 586, 30 -us: legumina vendens. *vertitur* ὀσπριοπώλης GLOSS. II 388, 20. III 308, 61): CIL VI 9683 negotiatrici frumentariae et -a(e) ab scala Mediana. XIII 5221 lec⟨uminarii⟩. *Ravenna.*

leienteria *v.* lienteria. **leimito** *v.* limito.

leipothȳmia *v.* lipothymia.

⟨l⟩elepris *restituitur* PLIN. nat. 32, 149 *ex Hesychio λ 607* λελεπρίς· ἰχθύς ποιός, ἡ καλουμένη φυκίς.

lēmae, -ārum *f.*, ἡ λήμη. *i. q. gramae*: PLIN. nat. 23, 49 si -ae in oculis erunt. CAEL. AVR. acut. 2, 6, 30 oculos -is obsitos. CASS. FEL. 29 p. 50, 8 egestiones vel pituitas oculorum, quas Graeci -as vocant. *B.*

lembāgo *v.* lampago.

lembulus, -ī *m.* *a* 1. lembus *deminutive.* *scribitur in codd. etiam* lim-, -bol-. *i. q. parvus lembus*: PRVD. perist. 5, 455 (*450* cumbam) *corpus martyris* levi ... vectum -o amplum per aequor auferas? PAVL. NOL. epist. 49, 1 p. 391, 6 illos *e navi in scapham egressos* statim cum fragili perfugio -i sui abripuisse in scopulos procella dicitur. 49, 8 p. 397, 15 (*397, 4* naviculis) famulantibus -is suis ... navem ad portum suum ... duxerunt *piscatores.*

lembunculus, -ī *m.* *ex* 1. lembus *et* 2. lenunculus *conflatum videtur; cf.* lembusculus, lemniculus (-um) *necnon* lembulus. GLOSS.^L I Ansil. LI 300 limbunculus navicula non grandis (III Abstr. LI 33). II Philox. LE 16 lem⟨b⟩unculus πῖτυλος, σκαφίδιον. lemnunc- (*an ad* 2. lenunculus?): GLOSS.^L I Ansil. LE 107 lembum. 108 navicula, ipse est et lembus. *addas var. lect. p. 1166, 48.*

1. *lembus, -ī *m.* (*f. l. 32*), lemba, -ae *f. l. 31*, λέμβος. *scribitur* lim-: PLAVT. Men. 442 (*defic. A*) *et hic illic var. lect.* lym-: ACC. trag. 129 GLOSS. lemv-: AMM. 25, 8, 3 GLOSS. lemba (*sec.* cumba ?): GLOSS.^L III Abol. LE 16 GLOSS. IV 106, 31. *fem.* (*testatur* PRISC. gramm. II 169, 15 [*fort. e Capro et Probo, quos laudat 171, 14*] hic et haec ... -us): TVRPIL. com. 98 -i ... duae. *cf. var. lect. l. 42.* *de notione* (*explicatur fere* VERG. georg. 1, 201): NON. p. 534, 1 -us: navicula brevis piscatoria (*affert* ACC., TVRPIL. *utrumque locum*, VERG., SISENNAM). PROB. Verg. georg. 1, 201 genus navigii. SERV. (*ad eundem locum*) -um: naviculam admodum brevem. BREV. EXPOS. (*ad eundem locum*) navis piratica brevis (*cf.* GLOSS.^L I Ansil. LE 101 navicula piratarum). FVLG. serm. ant. 30 genus navicellae velocissimae, quos dromones dicimus (*affertur* VERG. georg. 1, 201). ISID. orig. 19, 1, 25 navicula brevis, qui (quae *var. l.*) alia appellatione dicitur et cumba et caupulus sicut et lintris, id est carabus. GLOSS. II 432, 51 σκάφος τὸ πλοιάριον: -us. GLOSS. navis brevis. navicella (*vel* navicula) non grandis. *al.*

nomen naviculae (*interdum distinguitur a navi; evanescit vis deminutiva fere ap.* AVIEN. *infra l. 71sq.*): **1** *proprie*: PLAVT. Bacch. 279 (*277* in navem conscendimus) -um conspicor longum (*de eodem* 281. 286 is nostrae navi -us insidias dabat. 305. 958). Merc. 193 -o advehitur *ad navem* tuos pater pauxillulo (*de eodem* 259). TVRPIL. com. 98 -i ... duae ad nostram adcelerarunt ratem. 124 hortari nostros coepi ilico, ut celerent (cederent, celarent *codd. Nonii*) -um. ACC. trag. 129 aliquanto solito (-tus *trad.*) -o sum progressus longius. SISENNA hist. 38 cum scaphis ac -is (AMM. 29, 6, 18). VERG. georg. 1, 201 omnia ... retro sublapsa referri, non aliter quam qui adverso vix flumine -um remigiis subigit (*inde item in comparatione* HIER. adv. Pelag. 3, 4 p. 573^B). LIV. 24, 40, 2 *Philippum* -is biremibus centum flumine adverso subvectum. 28, 8, 8 quinqueremibus ... et -is (44, 29, 1). 32, 21, 27 tectae naves et ... -i (33, 39, 10 cum classe tectarum navium, ad hoc levioribus navigiis cercurisque ac -is). 34, 26, 11 (*seq.* mixtisque aliis minoris formae navigiis). 32, 32, 9 cum quinque -is et una nave rostrata. 34, 35, 5 neve ipse *Nabis* navem ullam praeter duos -os, qui non plus quam sedecim remis agerentur, haberet. 35, 26, 1 -os pristesque (44, 28, 1). 37, 27, 4 piraticos celoces et -os (CVRT. 4, 5, 18. 4, 5, 21 [*cf. Arrian. anab. 3, 2, 4* ἡμιολίαις λῃστρικαῖς]). 40, 4, 11 -um armatum ad retrahendam (pertra- *trad.*) eam navem. 44, 28, 5 *opp.* onerarias *naves* (44, 29, 4). 44, 30, 13 fama -orum vastantium maritimam oram. 45, 10, 1 cum classe -orum. *et vicies ap. eundem.* PLIN. nat. 7, 208 -um Cyrenenses *invenerunt.* FRONTIN. strat. 2, 7, 14. GELL. 10, 25, 5 *inter nomina navium.* SOL. 52, 48 *ut harundo* -i vice vectitet navigantes (*cf. Plin. nat. 16, 162* navigiorum ... vicem). PANEG. 3, 8, 3 de Iuliani -is liburnisque. AVIEN. ora 130 (*120* ratem, *128* navigia) si quis ... ab insulis Oestrymnicis -um audeat urgere in undas. orb. terr. 384 in ... procellosos -um convertere fluctus. 646 in Hadriacam -um cogentibus undam (*Dionys. perieg. 482* νηός). 660 (*ibid. 492* νηί). 788 (*792* carinas, *ubi respondet ap. illum 603* νῆα). AVSON. Mos. 197 caudiceo ... -o. 201 remipedes ... -i. AMM. 17, 13, 17 *syn.* luntribus. 25, 8, 3 brevibus -is (*de eisdem 24, 7, 4* minores *naves*). 30, 3, 5 amnicis -is. *al.* PAVL. NOL. carm. app. 1, 22 ille decem celsis sulcans maria ante carinis nunc -um exiguum scandit et ipse regit. CARM. de Sod. 153 adclinantque leves laterum libramine -os (adclinant leves laterum *var. l.*). SIDON. carm. 7, 371 (*de pirata*) assuto ... mare findere -o. epist. 2, 2, 18. 2, 12, 1 -um mobilem, solidum, lecti capacem.

2 *transfertur ad homines*: PLAVT. Men. 442 est hic praeda nobis (*sc. meretrix*). :: perii, iamne abis? periit probe, ducit -um dierectum navis praedatoria. FRONTO p. 91, 1 v. d. H. (p. 97 N.) vides ..., quam-

[*Hübner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quam non semper ex summis opibus ad eloquentiam velificaris, tamen sipharis et remis te tenuisse iter, atque ut primum vela pandere necessitas impulit, omnis eloquentiae studiosos ut -os et celocas facile praetervehi.

deriv.: lembulus. *cf.* lembunculus, lembusculus, lemniculus (-um).

2. lembus *v.* limbus.

lembusculus, -ī *m.* *cf.* lembunculus (*q. v.*), lemniculus (-um). GLOSS. IV 534, 54 linbusculus (*sine interpretamento; antea*: linbus navicula non grandis).

lēmma, -tis *n.*, λῆμμα. *scribitur* legm- SCHOL. Cic. Bob. p. 169, 1. [*var. l. det.* GELL. 9, 16, 7. *restituitur* -ta *pro* prolismata HIER. epist. 53, 8, 3 (*cod. H, fortasse leg.* problemata, *ut coni. B. Löfstedt, per litteras*). *dub. an legendum sit* -ta *pro* elementa CHALC. comm. 302, *cf. vol. I 282, 75. V 1, 348, 60.*]

fere i. q. argumentum (*operi inscriptum tituli specie l. 24. 29*): 1 *generatim*: **a** *dialecticorum*: CIC. div. 2, 108 demus tibi istas duas sumptiones, ea, quae -ta appellant dialectici, sed nos Latine loqui malumus. DON. Ter. Andr. 546 hic syllogismus negativus dicitur, nam in secundo -te negat, quod prius dixit. 569 alter est syllogismus per contraria -ta et ipse negativus. **b** *poetarum, nutricis* (*l. 34*), *oratoris* (*de ipso carmine l. 22. 27. 34*): MART. 10, 59, 1 consumpta est uno si -te pagina, transis, et breviora tibi, non meliora placent. 11, 42, 2 vivida cum poscas epigrammata, mortua ponis -ta. 14, 2, 3 -ta, si quaeris, cur sint adscripta *apophoretis*, docebo: ut, si malueris, -ta sola legas. PLIN. epist. 4, 27, 3sq. -a sibi sumpsit *poeta quidam*, quod ego interdum versibus ludo; atque adeo iudicii mei te iudicem faciam, si mihi ex hoc ipso -te secundus versus occurrerit *eqs.* (*affertur totum poemation*). AVSON. 158 p. 28 P. quosdam *versiculos meos* solet commendare materia et aliquotiens fortasse lectorem solum -a sollicitat, tituli ut festivitate persuasus et ineptiam ferre contentus sit (*sic interpunxit Brandes in schedis nostris, post* titulum *vix recte interpungunt edd.*); hoc opusculum nec materia amoenum est nec appellatione iucundum. 324 p. 109 imaginem *Cupidinis cruciati* specie et argumento miratus sum ...; mihi praeter -a nihil placet. 406, 90 p. 242 nutricis inter -ta lallique somniferos modos (*cf. Thraede, Hermes 96, 1968, 626*). SCHOL. Cic. Bob. p. 169, 1 (*ad Cic. Planc. 101* lacrimas *eqs.*) lacrimosis -bus iam perorat, adfectus animi sui cum varia miseratione proluens *eqs.* SIDON. epist. 8, 9, 3 videris, quam tibi sit epigrammatis flagitati -a placiturum (*affertur ipsum poema*).

2 *speciatim, sc. in malam partem*: MAR. VICTORIN. rhet. 1, 13 p. 193, 39 *firmamentum* si quando adhibetur, necesse est aut in themate sit aut in historia, alias -a dicitur, id est falsum argumentum.

cf. analemma, dialemma, dilemma, dilemmatus.

lemmonēs *v.* lemures *p. 1138, 58.*

lemniculus, -ī *m. et* -um, -ī *n.* *cf.* lembunculus (*q. v.*), lembusculus. GLOSS. IV 107, 12 lemniculum (-a *var. l.*) navicula. V 635, 51 lymniculus navicula.

lēmnis (lemois *trad.*) est dies, qui apud antiquos magni honoris erat, unde et sollemnis dies festa dicitur, quae magno anniversario celebratur, ex quo et lamnisc(a)e (*an* lemniscatae *scribendum?*) dicuntur coron(a)e, quae de fasciis fiebant GLOSS. V 621, 5. *cf.* lemniscus.

lēmniscātus, -a, -um. *a* lemniscus. *scribitur* -min- GLOSS. II 339, 10. *i. q. lemniscis ornatus*: 1 *de palmis, coronis*: CIC. S. Rosc. 100 (*in imag. de Capitone, de quo 17* plurimarum palmarum ... gladiator; lanistam) multas esse infames eius palmas, hanc primam esse tamen -am, quae Roma ei deferatur (Romae d. *trad.*; *cf.* GLOSS.[L] IV Plac. L 33 -a maior palma gladiatorum; est nomen productivum generis feminini [*vix subst., cf. p. 1138, 8*]). SERV. Aen. 5, 269 ('puniceis ... taenis') significat -as coronas, quae sunt de frondibus et discoloribus fasciis et, sicut VARRO dicit, magni honoris sunt (6, 772 ['civili ... quercu'] aliae c. ... erant murales, aliae agonales, id est -ae. GLOSS. V 553, 56 -ae c.: agonales. *cf. l. 74*). 2 *in arte medicorum i. q. circa bracchia fasciatus* (*cf.* lemniscus *sub 2b*): GLOSS. II 339, 10 καρποδέσμοις περιειλημμένος -us. 586, 18 -us: in bracchiis fasciatus a medicis.

lēmniscus, ī *m.*, λημνίσκος. *scribitur in codd.* len(t)-, lenn-, li(m)n-. -min- GLOSS. II 339, 9. 581, 23 (*cf. infra p. 1138, 41*). gemin- GLOSS. *p. 1138, 41.* *acc. graecus* -on CHIRON 87 (-os VEG.). *fem.* -ae *v.* GLOSS. *infra sub 1c.* [*dub. interpr.* TRACT. in Luc. 5, 1 Migne suppl. 1, 337 ab hac *Gennesareth* -i palus habet inductum *i. ductum aquae* ('*si* -i *lectio vera est, iam hinc habere videmur novam etymologiam palaestini vocabuli Gennesareth*' *Mai ad l.*). *confusiones c.* linio *v. sub 2a.*]

1 *i. q. taenia, fascia, honoris signum* (PAVL. FEST. p. 115 -i, id est fasciolae coloriae dependentes ex coronis, propterea dicuntur, quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum. *de re v. Schuppe, RE Suppl. V 548sq. Ruggiero, Diz. epigr. s. v.; sing.* AVSON. *tantum*): **a** *proprie*: PLAVT. Pseud. 1265 unguenta atque odores, -os, corollas dari dapsiles (*in convivio*). LIV. 33, 33, 2 ruente turba ... coronas -osque (lemnis quosque *trad.*) iacientium *in imperatorem*. PLIN. nat. 16, 65 e quibus *tiliarum tunicis* vincula tiliae vocantur tenuissimumqu⟨e⟩ eorum philyrae, coronarum -is celebres antiquorum honore. 21, 6 Crassus Dives primus (*a. 212 a. Chr.*) argento auroque folia imitatus ludis suis coronas dedit accesseruntque et -i, quos adici ipsarum coronarum honor erat *eqs.* (*cf.* 1, 21, 4 quis primus [primum *trad.*] coronas foliis argenteis et aureis dederit. quare corollaria dicta. de -is. CAPITOL. Ver. 5, 3 coronas ... datas -is aureis interpositis et alieni[s] tempori[bu]s floribus *in convivio*). SVET. Nero 25, 2 incedenti *Palatium post iter Graecum* ingestae ... aves ac -i et bellaria; sacras coronas in cubiculis ... posuit. TERT. coron. 12 l. 28 triumphi laurea *corona* foliis struitur an cadaveribus? -is (lemnis *A*, lamnis *Rigaltius*) ornatur an bustis? **b** *in comparationibus* (quasi *l. 10*): AVSON. 410, 6 p. 269 P. quae iamdudum tibi *Paulino* palma poetica pollet, -o ornata est, quo mea palma caret. SERV. auct. ecl. 9, 46 (*47* 'Caesaris astrum') Baebius Macer circa horam octavam stellam amplissimam, quasi -is, radiis (lemnicas cactis *trad.* lemniscatis *Daniel, alii alia*) coronatam, ortam dicit, quam quidem ad inlustrandam gloriam Caesaris iuvenis pertinere existamabant. *?* **c** *de ipsa corona*: GLOSS. *v. s.* lemnis.

2 *in arte medicorum*: **a** *i. q. linamentum, tiltum, licinium sim.*: CELS. 7, 28, 2 lin[i]amentum (-os Graeci vocant) in aceto tinctum demittere *in vaginam*. CHIRON 44 pannos ex (et *trad.*, VEG. mulom. 2, 82, 3 p. vel -os ex) aceto et oleo per cutem traicies (*seq.* linitos pannos); ... curabis, ut ... -os subicies; ... -os educere (*sim.* VEG. *l. c.*). 61 -um (lemnas cum *cod.*) linis aceto *eqs.* ex aceto et oleo subigito *auriculae* (*Veg. mulom. 2, 14, 1* linis aceto ... et oleo). 62 curato mero et oleo et sale mixto, -um saciatum subigito *auriculae* (VEG. mulom. 2, 14, 3 vino, oleo et sale mixto infusos -os inducis [infusus linis eos *G*]). 87 curato aceto, sale et oleo; -on subicito *gutturi* (VEG. mulom. 2, 23, 2 aceto et sale et oleo infusos -os subicere). 107 licinium (lu- *cod.*) tortum in crinicula cum axungia, aceto et oleo saciato, per ea foramina (*in cute genuum*) ustionis traicere -um *eqs.* (108 eximes -um. *sim.* VEG. mulom. 2, 48, 6. 7 [linies cum *P*]). 112 (*sim.* VEG. mulom. 2, 48, 11). 668. THEOD. PRISC. log. 104 iniciendi sunt aliquando oleo roseo vel murteo et incontinenti -us supponendus est in basilicon infusus (*de tenismo curando ut* PHILVM. med. 4 p. 147, 10 -um [licinium *var. l.*] litum de tetrafarmaco ... modica cera addita cum -o). CASS. FEL. 18 p. 27, 15 *post strongylotomian* siccis et tenuissimis -is et tiltario locum calcabis. 20 p. 31, 17 illitum scisso linteolo (scissum linteolum *trad.*) -um inicies et eum calcabis. PS. SORAN. quaest. med. 242 quae differentiae sunt de emmotis, id est linteolis? quinque; ... sunt etiam qui -i vocantur, qui etiam sunt longi et superpositi emmotorum custodes vocantur. ORIBAS. syn. 9, 49 add. Aa p. 371 vulneri *matricis* imponendum est de linteis (lentiis *trad.*) mollibus -us cum oleo roseo ...; iterum inponis -os miti tactu. *?* **b** *i. q. fascia brachii* (*v. s.* lemniscatus *sub 2 et* geminiscus): GLOSS. II 339, 9 καρπόδεσμος -us (geminiscus *trad.*) articularius; fasciola. 581, 23 -us (geminiscus *trad.*) ligatura brachiorum febrientibus.

3 *signum criticum*: ISID. orig. 1, 21, 5 ÷ -us, id est virgula inter geminos punctos iacens, apponitur (op- *Lindsay, fort. per errorem*) in his locis, quae sacrae scripturae interpretes eodem sensu, sed diversis sermonibus transtulerunt.

deriv.: lemniscatus.

lemnunculus *v.* lembunculus. **lemois** *v.* lemnis. *Hübner.*

lemorēs *v.* lemures. **lēmōsinātor** *v.* lenocinator.

? **lemunculus** *v.* lembunculus.

lemurālis, -e. *a* lemures. *i. q. ad lemures pertinens*: PAVL. FEST. p. 87 *faba* -bus iacitur larvis (SCHOL. Ter. p. 76, 8).

lemurēs, -um *m.* [*originis obscurae. Sch.*] *derivatur a* Remus *l. 64. 67.* *scrib.* -mor-: CE, CHAR., PORPH. *tam in lemmate quam in interpretamento,* PRISC. *cod. B,* GLOSS. *?sing.* -r APVL. *l. 77; inter pluralia tantum* CHAR. gramm. p. 34, 17 B. DIOM. gramm. I 327, 31.

nomen larvarum sim. (GLOSS. νυκτερινοὶ δαίμονες. daemones. larvae (nocturnae). umbrae sugillatorum. *huc fortasse* GLOSS.[L] I Ansil. LE 108 lemmones: animas mortuorum): VARRO frg. Non. p. 135, 16 in sacris fabam iactant noctu ac dicunt se -es (-ios *trad.*) domo extra ianuam eicere (elicere *Luc. Müller.* NON. *ad l.*: larvae nocturnae et terrificationes imaginum et bestiarum). HOR. epist. 2, 2, 209 somnia, terrores magicos, miracula, sagas, nocturnos -es portentaque Thessala rides? (PORPH.: umbras vagantes hominum ante diem mortuorum et ideo metuendas; et putant -es esse dictos quasi remulos a Remo, cuius occisi umbras frater Romulus cum placare vellet, Lemuria instituit, id est Parentalia. *sim.* SCHOL.). OV. fast. 5, 483 (*421* Lemuria) *Romulus* lucem ... Remuria dicit illam, qua positis iusta feruntur avis; aspera mutata est in lenem tempore longo littera, quae toto nomine prima fuit; mox etiam -es animas dixere silentum. PERS. 5, 185 nigri -es ... incussere deos inflantes corpora (SCHOL.: -es ... deos manes dicit, quos Graeci daemonas vocant quasi umbras quandam habentes divinitatem; Lemuria autem dicuntur dies, quando manes placantur). APVL. apol. 64 semper ... obvias species mortuorum, quidquid umbrarum est usquam, quidquid -um, quidquid manium, quidquid larvarum. SOCR. 15 p. 152 est et secundo significatu species daemonum animus humanus emeritis stipendiis vitae corpori (-re *trad.*) suo abiurans; hunc vetere Latina lingua reperio -em (*edd.*, -um *codd.*; -um ⟨nomine⟩ *Lütjohann*) dictitatum; ex hisce ergo -bus *proveniunt et lar familiaris et larvae* (*locum indiligenter affert* AVG. civ. 9, 11 p. 382, 16 D.). met. 4, 22, 5 latrones ... castra commovent instructi ... varie, partim gladiis armati, ⟨partim⟩ in -es reformati. MART. CAP. 2, 162 manes ... cum his (*corporibus defunctis*) manentes appellati -es *postea et in lares et in larvas ac manias conversi.* PRISC. perieg. 691 *regio quaedam generat* malos -es quod pellit munus, iaspim, nocturni manes fugitant quam membra tuentem

[*B.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*Dionys. 724sq.* ἴασπιν, ἐχθρὴν ἐμπούσῃσι καὶ ἄλλοις εἰδώλοισιν). CE 920, 4 *signum crucis faciens* nec -u(m) insidies expectaraque (*i.* spectraque) vana time (*'litterae sunt saec., ni fallor, octavi' Hübner, 'antiquioris carmen originis videtur ... ac priscae religionis vocabula adfert' Bücheler*).

deriv.: lemuralis, lemuria. *cf.* lemnis.

lemūria *n. pl.* *a* lemures. *veriloquium apud Ov. fast. 5, 479 v. s.* lemures. *i. q. dies festi 9., 11., 13. mensis Mai, ad placandos lemures instituti* (PORPH. Hor. *p. 1138, 65.* LYD. mens. 4, 82 ἑορτὴ ἡ λεγομένη Λεμούρια οἷον τιμαὶ εἰδώλων ἢ φασμάτων ἢ δαιμόνων ἐμπαθῶν. GLOSS. V 370, 25 -a[m] dies festus laetitiae [Larentiae *Bährens*]. *huc pertinere vid.* GLOSS. II 120, 44 lamuriliae ἑορταὶ τῆς αστιας [*Ἀττίας var. l.*; *Ἑστίας, Ἑκάτης, ἀγχισταίας coni. viri docti*]. *v. etiam p. 1138, 65. 72. cf.* limulla, limuriae): FAST. ann. Num. Ant. (NSc. 1921 p. 73sqq.) Mai. 9 Lemur(ia) n(efastus). 11 Lemur(ia) n(efastus) ma⟨niae⟩ (*an* ma⟨nibus⟩ *?*). 13 Le⟨mur(ia)⟩. ann. Iul. Venus. (CIL I² p. 220) 9. 11. 13: lem(uria) n(efasti). ann. Iul. Maff. (*ibid.* p. 224) *item.* Ov. fast. 5, 421 *diebus trinis Mai* ritus erit veteris, nocturna -a, sacri (*describuntur ibid. 429sqq.; cf. sub* lemures). *B.*

1. lēna, -ae *f.* [*orig. inc., cf.* leno. *Sch.*] *derivatur a* lenio EVTYCH. gramm. V 454, 18 (*cf. lusum verborum l. 41*). *de notione*: VLP. dig. 23, 2, 43, 7 -as ... eas dicimus, quae mulieres quaestuarias prostituunt; -am accipimus et eam, quae alterius nomine hoc vitae genus exercet *eqs.* ISID. orig. 10, 63 conciliatrix ob societatem flagitiosae consensionis dicta ...; hanc etiam et -am (lenonem, leonem *trad.*) vocant. GLOSS. II 586, 10 -a nutritor meretricum (*'ex graeco male versa' Goetz*). *v. et l. 71.* *legitur inde a* PLAVTO, TRABEA, CIC.

i. quae amatores allicit, meretrices alit, prostituit:

1 *proprie*: PLAVT. Asin. 175 neque fictum usquamst neque pictum neque scriptum in poematis, ubi -a bene agat cum quiquam amante, quae frugi esse volt. 178 quasi piscis, itidemst amator -ae: nequam est nisi recens. 746 quem conscripsti syngraphum inter me et amicam et -am. 749. 752. 799 (*verba syngraphi*) nec mater -a ad vinum accedat interim. 815. 915. Cist. *persona* -a (*quae vox in ipso textu non occurrit*). Mil. 110 sublinit os illi -ae, matri mulieris. Most. 270 non videor vidisse -am callidiorem ullam alteras (TIB. 1, 5, 48 venit in exitium callida -a meum). Persa 243 omnes sunt -ae levifidae, neque tippulae (Paul. Fest. p. 366, stipulae *codd. Plauti*) levius pondust quam fides lenonia. Truc. 224 bonis esse oportet dentibus -am probam, adridere ut quisquis (-que *A*) veniat blandeque alloqui, male corde consultare, bene lingua loqui. TRABEA com. 1 -a delenita argento nutum observabit meum. TIB. 2, 6, 44 -a nocet nobis, ipsa puella bona est; (45) -a vetat miserum recipi *eqs.* 2, 6, 53 tibi, -a, precor diras. PROP. 4, 5, 1 terra tuum spinis obducat, -a, sepulcrum. 4, 5, 75 sit tumulus -ae curto vetus amphora collo. Ov. am. 1, 8, 1 est quaedam (quicumque volet cognoscere -am, audiat), est quaedam nomine Dipsas anus *eqs.* (3, 5, 40 pectora quod nostro cornix fodiebat acuto *sc. in somnio*, ingenium dominae -a movebat a. [laeva movebit *Heinsius; de avi cf. 1, 8, 13sq.*]. CE 1178c, 29 [*s. II in.*] cum tibi noctis opem -a ferebat a. CLAVD. 18, 95 longaeva). 1, 15, 17 dum fallax servus, durus pater, improba -a, vivent et meretrix blanda, Menandros erit. MART. 9, 29, 10 quae sciet hos illos vendere -a toros. IVV. 6, 489 expectatur *moecha* in hortis aut apud Isiacae potius sacraria -ae. APVL. met. 5, 28, 9 (*loq. Venus de filio suo*) nimirum illud incrementum -am me putavit, cuius monstratu puellam illam cognosceret. VLP. reg. 13, 2 ingenui prohibentur ducere corpore quaestum facientem ⟨et⟩ -am et a lenone -a[m]ve manumissam *eqs.* LAMPR. Heliog. 31, 6 causa vehiculorum erat lenonum, -arum, meretricum ... multitudo. EVGRAPH. Ter. Hec. 63 quam meretrix temperata est, -a vero asperior! eius etenim truces mores esse plurimum debent, at meretrici blanditiae. 2 *in imag. et translate i. q. conciliatrix* (*c. gen. rei l. 62. 66. 70sq.*): CIC. nat. deor. 1, 77 quam blanda conciliatrix et quasi (quam *var. l.*) sui sit natura (lenis *var. l.*) -a. Ov. am. 3, 1, 44 (*loq. Elegia*) huic ego proveni -a comesque deae *Veneri.* ars 3, 316 discant cantare puellae; pro facie multis vox sua -a fuit. 3, 752 grata mora venies (est Veneri *sim. var. ll.*), maxima -a mora est. TERT. coron. 14 l. 11 quid ... est in capite feminae corona quam formae -a, quam summae lasciviae nota *eqs.*? AVSON. 90, 8 p. 347 P. incipient operas conducti vendere moechi *senescentibus*, quos modo munificos -a iuventa tenet. AMBR. in Luc. 7, 141 ut animae caro fiat adpendix, non iam -a vitiorum, sed aemula quaedam et quasi pedissequa virtutis (GLOSS. -a v.: seductrix). CLAVD. 10, 25 (*Honorius nuptias desiderat*) non ego ... quaesivi vultum, thalamis (tabulis *dett.*) ut nuntia formae -a (laeva, plena, plene *var. ll.*) per innumeros iret pictura penates.

in lusu verb. c. delenio *l. 41.*

2. lēna *v.* laena. *Hübner.*

[lenamentum *falso tradi vel edi vid.* SYNON. Cic. p. 413, 30 *pro* levamentum.**]**

lencola i. lapsinia GLOSS. III 584, 21. *obscurum.*

lendenis, lendina, lendis, -ix *v.* 1. lens.

lēnefio, -ieri. *a* 2. lenis *et* fieri. *i. q. lenem, lēvem fieri* (*cf. p. 1146, 1sqq.*): CHIRON 798 haec ... teres, donec -ant ([leve fiant *ed.*]. *cf.* 807 haec ... conteres, d. -at [leve fiat *trad., ed.*]. *ibid.*: conteres, d. -at [leve fiat *ed.*]). *cf.* lenifico. *B.*

lēnianimus, -a, -um. *a* 2. lenis *et* animus. *i. q. leni animo praeditus*: SCHOL. Ter. p. 143, 27 (*ad Hec. 311sq.* qui eos *pueros iratos* gubernat animus, eum infirmum gerunt; itidem illae mulieres sunt ferme ut pueri levi sententia) saepe evenit inter -os, ut ... irascatur unus, alius non irascatur *eqs.*

lēnifico, -āre. *a* 2. lenis *et* facere, *cf.* lenificus. GLOSS. V 553, 57 -at: blande loquitur. [*falsa var. l.* -ant *pro* levificant HIER. psalt. sec. Hebr. 5, 11. *restituendum* -ans *pro* letificans ITALA psalm. 64, 8 (cod. 136 Cas.).] *i. q. lenire* (*in re medica*): CASS. FEL. 29 p. 50, 2 humorem asperum -at *faenum graecum.* 48 p. 124, 7 intestinorum ac ventris asperitatem -at *panis.* 73 p. 177, 9 ob -andam intestinorum rasuram. GLOSS. III 127, 30 ἁπαλύνω -o. *cf.* lenefio.

lēnificus, -a, -um. *a* 2. lenis *et* facere, *cf.* lenificare *et* delenificus (PLAVT., TVRPIL. *et vocum priscarum amatores*). GLOSS. Loewe Prodr. 161 -us: dulcis, lenis. *i. q. leniens*: CASS. FEL. 34 p. 73, 12 est ... -ae virtutis *faeni graeci sucus.*

lēnigo, -āre. *a* 2. lenis, *cf.* levigare (*Bulhart, WSt. 67, 1954, 155*). *i. q. lenire*: ORIBAS. eup. 4, 13, 5 La p. 538 gluttinationes purga(n)tur et -antur (*Aa* purgat et consolit loca, *gr.* διακαθαίρει τε καὶ ἀνίησι).

lēnīmen, -inis *n.* *a* lenire (PRISC. gramm. II 126, 12). GLOSS.L II Philox. LE 19 προσηγορία. *i. q. lenimentum*: HOR. carm. 1, 32, 15 testudo ... laborum dulce -n ([SCHOL.: levamen]. ANTH. 887, 1 -n d. l.). Ov. met. 6, 500 mihi sollicito (-tae *var. l.*) -n dulce senectae ... remittas, *sc. Philomelam.* 11, 450 multa ... respondit *Ceyx Alcyonae* timidum solantia pectus ...; addidit illis hoc quoque -n, quo solo flectit amantem: *'mox redeam'.*

1. lēnīmentum, -ī *n.* *a* lenire, *cf.* delenimentum (*inde ab* AFRAN.), lenimen. *scribitur* li- CAEL. AVR. gyn. 2, 11. GLOSS. πραότης.

i. q. res leniens vel status lenitus: 1 *pertinet ad animum*: VAL. MAX. 4, 6 ext. 2 fides *uxoris* asperarum ... rerum Mithradati maximum solacium et iucundissimum -um fuit. TAC. hist. 2, 67, 1 addito honestae missionis (*gen. subi.*) -o. FIRM. err. 18, 6 nec tibi ... Lazarus -um doloris tui aut dare poterit aut impetrare. VINDIC. gyn. p. 431b -a corporis. OROS. hist. 4, 12, 8 umbra pacis (*inter Romam et Carthaginem factae*) -um miseriarum an incentivum malorum fuit?

2 *pertinet ad corporea*: **a** *vario usu*: PLIN. nat. 25, 59 *medicamentum* -o (*dat. fin.*) dare. 36, 181 glaeba *calcis* ... tunditur cum adipe suillo et fico, duplici -o. RVFIN. hist. mon. 1 p. 394C ut ... corpora nitro vel aliis huius modi -is abluuntur a sordibus, ita animae ... castigationibus purificantur. **b** *t. t. medic. de leniore statu morbi* (*vertitur gr.* διάλειμμα. *cf. p. 1148, 71*): PS. SORAN. quaest. med. 89 quot sunt tempora chronicae aegritudinis? duo, superpositio et -um, quae Graeci tasin et dialimma appellant (189 *d.* -um vel demissio aut declinatio dicitur. 195 quid est d.? -um vel allevatio; fit autem, quando post accessionem levior causa invenitur. CAEL. AVR. gyn. 2, 11). CAEL. AVR. chron. 1 praef. 1 superpositionis tempore ...; in -o vero *eqs.* (2, 4, 82. 2, 6, 93. 2, 7, 106. 3, 1, 8 ALEX. TRALL. 2, 251). 2, 4, 71 initio ... superpositionis alia adhibeatur curatio, alia -i. 2, 4, 76 passio ... nunc superpositionibus asperata, nunc -is emollita. 2, 4, 80 -i tempore (3, 1, 11). ORIBAS. syn. 3, 182, 1 La p. 884 non solum in accessionem ..., sed et -um (*Aa* in declinatione, *gr.* ἐν τοῖς διαλείμμασιν).

2. lenimentum *v.* linimentum.

***lēnio,** -īvī (-iī), -ītum, -īre. *a* 2. lenis. *scrib. saepe* li- *in codd., cf. l. 66.* *de formis (attulimus formas fere metro firmatas)*: *perf.* -ii (*testantur* CHAR. gramm. p. 321, 4 B. SERV. Aen. 1, 451): VERG. Aen. 1, 451 -iit (-It *R ut* 8, 87). AVSON. 422, 4 p. 379 P. -iit (-vi- TVRPIL. com. 158. *al.*); -ierat SIL. 17, 111; -isti ELEG. in Maecen. 1, 74. *imperf.* -ib- (*testantur* SCAVR. app. gramm. VII 35, 3 [*ex Aufustio*] rectius dici ... -iebam ... quam ... -ibam. PROB. inst. gramm. IV 178, 6. SERV. Aen. 6, 468 -ibat pro -iebat, et antique dixit): VERG. Aen. 4, 528 (*vers. interpol.*). 6, 468 HOMER. 18. 586 CLAVD. 18, 84. -ieb-: SALL. Iug. 27, 1 TAC. Agr. 42, 3. *fut.* -ib- PROP. 3, 21, 32. *restituitur* -ibis *pro* -bus CHIRON 833. -iam, -ies *etc.*: RHET. Her. 4, 37, 49. *et saepe, in titulis* CIL V 6414. 6415. *de notione*: SYNON. Cic. p. 434, 30 mulcet. -it. placat. mitigat. temperat. exorat. GLOSS. (κατα)πραΰνω. -it: mitigat. placat, blandit. *legitur inde a* PLAVTO, TER. [*confusionem c.* linere *v. ibi, cf. hic sub II.*]

I *usu originario respicitur mitigatio*: A *transitive i. q. lenem reddere*: 1 *praevalente respectu animi, mentis sim. -untur animantia* (*dei* Ov. *l. 83sqq.*; *bestiae* HOR. *l. 82*): **a** *ipsa*: PLAVT. Bacch. 1150 senem illum tibi dedo ..., lepide ut -tum reddas. CIC. inv. 1, 24 cum -ieris eum, qui audiet. Mur. 65 te ... concitatum et ... flagrantem iam usus flectet, dies -et, aetas mitigabit. Phil. 13, 4 contumelias fore ... minasque verborum, nisi forte eos pax ipsa -et. de orat. 3, 23 *oratio* sive ut incendat *homines* sive ut -at. 3, 197 quibus *numeris ac vocibus* et excitamur et incendimur et -imur. Att. 12, 16 me scriptio et litterae non -iunt, sed obturbant. ad Q. fr. 1, 2, 4 Dionysopolitas, qui erant inimicissimi [mei], -vi. 1, 2, 6 etiam is *Catienus* -etur. 3, 5, 4 ut ego me non multa consolatione cottidie -am. SALL. Iug. 111, 3 saepius fatigatus -tur *rex.* NEP. Eum. 10, 4 Antigonus adeo erat incensus, ut nisi magna spe ... -iri non posset. VERG. Aen. 4, 393 -ire dolentem *Didonem* solando cupit. HOR. epod. 5, 84 mollibus -ire verbis inpias. ars 393 Orpheus dictus ... -ire tigres rabidosque leones. Ov. met. 1, 738 ut -ta dea est, vultus capit illa priores. 8, 476 consanguineas ut sanguine -at umbras. 12, 35 -ta est caede Diana. Pont. 1, 2, 151

[Ravenna]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

precibus -to Caesare. 4, 8, 3 pia si possit superos -ire rogando gratia. 4, 15, 23 numina. *al.* *forma '-tus aliquid'*: CIL VIII 20780 (INSCR. christ. Diehl 1571; *a. 318*) Rogata -ta dolorem. *c. dat. i. q. conciliare* (*cf. vol. VIII 1149, 10sqq.*): CIC. Phil. 7, 25 ipse Antonius se placabit et -et provinciae Galliae, a qua ... repudiatus est? CATVLL. 116, 3 qui te -rem nobis neu conarere *nos violare*.

b *res, quae ad homines pertinent*: *α mala, incommoda*: TER. Haut. 127 faciebant, quo illam mihi -rent miseriam (SEN. Med. 559 dial. 11 [12], 5, 2). CIC. inv. 1, 30 offensionem, quam argumentando ... -iri oportebit (Att. 11, 7, 3). 2, 37 nullo modo vitae turpitudo aut infamia -iri poterit oratione. 2, 170 necessitudinem ..., quae neque mutari neque -iri potest. Tusc. 3, 29 praemeditatio futurorum malorum -it eorum adventum, quae venientia longe ante videris. nat. deor. 1, 23 ita multa sunt incommoda ..., ut ea sapientes commodorum compensatione -ant. Att. 10, 11, 5 cum eo *Vettinio* ... θυμικώτερον eram iocatus; id tu, si ille aliter acceperit ac debuit, -es. fam. 6, 5, 3 quod ipsum (*Caesarem se violatum esse putare*) -itur cotidie. MET. NEP. Cic. fam. 5, 3, 1 contumeliae ... tuis erga me officiis -untur. SALL. Catil. 48, 5 tanta vis hominis magis -unda quam exagitanda videbatur. Iug. 27, 1 trahundo tempus atrocitatem facti -bant. 91, 1 inopiam frumenti. PROP. 4, 8, 33 his *puellis* ego constitui noctem -ire rogatis (TAC. ann. 1, 28, 1 n. minacem et in scelus erupturam fors -vit, nam luna ... visa languescere). OV. epist. 19, 210 -at invisas littera missa moras. LIV. 2, 61, 5 ut ex .. asperitate orationis ... aliquid -ret atque submitteret (*cf.* SEN. dial. 6, 12, 5 aspera placide ferendo [AVG. epist. 130, 4 illa aspera -untur, relevantur gravia, superantur adversa]). 5, 24, 4 seditio erat, cuius -endae causa coloniam ... deducendam censuerant (6, 16, 6. 28, 26, 5 SEN. contr. 2, 6, 4). 27, 34, 14 ut parentium saevitiam, sic patriae patiendo ac ferendo -endam esse. 38, 24, 4 ad -endam indignitatem iniuriae. SEN. Phaedr. 360 malum. COMM. instr. 2, 8, 7 in poenis poteris tua damna -ire. CIL V 6414 obscura fati quaerella deum praesidio -etur. 6415 obscura iniuria usu mea⟨e⟩ medicina⟨e⟩ -etur. *al.*

β affectus: TVRPIL. com. 158 amorem intercapedine ipse -vit dies (HOMER. 586). CIC. Catil. 4, 12 dolorem cruciatumque (fam. 6, 13, 1 neque -ire videbar oratione neque levare posse d. tuum. *al. v. vol. V 1, 1847, 49sqq., ubi addas* CE 2141, 8). Marcell. 31 qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate -ret (OV. Ib. 134 PLIN. paneg. 28, 3). Phil. 1, 36 desiderium ... perpetuo plausu (9, 13. *et saepe, v. vol. V 1, 700, 30sqq.*). 14, 31 maerorem et luctum (Tusc. 3, 58 aliorum exemplis). Tusc. 3, 53 ut ... non modo -atur aegritudo, sed in plerisque tollatur (3, 79. 4, 60. 5, 110 motus animi, sollicitudines aegritudinesque oblivione -untur. div. 2, 2 Att. 13, 12, 1). SALL. Catil. 22, 3 invidiam (NEP. Dion 6, 5 LIV. 5, 21, 15 TAC. hist. 4, 44, 3). hist. frg. 4, 58 -ta iam ira ... liberalibus verbis permulcti sunt (OV. trist. 2, 21 LIV. 2, 45, 2. 28, 20, 12. 33, 16, 7. 39, 13, 3 SEN. dial. 3, 1, 1. 5, 39, 1 TAC. dial. 31, 3 ann. 1, 12, 4. 13, 18, 2 SVET. Dom. 11, 3. *al.*). VERG. Aen. 1, 451 timorem (PLIN. epist. 6, 16, 12 sua securitate. AVG. epist. 99, 3). PROP. 3, 21, 32 aut spatia annorum aut longa intervalla profundi -bunt tacito vulnera nostra sinu (OV. met. 13, 599 materna *sc. Auroraē Memnona deflentis*. SIL. 17, 111. *cf. p. 1142, 15*). VAL. MAX. 2, 5, 6 ad humanae mentis aestus -endos. SEN. dial. 4, 33, 6 ut cura -retur. epist. 40, 5 -enda sunt, quae me exterrent. SIL. 3, 131 -ire metūs ... aegramque levare ... mentem (TAC. ann. 13, 21, 1). 8, 77 pavorem hospitii -vit honos. 10, 160 precibus saevum -ire furorem. HOMER. 18 fletus. STAT. Theb. 11, 307 gemitus. QVINT. inst. 1, 10, 31 ad movendos -endosque adfectus (PS. QVINT. decl. 17, 7 vocabulo molliore). VITA Roman. rec. (BHL 7306) 1 p. 178, 21 spiritus sanctus mentem regit, corda purificat, spem -it et ab omni labefactione peccati custodit. *al.*

γ animi, mentes: CIC. orat. 132 animus audientis aut incitari aut -iri potest (fin. 1, 47 *temperantia* eos *animos* quasi concordia quadam placet ac -at. Att. 12, 20, 1 -endi et sanandi animi causa. SALL. Iug. 11, 9 ferox. VERG. Aen. 6, 468 dictis HOR. carm. 3, 14, 25 -it albescens animos capillus. LIV. 28, 25, 4. *al.*). PETRON. 107, 3 mentes satisfactione -tas (QVINT. inst. 9, 4, 12 animos ad lyram excitare..., et cum somnum peterent, ad eandem prius -ire m. VIR. ill. 7, 15 morum diversitate). *δ varia*: RHET. Her. 2, 30, 48 rei aut -endae aut corrigendae nullam rem adiumento futuram. 4, 37, 49 licentia, si nimium videbitur acrimoniae habere, multis mitigationibus -etur. CIC. inv. 2, 143 quod ... omnem eius *argumenti* illam vim et acrimoniam -ierit ac diluerit. HOR. carm. 1, 27, 7 impium -ite clamorem. PVBLIL. N 46 nihil non aut -it aut domat diuturnitas. OV. ars 2, 648 multa vetustas -it. CELS. *p. 1143, 73.* QVINT. inst. 2, 4, 12 ut remedia, quae alioqui natura sunt aspera, molli manu -antur. 4, 2, 77 neglegentia simplicitatis nomine -etur. SVET. Iul. 14, 1 sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione -ire. Aug. 34, 1 adempta ... -tave parte poenarum (*cf.* MARCIAN. dig. 48, 8, 13 poenam. COD. Theod. 1, 2, 3 rigorem iuris placare aut -ire). PANEG. 4, 9, 2 experiris remedia molliora ut, quod -iri quam resecari malles, mitior medicina sanaret.

2 *praevalente respectu materiae -untur res naturales*: **a** *varia exempla*: VARRO rust. 2, 4, 6 post meridiem ... -to fervore pascunt. VERG. Aen. 8, 87 Thybris ... fluvium ... tumentem -iit ..., mitis ut in morem stagni ... sterneret aequor aquis. AETNA 459 -itur opus (*i. eruptio*). HOR. sat. 2, 2, 18 panis latrantem stomachum bene -et. carm. 1, 27, 7 inpium -ite clamorem (*item -untur soni*: LVCAN. 9, 643 Cerberos Orpheo -vit sibila cantu. QVINT. inst. 11, 3, 23 cum ... altissimos sonos -ant cantu oris). epist. 1, 10, 16 ubi gratior aura -at et rabiem Canis et momenta Leonis. LIV. 36, 43, 13 -ta paululum vis venti est. VAL. MAX. 5, 4, 7 famem (7, 6, 3 CLAVD. 21, 309). SEN. nat. 6, 28, 1 antequam caelo meliore -atur *vapor*. PLIN. nat. 18, 289 diem festum tempestatibus -endis (lin-, fin- *trad.*) institutum. 23, 147 *nuces iuglandes* adversantur cepis -untque earum saporem. SVET. Vit. 10, 3 ad -endam gravitatem odoris. APVL. met. 4, 23, 1 sitim (*cf.* ARNOB. nat. 5, 6 ardorem ... et sitiendi -ire flagrantiam). 6, 2, 6 quoad meae vires ... fessae quietis intervallo -antur (*cf. vol. VIII 1149, 76*). 11, 5, 5 -tis maris procellosis fluctibus. PORPH. Hor. carm. 3, 21, 8 'languidiora' vina dicit vetustate -ta. HIL. trin. 1, 20 arduum hoc intellegentiae iter clivo quasi molliore -vimus (*cf. p. 1145, 72*). AMM. 26, 7, 2 vaporatis aestibus Ciliciae iam -tis *autumno*. **b** *in re medica*: OV. Pont. 1, 3, 6 -to ... vulnere (*cf. p. 1141, 49 et* PLIN. nat. 22, 74 vulnerum recentium impetus -ire et ... vesicae dolores). CELS. 2, 8, 10 *articulorum vitia* torminibus -untur (2, 8, 28 ut aliquando -iri possunt, sic numquam ex toto finiuntur). 2, 17, 5 aut ex toto recessit accessio *febris* aut ... certe -ta est. 4, 2, 7 refrigerantia magis an calfacientia *caput* -ant. 5, 18, 23 phymata. 6, 6, 8^{B} quo gravior ... inflammatio est, eo magis -iri medicamentum debet adiecto albo ovi vel muliebri lacte. *ibid.* malum. 6, 6, 8^{C} latentia acria (6, 6, 10 PLIN. nat. 21, 174). *al.* SEN. epist. 98, 15 -itur illa vis ulceris (*in imagine. cf.* PLIN. nat. 34, 174 ad -enda ac refrigeranda ulcera). PETRON. 17, 7 impetum morbi (*cf.* PLIN. nat. 20, 195 morbos). PLIN. nat. 20, 30 *semen staphylini* tumentem alvum et suffocationes mulierum doloresque -it in tantum, ut vulvas corrigat (20, 96 *lapsana* a. -it et mollit [leniter mollit *pars codd.; cf. p. 1147, 20*]). 20, 66 convulsa et luxata -unt lactucae. 20, 135 epiphoras (20, 209. *al.*). 22, 84 ramices. 22, 105 podagras (27, 63. *al. cf.* 32, 111 impetus podagrae). 22, 111 animi asperitas ... dulciore suco *mellis* mitigatur -to transitu spiritus et molliore facto meatu. 22, 122 collectiones. 27, 42 interanea. 29, 40 ignes sacros. 30, 32 asperitatem faucium et destillationes. 30, 46 destillationes pectoris et umidam tussim (35, 181 et anhelitus. CHIRON 833). 30, 75 tumorem. MART. 11, 86, 1 -at ut fauces medicus, quas aspera vexat adsidue tussis ..., mella dari iubet. APVL. met. 10, 25, 3 praecordiis -endis. CASS. FEL. 46 p. 119, 16 aliquid, quod humorem acrem et tenuem et asperum valeat obdulcare et crassificare et -ire. *al.*

B *intransitive*: **1** *i. q. lenem fieri* (*cf. usum reflexivum p. 1140, 78. 1141, 5*): PLAVT. Mil. 583 consilescunt turbae atque irae -unt. SALL. hist. frg. 1, 115 repente visus -ire Tagus (lanire *trad., corr. Thilo*, saevire *edd. olim*). **2** *c. dat. i. q. blandiri sim.*: EPIST. Austras. 22 p. 135, 4 Theodosium universorum auribus serenis cantibus -entem.

II *usu recentiore respicitur levigatio* (*cf.* lino; *vix huc p. 1141, 26*): **A** *poliendo, radendo*: ? ELEG. in Maecen. 1, 74 (*ad Herculem Omphalae servum*) -isti morsu levia fila parum (levisti *var. l.*, laevasti *Heinsius*). APVL. met. 5, 20, 2 novaculam praeacutam adpulsu etiam palmulae -entis exasperatam. PAVL. NOL. carm. 6, 313 (*ad Is. 40, 4*) -et aspera, dura molliet et totum coget planescere mundum.
B *illinendo*: ITALA lev. 14, 48 (Hesych. in lev. p. 965^{B}) postquam denuo -ta est domus (*gr.* μετὰ τὸ ἐξαλειφθῆναι, *Vulg.* p. d. lita est).
in parechesi c. levare: CIC. fam. 6, 13, 1.
deriv.: lenimen, 1. lenimentum, ? lenito.
compos.: de-, dis-, oblenio.

1. lēnis, -is *f.* (*si recte restituitur ap.* VARRONEM). [*e gr.* ληνός *f. vel potius* ληνίς, -ίδος *f.*; *cf.* 2. lenunculus. *Sch.*] *scribitur* lin- *ap.* VLP., NON. (*var. l.*), GLOSS. *genus vasis, quod in hortis colendis adhibebatur* (NON. p. 544, 27 line[a]s: vasi genus, *afferuntur* AFRAN., LABER. *cf. Heraeus, Kl. Schr. 65, 1*): AFRAN. com. 187^{a} labella, -īs ([lenis, linis *var. ll.*]. LABER. mim. 38). VARRO ling. 10, 62 hac lance ..., hac -i (*coni. Heraeus l. c.*, levi *trad.*). ALF. dig. 8, 5, 17, 1 silvam ..., in qua labra et -es (tenes *trad.*) [cucumellas] positas haberet ([c. *del. Fraenkel, Kl. Beitr. II 427*]. VLP. dig. 19, 1, 15 -es et l. ... aedium sunt [P^{a} *in marg.*: lines dicuntur funes, quibus aqua de puteo abstrahitur]). GLOSS. II 268, 14 δεξαμενή cisterna, lacus, -is.

2. *lēnis, -e. [*de origine parum constat. Sch.*] *scribitur*: laen- INSCR. RevA. V 34, 1931 p. 342 n. 38, 12 (*a. 144*). lin- ORIBAS. eup. 4, 71 Ab p. 590. *abbreviatur* len *vel* le *in signaculis ocularioorum* CIL XIII 10021. *de formis*: *compar.* -ior *inde a* PLAVTO, *abl. sg.* -iori PRISCILL. tract. 10, 137 AMM. 29, 5, 20. INST. Iust. 1, 1, 2 *var. lect.* *superl.* -issimus *inde a* CIC.; *cf.* valde -es CIC. rep. 1, 66, admodum -es CIC. ad Brut. 2, 7 (9, 5 Sj.), 3. *de notione*: SYNON. Cic. p. 432, 20, -is. placidus. mansuetus. mitis. quietus *eqs.* GLOSS. πρᾶος. tranquillus limpidus vel quod grave non est. *al.* *legitur inde a* PLAVTO, ENN. TER. [*hic illic subest forma* *lenus. *val.* lin; *it. vet.* leno, *pedem.* len, *cors.* lenu; *sard. centr. et mer.* lénu; *francoprov.* lẽ; *prov. vet.* len, *alvern.* lə, -nȃ, *lemov.* lene, -o, *aquitan.* len, -o; *pro subst. alvern.* leno *'nodus'*; *hisp. vet.* lene, *hisp.* len. *cf. M.-L. 4977. Battisti-Alessio III 2201. Wagner II 21. Wartburg V 249sq. Corominas II 120. G.*] [*confunditur in codd.* c. 1. 2. levis, lentus *saepe. falso trad., fort. pro* laetus, PLIN. nat. 18, 165. *dub.*: PLIN. nat. 16, 70 -is ... quies materiae *buxi* (*locus varie temptatus*). CLAVD. 22, 168 cum tanta potestas civem -is agat (plebis *Birt dubitanter*).]

I *usu originario i. q. placidus, mitis, non asper, non vehemens*

[Ravenna]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *varia exempla*: PLAVT. Bacch. 28 sin -um forte collibitum est tibi, videas mercedis quid tibi est aequom dari. Epid. 581 ego -um facio, qui habeam alienos (alienas *Dousa*) domi ... ? CIC. Verr. II 3, 6 istius cotidiana adulteria, meretriciam disciplinam, domesticum -um videre (p. red. in sen. 11). Sest. 20 *Gabinium* vino, ganeis, -is adulteriisque confectum. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 123 queive lanistaturam artemve ludic⟨r⟩am fecit fecerit queive -um faciet. SVET. Tib. 35, 2 feminae famosae ... -um profiteri coeperant. Cal. 40 quae meretricium (-cum *var. l.*) quive -um fecissent. IVLIAN. dig. 3, 2, 1 (*verba praetoris*) qui -um fecerit. EPIST. imp. Comm. (CIL III 13750) 36 d⟨e⟩ capitulo -ni (45 len⟨ocini⟩. *cf. 40* vectigal. *15* τοῦ τέλους τοῦ πορνικοῦ). MIN. FEL. 14, 4 a sacerdotibus ... tractantur -a. TERT. idol. 11 p. 42, 7 neque -um neque id genus lucrum (locorum *AB*) alterius causa exercere. pall. 4, 9 *v. p. 1154, 20.* PS. CYPR. *p. 1150, 57.* AVG. serm. coll. Morin p. 581, 2. NOVELL. Iust. 14, 1 omnino ... -um et fieri prohibemus et factum punimus. PETR. CHRYS. serm. 41 p. 314[C] inter enervata -a corruisse.

in imagine: CIC. Mur. 74 tu gubernacula rei publicae petas fovendis hominum sensibus et deleniendis animis et adhibendis voluptatibus? utrum -um, inquit *Cato ad eum, qui ad cenam petitionis causa vocat*, a grege delicatae iuventutis an orbis terrarum imperium a populo Romano petebas? 2 *-um parentis, mariti, tutoris* (*v. etiam supra* GLOSS. *et definitiones*): PLAVT. Merc. 411 uxori meae mihique obiectent -um facere *in filia*. SEN. contr. exc. 6, 7, 2 (*pater filium amore novercae tabescentem servavit uxore cedens*) alter -o curavit, alter parricidio convaluit. QVINT. inst. 5, 10, 47 (*locus obscurus, cf. quae Spalding adnotavit*) obicitur reo -i, speciosae marito, quod adulterii damnatam ... emerit (decl. 325 them. 355 them. -i tutor reus est. PAVL. sent. 2, 26, 8). decl. 325 p. 282, 11 a te *marito* -um committi dixit accusator, non ab hac adulterium. SCAEV. dig. 24, 3, 47 cum mulier viri -o adulterata fuerit (*seq.* qui -um uxori praebuerit. *cf.* -o mariti VLP. dig. 48, 5, 2, 4. 48, 5, 2, 5). VLP. dig. 48, 5, 30 (29), 3 nec enim mediocriter deliquit, qui -um in uxore exercuit. TERT. patient. 16 p. 23, 24 quae *patientia* maritos dote venales aut -iis negotiantes uxorum potestatibus subicit. IVST. 11, 12, 12 (*Alexander ad Darium offerentem ei filiam uxorem*) nec a se quicquam factum in hostis adulationem nec quod ... in leges pacis sibi -a quaereret (*vix ad B*). COD. Iust. 4, 7, 5 (*a. 294*) promercalem te habuisse uxorem proponis, unde intellegis ... confessionem -i preces tuas continere. 9, 9, 27 (28; *a. 295*) -i, quod marito obicitur. AVG. fid. et op. 16, 28 non ero uxor tua, nisi ... solita -a, quibus nostram domum transigebas, etiam Christianus exerceas. OROS. hist. 1, 12, 5 (*e Phanocle*) raptum puerum ad libidinem Iovis familiari -o praeparasse *Tantalum*.

B *translate fere i. q. illecebrae, blandimentum, gratia sive oblata sive attrahens* (-um mutuum *p. 1152, 60*), *venustas sim.* (*saepius in malam partem quam in bonam; additur* aliquo *l. 82 p. 1152, 1; accedit gen. fere obi. p. 1152, 2. 15. 34*): 1 *generatim*: CIC. Sest. 138 siqui ... se vitiorum inlecebris et cupiditatum -is dediderunt. VAL. MAX. 3, 7 ext. 2 perfecta ars fortunae -o defecta. SEN. benef. 1, 11, 3 (*praecedit*: maiorem inibimus gratiam) -um est muneris *sc. salutaris* antecedens metus. dial. 10, 10, 3 aliquo praesentis voluptatis -o (ARNOB. nat. 4, 35). epist. 26, 5 fallacia pignora animi multisque involuta -is (*de factis et verbis; seq.* remotis strophis ac fucis). 80, 9 mangones quicquid est, quod displiceat, aliquo -o abscondunt. PLIN. nat. 35, 145 (*de opere artis imperfecto*) in -o commendationis dolor est manus ... exstinctae (SYMM. epist. 2, 38 Parthenii adventus nullis c. -is postulat adiuvari). QVINT. decl. 337 p. 327, 9 *mori vult pauper*, qui tot -a haec constituta vitae contempserit, qui non detineatur his voluptatibus (APVL. mund. 26 horum *regum Persicorum* praepotentia⟨m⟩ ... -um v. effecerat celsiorem [*gr.* μεγαλοπρεπῶς διεκεκόσμητο]. *v. etiam infra l. 43*). 357 p. 389, 9 adulescentem -is adulterae illius usque eo captum esse, ut revocari a cupiditate non posset. SVET. Cal. 39, 2 instrumento distrahendo (*i. vendendo*) nihil non fraudis ac -i adhibuit. Claud. 7 Gaio *Caligula* ... secundam existimationem ... omnibus -is colligente. DECL. in Catil. 99 Cethegus ac Lentulus, et ipsi -is suis insignes ad omne genus benevolentiae subeundum (latrociniis *var. l., sed cf. quae praecedunt et Cic. Catil. 4, 17 p. 1150, 41*). TERT. anim. 48, 4 daemonia expostulant eam *sobrietatem* a suis somniatoribus ad -um scilicet divinitatis (*seq.* ut deum inliceret). praescr. 41 l. 9 simplicitatem volunt esse prostrationem disciplinae, cuius penes nos curam -um vocant. pudic. 6 p. 229, 6 (*loco varie temptato*) pleniore (*i. Christiana*) disciplina coercetur *moechia*, nisi ut maiore forsitan -o tuo indulgeatur? adv. Val. 1 p. 178, 4. Eleusinia[na] Valentiniana fecerunt, ⌊-o sancta, silentio magna⌋, sola taciturnitate caelestia (-a s. s. magno *trad.; seq.* quo prius persuadeant quam edoceant). HIL. in Matth. 6, 3 (*ad 7, 13*) cupiditates et animi vincere et corporis frangere et exposita ... illecebrarum omnium -a praeterire. ZENO 1, 7, 5 (2, 9, 9 L.) pharisaeus (*Luc. 18, 11*) ... oculos impudenter extollit, quorum -o mundus in flore est (infelix est *Ballerini*). 2, 38 (1, 24, 1 L.) diversis epulis intrimentorum (nutri- *var. l.*) -o saporis de summa certantibus (*cf.* FVLG. *p. 1150, 61*). SCHOL. Cic. Bob. p. 103, 8 ambitio est ... favoris alicuius supplex et cum -o humilitatis adfectatio gratiosa. p. 164, 3 sibi ... adiudicavit non -a generis, sed praestantiam virtutis *Cicero*. AMBR. Iac. 1, 5, 17 *caro* cupiditatibus dedita et -is carnalibus implicata. AVG. c. Cresc. 3, 19, 22 (*verba episcoporum*) qui *clerici Carthaginienses*, dum facinori (*sc. haeresi Donatistarum*) intersunt, inlicito incestui -um praebuerunt. in psalm. 118 serm. 15, 33, 1 incentiva et -a delictorum (in Luc. 5, 69 *opp.* incentiva virtutum). PETR. CHRYS. serm. 127 p. 552[B] saltatricum pestis, -a cantorum, voluptatum fomenta. ENNOD. epist. 9, 10, 1 p. 234, 27 -um est, non gratiae sacramentum quod tantum praesentibus exhibetur: amicitiae sinceritas et longe positos non relinquet.

2 *de aspectu* (*hic illic de actione ornandi vel de ipso ornamento, quod illicit*): a *corporis*: CIC. nat. deor. 2, 146 ad ... sensus capiendos et perfruendos plures etiam quam vellem artes repertae sunt; perspicuum est enim, quo ciborum conditiones, quo corporum -a processerint. MANIL. 5, 268 artes ... decorae et -um vitae praesensque voluptas (*item ad Coronam cum Virgine orientem*: FIRM. math. 8, 11, 1 corpus suum -o pulchritudinis excolens). 5, 516 hinc *a Cassiopeia cum Aquario oriente* -um formae cultusque repertus corporis (TERT. cult. fem. 2, 12 l. 9 CYPR. hab. virg. 12 p. 195, 25). SEN. contr. 2, 7, 4 prodite *matronae* ... fronte in omne -um composita. exc. 5, 6, 1 *adolescens* oculos puellari -o circumdedit, coloravit genas. SEN. dial. 11 (12), 16, 4 non faciem coloribus ac -is polluisti. SVET. Aug. 79, 1 formā fuit eximiā et ... venustissimā, quamquam et omnis -i negligens *eqs.* APVL. apol. 4 (*antea*: gratiam corporis) capillus ..., quem isti ... ad -um decoris promissum dixere. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 83 'mercem sine fucis gestat' quod nullo -o tecta ac fucata corpora in usu habent. EVOD. fid. 38 p. 968, 29 cum ... illa subposuerit marito suo ancillam suam ... exornans eam ... adversariis -is et fucationibus. PETR. CHRYS. serm. 27 p. 277[A] (*ad num. 31, 16*) cum puellis toto -o fucatis. *huc fortasse* DIFF. ed. Beck p. 74, 12 ostendere est semel ⟨et⟩ sine -o, ostentare aliquoties et cum -o (*sed cf. l. 67*). b *operum artis*: TERT. cult. fem. 1, 6 l. 8 ut ... auro -um mutuum praestent *lapilli pretiosi*. SOL. 30, 16 *lapis dracontia* quamquam nullum -um artis admittat soliditate (*Plin. nat. 37, 158* artem *tantum*). ARNOB. nat. 6, 16 quos *deos sculptos* exterior lēvitas -o fulgoris augustat.

3 *de oratione, verbis* (*cf. l. 35 p. 1151 83*): SEN. contr. 1, 1, 22 (*de Alfio Flavo eloquentissimo*) in puero -um erat ingenii aetas, in iuvene desidia (*sic exc.*, ingenium *codices*. 2, 1, 25 -um i. furorem putat). 9 praef. 1 ostentationis declamavit causa ...; scribit, non ut vincat, sed ut placeat; omnia itaque -a ... conquirit. QVINT. inst. 4, 2, 118 caret ... ceteris -is expositio et, nisi commendetur hac venustate (*i. variatione sim.*), iaceat necesse est. 8 prooem. 26 (*loquuntur amatores orationis fucatae*) non ornamenta quaerimus, sed -a. 12, 1, 30 quae *inventio viri honesti* etiam si -is destituta sit, satis tamen natura sua ornatur. TAC. hist. 1, 18, 2 nec ullum orationi aut -um addit *Galba apud milites in castris* aut pretium (*3* grata auditu). DON. vita Verg. l. 96 Br. (= GLOSS. V 603, 5) pronuntiabat ... cum suavitate, cum -is miris. Ter. Eun. 471, 6 ab inferiore *munere* coepit, ut αὔξησιν doni faceret ..., et turpi praecedente -um comparat secuturo pulchro. MIN. FEL. 14, 4 dum verborum -o a rerum intentionibus avocantur (LACT. inst. 3, 1, 2 orationis ornatu -oque. HIER. epist. 52, 4, 1. MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 29, 13 absque -o fucoque v. et scholaribus nugis). TERT. adv. Hermog. 27, 2 sine ullo -o pronuntiationis simpliciter respondebo. resurr. 21 p. 54, 19 (*de prophetia*) puto deo nec livorem nec dolum nec inconstantiam nec -um adscribi posse, per quae promulgatio maiorum *sc. rerum* cavillatur. ARNOB. nat. 1, 58 (*de scriptis Christianorum*) vide, ne magis

[*Hübner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

haec fortior causa sit, cur illa sint nullis coinquinata mendaciis, mente simplici prodita et ignarā -is ampliare. SYMM. epist. 4, 30, 3 itane epistularum nostrarum (tuarum *var. l.*) simplex usus interiit, ut paginis tuis -a aevi praesentis anteferas? redeamus quin ergo ad infucatos nominum titulos *eqs.* DIOM. gramm. I 456, 22 culta et sana oratio, quam Graeci dicunt cyriologian, sine -o debet ornari *eqs.* SCHOL. Cic. Bob. p. 165, 23 ne haec -a *affectuum movendorum* potius adhibere fallendis iudicibus quam vere secundum animi sui motum facere existimetur. EVAGR. alterc. p. 2, 3 non -o sermonum nec argumentis verborum, sed legis praesentia. SALV. gub. praef. 3 *nos, qui non* id quaerimus, ut in nobis inania saeculorum ornamenta, sed ut salubria rerum emolumenta laudentur, in scriptiunculis nostris non -a esse volumus, sed remedia. CLAVD. MAM. anim. 1, 2 p. 25, 25 non -o nominis operis meritum pensat *ecclesia*, sed auctorem sibi stili veritate conciliat. VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 1 omni -o luxuriosae orationis exploso . . ., omnem, ut dixi, verborum ambitum et . . . locutionum phaleras leporemque sermonum . . . evitantes.

II -um: habitatio meretricum GLOSS. V 307, 27 (= 370, 27).

iuncturae verbales (ad I): facere: PLAVT. Epid. 581 Merc. 411 LEX Iul. munic. (CIL I^{2} 593) 123 SVET. Cal. 40. IVLIAN. dig. 3, 2, 1 (*verba praetoris ut* VLP. dig. 3, 2, 4, 2). *al.* committere: QVINT. decl. 325 p. 282, 11. praebere: SCAEV. dig. 24, 3, 47 uxori. AVG. c. Cresc. 3, 19, 12 incestui. exercere: VLP. dig. 48, 5, 30 (29), 3 in uxore. TERT. idol. 11 p. 42, 7 IVST. 1, 7, 12 SCHOL. Iuv. 3, 45 AVG. serm. coll. Morin p. 581, 2. tractare: MIN. FEL. 25, 11 (*de eadem re* TERT. apol. 15, 7).

-a *in lusu verb.*: c. Eleusinia, *si lectio tradita vera est*, TERT. *p. 1152, 20.* c. latrocinia: AVG. serm. coll. Morin p. 581, 2.

lēnōcinor, -ātus sum, -ārī *et* lēnōcino, -āre (*l. 30*). *a* leno. *inter deponentia* CHAR. gramm. p. 465, 10 B. *forma activa* GLOSS. IV 533, 34 -at: conciliat. *passiva p. 1154, 31.* GLOSS. -antem: suadentem. -antes: conciliantes vel seducentes. -antibus: male blandientibus vel adsentientibus. -antur: turpi adulatione famulantur. *huc etiam pertinere vid.* GLOSS.^{L} I Ansil. LV 82 lucinantes: suadentes. *legitur inde a* CIC., *non invenitur in poesi.*

1 *intransitive i. q. (fere modo lenonis, sc. demisse) servire, blandiri, obsequi, opem ferre sim.* (*accedit* ad *aliquid infra l. 79,* quasi *infra l. 78*): a *alicui*: α *-antur homines*: CIC. div. in Caec. 48 *Alienus subscriptor* tibi serviet, tibi -bitur (*antea*: consulet laudi et existimationi tuae). SEN. contr. 1, 1, 18 (*verba Argentarii*) *pater* -atur . . . gloriae meae, ut videar patrem etiam prohibitus aluisse (SIDON. epist. 8, 1, 1). SEN. benef. 7, 1, 2 si voluissem -ari mihi, debuit paulatim opus crescere (*sibi ipsi ut*: TERT. pudic. 2 p. 222, 18 et deo adulantur). PLIN. nat. 20, 160 *cuminum* pallorem gignit bibentibus; . . . Iulium Vindicem . . . captationi (-ne *trad.*) testamenti[s] sic -tum. 35, 119 Arellius *pictor* . . . semper ei -ans feminae, cuius (cuius feminae *trad.*) amore flagraret (flagrans *trad.*), et ob id deas pingens. QVINT. inst. 5, 12, 17 mancipiorum negotiatores formae puerorum virilitate excisa -antur. TAC. Germ. 43, 4 Harii . . . insitae feritati arte ac tempore -antur: nigra scuta, tincta corpora; atras ad proelia noctes legunt. ITIN. Alex. 6 membris exsucior, sed quae nullas ferventi remoras adferre⟨n⟩t, quod plus usui quam contemp⟨la⟩tui -retur. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 464 apud ipsos etiam, quibus -bantur (*gr.* παρὰ τῷ θεραπευομένῳ). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 9 Manichaeorum scorta (scoria *edd. vet.*) dogmatum impurissimorum -antur auribus (*cf. l. 73*). ENNOD. opusc. 3, 23 p. 336, 18 Burco, qui malitiae suae sordido -retur adsensu, summum facinus sine aliquo timore commisit. β *-antur res*: TAC. dial. 6, 5 sollicitudo *oratoris* commendat eventum et -atur voluptati. PLIN. epist. 1, 8, 6 (*de munificentia*) lubricus locus est, etiam cum illi necessitas -atur. 2, 19, 7 quamquam . . . libro isti novitas -etur. PS. QVINT. decl. 12, 19 ita infelicitas mea co[n]cionanti (negotianti *var. l.*) tibi -ta est: 'quod fame perire cives meos patior *eqs.*' GARG. MART. med. 48 zizypha modicum cibum corpori praestant, licet illis saporis nonnulla gratia -etur (*cf. p. 1154, 4*). PANEG. 4, 2, 1 fruimur nos quidem praesentium maxima voluptate, sed -atur his iam futuri ratio. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 5, 1 nec -antes oculis provideamus aspectus . . . nec gustum inlecebrosis saporibus inritemus (*Migne gr. 36, 316^{B}* μὴ ὀφθαλμὸν ἑστιάσωμεν). 4, 1, 3 quae . . . ad praesens tantummodo fallunt oculos et -antur aspectui et . . . ad perniciem atque interitum blandiuntur (*ibid. 429^{B}* σαινόντων τὴν αἴσθησιν). ENNOD. opusc. 4, 19 p. 387, 23). PETR. CHRYS. serm. 74 p. 410^{B} vitiis semper serviunt blandimenta, -antur dulcia delictis. SIDON. epist. 2, 2, 14 modulamina . . . sopori tuo -buntur. ENNOD. dict. 5, 4 p. 438, 18 nemo quod auribus -atur credat eximium (*opp.* animae medetur. *cf. l. 54*). GREG. M. moral. 21, 13 (*antea*: illecebratus animus) sancti viri . . . lumina *sua* restringunt, ne pravae cogitationi visio -ta famuletur.

b *absolute*: α *-antur res*: ① *abl. fere absoluto, forma* 're -ante': *sing.* (*v. etiam p. 1154, 22*): CIC. ac. frg. 20 (*si verba genuina sunt, non Augustini c. acad. 3, 7, 15*) *honestatem* suo splendore ad se animos ducere . . . quasi -ante mercede. CYPR. ad Donat. 8 p. 10, 4 -ante ad vitia publicae auctoritatis malo (*sc. theatro*). ZENO 1, 4, 3 (1, 1, 10 L.) fuco (*cf. p. 1154, 6*). PS. AMBR. paenit. 12 p. 986^{A} peccato. TRACT. Pelag. 3 p. 28 fallacia, dialectico -ante sermone, pro veritate subicitur. AVG. conf. 1, 16, 25 legi et tonantem Iovem et adulterantem; . . . actum est, ut haberet auctoritatem ad (*deest in parte codd.*) imitandum verum adulterium -ante falso tonitru. serm. coll. Morin p. 690, 22 *ut adulteri* ad eorum *maritorum* coniuges -ante nocte perveniant. soliloq. 2, 6, 12 apparet nos . . . similitudine -ante falli. ENNOD. dict. 3, 6 p. 435, 1 alios *sacerdotes* vulgi aura gratia -ante commendat (*cf. p. 1153, 63*). GREG. M. moral. 26, 44 p. 375^{C} ipso potentiae fastigio. *plur.*: CYPR. hab. virg. 15 p. 198, 21 ut impudica . . . fucis -antibus non sis (*cf. p. 1153, 81*). CLAVD. MAM. anim. 1, 1 p. 23, 8 blandimentis -antibus (CAES. AREL. serm. 184, 3 = PS. AVG. serm. 279, 3). POMER. 3, 6, 4 deliciis. APON. 12 p. 224 impudica . . . anima, per multas *formas* -antibus oculis tracta. ⓘ *ceterae formae* (*partic. praes. praeter* FAVST. REI.): SYMM. epist. 9, 87 (82) parce verbis -antibus et fuco oblitis et ad gratiam comparatis. VAL. CEM. hom. 6, 6 obturandae aures sunt . . ., quo facilius omnis -antis vocis excludatur auditus. SIDON. epist. 2, 13, 5 Fortunae diu -antis perfidus finis. FAVST. REI. epist. 6 p. 199, 5 quidquid . . . pulchrescit visu, quidquid -atur odoratu *eqs.* 9 p. 214, 1 quidquid blanditur odoratu, quidquid -atur adtactu. ENNOD. opusc. 4, 3 p. 384, 5 -antem huius lucis non sensit errorem.

β *-antur homines, diabolus* (*l. 22*): TERT. pall. 4, 9 indices custodesque dignitatis habitūs ut lenocinii factitandi (iact- *trad.*) impedimenta sedulo quaedam *matronae* desuefecerant; at nunc in semetipsas -ando, quo planius adeantur, . . . stolam . . . eieravere. GAVDENT. serm. 8, 34 G. -ante diabolo fides est adulterata mandati. AMBR. Ioseph 5, 23 -antis *mulieris Potiphar* vincula non sensit. MARCELL. chron. II p. 99, 514, 3 Cyrillum -antem (loquacem *var. l.*) magis quam strenuum militiae ductorem inter duas paelices Vitalinus repperit dormientem.

2 *transitive i. q. lenocinio adhibere*: AMBR. Cain et Ab. 1, 4, 14 p. 349, 6 *meretrix* adulterinis fucis adfectatae pulchritudinis -atur speciem, non veritatem. exc. Sat. 2, 12 l. 6 ut . . . deloricata veste secreti pudoris nuda prostituant *feminae lugentes*, quasi ipsum -entur pudorem, quia pudoris sui praemia perdiderunt.

p. p. **lēnōcinātus,** -a, -um *vi passiva. i. q. lenocinio instructus*: PS. CYPR. pudic. 12 p. 23, 10 ne quid *sit* arte fucatum, ne quid ad inritandos aut detinendos oculos -um.

adv. **lēnōcinanter.** *i. q. blande*: HEGES. 1, 37, 3 p. 74, 26 *Sossius Antonio imagines quasdam descripsit*, -r (-te *var. l.*) ut excitaret viri . . . cupiditates.

deriv.: lenocinamentum, lenocinatio, lenocinator, lenocinium.

[lēnōnicus, -e *v.* lenonius *l. 58. 61.*]

lēnōnius, -a, -um. *a* leno. *scribitur* lln- FAST. [*e coni. dub.* PLAVT. Truc. 50^{a}. TERT. *v. p. 1149, 51.*] *i. q. ad lenonem pertinens*: 1 *varia exempla*: PLAVT. Asin. 241 portitorum simillumae sunt ianuae -ae: si adfers, tum patent; si non est quod des, aedes non patent. Men. 553 abire ab his locis -is (-nieis *A*, -nis *P metro invito*). Persa 244 (*v. p. 1139, 38*) fides -a (Rud. 1386). Pseud. 289 non periclumst, ne quid recte monstres. : : (*leno*:) non -umst. 767 cui servitutem di danunt -am puero (*cf.* FAST. Praen. Apr. 25 [CIL I^{2} p. 236] festus est puerorum -orum, quia proximus superior meritricum est). frg. inc. 14 (29) neque muneralem legem neque -am. APVL. apol. 75 domus eius *Herennii Rufini* tota -a, tota familia contaminata. TERT. nat. 2, 10, 6 *Larentia* de -o ludo (*quem aedituus secum lusit*) iactitat se somniis Herculi[s] functam. DON. Ter. Ad. 217, 2 'de tuo (*lenonis*) iure': de -a duritia. 277, 4 cum barba -a et maesto vultu. CLAVD. 19, 61 non bene Gradivo -a dextera servit (*Eutropii, de quo 18, 78* aggreditur lenonis opus). *n. pro subst.*: GLOSS. V 430, 48 -um: meretricatio. 2 *designantur ipsi lenones*: PLAVT. Curc. 499 item genus est -um . . . ut muscae, culices *eqs.* (Persa 582). Persa 406 (*ad lenonem*:) lutum -um. Pseud. 335 Iuppiter -us. 766 oppidum expugnatum faxo erit -um. DON. Ter. Ad. 234 non convenit personae -ae (-cae *var. l.*) damna contemnere.

adv. **lēnōniē.** *i. q. lenonis ritu*: LAMPR. Comm. 15, 4 habuit . . . morem, ut omnia, quae turpiter, quae inpure, quae crudeliter, quae gladiatori[a]e, quae lenoni[a]e (-ce *pars codd.*) faceret, actis urbis indi iuberet. *Hübner.*

1. lēns, lendis (lendinis) *m. vel f.* [*in plurimis linguis affinibus eadem res significatur formis similibus, haud tamen eisdem velut lituan.* glinda, *lett.* gnida, *island.* gnit, *theod. vet.* (h)niz, *gr.* κονίδ- *aliisque haud paucis. Sch.*] *scribitur in codd. saepe* lin-. *de genere et numero*: CHAR. gramm. p. 34, 13 B. *inter* masculina semper pluralia (*item* DIOM. gramm. I 327, 28). *masc. ceterum non probatur. fem.* (*testantur* SACERD. *et* PROB. *l. 75*) SER. SAMM. *sing. in ioco* ANTH., *fortasse* EXPOS. mundi *l. 76,* NOT. Tir. *l. 77, ceterum ap. gramm. et in* GLOSS. *de formis: sing.: formam sollemnem testantur* SACERD. *et* PROB. *l. c.* SERV. georg. 2, 372 PRISC. gramm. II 281, 14 III 478, 1. 503, 18. 515, 10. *nom.* -ndis (*cf.* SACERD. gramm. VI 478, 3 'frons frondis' et 'frons frontis', 'lens' '-dis' et 'lentis'; quidam putant 'haec lentis' debere dici et 'haec -dis', sed errant. *item* PROB. cath. gramm. IV 27, 11): ? EXPOS. mundi 5 (-des *trad.*; *iuxta posita* pulex, pediculus, cimex). ? NOT. Tir. 108, 80 (lentris *trad., corr. Schmitz in comm.; cf. Heraeus, ALL 12, 1902, 87*). GLOSS. III 431, 61. 454, 29. 485, 20. *cf.* -ndix GLOSS. II 586, 23 (*addas* I 248, *ubi trad.* lindex. *cod. G* PLIN. med. 1, 2, 3 lindites [*pro* -ces]. *var. lectio* ISID. *v. infra*). lendenis: GLOSS. III 606, 30. lendina: GLOSS. V 369, 22 GLOSS.^{L} Corp. L 127. *gen.* -dis *praeter gramm. etiam* ANTH. *abl.* -de: SERV. *l. c. plur. nom. (acc.)* -des *passim.* -dines: MARCELL. med. 4, 19. 21. 23. 69 PS. THEOD. PRISC. add. p. 269, 3. 9 ALEX. TRALL. 1, 16 tit. ORIBAS. eup.

[*Collassero*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 1 C 11 p. 451. 4, 11, 2 p. 536. *dat.* -dibus PLIN. nat. 24, 72. -dinibus MARCELL. med. 4 tit. NOT. Tir. 108, 80 (*cf. supra*). *de notione*: SERV. *l. c.* capitis breviore peduculo. PRISC. gramm. III 478, 1 τὸ κονίδιον (503, 18). 515, 10 pullos pediculorum. ISID. orig. 12, 5, 12 vermes carnium: . . . -es (-ex, -ix *var. ll.* 12, 5, 15 *interpretamentum periit*). GLOSS. κονίς. cimis (*i.* cimex). [*1) wall. vet.* lenz, *wall.* lẽ, *pic. vet.* lent, *pic.* lẽ. *camp., loth., comit.* lã, lõ *etc.*; *francoprov.* lẽ, lẹ. *2a*) lĕndĭne: *val.* lindină; *it., sard. centr.* lèndine; *raet. occ.* lendel, lendi; *prov. vet.* lende, *prov., langued., lemov.* lẽnde, *alvern.* lẽdyi, lẽzə *etc.*; *vasc.* lẽne, lendrəs; *hisp.* liendre. *2b*) lĕndĭna: *pedem., aemil.* lendna, *tusc.* léndina; *francoprov.* lẽdəna *etc.*; *prov. vet.* lendena; *vasc.* lendas, légnio, lindyo *etc.*; *cat.* llemena; *port.* lêndea. *3*) lĕndone: *raet. or.* glendón. *4*) lĕndĭte: *raet. occ.* lent; *francog.* lente (*dial. wall., occ. pict., centr., borbon., loth.*). *5*) lĕndĭne + pulice: *raet. centr.* lienč. *6*) lĕndĭne, -a + glans: *venet., aemil.* ğendena, ğandine *etc.*, *abrut.* yènələ; *raet. centr.* dlane. *cf. M.-L. 4978. Battisti-Alessio III 2200sq. Wagner II 20. Wartburg V 250. Corominas III 88. Machado*[2] *II 1397. G.*]

significatur ovum pediculi: 1 *necantur -es variis modis*: PLIN. nat. 22, 108 *mel* -es et foeda capitis animalia necat (31, 117 MARCELL. med. 4, 19. *cf.* MARCELL. med. 4, 21 enecat. DIOSC. 1, 86 p. 47, 9 M. pernecat [1, 97 p. 50, 25]. 2, 138 p. 230, 11 occidet [ORIBAS. eup. 2, 1 C 11 Aa p. 451]). 24, 72 nec non . . . phthiriasi, -bus decoctum *myrices* infusum prodest. 28, 164 tolluntur (28, 166. 29, 111. 35, 177). 31, 65 -es . . . et taetra capitis animalia hac *aqua marina* curantur (*inde* SER. SAMM. 69 unda maris -es capiti deducet iniquas. PLIN. med. 1, 2, 3). 35, 189 -es et alia capillorum animalia *alumen compescit*. MARCELL. med. 4, 22 *species quaedam eas* discruciat. 4, 23 exterminat. 4, 69 peduculus in capite -inesque. PS. THEOD. PRISC. add. p. 269, 3 *et* 9 pediculos -esque. DIOSC. 2, 65 p. 207, 11 peduculos et -es emendat *mel*. 2, 107 p. 220, 30 mundat. 5, 33 p. 179, 12 purgat. 2 *desunt genti cuidam*: EXPOS. mundi 5 neque . . . pulex neque pediculus nec cimex aut -es (*cf. p. 1154, 76*) apud eos (*Camarinos*). 3 *comparatur -s ob pusillitatem c. nano*: ANTH. 209, 9 -is forma tibi.

2. *lēns, lentis *f.* (*m.*). [*eadem vox exstat apud Germanos, Slavones, Lituanos; singula quaeque (cf. theod. vet.* liusi, *russ. vet.* lęča, *serb.* léća, *al., lituan.* lęšis *m. stirpis in -io- cadentis) qua vicissitudine cohaereant, non liquet. Sch.*] *de origine*: ISID. orig. 17, 4, 5 -tis vocata, quod humida et lenta est vel quod adhaeret humi. *de genere*: NON. p. 210, 2 -em consuetudo feminino genere dici vult ([*affertur* VERG.]. SACERD. *et* PROB. *v. p. 1154, 75 sq.* CHAR. gramm. p. 38, 18 B. *al.*); masculino Titinius (*affertur*). GLOSS. II 469, 45 hic -s. *de numero*: *sing. tantum in usu esse testantur* CHAR. gramm. p. 38, 18 B. GRAMM. suppl. 85, 3 GLOSS. II 469, 45. *de plur. v. infra*. *de formis*: *sing. nom.* -s (*testantur* SACERD. *et* PROB. *l. c.* SERV. georg. 2, 372. *al.*): VARRO rust. 3, 16, 13 *et saepe*. -tis (*testantur* SACERD. *et* PROB. *l. c.* PRISC. gramm. II 341, 22): ? VARRO *infra l. 73* (*vix plur.*). ITALA *p. 1156, 49.* ORIBAS. *p. 1156, 34* (*etsi in constructione ad sensum facta c. verbo plurali coniunctum et semel -tes scriptum est*). ISID. orig. 17, 4, 5. *acc.* -em *saepe*. -im (*testatur* CHAR. gramm. p. 160, 11 B. [*ex Romano*], *qui affert* VARRONEM [frg. 63 F.] *addens*: quod ablativus singularis in i exit): CATO *ubique*. COLVM. 2, 10, 15. 2, 10, 16 (-em *var. l.*). PLIN. nat. 18, 228 (*quamquam refertur* VARRO rust. 1, 32, 2 -em, *quam formam habet* PLIN. *quinquies*). GELL. 4, 1, 7 (-em, -am *var. ll.*). *abl.* -e (*cf.* SERV. georg. 2, 372 'lens' et a '-e' et a 'lende'): COLVM. 6, 31, 1 PLIN. nat. 20, 75. 22, 61. 146. 25, 59. 26, 32. 28, 203 APVL. met. 6, 10, 1 PALLAD. vet. med. 23, 1. -i (*testatur* CHAR., *v. supra*): TITIN. com. 163. COLVM. 2, 13, 1 (-e *codd. det.*). PLIN. nat. 18, 155. 19, 133 -i[s]. *plur. nom.* -es: OV. fast. 5, 268. SCRIB. LARG. 114 (*sing. quater*). *de* VARRONE *et* ORIBAS. *v. supra*. GLOSS. φακῆ. φακός. lenticula. *legitur inde a* CATONE, TITIN., VARRONE. [*1) val.* linte; *it. vet.* lenta, *it.* lente; *raet. or.* lint. *2*) lĕntĭne: *francoprov.* lenta, *delph.* lẽtə, *prov.* lente. *cf. M.-L. 4976. Battisti-Alessio III 2201. Wartburg V 251. G.*] [*variat in codd. c.* lenticula: PHILVM. med. 1 p. 110, 9 PS. APVL. herb. 1 l. 12 THEOD. PRISC. log. 59 p. 161, 20.]

i. q. φακός, *nomen leguminis*: I *de planta eiusque fructibus* (*sing. vi collectiva saepe; numerantur* XXX grana -is PLIN. nat. 22, 144): A *-s culinaris*: 1 *generatim*: CATO agr. 35, 1 -im in rudecto et rubricoso loco . . . serito (132, 8 VARRO rust. 1, 32, 2. 3, 16, 13 COLVM. 2, 10, 15 sq. PLIN. nat. 18, 123. 198. 202. 228). 116 -im quo modo servari oporteat *eqs.* (*de eadem re* COLVM. 2, 10, 16 PLIN. nat. 18, 308). 158, 1 *ad alvum deiciendam sumas inter alia* -is pugillum. TITIN. com. 163 -i calido. VARRO ling. 9, 34 (*exemplum analogiae naturale*) quod . . . nascuntur -is sic et lupinum (nascatur *A. Spengel*, -es *Kent*; *ceterum in contextu mutilo rectius* -i *quam* -bus *suppletur*). frg. Char. gramm. p. 160, 11 B. -im. COLVM. 2, 12, 4 -is sesquimodius totidem (*sc. sex*) operas desiderat. 2, 13, 1 *Saserna docet* stercorari *agrum* . . . -i. 6, 10, 1 -is . . . valvulis exemptae et minute molitae miscentur aquae calidae sextarii duo ad tussim pellendam (6, 31, 1). 6, 31, 1 pinsita (PELAGON. 108). 11, 2, 75 iugerum agri recipit . . . -is modium. SCRIB. LARG. 114 in quo (*vino*) rosa et -es . . . incoquuntur (*Marcell. med. 27, 4* lenticula. *cf.* 130 cootae [*Marcell. med. 23, 4* lenticula. *234, unde* MARCELL. med. 33, 1]. 230 decoctae [PLIN. nat. 22, 142]). PLIN. nat. 13, 54 *fructus terebinthi* -is magnitudine (13, 55 *eiusdem semen* -i simile). 16, 201 $\overline{CXX}$ modium -is pro saburra ei *navi* fuere. 18, 50 -em *inter verna frumenta*. 18, 57 legumina surculosa sunt, ex his . . . -s. 18, 98 -em torreri. 18, 155 -i *nocet circumligando* herba securiclata. 19, 133 usus his *betis* . . . cum -i ac faba. 20, 75 *cichorium* dysentericis prodest, magis cum -e. 20, 233 adiecta acacia -is magnitudine. 22, 61 decoctum . . . cum beta et -e (28, 209 c. -e b.que). 22, 142—145 *de vi medicinali fusius*. 24, 134 chamaesyce -is folia habet (24, 155). 25, 59 album *hellebori* . . . datur . . . in -e aut pulte. 26, 32 *stomachum corroborat* plantago . . . sumpta . . . cum -e. 26, 84 anthyllion est -i simillima. 27, 38 natura *est aphacae* ad spissandum efficacior quam -i (*antea bis*: lenticula). MART. 11, 31, 12 *e cucurbitis* exit varium coco minutal, ut -em positam fabamque credas. GELL. 4, 1, 7 (*ad penum pertinet*). APVL. met. 6, 10, 1 accepto frumento . . . et cicere et -e et faba commixtisque *Venus Psychen iubet omnia disponere*. ITALA gen. 25, 34 (cod. 91 *al.*) cocturam -is *ab Esau petitam* (*gr.* ἕψημα φακοῦ, VVLG. -is edulio). LAMPR. Heliog. 21, 3 -em cum ceraunis . . . exhibens. PLAC. med. 29, 5 rec. β ova mixta cum . . . -is polline. CARM. de pond. 11 scriplo -is. VVLG. II reg. 23, 11 ager -is plenus. *al.*

2 *indicantur species*: a *Aegyptia*: VERG. georg. 1, 228 nec Pelusiacae curam aspernabere -is. OV. fast. 5, 268 flore semel laeso . . . pereunt -es, advena Nile, tuae. PLIN. nat. 12, 129 *malobathrum* in paludibus ibi (*in India*) gigni -is modo. 18, 123 duo genera eius Aegypto, alterum rotundius nigriusque, alterum sua figura, unde vario usu tralatum est in lenticulas nomen (*cf. l. 44*). MART. 13, 9 -s: accipe Niliacam, Pelusia munera, -em; vilior est alica, carior illa faba (CYPR. GALL. gen. 810). GELL. 17, 8, 2 aula una -is Aegyptiae. AVSON. 344, 9 p. 162 P. Pelusiaco de semine plana, teres -s. VEG. mulom. 2, 134, 4 -is Alexandrinae. b *aliae*: PLIN. nat. 22, 146 est silvestris -s elelisphacos dicta Graecis, aliis sphacos dicta (*e similitudine c. voce gr.* φακός *ortus esse videtur error auctoris*), sativa -e levior *eqs.* MARCELL. med. 29, 37 -is Syriacae uncias singulas. ANTIDOT. Brux. 187 -em nostratem.

B *-s palustris*: PLIN. nat. 22, 145 est et palustris -s in aqua non profluenti (*inde* PLIN. med. 2, 26). CHIRON 46 -em, quae supra aqua nascitur (VEG. mulom. 2, 83 quae supra aquam natat). ORIBAS. 7, 32, 4 Aa p. 174 -es (-is *Ab*), quae in aqua vel super aqua in stagnis aut cisternis nascuntur ([La -is . . . invenitur, *gr.* ὁ . . . ἀπὸ τῶν τελμάτων φακός]. 7, 33, 4 La p. 176 -is, quae in stagnis aquis nascuntur [*gr.* φακὸν τὸν ἐπὶ τῶν τελμάτων]).

C *in comparationibus notabilioribus*: PLIN. nat. 36, 81 harena late pura circa *pyramidas Aegyptias*, -is similitudine. HIER. praef. Vulg. Dan. *ut lusus verborum 13, 58 sq. a Graecis institutus a Latinis quoque lectoribus intellegatur, gr.* ὑπὸ πρῖνον *vertatur verbis* sub lentisco, *responsum Danielis verbis* in -em te comminuat angelus, vel: non lente pereas, aut: lentus (id est flexibilis) ducaris ad mortem. PHYSIOGN. 85 p. 114, 1 idem (*Aristoteles*) dicit eos, qui colorem varium habent tamquam -e aspersum, quos φακώδεις Graeci appellant, vitam turpem . . . exercere (*cf. l. 22*).

II *per similitudinem*: A *de vase quodam* (*cf.* lenticula): ITALA I reg. 26, 11. 12. 16 (Lucif. Athan. 1, 15 p. 92, 31. 32. 93, 11) -em aquae (*bis*) *et* -tis aquae (*gr.* τὸν φακόν *et* ὁ φακὸς τοῦ ὕδατος, *Vulg.* scyphum *et* scyphus aquae). B -tis navis pusilla GLOSS.[L] III Abol. LE 11[a] ('linter ?' *ed.*).

in lusu verb. c. lentiscus: *l. 42*.

deriv.: lentiaria, lenticula, lentigo.

[lentāculum *v. vol. VII 1, 247, 9 sq.*]

lentē *v.* lentus. **lentec-** *v.* lentic-.

lenteo, -ēre. [*a* lentus, *cf.* lentesco. *Sch.*] *verbum aliis formis ac -et inusitatum esse testatur* MACR. exc. gramm. V 650, 32 *et fortasse* PRISC. gramm. II 397, 24 (*affertur* LVCIL. *ab utroque*). GLOSS. V 621, 2 -o est tardus efficio⟨r⟩. *i. q. lentum esse*: LVCIL. 299 -et opus.

deriv.: lentor.

lentēsco, -ere. [*a* lentere *vel* lentus. *Sch.*] PRISC. gramm. II 397, 24 a 'lenteo' '-o' derivatur. *a* lentare *derivat* DIOM. gramm. I 343, 23 (*affertur* VERG.). *scrib.* -tis- *in codd. saepe*. GLOSS. tardus efficio. adhaereo vel flecto. -ere: molliscere. GLOSS.[L] I Ansil. LE 157 -entes: sensim se flectentes, de virgultis dictum (*respici vid. Verg. ecl. 3, 38* lentae vites *aut georg. 4, 558* lentis . . . ramis). 158 -it: aut diminuitur. 159 mollitur, co⟨ha⟩erescit. *inde a* VERG., OV., COLVM. [*hisp. vet.* lentecerse. *cf. M.-L. 4979a. Corominas III 76. G.*]

i. q. lentum fieri: 1 *-unt materiae*: a *generatim* (*praevalente respectu duritiae, rigiditatis*; in *aliquid l. 84. p. 1157, 4*): VERG. georg. 2, 250 *pinguis tellus* haud umquam manibus iactata fatiscit, sed picis in morem ad digitos -it habendo (SERV.: id est cohaeret. MACR. exc. gramm. V 650, 24 significat passionem. *affertur a Colum. 2, 2, 18, qui praemittit*: si glutinosa est, quamvis levissimo tactu pressa inhaerescit. *cf.* PLIN. nat. 17, 41 nec potest arari post imbres aliqua *terra* ubertatis vitio -ens). COLVM. 11, 2, 92 quae *salix* si natura minus lenta est, . . . praecidenda et purgata in stercore obruenda est, ut -at (*rebus liquidis adiectis ut*: PLIN. nat. 11, 78 *bombyces* umore -ere. 16, 248 *acini visci*. 37, 185 *zathenen gemmam* cerae modo -ere. *addas* 16, 54 [*v. infra*]). PLIN. nat. 12, 71 cummis *deprehenditur* dente -ens (*cf.* 14, 127 si fragmenta *picis* . . . sub dente -ant). 16, 54 resina si cum aqua lenius (levius *codd.*) decoquatur coleturque, rufo colore -it (*calore adhibito ut*: 34, 95 *aes*. 122 *misy*. TAC. Germ. 45, 5 *sucinum* ut in picem resinamve -it. PLIN. med. 1, 17, 4 milipedae . . . decoquuntur, donec -at totum,

[Collassero]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quod coquitur. Clavd. carm. min. 9, 37 cornua *caprarum. cf. l. 27*). Nemes. cyn. 217 *virosa castorea* attritu silicis (*sc. pistilli*) -ere cogens. Ps. Cypr. laud. mart. 17 licet . . . -entibus filis aurum erret ad speciem (*cf.* Hier. epist. 24, 3, 2 metallo in virgulas -ente. 66, 5, 1 aurum in fila -ens [107, 10, 1]). Serv. Aen. 6, 211 ('refringit *ramum aureum* cunctantem') alii 'cunctantem' ad auri naturam referunt, id est mollem, quia paulatim frangitur et -it. Cael. Avr. acut. 1, 17, 180 eius (*corporis*) solida quadam dimissione -ere et in liquida migrando deperire. 3, 8, 79 vaporatio -entis liquoris nervis laxandis accipitur. chron. 1, 1, 37 relaxatis atque -entibus capitis partibus. Ven. Fort. carm. 2, 2, 26 (*ad crucem Christi*) rigor -at ille, quem dedit nativitas, ut superni membra regis mite tendas stipite. **b** *c. respectu motus*: Schol. Stat. Theb. 6, 661 (683) '*discus in altum iactatus* tardior ad terram redit': necesse est, ut omnes ascendentes res altitudinis nimietate -ant.

2 *-unt homines, bestiae* (Ven. Fort.) *necnon condiciones, actiones, mores*: Ov. ars 2, 357 -unt tempore curae vanescitque absens . . . amor. Symm. epist. 4, 72 nec vereor, ne diligentia tua tali laude -at. 9, 25, 2 ne mutato iudice beneficii -at auctoritas. Ambr. in Luc. 8, 1 omnis . . ., qui vim facit, vehementi studio properat, non torpenti -it affectu. Ps. Avg. serm. ed. Caillau 1, 37, 2 quod tarditas pigra -ere posset *eqs.* Cassian. conl. 2, 2, 4 deflectere ad vitia . . ., hoc est . . . contrario spiritus tepore -ere. 24, 21, 3 inremisso vigore -ens . . . spiritus. inst. 5, 19, 1 pacis otio miles Christi -ens. 11, 8 vitia . . . occasione subtracta -ere solent et minui. Cassiod. in psalm. 9, 12 ne . . . aliquo torpore -ant *populi devoti* (118, 167 nec animi t. -at *dilectio*). 47, 14 ne animae fidelium . . . aliqua remissione -rent. var. 5, 9, 1 ne regia iussa tepefacta -ant. Ven. Fort. carm. 5, 6 praef. 4 quem non humanitas flecteret . . .? cum -at blanditiis cursus pardi, virtus apri, dens leonis et moles elephanti.

compos.: e-, illentesco.

lenteus, lentiāmen, lentiāminārius *v.* linteus, linteamen, linteaminarius.

lentiāria *v.* lenticularia. **lentiārius** *v.* lintearius.

lenticl- *v.* lenticul-.

***lenticula,** -ae *f.* *a* 2. lens. *de origine* Isid. *v. s. II A 2.* *scrib.*: -tec- Plin. nat. 37, 147. 196. -ticl- Edict. imp. Diocl. III/IV 1, 11 *et saepe in codd.* -tigl- Plin. Val. 3, 14. *sing. tantum exstare testantur* Exc. Bob. gramm. I 550, 28 (*deest ap. Char.*). Gloss. II 469, 45. *plur.*: Pelagon. 113 (*sing.* 356). Soran. p. 44, 10 (*gr. p. 89, 14 Ilb.* διὰ φακοῦ). Theod. Prisc. eup. faen. 60 (*sing. saepe*). Oribas. eup. 2, 1 F 2 La p. 471 (Aa *sing. ut gr; ibid.* F 1 *sing., plur.*). *? neutr.* -um *p. 1158, 30. plur.* -a (*an* -a(m)*?*): Chiron 367 vel -a vel triticum dabis (*fem. bis apud eundem*). Soran. p. 45, 20 (*gr. deest*). Gloss. φακῆ. φακός. *inde a* Celso; *deest in poesi.* [*1)* lentīcula: *it.* lenticchia, *pedem.* lentía, *ligur.* lentiġa (>*sard. sept.* lentigă, *centr.* lentidza, *mer.* ġentilla, gin-); *raet. occ.* lantiglia; *francog.* lentille; *francoprov. vet.* lentili. *in dial. huius temporis francog. vel francoprov. formae incipiunt vel ab* l- *vel ab* n-; *prov. vet.* lentilha, *prov., langued.. alvern., lemov.* lēntiyo *etc.; vasc.* dentiľa; *cat.* llentía; *port.* lentilha. *2)* lentīcula: *venet., aemil.* lenteča, *langob. alp.* lenteġa, antel'a, *abrut.* lintekkyə; *raet. occ.* lentelgia; *vasc.* dendelhe; *hisp.* lenteja. *notio sollemnis ubique est 'lens esculenta'; in regionibus galloroman. q. d. praeterea exsistit notio q. e. 'lentigo'. cf. M.-L. 4980. Battisti-Alessio III 2201 sq. Wagner II 20 sq. Wartburg V 251 sq. Corominas III 75. Machado² II 1398. G.*]

nomen leguminis, φακός (-a *et* 2. lens *usurpari videntur sine ulla notionis differentia. variant ipsi scriptores* Colvm., Scrib. Larg., Plin. nat.; Marcell. -am *ponit nonnullis locis, quibus Scrib. Larg.* lentem *habet.* Vvlg. *dicit* -am *de vasculo,* lentem *de legumine*):

I *de planta eiusque fructibus* (*sing. fere collective usurpatur; numerantur grana* triginta Diosc. 2, 90 p. 215, 7 [*gr. 2, 107, 2* τριάκοντα φακοί]. Cassian. conl. 4, 20 tria -ae grana): **A** *-a culinaris*: **1** *generatim*: Cels. 2, 18, 5 ex leguminibus . . . valentior faba vel -a quam pisum. 2, 30, 1 (*inter res alvum adstringentes*) magisque si illa ante fricta est (Chiron 251 Veg. mulom. 2, 6, 6. Rvf. podagr. 36 in frixoria f.). 2, 33, 3 *inter res* tam reprimentes quam refrigerantes (5, 26, 33^A). 2, 33, 5 ex qualibet farina cataplasma, sive tritici . . . vel -ae (5, 27, 13). 4, 9, 3 *inter cibos nec acres nec asperos.* 4, 26, 8 cocta (7, 3, 3 Plin. nat. 26, 44. *sim. al.*). 5, 5, 2 *inter res purgantes* (5, 16). 5, 7 *inter res corpus exedentes* (5, 22, 2). 5, 26, 33^A imponere (5, 27, 13^B. 5, 28, 11^E. *et saepe*). 6, 6, 26 gargarizare ex -ae . . . cremore (6, 13, 3. 6, 15, 2. 6, 18, 2^F Marcell. med. 28, 5). 7, 19, 10 cataplasma ex -a et melle. 8, 4, 19 trita (Pelagon. 113 tostae et tritae et cribratae). Colvm. 2, 7, 1 *inter leguminum genera.* 2, 11, 10 duplice semine *est.* 8, 8, 6 *inter cibos gallinarum.* Scrib. Larg. 234 tritum -ae. Plin. nat. 20, 71 *beta* coquitur . . . cum -a. 21, 175 anthyllium . . . foliis et ramis -ae similis (25, 135. 27, 82. 121. 138). 24, 109 semen omnium *spinarum* -ae simile. Tert. ieiun. 17 p. 296, 22 si tibi (*quasi Esau, cf. p. 1156, 13*) -am defruto inrufatam obtulero (*quasi Iacob, cf.* Avg. serm. 208, 1 propter -am defricatam). Bachiar. repar. laps. 13 p. 1050^A partem agri plenam -a rubicunda, quae est verecundiae nostrae . . . forma (*cf. p. 1156, 16*). *al.* **2** *indicantur species*: Alexandrina: Avg. in psalm. 46, 6 l. 23 Cass. Fel. 20 p. 32, 6. agrestis: Antidot. Brux. 100.

B *-a palustris* (*gr.* ἐπὶ τῶν τελμάτων): Marcell. med. 36, 14 -ae supra aquam natae *quantum* (Diosc. 4, 86 p. 48, 1. Oribas. eup. 2, 1 F 2 Aa [*sim.* La] p. 471 -a, qu(a)e in stagna super aqua est. *cf.* syn. 2, 9 p. 98, 7 Mø. -a desuper aqua). 36, 63 -a, quae in aqua nascitur (Plin. Val. 3, 14 herbae -ae, qua in a. n., suci).

C *in comparationibus notabilioribus*: **1** *c. resp. coloris*: Cels. 5, 28, 2^B *color carcinomatis* ruber est aut -ae similis. 5, 28, 17^C squamulas . . . -ae similes. Avg. mor. Manich. 2, 16, 41 colore solo -am fimus vincit infantis. **2** *c. resp. formae* (*pressius de ipsa forma l. 13*): Cels. 6, 6, 1^H papaveris lacrimae ad -ae magnitudinem (7, 7, 11 *partem cutis* ad -ae m. excidere). Plin. nat. 27, 124 *phalangitidi est* semen nigrum, latum, ad -ae dimidiae figuram (37, 147 *Democritus tradit atizoen nasci* magnitudine trium digitorum, ad -ae f.). 27, 139 *thlaspi* peltarum specie semine incluso, -ae effigie. 37, 196 gemmarum figura oblonga maxime probatur, deinde quae vocatur -a, postea epipedos et rotunda. Hyd. chron. II 35, 253 in specie -ae viridissimorum . . . forma granorum . . . defluxit e caelo.

II *de rebus ad formam -ae factis* (*cf. p. 1156, 23*): **A** *de vasculis*: **1** *aqua calida repletis ad fovenda membra*: Cels. 2, 17, 9 in vasa fictilia, similitudine (*del. Marx*; ad similitudinem *J*, a similitudine *Constantinus*) quas -as vocant, aqua coicitur. Soran. p. 50, 18 illa *loca*, quae dolorem . . . ⟨habent⟩, . . . -is calidam habentibus . . . vaporentur (*gr. p. 99, 30 Ilb.* πυριατῆρες). Ps. Theod. Prisc. ves. vit. 2 vesicam porcinam . . . pro -a adhiberi. Cass. Fel. 51 p. 132, 18 -am aeream vel testeam calida repletam (*eadem fere* 66 p. 161, 14). **2** *vario usu*: Ambr. off. 3, 5, 34 -am *regis Saul* (*I reg. 26, 11 sq. v. p. 1156, 48. item* Isid. in I reg. 18, 1). -a olei: *adhibetur in unctione principum* Vvlg. I reg. 10, 1 IV reg. 9, 1. 3 (*cf.* Hier. in Hab. 2, 3 p. 1325^A [*ad* Vvlg. I reg. 9, 1] vas . . . fictile sic vocatur, id est φακός. Evcher. instr. 2 p. 148, 6 vasculum ex aere. Isid. orig. 20, 7, 4 -a vasculum olearium, ex aere aut argento factum, a liniendo dictum; his enim reges et sacerdotes liniebantur. Gloss.ᴸ Corp. L 124 -um ['*pro* -am' *ed.*] dicitur vasculum aereum olei modicum, quadrangulum, in latere apertum [*sim.* Gloss. V 369, 3]). *in usu profano*: Cassian. inst. 4, 25 sumens -am o., quae sola in heremo suis vel advenientum usibus liquorem pinguedinis tenuissimum ministrabat.

B *de maculis in cute, i. q. lentigo*: Cels. 6, 5, 1 paene ineptiae sunt curare varos et -as et ephelidas: . . . vari -aeque vulgo notae sunt; quamvis rarior ea species est, quam semion Graeci vocant; cum sit ea -ā rubicundior et inaequalior. 6, 5, 2 cetera nonnisi in facie, -a etiam in alia parte nonnumquam nasci solet; . . . -am tollunt galbanum et nitrum *eqs.* Plin. nat. 26, 7 elephantiasim . . . a facie saepius incipientem, in nare prima veluti -a *eqs.* (*inde* Plin. med. 1, 19, 1 Veg. mulom. 4, 3, 4. *cf.* Marcell. med. 19, 18 oritur quasi -is variis et inaequalibus *eqs.*).

cf. Onom.

deriv.: lenticularia, lenticularis, lenticulatus, lenticulosus.

lenticulāria, -ae *f.* *a* lenticula. *i. q. seges lenticularum*: Lex Sal. 27, 12 si quis in napina, in fabaria, in pissaria vel in -a (lentiaria, lenticlaria *var. ll.*) in furtum ingressus fuerit *eqs.*

lenticulāris, -e. *a* lenticula. *i. q. ad formam lenticulae seminis factus*: Apvl. flor. 9 p. 13 ampullam oleariam, . . . -i forma, tereti ambitu, pressula rotunditate.

lenticulātus, -a, -um. *a* lenticula. [*nomen piscium: prov.* lentillat (> *francog.*), lentihat, *langued.* lentillac. *fem.* -a: *prov.* lentihado (> *francog.* lentiilade). *cf. Wartburg V 252. G.*] *i. q. ad formam lenticulae factus*: Ps. Apvl. herb. 92 l. 26 *ebulum* foliis -is (*cf. Ps. Diosc. Vind. 4, 169* φύλλα φακοειδῆ. *Diosc. 4, 164 p. 81, 1* folia lenticule similia). Cass. Fel. 24 p. 41, 2 -am (lenticulam *var. l.*) herbam de stagnis virentibus colliges (52 p. 137, 8. *cf. Ps. Diosc. Vind. 4, 87* ὁ φακός. *Diosc. 4, 86 p. 48, 1* lenticula).

lenticulōsus, -a, -um. *a* lenticula. *? i. q. lentiginosus* (*in interpretatione vocis q. e.* caesius): *v. vol. III 110, 5. 6. 9.*

lenticulum *v.* lenticula.

lentiginōsus, -a, -um. *a* lentigo. Gloss. φάκοψις. sparso ore. φακώδης. *cf.* V 275, 65 censius (*i.* caesius): glaucis oculis vel lentiginosus. *i. q. lentigines habens, de ore hominum*: Val. Max. 1, 7 ext. 6 virum flavi coloris, -i oris. Don. Ter. Eun. 689, 1 ('colore mustellino') *eunuchi* plerique -i sunt. 2 *grammaticus quidam* recte intellexit Terentium scientem 'mustellino colore' dixisse eunuchum velut sublivido, quia vere eunuchi aut ex candidissimis -i (semicanosi *var. l.*) fiunt . . . aut ex fuscis sublividi (*cf.* Schol. Bemb.: -a facie). Ps. Apvl. herb. 21 l. 7 *herba hieribulbum,* mulier si faciem laverit, -am (lentigines *var. l.*) statim purgat.

***lentīgo,** -inis *f.* *a* 2. lens. Isid. orig. 4, 8, 3 -o est vestigia macularum parvula in rotunditate formata, ab specie lenticulae dicta. *scrib.* lint- Oribas. syn. 7, 20, 9 Aa p. 153. *inde a* Plin. nat., Tert.; *in poesi* Ser. Samm. 142. [*it.* lentiggine, *calabr.* lentijine; *raet. occ.* lantiña, lentigna; *vasc.* lentije. *cf. M.-L. 4981. Battisti-Alessio III 2202. Wartburg V 252. G.*] [*falsa var. l.* -em *pro* lichenas Ps. Apvl. herb. 109 l. 11. *falso traditur* -es *pro* tentigines Ps. Diosc. herb. fem. 7.]

i. q. macula in speciem lenticulae facta (*gr. respondet* φακός [Gloss.]; *sing.* [*collectivus*] *et plur. promiscue usurpantur*): **1** *generatim*: Plin. nat. 13, 81 *in charta si nimius umor additus est,* deprehenditur . . . -o oculis. 29, 90 *mus araneus* plenus -e (-is *Mayhoff dubitanter*).

2 *speciatim in cute hominum i. q.* ἐφηλίς (nigra *p. 1159, 14*):

[Collassero]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

a *exempla varia*: PLIN. nat. 20, 219 *atriplecem* -es et papulas gignere. 28, 188 invenio apud auctores iis, qui -es habeant, negari magices sacrificiorum usus (30, 16 -em habentibus non obsequi numina aut cerni). 29, 73 *venenum stelionum* faciem eorum, qui biberint, -e obducit. PAP. Corp. 210, 2 corpore fusco, ... naso recto, -o malo (*nom. prp abl. et* malo *pro* in mala ? *cf. Fink, Transactions ... Amer. Phil. Assoc. 72, 1941, 113*). **b** *quo modo curetur*: PLIN. nat. 20, 9 -es et maculas e facie tollit *cucumis* (28, 109. 187. 32, 87. 140 MARCELL. med. 19, 63 DIOSC. 2, 91 p. 215, 27. 112 p. 223, 17. 3, 93 p. 418, 15. 5, 144 p. 233, 10 ORIBAS. eup. 2, 1 K 82 p. 516). 20, 55 lepras, lichenas, -es exulcerat sanatque *alium* (24, 63. 32, 97). 20, 103 *bulbi rubentes* emendant -em cum vino aut cum aceto (23, 23. 154. 24, 44 DIOSC. 2, 68 p. 208, 31. 2, 138 p. 230, 17. 2, 156 p. 239, 16). 20, 125 *erucae semen* -es ex aceto ... reducit ad candorem. 20, 162 *cuminum* inlinitur ... -i nigrae ex aceto (22, 49. 52, 84 -i et mulierum vitiis in facie. 22, 124. 27, 137. 30, 29. *cf.* 24, 145 -es ex melle inlinens). 20, 183 *git discutit* lepras et -es ex aceto. 21, 183 *corchorum herba* utilis alopeciisque et -i. 22, 98 *boleti* minuunt ... et tempore absumunt ... -em et mulierum in facie vitia. 24, 186 lepras, -es ... curavit *Diocles* (DIOSC. 3, 87 p. 414, 17 ORIBAS. eup. 4, 53 [52], 4 Aa p. 571 brassica ... curat efiles, -es ...; ostrea usta ad efilas et -es facit). 22, 156 ex iisdem *lupinis* decocta -es ... corrigunt. 23, 89 balaninum oleum repurgat varos, forunculos, -es (*cf.* 23, 126 expurgat. 163 purgant [24, 100 PLAC. med. 3, 24 rec. *β*. 4, 10 rec. *α*. 11, 6 rec. *α* MISC. Tir. p. 58, 23 DIOSC. 2, 96 p. 217, 18. *cf.* PLIN. nat. 23, 164 purgationes -um]). 31, 122 adversus ... -es. 32, 85 medetur ... -i (in -es *var. l.*; 'an in -e [*sc.* medetur faciei] ?' *Mayhoff*) ceterisque vitiis ex ossibus saepiarum cinis. 32, 98 mituli ... causticam vim habent et ad ... -es. SER. SAMM. 142 invida si maculat faciem -o decoram. *al.* **c** *in comparationibus*: TERT. nat. 1, 5, 2 necesse est in corpore, et quantum velis integro aut puro, aut naevus aliqui effruticet aut verrucula exsurgat aut -o sordescat (*sc. in comparatione cum malis Christianis; cum vitiis animae*: HIER. in Eph. 5, 25 solent ... in mulierum corporibus vel sordere naevi vel ruga contrahi vel -o variari).

deriv.: lentiginosus.

lentigradus, -a, -um. *a* lentus *et* gradi. *i. q. lente gradiens*: CYPR. GALL. gen. 1064 -o serpebant agmine fetae (*Vulg. 33, 13*).

lentimen *v.* linteamen. **lentiolum** *v.* linteolum.

lentipēs, -edis. *a* lentus *et* pes, *cf.* βραδύπους. *i. qui lento pede procedit*: AVSON. 413, 40 p. 270 P. spondeus illi *dactylo* -s comes, paribus moratur qui locis cursum meum (*sc. iambi; cf. ibid. 14* volucripes).

lentis *v.* 2. lens.

lentiscifer, -a, -um. *a* lentiscus *et* ferre. *scrib. in codd. etiam* -tesc-. *i. q. lentiscum ferens*: Ov. met. 15, 713 -um ... Liternum.

***lentiscinus,** -a, -um. *a* lentiscus. *abl. sg.* -u DIOSC. 1, 18 p. 14, 15 M. *legitur nonnisi ap. artis medic. scriptores. gr. respondet* σχίνινος (*cf.* ORIBAS. 5, 6, 1 oleo ... scinino, id est -o. *sim. saepius ap. eundem*).

i. q. e lentisco factus: **a** oleum: PLIN. nat. 1, 23, 45 caryino, Cnidio, -o, balanino (*23, 89* e lentisco factum). 23, 67. PALLAD. 2, 20 (*describitur confectio*). vet. med. 34 (*inter pigmenta*). PELAGON. 384. 386 VEG. mulom. 3, 23, 2. 3, 28, 11. 12 CHIRON 850. 859. 861. 862. 864. 865. 903. 927 PHILAGR. med. 3 p. 164, 3 SORAN. p. 69, 19 app. 1 PLAC. med. 10, 5 rec. *β* THEOD. PRISC. eup. faen. 92 log. 65. 85 CAEL. AVR. acut. 1, 17, 168. 2, 37, 197. 200. 207 chron. 2, 13, 178. 4, 3, 22. 37 CASS. FEL. 42 p. 103, 9 ORIBAS. syn. 8, 24, 1 Aa p. 242. *et saepius ap. eundem.* **b** resina: PLIN. nat. 24, 36 (*antea*: e lentisco).

lentisco *v.* lentesco.

***lentiscus,** -ī *f. et* **lentiscum,** -ī *n.* [*vox peregrina videtur* (*cf.* hibiscum, mariscus); *ipsis Romanis cum* lentus *consonabat. Sch.*] *de orig.*: ISID. orig. 17, 7, 51 -us, quod cuspis eius lentus sit et mollis, nam lentum dicimus quidquid flexibile est ...; huius fructus oleum desudat, cortex resinam, quae mastix appellatur. *scrib. in codd. etiam* -tes-. *fem. probatur inde a* CIC. *neutr.* (-um) *ap.* MART. (*v. infra sub 4*), AMBR., MARCELL., CAEL. AVR. (*v. infra sub 3*), GLOSS. (*iuxta* -us). *addas cod. Z* PLIN. med. 3, 4, 16. *legitur inde a* CATONE. [*it. vet.* lentisco, dentisco, *apul.* lestingə, stiṅgə, stiño, *sic.* stinku, *neap.* stiṅgə, *cors.* lustinku, rustinku; *sard. sept.* listinku, *centr. et mer.* lestinku, listinku, lostinku; *prov. vet.* lentisc (> *francog. vet.*); *cat.* llentisc; *hisp., port.* lentisco. *cf. M.-L. 4982. Battisti-Alessio III 2202. Wagner II 24. Wartburg V 252. Corominas III 75. Machado² II 1398. G.*] [*falso trad.* -i *pro* lentis PELAGON. 208 (*Hippiatr. gr. I p. 141, 12* φακῆς). *falsa var. l.* -us *pro* lemniscus PHILVM. med. 4 p. 147, 13.]

nomen arboris, σχῖνος (GLOSS.; *vox infra respondet praeter p. 1160, 23, cf. p. 1160, 1*): **1** *de bacis* (*sing. collect.*): CATO agr. 7, 4 *olivae* conduntur ... in -o contusae (*inde* VARRO rust. 1, 60, 1 PLIN. nat. 15, 21. *vix de oleo, nam de eodem usu* COLVM. 12, 49, 1 seminibus ... -i ... permixtam olivam [*in hoc et in sequenti capite saepius*]). 117 feniculum et -um seorsum condat *is qui oleas condire vult.* PLIN. nat. 15, 28 *oleum* fit et e ... -o (23, 89. 32, 57). 15, 105 quae (*condendi*) cura ... etiam -o adhibetur, ne quid non hominis ventri natum esse videatur.

2 *de ipsa arbore*: CIC. progn. frg. 8 semper viridis semperque gravata -us triplici solita grandescere fetu ter fruges fundens tria tempora monstrat arandi (*cf.* PLIN. nat. 18, 244 -i primum fructum ostendentis. AVIEN. Arat. 1784 -us amara). CELS. 2, 33, 4 verbenarum ... folia, cuius generis sunt olea ..., -us *eqs.* (6, 18, 2^F^ SCRIB. LARG. 61 PLIN. nat. 12, 56. 25, 175. 34, 133 MARCELL. med. 11, 22. 26. 20, 26. *cf.* SER. SAMM. 47 frons -i). 5, 18, 24 resinae aridae et ex -o liquidae (PLIN. nat. 14, 122 optimam *resinam* ... terebinthi fundunt, dein -i, quam et mastichen vocant [*cf. l. 18sq.*]. 16, 55 e -o. 24, 32. 36. *cf.* MARCELL. med. 8, 8 -i suci *quantum* [9, 43. 10, 14. 11, 3. 14, 38. 27, 10]). COLVM. 5, 10, 9 ne tinea molesta sit seminibus ficulneis, in imum scrobem -i taleam inverso cacumine demittito (arb. 20, 3 PLIN. nat. 17, 256). 6, 6, 2 *remedium cruditatis boum est* -i oleastrique cacuminum pondo IIII *eqs.* (6, 7, 8. 6, 9, 1. 7, 6, 7). 6, 7, 3 bacae -i (PLIN. nat. 14, 112. 15, 101 APIC. 3, 101 [16]). 6, 17, 8 oleo -i (6, 32, 1 PLIN. nat. 12, 121). 8, 10, 4 -i semina (12, 49, 1. 2. 4. 6. 10. 12, 50, 3. 4. PLIN. nat. 24, 42 semen et cortex et lacrima [*ibi fusius de vi medicinali*]. PALLAD. 1, 26, 2). 9, 4, 3 terebinthus, nec dissimilis huic -us. PLIN. nat. 12, 72 *mastiche* Chia e -o traditur gigni cummium modo; adulteratur ... resinā (24, 43 m. -i [SER. SAMM. 154. CAEL. AVR. acut. 3, 3, 17 -i mastichis]). 17, 261 poena emendantur aut morsu excitantur ... -i. 28, 151 -i ligno. MART. 3, 82, 9 *ad purgandos dentes usurpantur* cuspides ... -i (*cf. infra sub 4*). ITALA gen. 35, 4 (Ambr. Iac. 2, 7, 32. 33) sub -o (*gr.* ὑπὸ τὴν τερέβινθον, *Vulg.* sub terebinthum). Dan. 13, 54 (cod. 176 Lucif. Athan. 2, 10 p. 166, 4. *al.*) sub -o (*Vulg.* sub schino). CHIRON 370 -i radicem. CAEL. AVR. chron. 2, 13, 168 decoctio ... -i conficitur hoc modo: eius virgultorum sumentes ... modum ... detrahimus -i comas (GLOSS. III 575, 45 σχίνου καρδία -i coma [?]). *al.*

3 *de resina, quae ex inciso cortice -i arboris manat* (-um *l. 31. 37. 41*): CELS. 4, 27, 1^E^ decocta -us (4, 31, 7 SORAN. p. 44, 21. *cf.* MARCELL. med. 11, 3 aqua, in qua coctum sit -um ... vel myrtum [27, 51 herba plantago et -us ... coquuntur]). 5, 6, 2 -us *inter rodentia*. 5, 18, 22 *malagma* constat ... ex -o *eqs.* 6, 7, 2^B^ -i pondera. PLIN. nat. 12, 71 *murra* adulteratur -i glaebis. 13, 9 *pars unguenti vetusti est.* 24, 43 lacte caprarum, quas -o pascebat *medicus.* SER. SAMM. 233 -us myrtusque emendant oris odorem (*nisi de foliis, cf.* MARCELL. med. 11, 12 folia myrti et -i). AMBR. hex. 3, 15, 62 si ei *aquae* -um (*sponte additum textui Basilii*), terebinthi quoque fructus ... misceatur, in olei naturam ... transfunditur. MARCELL. med. 20, 28 *vinis* aut ex bacis myrtae factis ... vel ex -o *eqs.* 27, 23 aquae cum myrtis decoctae vel -o. 27, 29 imponenda haec: ... millefolium, intibum, -um (*sed* 27, 30 suci ... -i). CAEL. AVR. chron. 3, 2, 38 mala Cydonia, ... murta, -um *eqs.*

4 -um *de dentiscalpio* (*cf. supra l. 22*): MART. 6, 74, 3 fodit ... tonsis ora laxa -is. 14, 22 dentiscalpium: -um melius, sed si tibi frondea cuspis defuerit, dentes pinna levare potest.

in lusu verb. c. 2. lens *et* lentus *p. 1156, 41.*

deriv.: lentiscinus. *compos.*: lentiscifer.

lentitia, -ae *f.* *a* lentus. [*vix recte restituitur* -am CHIRON 321 *pro* lenitiam.] *i. q. lentitudo*: PLIN. nat. 16, 174 aliae *salices* virgas sequacis ad vincturas -ae (laet- *trad.*) *pariunt.* 16, 210 est -a (laet- *trad.*) platano, sed madida, sicut alno; siccior eadem ulmo *eqs.* 20, 65 *lactucae* -am pituitae digerunt.

lentitiēs, -ēī *f.* *a* lentus. *i. q. lentitudo*: AETNA 543 non animos aeris flammis succumbere cernis? -em (lenitiem *var. l.*) plumbi non exuit?

lentitūdo, -inis *f.* *a* lentus. NON. p. 134, 4 -em (lenit- *var. l.*) pro lenitate (*affertur* CIC. Tusc. 4, 43). [*confunditur in codd. c.* lenitudo: CIC. ad Q. fr. 1, 1, 38 PLIN. nat. 32, 85. NON. *l. c.* DON. Ter. Andr. 804, 3 (lenitatis *C*). AMBR. fug. saec. 6, 32 off. 1, 21, 96. HEGES. 1, 25, 4 (lenitate *B*).]

i. q. status lentus: **1** *hominum, affectuum, actionum*: **a** *in univ.*: CIC. Tusc. 4, 43 *Peripatetici* virum ... videri negant, qui irasci nesciet, eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioso -is nomine appellant (*cf.* ad Q. fr. 1, 1, 38 *non irasci* est non solum gravitatis, sed non numquam etiam -is. AMBR. off. 1, 21, 96 irascimini ubi culpa est, cui irasci debeatis; ... alioquin non virtus, sed -o et remissio iudicatur). PRIAP. 83 (Tib. 2), 38 quid est, iners *penis*? pigetne -is? (*33* angue lentior). VELL. 2, 11, 2 *C. Marius* criminatus Metelli -em, trahentis iam in tertium annum bellum. TAC. ann. 15, 51, 1 *Epicharis* -is eorum *coniuratorum* pertaesa. 15, 64, 3 durante tractu et -e mortis (*cf.* 16, 35, 2 exitūs). DON. Ter. Andr. 804, 3 τὸ 'sic' nudum est; et est significatio languoris cuiusdam et -is. HIL. syn. 2 -em ac raritatem *epistularum.* VIGIL. TRID. ad Ioh. 1 p. 552^D^ *hanc germanitatem* distuli, ut iterum -o mea aperte proderetur. SYMM. epist. 7, 27 pascor quiete; instruo itaque te adversum -em meam. AMM. 18, 5, 6 ut quondam Maharbal -is increpans Hannibalem, posse eum (*Saporem*) vincere, sed victoria uti nescire ... praedicabat (*Liv. 22, 51, 4*). AMBR. fug. saec. 6, 32 fuga haec (*Matth. 24, 20*) nescit ... torporem -is, sed vitae caelestis requirit inpigrum viatorem. HEGES. 1, 25, 4 p. 41, 15 -e ingenii tardiorem Hyrcanum (*gr. 1, 203* νωθῆ). OROS. hist. 3, 6, 1 nisi otio et -e torpuisset *civitas.* **b** *de genere orationis*: TAC. dial. 21, 6 nisi forte quisquam aut Caesaris pro Deci⟨di⟩o Samnite aut Bruti pro Deiotaro rege ceterosque eiusdem -is et te[m]poris libros legit.

2 *rerum naturalium*: VITR. 2, 9, 11 *ulmus et fraxinus* sunt in

[Collassero]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

operibus, cum fabricantur, lentae . . .; simul autem vetustate . . . fiunt duriores et in commissuris et coagmentationibus ab -e firmas recipiunt catenationes (*Cet. Fav. 12* lentoris causa). PLIN. nat. 32, 85 *rana in aqua marina* excoqui debet, donec sit -o (crassitudo *var. l.*) mellis. MARCELL. med. 12, 41 ad cerae -em.

lentium *v.* linteum.

lento, -āvī, -ātum, -āre. *a* lentus. *vocem testantur* DIOM. gramm. I 343, 20 (*affertur* VERG.). PRISC. gramm. II 397, 22. *negat* SERV. auct. Aen. 2, 145. GLOSS. -andam: tardandam. -etur: otiose fiat. [*falso trad.* -ti *pro* ientati SERV. auct. Aen. 3, 384 (*v. vol. VII 1, 247, 48*).]

i. q. lentum reddere: 1 *-antur res naturales*: VERG. Aen. 3, 384 Trinacria -andus remus in unda et salis Ausonii lustrandum navibus aequor ([SERV.: aut lente tibi navigandum est . . . aut . . . *remus* flectendus. *cf.* GLOSS. lente ducendus. flectendus]. SEN. Ag. 438 properat iuventus omnis, adductos simul -are remos. *cf. p. 1162, 24sq. et* CLAVD. 17, 42 -andis . . . tonsis). STAT. Theb. 1, 703 tela tibi *Phoebo* longeque feros -andus in hostes arcus (Ach. 1, 436. *cf.* Theb. 3, 587 alii Cortynia -ant cornua). ORIENT. comm. 1, 555 -to per lubrica fila metallo *ad texendum.* SIDON. carm. 22, 191 *ignis* fracto . . . flagello (*sc. aestus*) spargit -tum per culmina tota vaporem. epist. 1, 5, 6 *in portu Ravennae* -ti languidus lapsus umoris. ALC. AVIT. epist. 87 p. 97, 15 intra quod spatium . . . coctilis caeni glutinum -ari possit. 2 *-antur actiones, affectus sim.*: SIL. 8, 11 -ando fervida bella dictator . . . multa . . . arte sedendi egerat. TREB. Claud. 6, 2 ut videantur fata Romana boni principis occupatione -ta. AMBR. in Luc. 10, 149 -andum iter quam praecipitandum arbitror, quo minus rimosa nobis fatiscat oratio. NOVELL. Valent. 7, 3, 2 quisquis . . . praecepta -verit. 23, 6 ne severitas iusta -etur (laetetur, lenitetur *var. ll.*). CASSIAN. conl. 21, 8, 2 conversionem melioris vitae nequaquam esse -andam. HIL. AREL. epist. ad Eucher. p. 197, 27 instantiam et exactionem pueri . . . -are nullatenus potui. VAL. CEM. hom. 4, 4 p. 704[A] non -anda redhibitio (*ad deut. 23, 21* ne moram feceris, reddere illud). ALC. AVIT. carm. 6, 448 aliis *virginibus* stolidum -vit inertia sensum. ENNOD. opusc. 5, 27 p. 400, 19 nec requies nec mora procuranda negotia -vit: petitionem meam suscepit, replicavit, obtinuit *Victor.* CASSIOD. hist. 3, 9, 6 cum . . . studium fuisset -tum (*Socr. 1, 36 διελύθη*). var. 8, 3, 1 cum successor amplius laudari nititur, praecedentis fama -atur (letitatur, laetatur *var. ll.*). 9, 24, 11 fidem aliqua oblatione -are. GREG. M. epist. 3, 36 si haec nostra . . . fuerit -ta praeceptio. 3, 42 si quid . . . -tum fuerit. 3 *-antur ipsi homines*: CLAVD. MAM. anim. 3, 12 p. 176, 7 nugis etsi non sistimur ab itinere, -amur tamen. CASSIOD. in psalm. 106, 1 l. 47 ne . . . aliqua neglegentia -retur (tentaretur *var. l.*), commonet eum (*populum*) eqs.

cf. allento.

lentor, -ōris *m.* *a* lentere. [*restituitur* -es *pro* leniores CASS. FEL. 21 p. 33, 3 *dubitante ipso editore, plur. nusquam tradito.*]

i. q. status lentus: 1 *varia exempla*: COLVM. 5, 6, 6 sameram . . ., quae iam rubicundi coloris erit et compluribus diebus insolata iacuerit, ut aliquem tamen sucum et -em habeat, iniciemus areis. 6, 17, 5 cuminum conteritur eique adicitur exiguum picis liquidae et axungiae, ut -em malagmatis habeat (*inde* PELAGON. 279 [*Hippiatr. gr. I p. 316, 10 σύμπηξιν*]). 12, 23, 1 *pix* omni -e misso facilius in pulverem resolvitur. PLIN. nat. 16, 43 plusculum huic *larici* erumpit liquoris melleo colore et -e (lentiore *vel* recentiore *trad.*), numquam durescentis. 16, 53 *pix Bruttia* -e ab alia pice differens. 16, 70 *buxus* -e (silentio *sim. trad.*) quodam et duritie . . . commendabilis. 16, 229 ad quos *axes* -e fraxinus sicut duritia ilex et utroque legitur ulmus. 17, 111 *v. p. 1162, 23.* GARG. MART. med. 42 *mala* conteruntur, donec in cerati -em mollescant. CET. FAV. *v. supra l. 3.* 2 *metonymice fere de ipsa materia*: PLIN. nat. 9, 125 *purpurae* congregantur . . . mutuoque attritu -em cuiusdam cerae salivant. 9, 160 quae durioris testae sunt, ut murices, purpurae, salivario -e *proveniunt.* 13, 54 *terebinthus* fert . . . folliculos emittentes . . . -em . . . resinosum, qui et ex cortice erumpit. PS. CYPR. tract. 9 *semen* non habebat -em salutis (*Luc. 8, 6* humorem, *gr.* ἰκμάδα).

elocutio adverbialis ex -e *i. q. lente*: CHIRON 854 *compositio quaedam* fervescat ex -e (*cf. 875* ex lento igne coquatur).

lentrix *v.* linter.

lentulitās (Lent-), -ātis *f.* *a* Lentulus. *i. q. nobilitas Lentuli*: CIC. fam. 3, 7, 5 ullam Appietatem aut -em valere apud me plus quam ornamenta virtutis existimas?

lentulizo, -āre. *a* Lentulus. CONSENT. gramm. V 376, 33 -at (*post* graecizat *sim. cf. Tolkiehn, Berl. phil. Woch. 1916, 576*).

lentulus, -a, -um. *a* lentus *deminutive.* *i. q. aliquantulum lentus*: CIC. Att. 10, 11, 2 an existimas illum in isto genere (*sc. in solvendo*) -um (lentum *unus cod.*) aut restrictum? nemo est minus.

***lentus,** -a, -um. [*cognatum c. theod. vet.* lindi *'mollis, tener', angl.* lithe *'flexibilis, agilis'. Sch.*] *scribitur* lint- MISC. Tir. p. 67, 12.

de notione: NON. p. 337, 33 -um significat tardum (*affertur* CIC. rep. 5, 10. phil. frg. V 22 *adv.*) . . . securum, otiosum (VERG. ecl. 1, 4) . . . flexuosum (VERG. ecl. 5, 16 georg. 1, 265) . . . patiens, placidum (CIC. phil. frg. V 86 *adv.*) . . . facile (LVCIL. 415) . . . tenax (PLAVT. Men. 94 VERG. georg. 4, 41) . . . frigidum (VERG. georg. 1, 290. CIC. de orat. 2, 190 *adv.*). SYNON. Cic. p. 431, 22 ignavus . . . piger. segnis. -us *eqs.* GLOSS. εὔτονος, λεπτός, ἀργός. μαλθακὸς ὁ βραδύς. ἤρεμος. ἡσυχος. νωθής. πάρολκος. tardus. lenis. *al.* *legitur inde a* PLAVTO.

[*it.* lento, *langob.* lènt, *calabr.* lientu; *sard. centr.* léntu; *raet. occ.* laint; *francog.* lent (*et in nonnullis dial.*); *francoprov.* lẽ; *prov., langued.* len(t) *etc.*; *vasc.* lante, lente, *hisp. vet.* liento, *hisp., port.* lento. *notio q. e. 'flexibilis, mollis, imbecillus' exstat in dial. nonnullis it., sard., francog., hisp.; notio q. e. 'umidus' in dial. nonnullis gallorom. et sard., imprimis in paeninsula iberica; notio q. e. 'tarde procedens' exstat in Italia, Raeto- et Galloromania necnon in paeninsula iberica. cf. M.-L. 4983. Battisti-Alessio III 2202. Wagner II 21. Wartburg V 252sqq. Corominas III 75sq. Machado[2] II 1398. G.*] [*confunditur in codd. c.* lenis: CIC. de orat. 2, 279 PRIAP. 83 (Tib. 2), 33 OV. met. 7, 82 SEN. dial. 5, 13, 2 CELS. 4, 21, 1 QVINT. inst. 6, 3, 93. *et saepe.* c. laetus: *v. p. 883, 75.* *vix recte trad.* SISENNA hist. 7 saxa certatim -a (amento aut *Bergk, alii alia*) manibus coniciunt.]

i. q. aegre mobilis vel qui aegre movetur: I *rigore minuto, sc. flexibilitate modica* (*accedunt* pinguiter *p. 1163, 5* materie *infra l. 68*): A *de variis rebus* (*cf. p. 1163, 14*): PLAVT. Men. 94 nimis -a vincla sunt escaria: quam magis extendas, tanto adstringunt artius (COLVM. 4, 31, 1 eius *genistae* cum sit satis firmum, tum etiam -issimum est vinculum. AVIEN. Arat. 553). Truc. 266 quid tibi ego male dico? : : quia enim me truncum -um (*A*, truculentum *P*) nominas. CATO agr. 40, 2 haec (*argillam, fimum al.*) una bene condepsito, quam maxime uti -um fiat (*cf. Plin. nat. 17, 111* ad lentorem). CATVLL. 64, 183 fugit -os incurvans gurgite remos (OV. trist. 4, 1, 9 SEN. Phaedr. 306 MART. 3, 67, 4. *cf. p. 1161, 13sqq. et* MANIL. 4, 284 -as flectere tonsas). LVCR. 2, 860 (*contextu vix sano*) ut mortalia constant, molli[a] -a, fragosa putri, cava corpora raro. 6, 439 turbo descendit et illam deducit pariter -o cum corpore nubem. VERG. georg. 3, 208 *equi* negabunt verbera -a pati et duris parere lupatis (AVSON. 299, 10 p. 169 P.). Aen. 7, 164 spicula. 7, 731 haec *tela* -o mos est aptare flagello (PHAEDR. 3, 6, 6). 11, 650 hastilia (12, 489 OV. epist. 4, 81 met. 8, 28 MANIL. 5, 203). VARIVS carm. frg. 3 habenae (OV. ars 1, 5 met. 15, 520 trist. 4, 6, 3). PANEG. in Mess. 90 quis . . . -o perfregerit obvia pilo. PROP. 4, 3, 39 quae tellus sit -a gelu, quae putris ab aestu. 4, 10, 22 praebebant caesi baltea -a boves. OV. epist. 15, 228 crescit et invito -us in ore cibus. ars 1, 472 frena. met. 2, 419 -os . . . retendit arcus (GERM. 551). VITR. 2, 5, 2 quae *saxa* aquae *plus habent*, -a sunt (*opp.* tenera, dura). CELS. 2, 15, 1 quibus -ae morborum reliquiae remanent. 2, 17, 4 febres (3, 9, 1. *cf.* 3, 9, 5 febriculis). SEN. Herc. O. 152 chalybs (*v. p. 1163, 51*). dial. 6, 23, 4 *ignis* cum -a ac difficili materia commissus (*cf. p. 1163, 14 et* PLIN. nat. 13, 54 materies). PLIN. nat. 10, 145 ova . . . serpentium ex frigore -a. *al.*

B *de plantis earumque partibus* (*cf. infra l. 73; aliter p. 1164, 39*): PLAVT. Asin. 575 lictores ulmeis adfectos -is virgis (NEMES. cyn. 267 AVSON. Mos. 248). CATVLL. 61, 106 -a . . . velut adsitas vitis implicat arbores, implicabitur in tuum (*novae nuptae*) complexum *vir* (VERG. ecl. 3, 38. 9, 42. 10, 40 georg. 1, 265 PANEG. in Mess. 171 CALP. ecl. 3, 72 CLAVD. 22, 262. *cf. p. 1163, 49*). 64, 290 nutanti platano -aque sorore (*sc. populo*). VARRO AT. carm. frg. 20 e -is premitur radicibus umor (VERG. Aen. 12, 773 OV. met. 11, 78 PLIN. nat. 21, 88. 25, 71). VARRO rust. 1, 68 sorbum maturum mite conditum citius promi oportet; acerbum enim suspensum -ius est. VERG. ecl. 1, 25 viburna. 3, 83 salix (5, 16 [*affertur* PETRON. 132, 11, *ubi cum mentula comparatur*]. CVLEX 55 OV. met. 8, 336 COLVM. 11, 2, 92. *cf. p. 1163, 49*). 5, 31 foliis -as intexere mollibus hastas (*sc. thyrsos*). 7, 48 -o turgent in palmite gemmae (*var. l.* laeto, *fortasse recta.* SERV.: bene tarde frondere vites commemorat in Venetia). georg. 2, 12 molle siler -aeque genistae. 4, 34 vimine (Aen. 3, 31. 6, 137 OV. met. 15, 563 fast. 4, 435. 6, 262 CVRT. 6, 5, 16 COLVM. 4, 30, 3 NEMES. ecl. 2, 33). 4, 558 -is uvam demittere ramis (CORN. SEV. carm. frg. 9. *cf.* PLIN. nat. 27, 111 ramulos [27, 122]). Aen. 12, 781 *gladium ex arbore evulsurus* diu luctans -oque in stirpe moratus. CVLEX 143 hederae. COPA 21 -is uva racemis. AETNA 13 *aurea aetas*, cum mella . . . -is penderent foliis. OV. met. 9, 353 cortex (10, 736 fast. 4, 608 Pont. 4, 15, 8 PLIN. nat. 15, 92). 10, 102 palmae. hal. 86 calamos. VITR. 2, 9, 4 *ulmus et fraxinus* sunt in operibus, cum fabricantur, -ae (PLIN. nat. 16, 219). PETRON. 135, 8 vers. 6 de caudice -o vimineae lances. CALP. ecl. 4, 128 gramina. PLIN. nat. 15, 68 *ficum* materie validam, -am. MART. 8, 33, 13 colocasia. *al.*

in nomine plantae q. e. μίλαξ τραχεῖα: PS. DIOSC. Vind. 4, 142 p. 285, 19 βούλουκρουμ λέντουμ (*i.* volucrum -um).

C *de aquis, umoribus, materiis liquefactis* (*cf. supra l. 27*): VERG. georg. 1, 290 nocte leves melius stipulae . . . tondentur, noctes (noctis *var. l.*) -us non deficit umor ([*per enallagen quandam simul de stipulis*]. PLIN. nat. 16, 180 sambuci acinos habent . . . umoris -i. 16, 181 umor . . . ulmis salivosus, -us ac pinguis. PRVD. apoth. 696 *de saliva*). 3, 281 -um destillat ab inguine *equarum* virus. 4, 41 gluten . . . pice -ius (4, 160 SOL. 3, 4). 4, 170 -is Cyclopes fulmina massis cum properant (*de metallis ut*: Aen. 7, 634 ocreas . . . -o ducunt argento. OV. ars 3, 123 aurum [met. 6, 68 -um filis immittitur a.]. VITR. 8, 3, 18 plumbum, quod est -issimum et gravissimum. *aliter supra l. 39*). AETNA 514 bitumine (CALP. ecl. 5, 83. *cf.* PLIN. nat. 7, 65 bituminum sequax . . . ac -a natura). HOR. sat 2, 2, 76 pituita. PROP. 4, 11, 15 vos, vada -a, paludes *Orci* (*cf.* SIL. 8, 601 -a paludosae . . . stagna Ravennae. STAT. silv. 3, 2, 67 paludes). OV. met. 2, 807 -a . . . tabe liquitur *Aglauros* (LIV. 7, 22, 5

[*Collassero*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ae velut tabis senio. MANIL. 1, 180 PLIN. nat. 2, 156. *cf.* SIL. 2, 463 tabo). SEN. Oed. 346 cruor. LVCAN. 3, 639 *miles* scinditur avulsus nec sicut vulnere sanguis emicuit -us: ruptis cadit undique venis. PLIN. nat. 11, 239 spuma . . . -ior . . . quam quod serum vocatur (22, 94). 12, 125 styrax . . . pinguiter -us. SIL. 4, 577 limo. SER. SAMM. 25 olivo. 886 melle (974). AVIEN. orb. terr. 60 *mare mortuum appellatur*, quod -o stupeat plaga salsa profundo. 297 -o prorepit gurgite Nereus. PRVD. ham. 807 visco.

II *agilitate, vehementia sim. minuta* (*vergit in notiones q. s. tarde procedens saepe, remissus, quietus sim. maxime l. 25. 28. 39. 42sqq.; praedicative forma* '-us ambulo' *in poesi saepe ponitur inde ab* AFRAN., VERG., *in prosa* LIV. 22, 14, 7. 24, 46, 5 SEN. dial. 3, 11, 6. 10, 9, 3 epist. 100, 7 COLVM. 11, 1, 14 *al.*): **A** *de hominibus, deis*: 1 *variis*: PLAVT. Mil. 1203 ut multa verba feci, ut -a materies (*sc. puella, v. vol. VIII 451, 42 et cf. infra p. 1164, 42*) fuit; verum postremo impetravi, ut volui. LVCIL. 415 magnus fuit trico nummarius, solvere nulli -us (*i. q. tardus in eo, quod non solvebat*). AFRAN. com. 38 non sum apud me. : : em -us lente quae rogabo (*sc. dicam vel sim. quid*). CIC. Catil. 2, 21 non tam milites acres quam infitiatores -os. de orat. 2, 305 quia causam non libenter relinquo, nimium patiens et -us existimor. rep. 5, 10 Marcellus ut acer et pugnax, Maximus ut consideratus et -us (*cf.* SIL. 7, 92 arte bellandi -o similis). Att. 1, 18, 4 nihil est illo homine -ius. CATVLL. 28, 10 Memmi, bene me ac diu . . . -us (tentus *Vossius*) irrumasti. LABER. mim. 29 nunc tu -u's [es], nunc tu susque deque fers. VERG. ecl. 1, 4 nos patriam fugimus, tu, Tityre, -us in umbra *cantas* (OV. ars 1, 67 -us spatiare sub u.). Aen. 12, 237 dominis parere superbis cogemur, qui nunc -i consedimus arvis. CVLEX 159 anxius insidiis nullis, sed -us . . . somno mandaverat artus. 213. HOR. epist. 2, 1, 178 *poetam scaenicum* exanimat -us spectator, sedulus inflat. carm. 4, 13, 6 cantu . . . Cupidinem -um sollicitas (*cf.* TIB. 1, 10, 58 Amor rixae mala verba ministrat, inter et iratum -us utrumque sedet). 2, 6, 36 sis mihi -a, veto. LYGD. 6, 57 cessas, o -e minister? PROP. 1, 6, 12 pereat, si quis -us amare potest. 1, 15, 4 in nostro -a timore venis. 2, 3, 38 *Paris et Menelae, sapientes fuistis*, tu, quia poscebas, tu, quia -us eras (OV. epist. 16, 251 rem. 774). 2, 14, 22 habuit positum -a puella caput (3, 8, 20 non est certa fides, quam non in iurgia vertas; hostibus eveniat -a p. meis). 2, 15, 8 sicine, -e, iaces? (*allocutio indignantis ut* 3, 23, 12 EPIST. Sapph. 210 OV. am. 1, 6, 72. epist. 18, 70 -e morator. *cf. l. 32*). 2, 33, 25 (*23* non audis et verba sinis mea ludere) -a bibis. 4, 10, 29 pastoris bucina -i (CALP. ecl. 2, 12. 7, 1. 11). OV. am. 2, 19, 51 -us es et pateris nulli patienda marito. 3, 6, 60 ille habet . . . in pectore ferrum, qui tenero lacrimas -us (laetus *codd. rec.*) in ore videt (ars 3, 452 trist. 2, 514 SEN. Phaedr. 678. *cf.* LIV. 22, 14, 7 *Saguntum oppugnatum* -i [laeti *var. l.*] spectamus [MART. 2, 47, 6]. SEN. Tro. 897 prospiceres. SIL. 2, 489 cernere . . . -a potes?). epist. 1, 1 hanc tua Penelope -o tibi mittit, Ulixe. 6, 17 officium -i cessasse mariti. ars 1, 494 et modo festines et modo -us eas. 1, 732 pallidus in -a naïde Daphnis erat. rem. 116 admoveo tardam nunc tibi -us opem. met. 13, 800 Galatea durior annosa quercu . . ., -ior et salicis virgis et vitibus albis. SEN. Herc. O. 1281 *Hercules* durior Haemo nec Parrhasio -ior axe (lenior *Heinsius, edd.; sed cf.* 152 ferrum sentit hebes *Hercules*, -ior est chalybs). benef. 5, 22, 1 -a nomina (*i. debitores*), non mala. epist. 108, 24 inter praecipitia -i sumus. COLVM. 11, 1, 14 colonos . . . -os per otium pigre procedere. *al.* 2 *de oratoribus, scriptoribus* (*cf. p. 1165, 4sqq.*): CIC. Brut. 178 Iuventius, nimis ille quidem -us in dicendo et paene frigidus, sed et callidus *eqs.* QVINT. inst. 2, 8, 11 aut in illo -iore (*Ephoro*) tarditatem aut in illo paene praecipiti (*Theopompo*) concitationem adiuvandam existimavit *Isocrates*. 12, 10, 19 -i . . . quidam *asseclae Rhodii generis dicendi* ac remissi (*ibid.* lenibus stagnis similes habentur). TAC. dial. 22, 3 *Cicero* -us est in principiis, longus in narrationibus, otiosus circa excessus; tarde commovetur, raro incalescit. 3 *in imagine de rebus quasi animatis*: OV. am. 3, 11, 30 iam mea votiva puppis redimita corona -a tumescentes . . . audit aquas. SEN. Med. 623 Aulis . . . portibus -is retinet carinas. 4 *in proverbio de deis tarde ulciscentibus* (*cf. Otto, Sprichw. p. 111 et* VAL. MAX. 1, 1 ext. 3 -o . . . gradu ad vindictam sui divina procedit ira. IVV. 13, 100 -a ira deorum est): SEN. contr. 10 praef. 6 sunt di . . . -i quidem, sed certi vindices.

B *de partibus corporis*: 1 *proprie*: VERG. Aen. 11, 829 *Camilla moritura* -a . . . colla et captum leto posuit caput. HOR. sat. 1, 9, 64 pressare manu -issima bracchia (epod. 15, 6 OV. epist. 17, 58. 18, 48 CIRIS 504 OCTAVIA 355 RVT. NAM. 1, 248). LYGD. 5, 30 facilis -a pellitur unda manu (SEN. contr. 3 praef. 10 OCTAVIA 820). PRIAP. 83 (Tib. 2), 33 (*ad penem*) licebit aeger angue -ior cubes, terĕris. OV. met. 3, 66 spinae. 5, 56 cornua. GERM. frg. 2, 8 *sidera* mundum subeunt -o pede (SIL. 6, 140). AVGVSTVS Suet. Tib. 21, 2 miserum populum Romanum, qui sub tam -is maxillis *Tiberii* erit. MELA 3, 103 Himantopodes inflexi -is cruribus, quos serpere potius quam ingredi referunt. SIL. 4, 208 nervi. 2 *tropice*: SVLPICIA Tib. 3, 17, 6 nostra potes -o pectore ferre mala? (EPIST. Sapph. 169 amor tetigit -issima [laet- *var. l.*] pectora Pyrrhae). TAC. ann. 1, 65, 4 sibi quisque *miles* properus et -ae adversum imperia aures.

C *de bestiis* (*cf.* PLIN. nat. 8, 100 vivacitatis *pantherae*. SYMPH. 75 *testudo* tarda, gradu -o): TIB. 2, 3, 45 claudit . . . moles mare, -us ut intra neglegat hibernas piscis adesse minas. OV. am. 2, 7, 16 aspice, ut . . . asellus assiduo domitus verbere -us eat (PHAEDR. 1, 15, 7. *cf.* OV. medic. 58 asella). SEN. dial. 5, 25, 3 immanis fera ad latratum canum -a respexit. COLVM. 6, 2, 14 *boves* in eo *cibo* conficiendo -i (RVFIN. patr. 1 praef. 1). PLIN. nat. 29, 87 *tetragnathius* cinereus posteriore parte candicans -ior (*sc. ad nocendum. antea* peior, *postea* minime noxius). VAL. FL. 3, 211 neque . . . cedunt astra loco, -is haeret Nox . . . bigis. 7, 597 *Medea taurum* exarmat -umque offert timideque minantem. STAT. Theb. 6, 266 tauros -a mole trahunt *ad sacrificium*. AVIEN. Arat. 1794 sues (*cf. gr. 1068 θήλειαι . . . σύες*). MAXIM. eleg. 1, 272 -a . . . per senium Caspia tigris erit.

D *de rebus naturalibus*: 1 *de vapore, igni, carbonibus, luce*: VERG. Aen. 5, 682 udo sub robore vivit stuppa, vomens tardum fumum, -usque carinas est vapor (SEN. Herc. O. 1223 PLIN. nat. 15, 29. 24, 129 MART. 5, 78, 15). HOR. carm. 1, 13, 8 quam -is penitus macerer ignibus (*in imag. ut* OV. ars 3, 573. *proprie*: OV. trist. 3, 11, 40 GERM. frg. 4, 31 SEN. Thy. 1061 COLVM. 7, 5, 10. 12, 42, 2 LVCAN. 3, 503. 8, 777 PLIN. nat. 13, 39. 16, 55. *al.*). OV. trist. 3, 11, 47 inclusum *hominem* -is carbonibus ure (PELAGON. 335 ad -os carbones [384. 386]). EPICED. Drusi 254 flamma. SEN. Thy. 765 -is data stillant caminis *viscera*. AVIEN. Arat. 231 *Ophiuchus* tantos umeris . . . ignes evomit, ut . . . nequaquam -is obscurior ex umeris lux marceat. 570 -ae facis (*de Pleiadibus. ibidem*: aegra sororum lumina). PRVD. ham. 963 saltem mitificos incendia -a vapores exhalent. DIOSC. 2, 51 p. 198, 13 foco (*cf. vol. VI 1, 991, 23sq.*). 2 *significatur status maris tranquillus ventis deficientibus*: VERG. Aen. 7, 28 in -o luctantur marmore tonsae. SEN. dial. 1, 4, 6 quos velut in mari -o tranquillitas iners detinet. LVCAN. 5, 434 aequora -a iacent. 3 *de variis*: PROP. 3, 13, 37 pinus . . . incumbens *amantibus* -as (laetas, latas *var. ll.*; -is *Bährens, alii alia, cf. p. 1163, 25*) circumdabat umbras. 4, 1, 100 cum . . . facerent uteri pondera -a moram *mulieri parturienti*. LIV. 24, 46, 5 imber . . . custodes . . . subfugere in tecta coegit . . ., -ior deinde aequaliorque accidens auribus *eqs.* (*cf.* SEN. nat. 4, 4, 3 bruma -as pluvias habet et tenues). SEN. contr. 2, 5, 7 rerum natura . . . modo properat . . ., modo -a est. SEN. Thy. 499 *canis* procul -o suem odore sentit (*sc. diu adhaerente*). LVCAN. 4, 588 qua se Bagrada *fluvius* -us agit (SIL. 6, 677). PLIN. nat. 12, 97 *casia* gustu . . . minime fervens potiusque -o tepore leniter mordens (17, 229 nascitur hoc malum t. umido et -o [*Theophr. hist. plant. 4, 14, 9 ἐὰν ᾖ νότια καὶ εὐδιεινά*]). 17, 95 quaedam . . . natura tarde crescunt . . .; at quae cito occidunt, velocia sunt . . .; ex his -issima est pirus, ocissima . . . cypirus.

E *de actionibus, affectibus, condicionibus sim.*: 1 *variis*: CIC. Att. 1, 12, 1 (*sim.* 1, 13, 6) Teucris illa -um sane negotium ([1, 12, 1 nihil ego illa impudentius, astutius, -ius vidi. *cf. p. 1163, 14*]. 5, 18, 4 exhibeo pupillum neque defendo; sunt enim negotia et -a et inania). MORET. 110 non iam salebrosus . . ., sed gravior -os (-us *var. l.*) ibat pistillus in orbes. HOR. carm. 2, 16, 26 amara -o temperet risu (*simul animum ridentis respici monet Latte, Kl. Schr. 880*). 3, 19, 28 me -us Glycerae torret amor meae (TIB. 1, 4, 81 OV. am. 1, 6, 15. met. 7, 82 -us [lenis *var. l.*] a., iam quem languere putares, . . . inarsit. *cf. p. 1163, 30*). epist. 1, 2, 7 Graecia barbariae -o collisa duello (2, 2, 98. LIV. 1, 53, 4 -ius spe bellum. 7, 12, 10). TIB. 1, 3, 82 *malevolus quidam* optavit -as . . . mihi militias. OV. epist. 2, 3 spes . . . -a fuit; tarde, quae credita laedunt, credimus (16, 110 LIV. 5, 5, 7. 6, 8, 10. 30, 28, 8). 3, 22 cessas, iraque -a tuast (SIL. 1, 451. 6, 699. 11, 378 IVV. 13, 100). 3, 138 nec miseram *Briseida* -a ferreus ure mora (ars 2, 456 NVX 4 CELS. 1, 3, 12 MART. 7, 93, 4 epigr. 23, 6. 30, 2). met. 2, 572 cum . . . -is passibus . . . spatiarer (trist. 5, 10, 6). 14, 761 -os (duros *var. l.*) pone . . . fastus et amanti iungere, nymphe! 15, 236 (*tempus, vetustas*) paulatim -a consumitis omnia morte (SEN. Herc. f. 420 LVCAN. 3, 578 PLIN. nat. 11, 86 STAT. silv. 2, 1, 154). trist. 4, 1, 86 nimium fati tempora -a mei. Pont. 3, 9, 25 *labor corrigendi* animum -o curarum frigore laedit. LIV. 10, 41, 13 oppugnationem (27, 39, 14. *cf.* 30, 18, 3 pugna). MANIL. 5, 423 alterna ferens in -os bracchia tractus. SEN. contr. exc. 3, 6, 2 tyrannicidium . . . dubium, -um, periculosum. VAL. MAX. 1, 1 ext. 3 gradu (*v. vol. VI 2, 2148, 17sqq.*). CELS. 4, 8, 4 ambulatio -a paene usque ad lassitudinem. SEN. Herc. f. 66 nec in astra -a veniat ut Bacchus via (*cf.* TAC. Agr. 38, 3 -o itinere [hist. 2, 83, 1. 2, 93, 2 SVET. Aug. 82, 1 AMM. 20, 8, 21. 20, 9, 1. 31, 16, 1]). 298 reditus. 644 Lycus Creonti debitas poenas dabit; -um est 'dabit': 'dat'; hoc quoque est -um: 'dedit' (*cf.* ALC. AVIT. carm. 4, 376 iamque venit finis; -um est hoc dicere 'venit'). Med. 1016 perfruere -o scelere, ne propera, dolor! benef. 2, 2, 2 -i et diu cogitati muneris. 2, 5, 1 iniuriae illorum praecipites, -a beneficia sunt. dial. 5, 1, 2 mora, -um praecipitis mali remedium (CVRT. 3, 5, 13). 6, 12, 4 non durat . . . nisi -a felicitas. epist. 30, 8 mors . . . admota etiam imperitis animum dedit . . .; at illa, quae in propinquo est . . ., desiderat -am animi firmitatem. 70, 3 venti segnes . . . tranquillitatis -issimae taedio lassant. 74, 1 *memoria* iam mihi segnis ac -a est. LVCAN. 1, 361 patientia (SIL. 11, 100). 7, 241 *Caesar* coeperat exiguo tractu civilia bella ut -um damnare nefas. VAL. FL. 7, 213 velut -i fallatur imagine somni (AVIEN. Arat. 181 aurea mala, inscia quae -i semper custodia s. servabat). SIL. 7, 15 *Fabius* -o Poenum moderamine lusit. 12, 111 labor. 13, 487 *cadavera Scytharum* -a dies sepelit. STAT. Theb. 5, 60 -o . . . inrepunt agmine (TAC. hist. 1, 66, 3. 2, 99, 1 AVIEN. ora 211). MART. 1, 78, 6 fame. 11, 79, 2 arguimur -ae crimine pigritiae. TAC.

[Collassero]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ann. 2, 70, 1 -a videri veneficia; festinare et urgere Pisonem *eqs.* (*cf.* 6, 32, 2 venena [Svet. Tib. 73, 2]). Nemes. ecl. 4, 50 qui tulerit Meroes fastidia -a superbae. Avien. ora 128 navigia -a et languide repentia. *al.*

2 *de dicendo* (*cf. p. 1163, 54sqq.*): Cic. de orat. 2, 279 *submorosorum ridiculorum* generi quasi contrarium est ridiculi genus patientis ac -i *eqs.* Sen. contr. 3 praef. 7 *Severus Cassius* genus dicendi non remissum aut languidum ..., non -as nec vacuas explicationes *habebat.* Sen. epist. 100, 7 compositio eius *Ciceronis* ... pedem curvat -a (114, 16).

3 *de modo pronuntiandi*: **a** *notione sollemni*: *α -us est modus dicendi* (*aliter p. 1164, 69*): Prop. 4, 4, 10 tubicen vicina Curetis cum quateret -o murmure saxa Iovis *Romani* (*sc. non acuto sono.* Firm. err. 22, 1 sacerdos hoc -o m. susurrat: θαρρεῖτε μύσται *eqs.*). Petron. 36, 7 ingerebat ... Trimalchio -issima voce: Carpe, Carpe! Qvint. inst. 1, 1, 33 certa sit ... in primis lectio, deinde coniuncta et diu -ior, donec ... contingat ... velocitas. *β -a sunt ipsa verba, syllabae*: Qvint. inst. 9, 4, 69 hae particulae *orationis* ... sunt graves, acres, -ae, celeres *eqs.* 9, 4, 137 submissa *argumenta* ... -as *syllabas* ... exigunt (*135* brevibus longisque). 11, 3, 111 plus ... adfectus habent -iora *verba.* 11, 3, 167 plenius adhuc et -ius ideoque dulcius: 'in coetu vero ...' (*Cic. Phil. 2, 63*).

b *notione deflexa de voce summissa, non clara* (*cf. p. 1166, 3sqq. et Löfstedt, Coniectanea I 81sq.*): Fortvn. rhet. 3, 16 p. 130, 27 versus paucos pronuntiemus -a et gravi voce, deinde ... extollamus ...; tunc ... eam ... revolvamus, donec ... ad murmur usque perveniat (*sim.* Mart. Cap. 5, 542). Vran. epist. 4 p. 862^{A} *coram Paulino moribundo* -a licet voce ... domino decantavi. Nicet. psalm. 13 p. 80, 24 qui *in choro cantans* ... aequare se non potest ceteris, melius est ei tacere aut -a voce psallere quam clamosa voce omnibus perstrepere. Vita Caes. Arel. 2, 6 per somnum -a voce clamabat: *eqs.* (*postea ipse de se*: cum grandi intentione clamabam).

structurae: *c. inf.*: Lvcil. 415 Sil. 5, 19. in *aliqua re*: Cic. Brut. 178 (*gerund. ut* Colvm. 6, 2, 14 Plin. nat. 12, 10. 24, 143. 29, 11 Tac. ann. 4, 71, 3). Prop. 1, 15, 4 Ov. epist. 16, 251 Sen. contr. exc. 3, 5, 2 Tac. ann. 3, 70, 2 Spart. Carac. 1, 4 Heges. 2, 8, 2 p. 144, 11. *?* in *aliquid*: Germ. frg. 3, 13 *Scorpios* -ior in pluvias magis invenit arva quieta (in p. veniet; magis arva q. *Grotius*). adversum: Tac. ann. 1, 65, 4. *c. dat.*: Tib. 2, 6, 36 Prop. 2, 14, 14. *c. gen.*: *alicuius rei* (*cf.* tenax): Ov. am. 3, 1, 16 Sil. 3, 176. *alicuius hominis* (*cf.* neglegens) Mart. 2, 46, 7. *c. abl.* (*qual.*): Plin. nat. 36, 190.

litotes nec -us *i. q. et strenuus*: Sil. 11, 491.

elocutio adverbialis **ex -o** *i. q. tarde*: Sen. dial. 3, 11, 8 illa certissima est virtus, quae se ... ex -o ac destinato provexit. Cet. Fav. 10 p. 296 ducendi ... sunt lateres verno tempore, ut ex -o siccescant (*cf. Vitr. 2, 3, 2* uno tenore).

adv. ***lentē**, -ius, -issimē. Synon. Cic. p. 437, 26 otiose. tarde ... -e *eqs.* Gloss.^{L} II Abav. le 16 -e: leniter (*cf. l. 65. 83*).

i. q. lento modo (*iuxta subst., quod infinitivi vicem gerit, p. 1166, 12*): 1 *varia exempla*: Afran. com. 38 *v. p. 1163, 18.* 86 quam -e tractat me atque inludit! Cic. S. Rosc. 26 rem differre ... coeperunt, deinde aliquando -ius (*ironice dictum*) nihil agere atque deludere. de orat. 2, 190 -e ferre. Att. 2, 1, 1 quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum -e ac fastidiose probavissem. Brvt. Cic. fam. 11, 20, 3 -e ac ratione habita pecuniae senatum de ea re constituturum. Caes. civ. 1, 80, 1 -e atque paulatim proceditur crebroque ... subsistunt (Liv. 10, 5, 6 Frontin. strat. 2, 3, 6). 2, 40, 1 -ius subsequitur. Bell. Alex. 71, 1 -ius agere (Liv. 1, 10, 2). Varro rust. 1, 41, 2 unde stillet -e aqua. Prop. 4, 7, 30 iussisses lectum *funebrem* -ius ire meum (Ov. met. 3, 15 Sen. epist. 34, 2). Ov. am. 1, 13, 40 -e currite, noctis equi! 3, 5, 17 *taurus* -e ... ruminat herbas. rem. 650 meliore fide paulatim exstinguitur ignis quam subito; -e desine, tutus eris. met. 11, 179 -e gradientis aselli. fast. 3, 208 (*uxor Romuli ad ceteras mulieres raptas*) non ultra -e possumus esse piae. Liv. 38, 16, 5 res cum -ius spe ipsorum traheretur. Sen. contr. 9, 4, 8 -e parebant satellites (Petron. 140, 8). Cels. 1, 3, 3 -e paulum ambulare (1, 3, 12 nihil currendum, sed -e ambulandum est). 8, 10, 7^{C} membra -ius intendenda et lenius in iis ossa ... reponenda sunt. Sen. Herc. O. 106 -e cum trahitur vita gementibus. epist. 15, 8 modo vehementius fac ... convicium, modo -ius. 91, 6 incrementa -e exeunt, festinatur in damnum. Cvrt. 4, 7, 15 cum -ius agmen incederet. Colvm. 2, 14, 4 *asinus* -issime mandit (Plin. nat. 17, 54). 7, 6, 9 ne procurrat *pecus*, sed placide ac -e pabuletur. CIL IV 794 -e impelle (*'su un gruppo di due figure di sesso differente in azione molto scandalosa' edd.*). *al.* -e et -e: Peregr. Aeth. 3, 1 non eos (*montes*) subis -e et -e per girum ..., sed totum ad directum subis. 31, 4 -e et -e, ne lassetur populus, ... pervenitur. 36, 2 venitur (43, 6). 43, 7 itur.

2 *de genere dicendi*: **a** *notione sollemni*: Cic. de orat. 2, 287 salsum est etiam quaerentibus ... -e respondere quod nolint. parad. 10 haec videri possunt odiosiora, cum -ius disputantur. phil. frg. V 22 -ius ... dicere solebat *Crassus* (Qvint. inst. 1, 8, 1 quid -ius celerius, concitatius lenius dicendum. Plin. epist. 2, 14, 10 graviter et -e. Avg. catech. rud. 14, 10 ut non solum pigriores non simus, sed eo ipso dicamus accensius atque vehementius, quod securiores frigidius et -ius diceremus). Sen. contr. 1 praef. 17 *Latro* non -e et anxie, sed eodem paene quo dicebat impetu scribebat. Gell. 1, 26, 8 Plutarchus -e et leniter ... inquit. Avg. c. Petil. 3, 18, 21 p. 178, 16 ego inter strepitum et post strepitum eius ... -e, ut dicitur, et bene hoc ipsum repeto *eqs.* Vincent. Ler. 23, 18 ut ..., quod antea -ius praedicabatur, hoc ... postea instantius praedicaretur. **b** *notione deflexa i. q. summissa voce* (*cf. p. 1165, 21sqq.*): Don. Ter. Andr. 754, 1 apparet ... 'male dicis' -ius (lenius *var. l.*) dictum esse, cum dixerit 'dic clare'. 764 hoc -ius et summisse. Hec. 112, 2 hoc -ius apud sese, illud clare. Eun. 282, 2 hoc quasi ad Gnathonem, sed -e ac sub lingua murmurat. 283, 2 et hoc -ius; nam si aliter pronuntiaveris, secreta produntur. 715, 1 hoc -ius, ut sit causa non saeviendi. 807, 2 Ad. 401, 2. 574, 2 'te praecipitato' hoc -ius; quidam clarius legunt, ut sit '⟨te⟩ pr.' cito descende. Avg. serm. 42, 1, 1 et quod -e dicimus, valde auditis, si oboedieritis. Regvla mag. 9, 43 -e et humiliter, non clamosa voce loquantur, quia omnis -e (-a *var. l.*) locutio ab humilitate descendit (*et saepe in eodem opere*). Vita Caes. Arel. 2, 12 quae *vox* illi in aure -e loquens dixerit: *eqs.*

in lusu verborum c. lentiscus *p. 1156, 42sq.*

deriv.: lenteo, lentitia, lentities, lentitudo, lento, lentulus. *cf.* lentesco, lentor.

compos.: lentigradus, lentipes. *cf.* allento, delentinatio.

Collassero.

lēnullus, -ī *m.* *a* 1. leno *deminutive sec.* homullus (*Niedermann, Mus. Helv. 7, 1950, 155*). *cf.* Prisc. gramm. II 109, 6 leno lenunculus vel -us (*affertur* Plavt. *l. 24. 42*). *scribitur una* l *in parte codd.* Prisc. *et in* Gloss. *i. q. leno* (Gloss. V 602, 67 -us: parvus lecator [*antea* leno: lecator, mediator]): Plavt. Poen. 471 -e (*Prisc.*, -o *A*, len(n)uite *P*).

lēnulus *v.* lenullus.

***lēnunculārius,** -ī *m.* *a* 2. lenunculus. *scribitur* -cl- Inscr. NSc. 6, 1930 p. 190 CIL XIV 5320. *abbreviatur hic illic* -or(um). *legitur in titulis tantum.* *i. qui lenunculo utitur* (*nonnisi Ostiae exstat; ad rem v. Waltzing, Corporations II 73sqq. Bottigelli, Epigraphica 4, 1942, 81sq. Ruggiero, Diz. epigr. s. v.*): CIL XIV 250, 2 (*a. 152*) ordo corporatorum -or(um) tabulariorum auxiliare(n)s(ium) Ostiens(ium) (*in principio albi ut*: 251, 2 [*a. 192*]. 252, 2 [*a. 200; v. supplementum p. 614*] o. c. -orum pleromariorum auxiliarior(um) O.). 254 -or(um) treiectus *cuiusdam* (409, 13 *patrono* corpori(is) scaphario(um) et -ór(um) t. Luculli [5320, *aet. Traiani*]). 341, 7 patrono corporis -orum ⟨tabulariorum⟩ auxiliariorum Ostiensium (352 a 8 [*a. 251 ut vid.*] quattervi(ro) naviculario v corpor(um) -orum O. 4144 [*a. 147*] defensori v corporum -or(um) O. *addas l. 32*). 453 ⟨len⟩uncularius. *al.*

1. lēnunculus, -ī *m.* *a* 1. leno *deminutive, cf.* Prisc. *s. v.* lenullus. Not. Tir. 35, 81 (*inter* leno *et* lenocinium). *i. q. leno*: Plavt. Poen. 1286 (*loq. miles*) aere militari tetigero -um.

2. lēnunculus, -ī *m.* [*a* *lēnus *e gr.* ληνός, *cf.* 1. lenis. *Sch.*] *scribitur* re- Gell. Non. p. 534, 28 -us navigium piscatorium (*affert* Sall.). *cf.* lembunculus.

i. q. navicula, scapha maxime ad piscandum apta: Caes. civ. 2, 43, 3 horum *qui in classe erant* fuga navium onerariarum magistros incitabat; pauci -i ad officium imperiumque conveniebant (lembunculi *e cod. Ciacconii affert Meusel*). Sall. hist. frg. 1, 25 incidit (indicit *codd.*) forte per noctem in -um (-o *codd.*) piscantis (-ndi(s) *codd.; de Mario fugiente dictum esse coni. Maurenbrecher coll. Appian. bell. civ. 1, 62* ἐς σκάφος ἁλιέως. Amm. 16, 10, 3). Tac. ann. 14, 5, 3 *Agrippina* occursu -orum Lucrinum in lacum vecta. Gell. 10, 25, 5 (*inter navium nomina*) lembi, oriae, -i *eqs.* (renunc- *codd.*). Amm. 14, 2, 10 dum piscatorios (-tores *trad.*) quaerunt -os.

deriv.: lenuncularius. *cf.* lembunculus, lembusculus, lemniculus (-um). *Hübner.*

***leo,** -ōnis *et* leōn, -ontos (*p. 1167, 34*), -onta (*p. 1169, 55*) *m.*, λέων. *originem graecam testantur* Varro ling. 5, 100 Char. gramm. p. 81, 22 B. Mart. Cap. 3, 292 Isid. orig. 12, 2, 3. *scribitur* li- CIL IV 8017 (*dub.*), lae- CIL VIII 21567 B 12 (*a. 174*). *genus commune redarguunt* Don. gramm. IV 376, 6 -o leaena (Diom. gramm. I 328, 28 Serv. gramm. IV 432, 11. *al.*). Char. gramm. p. 45, 8 B. -o lea (Prisc. gramm. II 146, 13. 209, 1); *affirmant* Serv. georg. 3, 245 'hic' et 'haec -o' dicimus. Philarg. Verg. ecl. 2, 63 rec. I. Prisc. gramm. II 169, 15 (*ex Capro et Probo*). *addas infra l. 83.* *commune exstat* Pass. Theclae 33 A p. 33, 3 (*antea*: lea, *id quod hic quoque restituit Gebhardt*). *accedit* femina *l. 82sq.* o (*in nom. sing.*) *tam producitur* (*inde a* Lvcil., Lvcr., Verg.) *quam corripitur* (*inde ab* Ov., Manil., Phaedr.; *testis est* Mart. Cap. 9, 978). *variant* Ov., Manil., Germ., Val. Fl. *legitur inde a* Naevio (*p. 1168, 6*), Plavto. [*in linguis romanicis eiusmodi tantum exstant formae, quae formas Latinas perpetuo viguisse prodant: val.* leu; *it. vet.* lione, *it., sard. centr.* leone; *raet. occ.* liun; *francog. vet., prov. vet.* leon, *francog.* lion, *prov.* leó; *cat. vet.* laon, *cat.* lleó; *hisp.* león; *port.* leão. *cf. M.-L. 4984. Battisti-Alessio III 2203. 2243. Wartburg V 255sq. Corominas III 76. Machado^{2} II 1391. G.*] [*e falsa interpretatione vocis hebr. male intellectae* Vvlg. I par. 28, 17 (*v. s.* leunculus).]

1 *nomen bestiae* (*cf.* Plin. nat. 8, 42–58. *Steier, RE XIII 968sqq.*): **a** *proprie*: *α in univ.*: Plavt. Persa 3 *amans* superavit ... aerumnas Herculi, nam cum -e ... deluctari mavelim quam cum *Amore* (*cf.* Pompon. Atell. 176 qui luctantur cum -bus). Vid. frg. 18 audivi feminam ego -em semel parire (Plin. nat. 8, 42. *cf.* Gell. 13, 7, 3 Homerus ... -es, sic enim feminas quoque virili genere appellat ..., pluris gignere atque educare catulos dicit). Varro frg.

[*van Wees–B.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *n. pro subst. i. q. vivarium, in quo non solum lepores, sed etiam alia animalia pascuntur*: Varro rust. 2 praef. 5 ex ea (*villatica pastione*) ... fructus tolli possunt non mediocres: ex ornithonibus ac -is et piscinis (*item haec tria* 3, 3, 1). 3, 3, 2 -a te accipere volo non ea, quae tritavi nostri dicebant, ubi soli[ti] lepores sint, sed omnia saepta, affixa villae quae sunt et habent inclusa animalia, quae pascantur. 3, 3, 8 in secunda parti ac -o pater tuus, Axi, praeterquam lepusculum e venatione vidit numquam; neque erat magnum id (ad *trad.*) saeptum, quod nunc, ut habeant multos apros ac capreas, complura iugera maceriis concludunt. 3, 3, 10 sic nostra aetas in quam luxuriam propagavit -a[s]! 3, 12, 1 actus secundi generis, adficticius ad villam qui solet esse, ac nomine antico a parte quadam -um appellatum; nam neque solum lepores ⟨in⟩ eo includuntur silva ut olim in iugero agelli aut duobus, sed etiam cervi aut capreae in iugeribus multis. 3, 12, 3. 4. 5. 7. 3, 13, 1 apros ... posse haberi in -o nec magno negotio ibi et captivos et cicuris, qui ibi nati sint, pingues solere fieri scis. 3, 13, 2 silva ... supra L iugerum maceria saepta, quod non -um, sed therotrophium appellaba[n]t. Gloss. II 357, 64 λαγοτροφεῖον -um. *? 2 aquila* -a (*sc.* melanaetos): Plin. nat. 10, 6 (*restituitur pro corrupto* invaleria *coll. Aristot. hist. anim. 618 b 28 λαγωφόνος*). **3** *vitis* -a: Serv. georg. 2, 93 'lageos': quae latine -a dicitur (*item* Schol. Bern. *ad l.*). **4** *canis* -us (*fere pro subst.* Anth.): Lex Sal. Merov. 6, 1 add. 1 si quis ... veltrem porcarium sive veltrem -um, qui et argutarius (*cf.* acutarius, *v. vol. I 470, 58*), furatus fuerit vel occiderit. Anth. 761, 72 *in circulo hiemali sidera* lepus et -us (*i. vulgo caniculus maior*) adsunt.

leporia, -ae *f. sec.* lepos *fictum videtur; cf.* leporicus. Virg. gramm. epit. 4 p. 17, 21 quarum (*artium philosophiae*) studia principialia sunt: poema, rhetoria, grama, -a, dialectica *eqs.* p. 18, 23 -a est ars quaedam locuplex atque amoenitatem mordacitatemque in sua facie praeferens, mendacitatem tamen in sua internitate non devitat; non formidat maiorum metas excedere, nulla reprehensione confunditur (*afferuntur duo exempla e Lapido rhetore quodam*).

leporicus, -ī *m. cf.* leporia. Virg. gramm. epit. 4 p. 16, 20 rhetoribus ac -is (p. 17, 12).

leporīnus, -a, -um. *a* lepus. *i. q. ad leporem pertinens*: Varro rust. 2, 11, 4 coagulum (*usum medic. v. vol. III 1380, 55sqq.*). Plin. nat. 8, 219 pilo (28, 221 Lampr. Heliog. 19, 9. *cf.* Plin. nat. 10, 97 pelle [30, 140]. 10, 133 villo. Vlp. dig. 32, 70, 9 lana legata etiam -am lanam ... credo contineri [Marcell. med. 6, 20]). 28, 166 cinis. 28, 204 fimi (*cf.* Garg. Mart. cur. boum 13 stercus [Marcell. med. 29, 17]. Pelagon. 135 merdam [*Hippiatr. gr. I p. 160, 5 κόπρον λαγῳῶν*]) Porph. Hor. sat. 2, 2, 22 'lagois': avis -i coloris (Schol. Verg. Veron. georg. 2, 93). Plin. med. 1, 12, 8 capitis -i cinis (*inde* Marcell. med. 11, 13; *cf. Plin. nat. 28, 178* c. eorum c.). 1, 14, 1 cerbello (*Plin. nat. 28, 259* cerebro leporum). Favst. Aug. c. Faust. 30, 1 p. 748, 19 carne (Philvm. med. 3 p. 142, 7 Soran. epit. 43 Schol. Ter. p. 93, 33 Oribas. syn. 4, 2, 4 p. 6. 4, 8, 1 p. 9. 4, 15, 4 p. 16 Isid. orig. 12, 7, 53. *fere pro subst. et* -a [*sc. caro*] *et* -um [*sc. κρέας*]: Gloss.). Marcell. med. 34, 29 pulmo (Apic. 8, 399 ex sanguine et iocinere et pulmonibus -is minutal). Diosc. 2, 64 p. 206, 28 lotiu(m) (*gr. 2, 81, 3 αἰγός sc. οὖρον*). *vestes e pilo sim. confectae*: Edict. imp. Diocl. 19, 73a L. strictoria -a durs⟨ualis⟩. 19, 73c dalmaticomafortium -um clavans ⟨purpurae⟩ (*cf. gr. 19, 41 et 43 λάγειος*). Expos. mundi 40 -am vestem (64). *in nominibus herbarum* (*fere pro subst.* Isid.): Ps. Apvl. herb. 113 lactuca -a: ad febricitantes ... et si pili oculis obstant ...; lepus aestate cum animo deficit aestu, haec herba remediat, ideo -a dicitur. Gloss. III 568, 18. 595, 54. 629, 51). Ps. Diosc. Vind. 2, 167 p. 234, 16 *herbam q. e. δρακοντία μικρά vocant Ῥωμαῖοι βῆτα λεπορῖνα.* Isid. orig. 17, 9, 43 satyrion ..., idem et -a, propter quod caulem mollem emittat. *B.*

lepōs, -ōris *m.* [*v. ad* lepidus. *Sch.*] *derivatur a* lepus Prisc. gramm. II 118, 17. 134, 14. Gloss. V 80, 19 a lepore, quod animal mollissimum est. *nom.* -or (Serv. Aen. 1, 253 cum secundum artem dicamus ... -or, plerumque poetae r in s mutant): Hier. epist. 57, 12, 3 *var. l.* Gloss. V 368, 14. -us *praeter var. ll.* Cic. off. 1, 108 Sall. Catil. 25, 5 Hier. epist. 57, 12, 3 *nonnisi* Gloss. II 248, 32. V 112, 26. *plur.*: Cic. orat. 96 fam. 9, 15, 2 Catvll. 12, 8. 32, 2 Lvcr. 3, 1006. 1036. 4, 1133 Plin. epist. 6, 8, 7. Firm. math. 8, 7, 1 (*e coni.*). Don. Ter. Phorm. 35, 2 Hier. epist. 52, 5, 7. *de notione*: Prob. cath. gramm. IV 27, 2 significans elegantiam. Don. Ter. Andr. 948 est venustas. Agroec. gramm. VII 122, 4 -s iucunditas voluptatis. Synon. Cic. p. 432, 13 ⟨-s⟩. hilaritas. urbanitas. facetiae. comitas. festivitas. affabilitas. venustas. elegantia. Gloss. ἡδύτης. ἀστειότης. urbanitas elegans et mollis ac faceta. iucunditas, voluptas, iucunditudo, pulchritudo, elegantia. subtilitas. blandities. sermo subtilis vel lenis. -em: dulcedinem, decorem. suavitatem, gratiam. *legitur inde a* Plavto. [*vix recte trad.* Ven. Fort. Mart. 2, 248 fremit aula susurro, murmure raucisono frangente -e loquellas (*Sulp. Sev. Mart. 23, 6* murmur quoddam multarum vocum audiebatur).]

i. q. elegantia, iucunditas, facetia sim. (*iuxta ponuntur affinia ut* venustas, facetia, sal, festivitas, urbanitas, humanitas *sim., opp.* gravitas, severitas, dignitas, auctoritas *sim.*): **I** *hominum, deorum* (Liberi *pro vino p. 1177, 20*), *rerum ad homines pertinentium*: **A** *in univ.*: **1** *respiciuntur mentes, dicta, actiones*: Plavt. Asin. 13 inest -s ludusque in hac comoedia, ridicula res est (Rud. 352 i. -s in nuntio tuo magnus. Cic. off. 1, 134 in eo *sermone*. Sall. Catil. 25, 5 *in Sempronia. cf.* est -s in: Rhet. Her. 4, 23, 32 est in his *exornationibus orationis* -s et festivitas, non dignitas neque pulchritudo. Cic. de orat. 1, 27 in iocando. Tusc. 5, 35 in quo *C. Caesare* ... specimen ... humanitatis, salis, suavitatis, -is. off. 1, 108 fam. 7, 1, 5 Nep. Att. 4, 1). Cas. 218 nec ... quicquam ... quod plus salis plusque -is ... habeat *quam amor* (*cf.* Apvl. met. 5, 28, 5 non voluptas ulla, non gratia, non -s, sed incompta et agrestia et horrida cuncta *absentibus Venere et Cupidine*). Rhet. Her. 4, 25, 35 habet in se quendam -em superioris ... crebra repetitio verbi (*cf.* Cic. de orat. 3, 206 geminatio verborum habet interdum vim, -em alias). Cic. Verr. II 5, 142 homo adfluens omni -e ac venustate (*cf.* Cluent. 141 hominem ... non solum qua eloquentia, verum etiam quo -e et quibus facetiis praeditum. de orat. 1, 213 *oratorem* instructum ... -e (quondam volo). Flacc. 9 sermonis -em (Firm. math. 8, 7, 1 amari s. -bus [*Kroll*, temporibus *codd.*]. Avg. c. acad. 3, 20, 44 p. 80, 27. *cf.* Cic. de orat. 3, 67 dicendi [ac. 2, 16. Paneg. 4, 30, 3 ac venustate d.]. orat. 96 omnes verborum [Cassiod. in psalm. 49, 19], omnes sententiarum ... -es. Avien. ora 40 linguae. Hier. epist. 118, 1, 3 artis rhetoricae. Mart. Cap. 9, 917 [vers.] carminis. Rvric. epist. 2, 17 p. 400, 26 eloquentiae. Boeth. herm. sec. 5, 10 p. 345, 3 orationis [in Porph. comm. sec. 1, 1 p. 135, 10]). prov. 29 hominum nationumque humanitas et -s (*opp.* quid nationibus *illis* immanius?). de orat. 1, 17 accedat *ad artem* ... -s quidam facetiaeque et eruditio libero digna *eqs.* 1, 159 libandus est ... ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam -s, quo tamquam sale perspargatur omnis oratio. 1, 243 sale tuo et -e et politissimis facetiis pellexisti. 2, 98 inusitatum nostris ... oratoribus -em quendam et salem. 2, 219 -e et facetiis profici (*cf. 218* risum movere). 2, 220 non ... quisquam reperietur praeter hunc (*Crassum*) in utroque genere -is excellens et illo, qui in perpetuitate sermonis, et hoc, qui in celeritate atque dicto est (*cf. 221* hilaritate quadam et ioco). 2, 225. 227 -e et festivitate *conditior oratio* (Brut. 177 orator *C. Caesar*). 2, 230. 252. 270 Socratem opinor in hac ironia ... longe -e et humanitate omnibus praestitisse (*cf.* rep. 1, 16 -em Socraticum. *eiusdem*: Avg. civ. 8, 3 p. 324, 4 D. 8, 4 p. 325, 14). 2, 271. 340 dictum nec sine dignitate et cum -e. 3, 29. 138. 181 suavitas ... et -s. Brut. 140. 143 facetiarum et urbanitatis oratorius, non scurrilis -s (*cf.* Lvcr. 1, 934 [= 4, 9] lucida pango carmina musaeo contingens cuncta -e. Plin. nat. 17, 4 faceto. Don. Ter. Phorm. 341, 3 poetico. Hier. epist. 50, 3, 3 comico sale ac -e). 203 Crassi (Plin. nat. 35, 25). 238 vox, gestus et omnis actio sine -e. rep. 2, 1 gravitate mixtus -s. nat. deor. 2, 74. off. 1, 134 si seriis *de rebus loquatur*, severitatem adhibeat, si iocosis, -em. Att. 4, 15, 2 fam. 7, 1, 2. 9, 15, 2 veteris -is (*antea*: Romani veteres atque urbani sales. *cf. ibid.* -es [*antea*: antiquae et vernaculae festivitatis]). 11, 27, 6 delectant ... cum fides ..., consilium, gravitas, constantia, tum -s, humanitas, litterae. Catvll. 12, 8 -um dissertus (differtus *Passerat*) puer ac facetiarum. 16, 7 *versiculi* habent salem ac -em, si sunt molliculi ac parum pudici. 50, 7. Lvcr. 1, 28 aeternum da dictis, diva, -em (*cf.* Lact. inst. 1, 11, 36 ut ... venustatem ac -em carminibus suis addant *poetae*). 3, 1036 repertores doctrinarum atque -um (*sc. artis poeticae sim. cf.* Hier. epist. 32, 1, 3 aliquid doctrinae pariter ac -is). Manil. 4, 527 dulci tincta -e corda ([*opp.* triste ingenium]. Val. Max. 8, 9 ext. 2 Arator ad Parth. 41. *cf.* Vell. 1, 17, 1 dulces ... Latini -is facetiae). Cvrt. 7, 9, 19 cum specie corporis aequaret Hephaestionem, ei -e, haud sane virili, par non erat. Lavs Pis. 163 mirus omissa paulisper gravitate -s. Plin. nat. 31, 88 omnis ... vitae -s et summa hilaritas ... non alio magis vocabulo *quam sale* constat. 37, 10 non inficeto -e. Stat. silv. 4, 9, 54. Mart. 3, [*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

20, 9 -e tinctos Attico sales (Hier. epist. 57, 12, 3. *cf.* Mart. 4, 23, 6 Cecropio). Qvint. inst. 6, 3, 102. 11, 1, 53. Tac. dial. 26, 5 -e urbanitatis. Plin. epist. 1, 16, 5. 6, 8, 7. 6, 21, 5. 7, 4, 6. Apvl. met. 2, 31, 3 aliquid de proprio -e laetificum. apol. 94 Firm. math. 3, 12, 2 Don. Ter. Phorm. 35, 2. Hier. epist. 52, 5, 7 omnes delicias et -es et risu dignas urbanitates. Prvd. cath. 7, 13 inverecundus (Schol.: loquacitas. *cf.* Sidon. epist. 3, 13, 2 indecenter affectato -e). Macr. Sat. 5, 20, 13 *Aristophanis.* 6, 6, 2. Mart. Cap. 3, 221 (vers.) lasciva dans -i. 8, 809. Sidon. carm. 9, 263 Properti. 2 *respicitur potius pulchritudo corporis*: Cic. off. 1, 98 pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam -e consentiunt. Lvcr. 1, 14 *bestia* capta -e *Veneris* (Svlp. Apoll. perioch. Ter. Ad. 4 hunc citharistriae -e captum [Schol. p. 148, 27 *ad l.*: pulchritudine]). Lampr. Alex. 38, 4 (vers.) quod pulchrum vides esse nostrum regem ..., facit ... lepus comesus, de quo continuum capit -em.

B *metonymice de ipsis hominibus* (*in allocutionibus*): Plavt. Cas. 235 (*maritus ad uxorem*:) respice, o mi -s :: nempe ita (*sc. ego tibi -s sum*), ut tu mihi es. Catvll. 32, 2 mea dulcis Ipsitilla, meae deliciae, mei -es.

II *rerum*: Plavt. Curc. 99 salve, anime mi, Liberi -s ('*i. lepidum Liberi donum*' *Ussing*). Poen. 242 item nos *mulieres* perhiberi, quam si salsa muriatica esse autumantur, ⌊sine omni -e et sine suavitate⌋ (*versum del. Leo*); nisi multa aqua ... macerantur, olent *eqs.* Pompon. Atell. 163 cuiusvis -is Liber diademam dedit. Lvcr. 2, 502 aurea pavonum ... imbuta -e saecla. 3, 1006 fetusque ferunt varios que -es *tempora annorum* (5, 1376 vario distincta -e omnia *loca*). 4, 82 *interiora theatri* perfusa -e *colorum.* 4, 1133 pocula crebra, unguenta, coronae, serta parantur, nequiquam, quoniam medio de fonte -um surgit amari aliquid *eqs.* 5, 1259 *homines metalla* tollebant nitido capti lēvique -e.

in lusu verborum c. lepus *l. 15.*

cf. lepidus, leporia, leporicus. *v. Onom.*

leppidoīdēs *v.* lepidoides. *Kuhlmann.*

***lepra,** -ae *f.*, λέπρα. *de origine*: Isid. orig. 4, 8, 11 -a ... cutis asperitas squamosa lepidae ('*i. e.* lepidi [-dii]' *Lindsay*; alepide *T*) herbae similis, unde et nomen sumpsit; cuius color nunc in nigredinem vertitur, nunc in alborem, nunc in ruborem. *scribitur*: lebr- Inscr. christ. Diehl 1293 *et hic illic in codd., cf.* lepricus, leprosus. repr- Inscr. christ. Diehl 3866. *script. vulgari.* *prima syll. corripitur*: Carm. adv. Marc. 3, 169 Prvd. perist. 2, 230 Pavl. Nol. carm. 31, 508 Pavl. Petric. Mart. 2, 621. *producitur*: Ivvenc. 1, 734. 2, 519. 4, 409 Cypr. Gall. lev. 52 Pavl. epigr. 36 Sedvl. carm. pasch. 3, 163. *legitur ap.* Scrib. Larg. *et* Plin. nat., *saepe inde a* Tert., Itala. [*it.* lebbra, *ligur. vet.* lèvere; *raet. or.* lèvri. *cf. M.-L. 4989. Battisti-Alessio III 2189sq. Wartburg V 258. G.*]

I *strictius nomen morbi* (*cf.* Gloss. III 206, 52 -e [*i.* -ae?] sterna [*i.* serna *vel* sarna, sarma]. *affecti sunt homines passim; superficies rerum l. 58*): **A** *proprie*: **1** *sing.*: Scrib. Larg. 250 sulphur ... -am et quam elephantiam dicunt sanat. Tert. adv. Marc. 4, 9 p. 443, 10 qui -a esset liberatus (*sec.* Vvlg. Matth. 8, 2sqq.). Itala lev. 14, 40 (Tert. pudic. 20 p. 268, 1) in quibus tactus -a⟨e⟩ fuisset (*gr.* ἡ ἁφή, Vvlg. in quibus -a est). Matth. 8, 3 (cod. a *al.*) leprosus quidam...; et confestim mundata est -a eius. *al.* Firm. math. 4, 19, 35 -ae maligna vulnera. 7, 20, 11 impetiginem ... -amque. Hil. (?) hymn. de Christo 24 purgat -ae morbos. Lvcif. reg. apost. 8 impletus -a. *ibid.* -ae virus. Chiron 922 -a[e] ex corpore aufertur. Veg. mulom. 3, 52, 1 *uligines* pedes exulcerant ad similitudinem -ae. Hier. epist. 39, 2, 3 quid causae est, ut saepe bimuli trimulique ... repleantur -a? Vvlg. lev. 13, 1—14, 57 *leges latae de -a tam hominum quam vestium necnon parietum domorum. al.* Avg. quaest. hept. 3, 48 quid est, quod, cum de -a capitis loqueretur, eam etiam quassationem appellavit *eqs.* ? (*gr. 13, 30* θραῦσμα). Marcell. med. 19, 11. 24. 26. 29 *bis.* Oros. hist. 4, 12, 12 sicut in corpore hominis ita demum -a dinoscitur, si ... color diversus appareat ..., ita si continuus labor ... perfluxisset *eqs. al.* *in interpr. nom. hebr.*: Hier. quaest. hebr. in gen. p. 27, 29 quidam pessime suspicantur ante eam (*Saram*) -am fuisse vocitatam et postea principem, cum -a sarath dicatur. **2** *plur.* (*saepe iuxta* lentigines, lichenes, psorae; *metri causa* Carm. adv. Marc. *l. c.; numerum variant* Firm. math., Marcell. med.; *an plur. agnoscendus est supra l. 55?*): Plin. nat. 20, 55. 88. 94. 141. *et saepe* (*sc. omnibus locis*). Carm. adv. Marc. 3, 169 mundavitque -as, hostes caligine cepit *Heliseus.* Firm. math. 3, 5, 30. 7, 21, 4 (*iuxta* impetiginem). Marcell. med. 19, 15. Ps. Apvl. herb. 109 l. 11 (*sing. var. l.*). 109 l. 30. Diosc. 5, 1, 2 p. 166, 19 (*plur. sec. gr.*). Oribas. syn. 7, 8, 1 Aa p. 139 (*plur. sec. gr.*; La *sing.*).

B *translate, allegorice*: **1** *de peccatis, haeresibus sim.*: Hier. hom. Orig. in Is. 6, 4 p. 275, 8 aliquem pollutum et -am in anima habentem (*ibid.* spiritaliter leprosum). Rvfin. Orig. in lev. 8, 5 p. 400, 17sqq. -a *transfertur ad contagia animae.* in num. 7, 4 p. 36, 21 quanta in illa *plebe* est -a peccati (*l. 84. cf.* Hesych. in lev. 2, 1/3 p. 805[A] ad expiationem -ae, id est ad remissionem peccati. Evcher. form. 8 p. 51, 8 -a: peccatorum contaminatio [*affertur* Matth. 8, 3]. Evgipp. Sev. 26, 1 ut -am quoque peccatorum sicut carnis effugeret). Prvd. perist. 2, 230 vestros (*qui extra ecclesiam sunt*) valentes corpore interna corrumpit -a. Pavl. Nol. carm. 31, 508 leprosum tangere vitas, dives avare, -am diligis ipse tuam (*cf.* Ps. Avg. serm. 44, 1 avaros ... intus in anima peccati -a esse perfusos. Leo M. serm. 17, 4 immundissimam avaritiae -am). Avg. quaest. euang. 2, 40 -*a* coloris ... vitium est, non valetudinis aut integritatis sensuum atque membrorum; leprosi ergo non absurde intellegi possunt, qui scientiam verae fidei non habentes varias doctrinas profitentur erroris (*cf.* serm. 176, 6, 6 nemo variet, nemo leprosus sit; doctrina inconstans, non habens unum colorem, mentis -am significat). Hesych. in lev. 14, 33/47 p. 964[C] Paulus (*act. 15, 24sqq.*) -am dogmatum in doctoribus Antiochenae cernens. Consvlt. Zacch. 2, 18 p. 90, 4 -a *Mariae* (*num. 12, 10*) ... delicti mortalis effigies demonstratur. Vincent. Ler. 11, 12 *Photinus haeresi indulsit,* quo ... labores suos velut cuiusdam -ae admixtione foedaret. Cassiod. hist. 2, 24, 2 qui -am Arii susceperunt (*Theodoret. 1, 21, 4* τὴν λώβην. *idem respondet* 9, 3, 6 [*Theodoret. 5, 3, 7*]). Greg. Tvr. Franc. 2, 31 *baptismo* deleturus -ae veteris morbum. *v. etiam infra l. 83.* **2** *de locis sacrae scripturae, qui a stupidis lectoribus reprehenduntur*: Avg. c. Faust. 22, 7 p. 596, 18 qui ea, quae non intellegunt, reprehendentes -am vel scabiem seu verrucas legis esse dicunt promissivas figuras sacramentorum.

II *latius de excitatione cutis a medico effecta*: Philvm. med. 2 p. 114, 12 (*de cura rheumatis ventris*) *iuvat* nitrum ... supersparsum corpori ..., ut modicum inducat ruborem et mordicationem faciat cutis ... et sic postea, -a facta, ... perunges cutem *eqs.*

deriv.: lepraticus, leprosus. *cf.* lepricus.

leprāticus, -a, -um, *λεπρατικός. *i. q. ad lepram pertinens*: Vita Amator. (BHL 356) 28 *cutis* -ae inquinationis deteriorata languore (*supra*: in ora leprosorum).

lepricus, -a, -um, λεπρικός. *scribitur in codd.* lebr-. *i. q. ad lepram sanandam pertinens*: Diosc. 3, 98 p. 420, 19 emplastris cefalicis ... et confectionibus -is. 5, 139 p. 230, 10 medicaminibus diaforeticis et -is.

leprōsitās, -ātis *f.* *a* leprosus. Gramm. suppl. p. 64, 29 -s (*iuxta* caecitas *inter* accedentia, quae accedunt et non recedunt ..., nisi per dei virtutem sanantur).

***leprōsus,** -a, -um. *a* lepra. *de scriptura*: Cassiod. gramm. VII 166, 5 (*ex Papiriano; item* Isid. orig. 10, 162) -i a pruritu nimio ipsius scabiei dicti sunt et ideo per p scribi debent (*sc. non per* b, *id quod postulat Albin. gramm. VII 304, 27, ceterum verbis Papiriani usus*). *in codd. hic illic scribitur* -br- *ut* Itala Matth. 8, 2 (cod. k, *item* 10, 8. 11, 5). *? gen. plur.* -um: Cassiod. Ios. c. Ap. 1, 267 (-orum *var. l. ut in omnibus codd.* 1, 278, -i *ed. coll. gr.* οἱ ... λεπροί. *cf. Baehrens, Beitr. z. lat. Syntax 42*). *prima syll. corripitur*: Hymn. Ambros. II 75, 25 Prvd. perist. 2, 286 Pavl. Petric. Mart. 2, 362; *producitur* Sedvl. carm. pasch. 3, 27. 253. 4, 192. [*it.* lebbroso; *raet. occ.* alvrus; *prov. vet.* lebros; *cat.* llebros. *cf. M.-L. 4990. Battisti-Alessio III 2190. Wartburg V 258. G.*]

i. q. lepra affectus (Gloss. III 567, 61 liprosis: impetiginosus. 602, 32 -us [*an* -is?] humor fecundissimus [foed-, foetid- *coni. viri docti*], qui vertitur in squamosa ulcera, circa faciem et omne corpus obtinens): **1** *proprie*: **a** *c. subst.*: Tert. carn. 4 l. 32 carnem ... -am emaculat. adv. Marc. 4, 9 p. 441, 22 unicum -um Naaman ... ex tot -is Israhelitis. Itala num. 12, 10 (Monac., Aug. loc. hept. 4, 34 p. 586, 17) Maria -a tamquam nix facta est, ... -a erat (*gr.* λεπρῶσα *bis, Vulg.* candens leprā *et* perfusam lepra). Chiron 53 *vitium* exulcerat totos pedes et -os facit. Hymn. Ambros. II 75, 25 pacem -o dans viro (Sedvl. carm. pasch. 4, 192 maculosa gerentes -i portenta viri). Hier. epist. 18 A, 2, 1 vivente -o rege. Vvlg. exod. 4, 6 protulit *e sinu manum* -am instar nivis. Ps. Avg. serm. 292, 7 (= Caes. Arel. serm. 44, 7) quicumque -i sunt, non de sapientibus hominibus ..., sed de rusticis maxime ... nasci solent. Marcell. med. 19, 28 locis -is. Diosc. 2, 161 p. 242, 15 ungues -os (*al.*). Sedvl. carm. pasch. 3, 253 populos (op. pasch. 3, 22 conventus). **b** *pro subst.*: Tert. apol. 21, 17 *cum* -os purgaret *Christus* (Vvlg. Matth. 8, 2. *al.*). adv. Marc. 4, 9 p. 440, 26 in -i purgatione (*Vulg. Luc. 5, 12* vir plenus lepra). 4, 35 p. 539, 17 lex -orum (*lev. 13sq.*). Itala Matth. 8, 2 (cod. a *al.* = Vvlg.) -us veniens adorabat eum. Hil. in Matth. 7, 2 curatio ... credentis turbae ... in -o ostenditur. Vvlg. lev. 14, 2 ritus -i, quando mundandus *eqs. saepissime in eadem lege.* Marcell. med. 19, 22 fel ursinum -os admodum sanat. Pallad. hist. mon. II 23 p. 367[A] praepositus pauperum -orum (*I 2 p. 256[B]* praeerat ... cellulis fratrum pauperum atque debilium, *gr. p. 23, 9 B.* τοῦ πτωχείου τῶν λελωβημένων. *idem verbum gr. p. 67, 20 B. respondet* II 16 p. 374[C]). *et saepe ap. ecclesiasticos.*

2 *translate, allegorice* (*cf.* Hil. *supra l. 64*): Lact. *v. vol. V 2, 353, 8.* Rvfin. Orig. in lev. 8, 10 p. 407, 14 immundam ac -am animam (*cf.* p. 407, 20 qui in anima -us est, id est qui peccatis confixus est. Rvfin. hist. 10, 26 p. 989, 26 Eunomius *haereticus,* vir corpore et anima -us). Hier. hom. Orig. *v. p. 1177, 76.* Prvd. perist. 2, 286 peccante nil est taetrius, nil tam -um aut putidum. Avg. *v. supra l. 3 et 5 et* serm. 176, 2, 2 emundatos in cute, -os in corde. Cassian. inst. 7, 26 qui secundum similitudinem Giezi (*IV reg. 5, 27*) spiritu ac mente -i esse noscuntur. Canon. Turner II 1 p. 25[b] XVI qui in animalibus ut animalia fraciscunt vel in masculis, et -i efficiuntur (*gr. Mansi II p. 519[B]* λεπροὺς ὄντας ἤτοι λεπρώσαντας. *de eisdem* II 1 p. 100[b] XVII non solum -os crimine ... factos, sed et alios isto suo morbo replentes [*aliae versiones*: lepra criminis infecti; se ... peccati scabie contaminaverunt]). Verec. in cant. 4, 6 homo peccato -us.

[*B.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deriv.: leprositas. *compos.*: colleprosus. *v. Onom.*

leptis *v.* neptis. *B.*

leptocarion, (-ī) *n.*, λεπτοκάρυον (*cf.* caryon). *scribitur* li- ORIBAS. *l. c.* Ab. GLOSS. III 592, 8. *neutr. plur.* -a *pro fem. sing.*: GLOSS. III 613, 37.

genus nucis (GLOSS. nucis gallica): DIOSC. 1, 137 p. 68, 9 M. Pontica[m] (politicam *trad.*, *Ποντικά gr. 1, 125, 3*), que[m] multi -a vocant, cacostomaca sunt (leptoricaria *P*). ORIBAS. eup. 2, 1 C 9 Aa (*sim.* La) p. 450 nuces . . ., quas Graeci -on vocant, nos autem avallanas appellamus, frigidior et austerior est. ALEX. TRALL. 1, 127.

leptogenesis *f.*, λεπτογένεσις (*cf.* myriogenesis). *titulus libri apocryphi test. vet.* (*cf. Hier. epist. 78, 20* absque libro apocrypho, qui a Graecis *λεπτή*, id est parva genesis appellatur): EPIST. pontif. Thiel Gelas. 42, 7 (= DECRET. Gelas. 286) liber de filiabus Adae -is apocryphus (li(p)t-, -eos *var. ll.*). CASSIOD. Didym. in I Ioh. 3, 11/12 p. 62, 5 in libro, qui -is appellatur (leprog- *Lücke*).

leptologia, (-ae) *f.*, λεπτολογία. *litt. graecis* AQVILA (*suppletum per analogiam*), SCHEM. dian.

t. t. rhet., *i. q. subtilis descriptio*: AQVILA rhet. 2 p. 23, 12 ⟨-a . . .⟩: . . . (*affertur Cic. or. frg. A VI 1*), quod si hoc ipsum esse aliqui diatyposin, hoc est descriptionem, volunt, intellegant nos non de universo loco, sed de executione singularum rerum loqui: quas ita persecutus est *orator*, ut etiam minima quaeque demonstraret. SCHEM. dian. 18 p. 73, 21 -a est, qua in discri⟨p⟩tionibus tenuissimis utimur (*affertur Cic. Verr. II 5, 27*). CASSIOD. in psalm. 51, 5 respice, quemadmodum multas res his tribus versibus breviter intimavit; quae figura dicitur -a, id est subtilis locutio, quando res singulae minutatim ac subtiliter indicantur.

leptolȳdius, -a, -um, *λεπτολύδιος. *genus fici*: CLOAT. frg. Macr. Sat. 3, 20, 1 Lydia, -a (u *pro* y *in utraque voce trad.*).

***leptomerēs,** -es, λεπτομερής (*cf.* mono-, pachymeres). *scribitur in codd. etiam* li-, ly-. *gen. sing.* -us ORIBAS. syn. 1, 25, 6 La p. 78, 16. -is eup. 2, 1 A 9 Aa. *plur. neutr.* -es ORIBAS. syn. 2, 22 tit. (cod. Aa; La -is, *gr.* -ῆ), -ia eup. 2, 1 E 1 Aa p. 466 (*vix subst.*, *gr. E 2 comparativus*).

i. q. ex tenuissimis partibus constans, tenue vel subtile reddens: CAEL. AVR. acut. 1, 14, 113 *Asclepiades contendit* solutionem ciborum in ventre fieri crudam et per singulas particulas corporis ire, ut per omnes tenuis vias (visa *trad.*) penetrare videatur, quod appellavit -es, sed nos intelligimus spiritum. ORIBAS. syn. 1, 25, 6 La p. 78, 16 Mø. cataplasmata . . . habeto virtutem ex calasticis -us (*gr.* χαλαστικῆς λεπτομεροῦς *sc.* δυνάμεως), id est extenuantium habentium (-bus *var. l.*) partem (*Aa* qui relaxare et subtiliare possint) et amaras vel stipticas. 2, 12 La p. 99, 7 nocis (*i. nucis*) lepus hustus -is est (*Aa* subtilitate, quam habet). 2, 22 tit. Aa que sunt -es (La -is), id est que extenuant humores (La extenuandi habentes virtutem. *opp. 2, 23 tit.* pacymerae). 3 add. p. 909 modicum vinum Italicum in o l e u m mittis -es et non stiptico (5, 16, 3 La p. 59 [*Aa* subtile]. eup. 2, 1 C 11 Aa p. 451 *ex cedro* o. factum fortiter -is est [La nimis -is]. GLOSS. V 216, 31 -es Graeci appellant o. Sabinum, qui est omnium tenuissimae virtutis ac penetrabilis). 4, 23, 13 La p. 25 rafanus -es est, id est extenuandi iam habet partem virtutis (*Aa* suptiliaturiam habet virtutem). eup. 2, 1 A 1 La p. 426 -is est v i r t u s eius *agni herbae* (A 2 La p. 427 v. . . . -is, id est extenuans partem [*praecedit*: -is est modice *radix agrosteos*; *gr.* ὀλίγον]). A 9 Aa -is valde birtutis. A 25 La est autem -is *anthemis*, id est aliquam partem habet extenuatoriam (*Aa 24* extenuatoria *tantum*). B 1 (42) La est autem et -is *balsamus*, hoc est extenuatoria partem habet. E 1 Aa p. 466 sunt . . . -ia *radix et semen evisci* (*vix subst.* -ia; *La* extenuandi . . . possidet virtutem, *gr. 2* λεπτομερεστέραν . . . δύναμιν). L 13 Aa (*de lycio*) una quidem pars -is (*La 12* extenuaturiam . . . virtutem, *gr. 28* λεπτομεροῦς *sc.* οὐσίας) et diaforetica virtute est et calida, alia autem terrestrem frigidam modice habens et stipticam virtutem. *al. apud eundem.* *compar.* -esteros: ORIBAS. eup. 2, 1 A 36 Aa usta autem et cinus (*i. cinis*) ex ea (Ab eo, *sc. asphodelo*) -estera (*La 37* extenoatoriam habet virtutem). C 21 Aa p. 456 (*de sterco caprino*) si autem usta fuerit, -istera (La K 1 -estera) quidem est. D 6 Aa dracontea acrior est aro . . . et -estera (Ab -ist-, *La* extenuat amplius). G 9 Aa (*de gypso*) ustus . . . est -istera (*sec. gr. 30, at* La 11 -es, id est extenuaturiam habet partem). *al. apud eundem.* *superl.* -istatus: ORIBAS. eup. 2, 1 S 12 Ab p. 505 (*sec. gr. 29*, Aa -is *tantum*, *La 57* nimis extenuaturius).

leptomeria, -ae (-ās) *f.*, λεπτομέρεια (*cf.* leptomeres). *scribitur* li- ORIBAS. Ab *omnibus locis.* *formae graecae*: *acc.* -an CAEL. AVR. chron. 3, 4, 65 ORIBAS. eup. 2, 1 S 23 Aa (-a Ab. *at* -am C 20 Aa, -a B 9 Aa). *gen.* -as ORIBAS. eup. 2, 1 R 2 (*at* -ae S 25 [-is Ab]).

fere i. q. tenuitas, subtilitas, extenuandi facultas (*l. 81*): CAEL. AVR. chron. 3, 4, 65 tenuissimorum corpusculorum . . . consensum, hoc est spiritus, quem -an eorum princeps *Asclepiades* appellavit (*cf. supra l. 39*). ORIBAS. eup. 2, 1 B 9 Aa p. 445 *brathy* diaforetica est balde per -a (*La* ex proleptomeriam). C 20 Aa *coriandrum* habens . . . aliquam -am (*La* tenuitatis participationem, *gr. K 62* λεπτομερής *sc.* οὐσία). R 2 participat . . . -as *reum Ponticum.* S 23 Aa *fici sicci* habent . . . aliquid et -an, id est extenuandi vel subtiliandi partem aliquam (*La* extenuandi partem *tantum*, *gr. 44* τι . . . λεπτομερές). S 25 Aa scynanthus *i.* σχοίνου ἄνθος . . . stipticus est non satis, non separatus a -ae natura (*gr. 49* λεπτομεροῦς φύσεως).

cf. proleptomeria.

lepton, λεπτόν. *i. q. tenue*: PLIN. nat. 25, 68 (*cf.* 1, 25, 31) est alterum centaurium cognomine -on, minutis foliis, quod aliqui libadion (*edd. vett. sec. gr.* λιβάδιον, -deon *codd.*) vocant, . . . angustioribus et longioribus foliis . . ., radice tenui et supervacua (*cf. Marcell. med. 30, 15* centaurei tenuis sucus. *Cass. Fel. 1 p. 3, 10* tenui centauria). *cf.* catalepton (*ubi addas* CIC. Att. 2, 18, 2).

leptoperitia *v.* leptopyretia.

? **leptopetalon** *n.*, *λεπτοπέταλον. *cf.* callipetalon. *nomen herbae*: DIOSC. 3, 106 p. 422, 27 de -on: leontopetalon aut leontopodion aut pardalion dicunt. *seq. descriptio* (*gr. 96* λεοντοπέταλον. *'corrupt.* de leonto- *?' André, Lex. des term. de botan. s. v.*). *cf.* leontopetalon.

leptophyllos, *acc.* -on, λεπτόφυλλος (*cf.* platyphyllos, carpophyllon). *scribitur* -fil- PS. APVL., GLOSS. *forma latina* -um *l. 20 in var. l.* *i. q. tenuibus foliis praeditus*: PLIN. nat. 26, 71 (*cf.* 1, 26, 45) septimum *genus tithymalli* dendroides cognominant, alii cobion, alii -on *eqs.* (*cf. 26, 70* sextum *genus* platyphyllon vocant). PS. APVL. herb. 12 tit. herba artemisia -os (*cf. Plin. nat. 25, 74* ipsius *artemisiae* duo genera: altior latioribus foliis, altera tenera tenuoribus. *seq. tertium genus*: minimis foliis). *seq. in β* l. 3 herbam artemisiam -os (-um *var. l.*; h. a. tunsa *Howald-Sigerist cum αγ*). GLOSS. III 550, 55 -os artemisia.

? **leptopsēphos** *m.*, *λεπτόψηφος. *i. q. minutis calculis praeditus*: PLIN. nat. 36, 57 rubet porphyrites in eadem Aegypto; ex eodem (eadem *var. l.*) candidis intervenientibus punctis -os vocatur (leptosephos *var. l.*, leucostictos *edd. vet.*). *huc fortasse* GLOSS. III 568, 14 -os (*coni. Goetz*, leptosophas *trad.*, Leptosophus *Daniel*) id est marmor porporeos (*Goetz*, marmosoporeos *trad.*).

leptopyretia *n. pl.*, λεπτοπυρέτια. GLOSS. med. ed. Heiberg p. 39, 16 -a (-peritia *trad.*): id est minutae febres. *inde* **leptopyretia,** -ae *f.* *i. q. febris levis*: MARCELL. med. 20, 127 -as (-peritias *trad.*) sanat *herba quaedam.* *cf.* leptopyria.

leptopyria (*i.* *λεπτοπυρία) minuta febris GLOSS.[L] V Abba LE 53. *cf.* leptopyretia.

leptorrax, *acc. pl.* -agas *f.*, λεπτόρραξ. *genus vitis vel uvae*: PLIN. nat. 14, 15 est et illa naturae lascivia, ut praegrandibus *uvis* adhaereant parvi comites, suavitate certantes; -gas has vocant (-r(r)ogas *var. ll.*).

leptosophas *v. s.* leptopsephos.

leptospathium, *abl.* -o *n.*, *λεπτοσπάθιον. *cf.* semispathium. *instrumentum medici, fere i. q. spatula tenuis*: CASS. FEL. 32 p. 67, 1 (*de ulceratione gingivarum*) ob diligentiam . . . curationis oportet -o (lecto spacio *codd.*) ferramento licinio involuto et moto tilto blande desecta detergere. 36 p. 80, 9 si forte nimis sordida cum putredine apparuerit *ulceratio oralis*, ervi pollinibus tenuissimis . . . deterges ex -o (lepto spacio, lecto spatio *codd.*) ferramento licinio involuto.

leptūrgus, -a, -um, λεπτουργός. *i. q. subtiliter elaboratus* (*cf. Hauler, ALL 15, 1908, 106 sqq.*): FRONTO p. 131, 8 v. d. H. quid? si quis postularet, ut Phidias ludicra aut Canachus deum simulacra fingeret aut Calamis -a (-ata *manus altera*) aut [ut] Polycletus chirurga?

***leptynticus,** -a, -um, λεπτυντικός. *scribitur in codd.* -tint- DIOSC. *omnibus locis* (-tinic-, -terit- *var ll.*).

i. q. extenuans, emolliens: GARG. MART. med. 29 cuius *sinapis* naturam medici volunt esse thermanticam hoc est caloratam, -am, quae quod invenit extenuet, epispasticam, quae quod comprehendit adducat. DIOSC. 1, 1 p. 4, 11 M. haec *genera iridis* calidae sunt naturae et -en (*gr. 1, 1, 2* λεπτυντικὴν *sc.* δύναμιν). 1, 15 p. 13, 17 virtus ei *iunco* calida et diuretica, extiptica (*i.* et styptica *?*) et -a et digestibilis *eqs.* (*gr. 1, 17, 2* μαλακτικήν). 1, 135 p. 67, 12 diuretica est et -a *amygdala dulcis* (*gr. 1, 123, 2* λ.). 3, 32 p. 391, 17 cui *puleio* virtus est termantica et -a et peptica (*gr. 3, 31* λ.). 5, 98 p. 204, 11 virtus est ei *aeri usto* stiptica et exerantica, -a et catastaltica (*gr. 5, 76, 3* δύναται . . . λεπτύνειν) *et saepissime apud eundem.* *cf.* leptomeres.

lepudium homo elegans et mollis ac facetus -um vocatur GLOSS. V 216, 32. *'ex* lepidum *natum?' Goetz.* *Hübner.*

1. *lepus, -oris *m.* [*vox accolis maris mediterranei familiaris videtur; huc trahendum sic.* λέποϱις, *ubi* ϱ *veterem stirpem in* -r-, *non* -s- *exeuntem indicat. Sch.*] *derivatur*: *a* levipes: STILO frg. (12 F.) VARRO rust. 3, 12, 6 QVINT. inst. 1, 6, 33 ISID. orig. 12, 1, 23. *a voce graeca Siculorum antiqua* λέποϱις: VARRO ling. 5, 101. rust. 3, 12, 6 (*Stiloni obloquitur ut* frg. Gell 1, 18, 2). *a* lepidus, lepos, *sc. vulgari opinione, p. 1181, 79 sqq.* *nom. sing.* -or GLOSS. II 358, 1. NOT. Tir. 108, 82. *de genere*: QVINT. inst. 1, 6, 12 epicoenon (PRISC. gramm. II 104, 19). PRISC. gramm. II 169, 15 (*ex Capro et Probo*) vetustissimi in multis . . . inveniuntur confudisse genera, nulla significationis differentia coacti, sed sola auctoritate, ut hic et haec . . . -s (*var. l.* lupus). *cf.* PLIN. nat. 8, 218 Archelaus auctor est . . . utramque vim singulis inesse ac sine mare aeque gignere. DON. *p. 1181, 24.* *fem. exstat* HOR. sat. 2, 4, 44 fecundae (-di *var. l.*) -is. ANTHIM. 13 -is . . . si novellae (-li *necnon* leporinas . . . carnes *var. ll.*, *cf. 4* verbicinas, *5* agnelinas *al.*, *acc. pro nom.*) fuerint, et ipsi sumendi (ipsae sumantur *var. l.*). *addas* CARM. de mens. 2, 37 prensum (-am *var. l.*) -em. *ceterum sexus significantur additamentis* mas, femina: VARRO rust. 3, 12, 4 PLIN. nat.

[Bader]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

32, 8 Hyg. astr. 2, 33 p. 72, 1. *legitur inde a* Plavto, Catone, Terentio. [*val.* iepure; *dalm.* lipro; *it.* lepre, *tusc. vet.* (*Lucca*) lepora, *pedem.* levr, -a, *ligur.* levre, *venet. vet.* lievore, *abrut.* lebbrə, *sic.* lepru; *sard. sept.* lépparu, *centr.* lèppore, lèppere, *mer.* leppuri; *raet. occ.* leivra, lieur, *or.* yeur; *francog., francoprov.* lièvre (*in omnibus dial.*); *prov. vet.* lebre, -a (*dial. prov., langued., alvern., lemov.*); *vasc.* lebe; *cat.* llebre; *hisp.* liebre; *port. vet.* lébor, *port.* lebre. *cf. M.-L. 4991. Battisti-Alessio III 2206. Wagner II 22. Wartburg V 258sqq. Corominas III 88. Machado² II 1391. G.*]

i. q. λαγώς (*quae vox respondet, ubi nihil adnotatur. fusius de -e agunt* Varro rust. 3, 12, 4sqq. Plin. nat. 8, 217sqq. *cf. Gossen, RE VII 2477sqq.*): **I** *animal terrestre* (Diosc. 2, 11 de -e terreno, *gr. 2, 19* χερσαίου): **A** *in comparationibus, imaginibus, exemplis*: **1** *vi proverbiali* (*cf. Otto, Sprichw. p. 190sq.*): Plavt. Capt. 184 (*senex pauper ad parasitum meliora sibi poscentem*:) i modo, venare -em; nunc irim tenes. Ter. Eun. 426 (*vix recte Livio Andr. tribuit Vopisc. Car. 13, 5; loq. miles ad adulescentulum, qui meretricem subigitat*) -s tute es, pulpamentum quaeris? (es et p. q. *var. l.*) . . . : : . . . tuomne . . . hoc dictum erat? vetus credidi (Don. *ad l.* 1 -s pro infamia ob multa ponitur; vel quod magis a posteriore parte, hoc est armis, pulpamentum de se praebeat [*affertur* Hor. sat. 2, 4, 44]; vel quod venantur illum . . . canes, quos pro amatoribus ἀλληγορικῶς intelligimus [*affertur Phorm. 7*] . . ., vel quod . . . [*verba corrupta*], ut hunc libido effeminata; vel quod a physicis dicatur incerti sexus esse. *ibid.* 2 quod in te habes, hoc quaeris in altero. Schol. p. 102, 17 lenis aptusque es fornicationi et scortum quaeris, cum forte tute aptus sis huic operi ut scortum. Evgraph.: cum tu ipse praeda sis, praedam quaeris). Varro (?) frg. Non. p. 68, 21 abstemius est, immo scit quo rete -em teneat lupum non teneri. Ov. ars 3, 662 credula si fueris, aliae tua gaudia carpent, et -s hic (*sc. amator*) aliis exagitatus erit (*cf.* Petron. 131, 7 [*loq. anus, quae mentulam Encolpii erexit*] aliis -em excitavi). Sidon. epist. 5, 7, 5 cum sint in praetoriis leones, in castris -es. **2** *in serm. amatorio*: Plavt. Cas. 138 mi animule, mi Olympio, . . . mi -s. **3** *exemplum est*: *velocitatis*: Plavt. Persa 436 citius . . . fugiunt, quam ex porta ludis cum emissus est -s. Firm. math. 8, 10, 4 Avg. civ. 8, 15 p. 343, 17 **D.** *timiditatis* (*cf. l. 32*): Cornif. frg. Hier. chron. a. Abr. 1976 galeatos -es *appellavit milites saepe fugientes* (*cf.* Lex Sal. Merov. 30, 5 si quis alterum -em clamaverit, . . . culpabilis iudicetur [*cf. 30, 6* si quis alteri reputaverit, quod scutum suum iactasset]). Hor. carm. 1, 37, 18 *Octavianus Cleopatram fugavit* velut . . . -em citus venator. Ov. ars 1, 272 *prius* -i det sua terga canis, . . . quam *eqs.* met. 5, 628 quid mihi *Arethusae* tunc animi miserae fuit? anne quod agnae est . . . aut -i, qui . . . cernit ora canum *eqs.* 15, 100 *aurea aetate* -s impavidus mediis erravit in arvis. fast. 2, 87 *Arione cantante* canes -esque umbra iacuere sub una (*item Orpheo*: Clavd. rapt. Pros. 2 prol. 25 Mart. Cap. 9, 907 Drac. Romul. 1, 9 Boeth. cons. 3 carm. 12, 12). hal. 64 Sil. 5, 284. *fecunditatis*: Ov. ars 2, 517 quot -es in Atho . . ., tot sunt in amore dolores. **4** *in allegoriis*: Barnab. 10, 6 ('nec -em manducabis' Vvlg. lev. 11, 6 deut. 14, 7) non eris, inquit, corruptor puerorum . . ., quia -s singulis annis facit ad adsellandum singula foramina et quotquot annis vivit, totidem foramina facit. Physiogn. 8 pardus, cervus, -s (lupus *var. l.*) ad femininum *sexum referuntur*. Evcher. form. 4 p. 26, 15 -s: timens deum; in psalmo (103, 18) 'petram refugium -bus et erinaciis' (*gr.* τοῖς χοιρογρυλλίοις *tantum. inde* Gloss. V 506, 2 -s: erinacius, lepusculus).

B *proprie*: **1** *cibus est* (*cf. infra l. 71sqq.*): Cato ad fil. frg. 3 -s multum somni adfert qui illum edit. Index Metell. pontif. Macr. Sat. 3, 13, 12 in cena: . . . -es *eqs.* Caes. Gall. 5, 12, 6 *Britanni* -em et gallinam et anserem gustare fas non putant, haec tamen alunt animi voluptatisque causa. Hor. sat. 2, 4, 44 fecundae (-di *var. l.*) -is sapiens sectabitur armos (2, 8, 89. Mart. 7, 20, 5 utramque coxam -is et duos a. Don. Ter. Eun. 426, 1. *cf.* Mart. 6, 75, 2 femur). Cels. 2, 18, 3 *mediocriter nutrit.* Petron. 36, 2 -em . . . pinnis subornatum, ut Pegasus videretur. 56, 9 (*inter apophoreta*) 'canale et pedale': -s et solea est allata. Mart. 3, 94, 1 coctum -em. 2 scindere . . . -em (*cf.* Ivv. 5, 124 secetur. 11, 138 -s . . . caeditur et tota sonat ulmea cena Subura). 13, 92, 2 inter quadrupedes mattea prima -s. Itala deut. 14, 7 (Lugd., *cf.* Vvlg.) *interdicitur ut immundus* (*sim.* Vvlg. lev. 11, 6). Apic. 4, 177 (4, 3, 7) minutal ex iecineribus et pulmonibus -is (8, 399 [8, 8, 5] iecinera -um et sanguinem. *al.*). 8, 395 (8, 8, 1)sqq. -em madidum . . . farsum (farsilem) . . . assum (subassatum) . . . ex suo iure . . . Passenianum . . . elixum . . . conditum. **2** *medicamen est* (*fusius* Plin. nat. 28, 154—262 Plac. med. 3 Diosc. 2, 11): Cels. 2, 30, 2 *alvum adstringit.* 2, 31 *urinam movet.* Scrib. Larg. 175 -is coaguli (*cf.* leporinus). Plin. nat. 28, 172 *contra dolores pulmonem* -is (224. 248). 28, 179 reperitur in latere -is os acui simile; hoc scariphare dentes . . . suadent. 28, 194 pili . . . suffiti (209. 239). 28, 199 testes . . . devorare; . . . renes crudos devorari (213). 28, 202 sanguine (Ser. Samm. 147 Marcell. med. 27, 97 Plac. med. 3, 11. 16. 24). 28, 210 fimum (235. 249). *al.* *in superstitione*: *pulchritudinem corporis auget*: Plin. nat. 28, 260 fieri -e sumpto in cibis . . . vulgus *arbitratur* . . . gratiam corpori in octo dies. Mart. 5, 29, 1 formosus septem . . . diebus eris (Lampr. Alex. 38, 1 [*cf. p. 1182, 41*]). *amuletum est*: Plin. nat. 28, 199 ventris . . . dolore temptari negant talum -is habentes (Marcell. med. 28, 21 talus . . . ventriculo subligatus). 28, 220 pedes . . . adalligatos (*ibid.* pede -is viventi absciso, si quis secum adsidue habeat). 28, 229 cor adalligant. 30, 147 non latrari a cane . . . -is fimum vel pilos tenentem. **3** *generalia quaedam*: Varro rust. 2, 9, 5 *canes, qui olim venatorum erant,* si viderint -em . . ., eum potius quam oves sequentur (Verg. georg. 1, 308 Gratt. 201). 3, 3, 2 *in leporariis aluntur* (*v. s.* leporarium). Verg. georg. 3, 140 canibus -em venabere. Aen. 9, 563 -em . . . sustulit *aquila* (Ov. met. 6, 517 Phaedr. 1, 9, 4. 8 Ivv. 14, 81 Apvl. flor. 2 p. 9). Hor. epod. 2, 35 pavidum . . . -em . . . laqueo captat. epist. 1, 15, 22 tractus uter plures -es . . . educet. Prop. 2, 19, 23 -es . . . molles excipere. Ov. met. 10, 538 *Venus* pronos -es . . . agitat. 13, 832 deliciae faciles vulgataque munera . . . -es (*dantur puellis amatis ut*: Calp. ecl. 3, 77 Nemes. ecl. 2, 67). fast. 5, 372 clauduntur rete . . . capreae sollicitusque -s *ludis Florae.* Phaedr. app. 26 (28), 1 cum venatorem . . . fugeret -s. Svet. frg. 161 p. 250, 2 -um *est* vagire. Inscr. Tun. Merlin 733 Sagitta *canis* pernicies -um. *al.*

C *sidus*: Cic. Arat. 121 hunc *Canem* propter subterque pedes . . . Orionis iacet levipes -s. 158 sparsae . . . stellae, quas contegit . . . -s (*cf.* Germ. 373 sub -is latus. Avien. Arat 809 -is qua tenditur alvus). nat. deor. 2, 114. Manil. 1, 412 velox. 5, 159. 233 Vitr. 9, 5, 3. Colvm. 11, 2, 89 tempestatem significat. *al.*

II *animal aquatile* (Isid. orig. 12, 6, 23 a similitudine capitis nuncupatus. *inter pisces habetur l. 26. 29. cf. Saint-Denis, Voc. des anim. marins 54sq.*): Ov. hal. 126 -es lati (leti *cod.*; *inde restituitur* Plin. nat. 32, 152, *ubi* epodas, eporas, aeporas *codd.*). Scrib. Larg. 80 marini -es *medicamina sunt* (Plin. nat. 32, 70 cinis eius. *al.* Theod. Prisc. eup. faen. 29 -em [-em vel *var. l.*] piscem). 186 -is marini gustus non absimilis illotis piscibus. Plin. nat. 20, 223 *malvae* -is marini venenum restinguunt (28, 158. *al. cf.* 23, 108 medicamentum . . . contra -em marinum). Apvl. apol. 33 -em marinum . . ., qui alius omnino piscis fuit (Plin. med. 3, 34, 1). Plac. med. 16, 8 qui . . . a -e marino tacti fuerint.

III *in nominibus herbarum*: **A** -is (-um) pes, λαγώπους: Ps. Apvl. herb. 61 Misc. Tir. p. 56, 13. **B** testiculum -is: Ps. Apvl. 15 l. 14 *priapiscum nominant* Siculi orchis, ⌊alii t. -is⌋ (*om. pars codd., cf. ibid. l. 15* alii testiculos). Ps. Diosc. Vind. 3, 128 p. 138, 16 (*inter nomina herbae q. d.* σατύριον τὸ ἐρυθρόνιον). **C** -is auricula: *vol. II 1496, 5sqq., ubi addas* Gloss. III 545, 21 dictamnum -s a. (582, 2sq. 632, 2).

IV *in nomine ligaturae*: Ps. Soran. quaest. med. 251 utimur . . . epidesmo, cui est nomen -s sine auribus (*cf. Soran. fasc. 7* τὴν . . . ἡμίρομβον ἢ λαγωὸν δίχα ὤτων ἐπίδεσιν).

in lusu verborum c. lepos: Carm. Lampr. Alex. 38, 4 pulchrum quod vides esse . . . regem . . ., facit . . . -s comesus, de quo continuum capit leporem (*cf. p. 1181, 79*).

deriv.: leporarius, leporinus, lepuscellus, lepusculus.

2. lepus *n.*, λέπος. *i. q. putamen*: Oribas. syn. 2, 12 La p. 99, 7 Mø. nocis -s (Aa nucis scorticatura).

lepus **lepuscellus** Gloss.ᴸ I Ansil. LE 224. *a* 1. lepus *deminutive, cf.* lepusculus.

lepusculus, -ī *m.* *a* 1. lepus *deminutive, cf.* lepuscellus. -c[u]l- *metro exigitur* Carm. Lampr. Alex. 38, 6. Not. Tir. 108, 83. 86ᵃ.

I *i. q. lepus parvus, sc. miserandus, contemptus sim.*: **A** *animal terrestre*: **1** *proprie*: Varro Men. 385 -i timentis hoc quadrangulum dedit Diana, rete . . ., ἄρκυας, viscum . . . lineamque compedam. rust. 3, 3, 8 in . . . leporario pater tuus . . . praeterquam -um e venatione vidit numquam (*alitur in vivariis ut* Colvm. 9 praef. 1. 9, 1, 8). Cic. nat. deor. 1, 88 in qua *Seripho insula* -os vulpeculasque saepe vidisses. Lampr. Alex. 38, 1 de -is facta est mentio (*sc. 37, 7* leporem. Carm. Lampr. Alex. 38, 6 comedas velim -os, *ut pulcher fias; cf. p. 1181, 79sqq.*). Svlp. Sev. dial. 2, 9, 6 -us persecutoribus *canibus* alligatis incolumis evasit (*inde* Ven. Fort. Mart. 3, 342). Romvl. fab. 33, 4 rec. gall. sua virtute -us exivit de ore canis (lepus *var. l.*; auditus [*i.* auritus] *rec. W*). Sidon. epist. 8, 6, 12 insidiari -is. **2** *in comparationibus, imaginibus, exemplis* (*comparantur homines praeter* Cic.): Cic. Verr. II 4, 47 si minus *artis opus grande* . . . venari potuerant, illa quidem certe pro -is capiebantur, patellae, paterae, turibula. Sen. epist. 124, 22 cum te ad velocitatem paraveris, par -o non eris. Ambr. in psalm. 36, 32, 2 qui ad imaginem . . . dei vivit . . ., ut refugiat . . . ferarum rabiem, -orum formidinem *eqs.* Heges. 5, 36, 2 *eques Romanus Iudaeum captum* velut -um aquila . . . viventem deiecit. Hier. in Matth. 7, 26 'petra refugium leporibus' (*psalm. 103, 8*) . . . unde et Moysi dicitur eo tempore quo de Aegypto fugerat et -us domini erat: 'sta in foramine petrae *eqs.*' (*exod. 33, 22*). Vvlg. prov. 30, 26 (*24* quattuor sunt minima terrae, et ipsa sunt sapientiora sapientibus) -us, plebs invalida, quae conlocat in petra cubile suum.

B *animal aquatile* (*cf.* lepus *sub II*): Ambr. hex. 5, 10, 31 -us . . ., timidum animal in terris, in mari formidabile, citam et quae non facile possit auferri corruptelam invehit.

II *nomen tesserae*: Isid. orig. 18, 63 (Gloss.ᴸ I Ansil. LE 223) has *tesseras* alii -os vocant eo quod exsiliendo discurrant.

v. Onom. *Bader.*

lēra *v.* lira.

leria ornamenta tunicarum aurea Pavl. Fest. p. 115. *cf. Hesych. λ 895* λῆροι· τὰ περὶ τοῖς γυναικείοις χιτῶσι κεχρυσωμένα. [*sard. centr.* lèra. *cf. Wagner II 23. G.*]

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hae lēriae φλυαρίαι Exc. Bob. gramm. I 549, 20 (*turbato litterarum ordine exstat inter* hae nugae, hae neniae ἐπιτάφιοι *et* hae opes. *cf. Heraeus, Kl. Schr. 70*). *est gr.* λήρεῖαι.

lēro *v.* liro.

lērōdes, ληρῶδες. Lvcil. 187 si minus delectat *homoeoteleuton*, quod . . . -sque simul totum ac si miraciodes *est* (σχληρῶδες *fere trad.*; σκληρῶδες *coni. Studemund*).

? **leros.** *nomen lapidis*: Plin. nat. 37, 138 similis aspectu est (*sc. ut iris*), sed non eiusdem effectus, quae vocatur -s (ieros, eiros, ros, zeros *var. ll.; restituitur ex* 1, 37, 53 -s, *ubi* zeros, lepor *var. ll.; an* hieros *scribendum?*), alba nigraque macula in transversum distinguentibus crystallum.

? **1. lerus,** -ī *m., cf. gr. rec.* λερός *'sordidus'*, ἡ λέρα *'sordes'*. Oribas. eup. 4, 83 p. 603 -us in palaestra (*restituit Svennung, Wortstud. 92 ex* lesus *coll. gr. 4, 82, 4* ὁ ῥύπος ὁ ἐν ταῖς παλαίστραις *et vocibus gr. rec. supra allatis*).

? **2. lerus** animal est Gloss. V 571, 35. *obscurum, an* lepus *scribendum? cum* glis *coniungit Meyer-Lübke, WSt. 25, 1903, 101.*

lession, ἐλέησον. Patric. dict. 3a Curie -n, Christe -n.

lessus, *acc.* -um *m.* [*originis ignotae. Sch.*] *i. q. lamentatio funebris*: Lex XII tab. 10, 4 (Cic. leg. 2, 59. 64) mulieres genas ne radunto neve -um funeris ergo habento (Cic. *loco priore*: hoc veteres interpretes Sex. Aelius, L. Acilius non satis se intellegere dixerunt, sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris, L. Aelius -um quasi lugubrem eiulationem, ut vox ipsa significat; quod eo magis iudico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat). *restituitur pro* fletus Cic. Tusc. 2, 55 (*ubi* Lex *citatur*).

lēstēs (listes *trad.*) latro[ne] Gloss. V 506, 30. *gr.* λῃστής *vel* λῃσταῖς.

lesus *v.* 1. lerus. *B.*

lēta *v.* 2. laetus.

lētābilis, -e. *a* letum, *cf.* exitiabilis. **1** *i. q. letifer, perniciosus*: Itala II Macc. 14, 43 (rec. X) cum . . . non certo et -i loco sibi plagam dedisset (*em. Bulhart in schedis ex* locabili; *gr.* τῇ . . . πληγῇ μὴ κατευθικτήσας, *rec. B* mortalem plagam, *rec. P* letali plaga. *cf. Ov. met. 5, 133* letifer . . . locus). Amm. 19, 4, 7 *species luis* loemodes . . . volucri velocitate -is. *hyperbolice*: Ps. Rvfin. in Ioel 2, 4 p. 1043D incolas *ab hostibus circumventos* -is anxietas occupabit. Tract. Pelag. p. 104 -i . . . odio. **2** *i. q. mortis vel mortuorum proprius, funeralis*: CE 746, 4 (*s. IV/V, mali versus*) -i tumulo.

? n. acc. **lētābile** *pro adv. i. q. ita, ut letum afferatur* (*cf.* letale, letiferum): Clavd. Don. Aen. 12, 920 p. 638, 14 ('volat . . . exitium dirum hasta ferens') hoc est -e (*sc.* volat, *nisi adi.* -e *sc.* exitium, *cf. p. 1184, 68*).

lētābundus, -a -um. *cf.* letare. *i. q. letum afferens*: Alc. Avit. c. Eutych. 2 p. 22, 3 -um virus *haeresis*.

? **letagito.** Gloss. IV 107, 24 -o: infirmitas, somnium, infirmum somnium. V 506, 6 -o: aegre dormio. *loci corrupti, fort. c.* letharg- *coniungendi.*

***lētālis,** -e. *a* letum, *cf.* vitalis, exitialis. *de scriptura v. s.* letum. *compar. et superl. desunt.* Not. Tir. 63, 37 (*post* letum). Gloss. mortifer. -e: δηλητήριον. mortale. *cf.* Fel. Cass. 51 p. 132, 3 -i cibo sive potione . . ., quam Graeci deleterion dicunt. *inde a* Verg., Ov.; *in prosa non ante* Sen. nat., Plin. nat. [*dub.*: Lvcr. 3, 820 (*Lambinus pro* vit-). Sen. Herc. f. 1312 (*trad. contextu incerto*).]

i. q. res apta ad levandum vel actio levandi: I *c. respectu recreandi, leniendi sim., sc. incorporaliter vel in imagine* (GLOSS. requies. quies. *cf.* II 354 27 κούφισμα -n. *imprimis -a sunt res; homines l. 16. 18sqq. 41sqq. et al.*): A *in univ.*: CATVLL. 68, 61 *rivus* dulce viatori lasso in sudore -n (-amus *codd.*). CIC. Att. 12, 16 quod si esset aliquod -n, id esset in te uno. OV. epist. 3, 62 quis mihi *Briseidi* desertae mite -n erit? SEN. Ag. 491 nec hoc -n denique aerumnis datur, videre saltem ... quo pereant malo. Med. 548 haec (*i. liberi*) causa vitae est, hoc ... curis -n. Tro. 961 sola *Polyxena* ... haec est super votum, comes, -n afflictae *Hecubae*, quies. MART. 6, 68, 5 hic *puer* tibi curarum socius blandumque -n. TAC. hist. 5, 3, 2 Moyses ... aquarum venas aperit: id -n (*sc. inopiae*). CE 220, 3 (*s. III ?*) -n hoc doloribus lacrimisque pausam credidit. SYMM. epist. 1, 54 non mediocre ... inter praesentes curas -n accepi (*antea*: solacium). 7, 17 me esse contentum tali -e non pigebit. 7, 70 medium est ... -n in litteris (*postea*: in quibus *epistulis* ... plus esse solacii). rel. 23, 1 unum -n iniuriis meis tribuit eventus. AMM. 19, 8, 6 offendi dirum aspectum, sed fatigato mihi ... -n ... tempestivum (*sc. quod ob eam rem equum adeptus sum*). CIL VI 1771, 12 (*s. IV*) providimus his *suariis* -n ex titulo canonico vinario. AVG. serm. 277, 4, 4 quod nunc est onus, erit honor: quod nunc sarcina, tunc -n. CYPR. GALL. lev. 242 illo fit liber in anno, quo cunctis est missa quies et dulce -n. COD. Theod. 13, 11, 5 (= Iust. 11, 58, 5 pr.) ex eo -n accipiant, quod *eqs.* CARM. cod. Petov. 10, 22 ultimum ... lacrimis -n. CASSIOD. var. 11, 12, 1 ne quod ad -n (*var. l.* iuvamen) inventum esse constat, detestabile potius gravamen infligat. GREG. TVR. vit. patr. 7, 2 p. 688, 16 cum ... nullum possit sentire -n *aegrota quaedam*. CORIPP. Ioh. 2, 316 hunc habet ... socium ... et virtute virum et discreta mente -n. PS. ORIG. hom. in Matth. 2, 1 p. 246, 24 -n desiderabant *leprosi*.

B *accedente gen.* (*vel pron. poss. in cap. b*) *indicantur*: 1 *quae levantur*: a *onera, mala sim.*: VERG. Aen. 3, 709 omnis curae casusque -n amitto Anchisen (CASSIOD. var. 5, 3, 3 *Decoratus quaestor* curarum nostrarum eximium -n). OV. epist. 12, 79 quorum *malorum* potes esse -n (LIV. 6, 35, 1 ingentem vim aeris alieni, cuius -n mali plebes ... speraret). DICT. 3, 23 Patroclum ... solitudinis *Achillis* ... -n maximum. SYMM. epist. 7, 130 magnae sollicitudinis ... -n. 9, 58 ad egestatis -n. AMM. 18, 2, 14 -n sumere laborum (SVLP. SEV. Mart. 26, 4 pro quodam laboris -e). PAVL. NOL. epist. 23, 4 mihi -n aliquod tanti ponderis spero. VICTRIC. 1 haud mediocre -n est delictorum, tecum habere quos instruas. RVRIC. epist. 1, 15 p. 368, 8 maeroris ipsius -n requirens (ENNOD. epist. 6, 30, 1 p. 166, 20). ENNOD. epist. 6, 21, 1 p. 161, 15 ad -n desiderii. INSCR. Gall. Wuilleumier 280 *v. p. 1193, 46.*

b *qui* (*quae*) *onere gravantur*: PROP. 4, 11, 63 te, Paule *fili*, meum post fata -n. SEN. Phoen. 2 (*verba Oedipi*) caeci parentis regimen et fessi unicum lateris (patris *codd.*) -n, gnata. CIL VI 1711, 17 (*s. IV ? v. Onom. vol. III 278, 61*) propter corporatorum -n. ANON. de mach. bell. 15 thoracomachum ... mira utilitate ad -n corporis armorum ponderi et asperitati subiecit *antiquitas*. PRVD. epil. 10 nos ... sanctitatis indigi nec ad -n pauperum potentes. COD. Theod. 13, 11, 4 (= Iust. 11, 58, 4) *praediorum* defectorum -n exposcitur (*cf. p. 1193, 36*). NOVELL. Valent. 1, 1 pr. de provincialium -e. RVRIC. epist. 1, 3 p. 356, 6 tibi solatium vitae praesentis et -n ... futurae ... commisi. CASSIOD. var. 3, 20, 1 cordi nostri est -n humilium, ut contra potentiam superborum ... erigamus obstaculum. 6, 6, 5 dignitas ad -n principis instituta. CORIPP. Ioh. 1, 523 o Romana manus, ... o virtus orbisque decus summumque -n (*cf.* 4, 734 Romani proceres, rerum nostrumque -n). Iust. 3, 359 (*de deo*) meum speciale -n. 2 *quae (qui) levant*: SYMM. epist. 7, 126 opis ... tuae -n expectat. PRVD. perist. 5, 568 sensus gravati (*sc. peccatis*) ut sentiant -n indulgentiae. PAVL. NOL. epist. 5, 10 alter alterius -e respirabat (*antea*: mutuis consolationibus). MIRAC. Steph. 2, 2, 1 nec ... medicamentorum ullo adiuta *puella* -e. CAEL. AVR. acut. 2, 6, 30 *in lethargicis excitandis* calidus ... tactus habet quoddam resumptionis illatae -n. LVX. anth. 364, 5 te *virginem* neque coniugii libet excepisse -n. GREG. TVR. glor. conf. 79 p. 798, 10 sentiamus -n adiutorii tui.

II *c. respectu in altum tollendi, sustinendi, sc. corporaliter* (ad *aliquid* PS. AVG.): IREN. 2, 24, 6 (2, 36, 4 H.) *oves nonaginta novem* sinistrae manus existentes -n, non esse salutis (*ibid.* hoc nomen *sc. Agape* ... nonaginta et tres numerum habens, similiter sinistrae m. -n est. *respicitur consuetudo, qua numeri centenario minores gestibus quibusdam manus sinistrae exprimebantur, maiores per manum dextram indicabantur; cf. Marquardt-Mau 98*). DICT. 6, 1 *naufragi* per noctem tabulis aut alio -e fluitantes. PS. AVG. serm. Migne suppl. 2, 1359 usquequo viri Galilaei mortalibus oculis ad alienos lares inani -e fatigatis, quamdiu pupillas ... adtollitis? (*ad Vulg. act. 1, 11* quid statis aspicientes in caelum?).

[Koster]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2. lēvāmen, (-inis) *n.* *a* 2. levare, *cf.* 2. levamentum. GLOSS. V 491, 12 amusim: aequamen, -n (*i. instrumentum levigandi*).

levāmentārius, -ī *m.* *a* 1. levamentum. *is, qui navium levandarum officio fungitur* (*ad rem cf. Call. dig. 14, 2, 4 pr.* navis onustae levandae causa, quia intrare flumen vel portum non potuerat cum onere, si quaedam merces in scapham traiectae sunt): COD. Theod. 13, 5, 1 si navicularius originalis -us fuerit, nihilo minus aput eosdem, aput quos et parentes eius fuisse videntur, firmiter permanebit.

1. levāmentum, -ī *n.* *a* 1. levare. *inde a* CIC., SEN. *rhet.; deest in poesi.* [*raet. occ.* lavamaňt, alvamaint. *cf. M.-L. 4999. Wartburg V 267. G.*]

i. q. res apta ad levandum vel actio levandi: **1** *c. respectu recreandi, leniendi sim.* (*cf.* CHAR. gramm. p. 410, 12 B. non recedo ab illo ... instare non desino. -um illi ⟨non⟩ [*nobis supplendum videtur*] do. numquam remitto rem *eqs.* GLOSS. -um: solacium. *pro -o sunt ipsi homines l. 42. 51*): **a** *in univ.*: CIC. Att. 12, 43, 1 (2) mi illam rem fore -o (*cf.* SEN. dial. 12 [11], 9, 1 illud ... magno tibi erit -o, si saepe te sic interrogaveris). SEN. contr. exc. 4, 1, 1 omnis adversa fortuna habet in querelis -um. CELS. 2, 7, 12 paulum ... in eo (*i. in urina reddenda*) -i est. SEN. epist. 94, 24 ne medicina quidem morbos insanabiles vincit, tamen adhibetur aliis in remedium, aliis in -um. PLIN. nat. 30, 23 vermes terreni decocti in oleo ... praestant -um. TAC. hist. 2, 44, 2 unicum victis in consensu -um. ann. 1, 17, 5 nec aliud -um, quam si certis sub legibus militia iniretur. 3, 28, 4 exsoluti plerique legis nexus modicum in praesens -um fuere. 4, 66, 1 ut studia procerum ... solacium tulerant, ita accusatorum maior in dies et infestior vis sine -o grassabatur. GELL. 12, 4, 1 *narratur*, qualibus ... ad muniendas (*var. l.* minu-) vitae molestias fomentis -is, solaciis amicum esse conveniat. MIN. FEL. 7, 6 dant cautelam periculis, ... solacium calamitatibus, laboribus -um. CYPR. Fort. 11 p. 340, 4 quale illud -um fuit martyri, ... quam grande solacium in cruciatibus suis. SYMM. epist. 7, 41 speranti mihi ⟨re⟩cursum tuum litteraria -a tribuisti. VEG. mulom. 2, 129, 7 ex qua compositione *remedii* recens causa sanabitur, vetus sentiet -um (*var. l.* iuv-). PS. ANTON. MVSA epist. ad Maec. 8 medicamentis alvum purgari oportebit, ut grave corpus -is adiuvetur. COD. Theod. 13, 11, 15 praediis aperta et absoluta -a praestamus.

b *accedente gen. (adi. pro gen. l. 51) indicantur*: **α** *quae (qui) levantur: onera, mala sim.*: CIC. fin. 5, 53 nos ... non solum beatae vitae istam (*sc. cognitionem naturae*) esse oblectationem videmus, sed etiam -um miseriarum. SEN. dial. 5, 16, 1 unum est -um malorum ingentium, pati et necessitatibus suis obsequi (TAC. ann. 1, 30, 3. 4, 8, 3 liberi, unica praesentium m. -a. OROS. hist. 4, 12, 10). SEN. dial. 6, 12, 4 nostrorum funerum -um. TAC. hist. 1, 8, 1 Galliae ... obligatae ... in posterum tributi -o. PLIN. epist. 8, 19, 1 ad unicum doloris -um, studia, confugi. COD. Iust. 10, 51, 1 (*Gordiani imp.*) -um personalium munerum sentiet *caecus*. INSCR. Gall. Wuilleumier 280 culpae leva⟨mentum⟩ (*sed supplere possis etiam* leva⟨men⟩). *mens onere gravata*: TAC. ann. 12, 5, 3 quod ... honestius censoriae mentis ⌊-um quam⌋ adsumere coniugem (levamen unquam *trad.*; levamen quam *Koestermann; cf. l. 51*). **β** *quae (qui) levant*: TAC. ann. 3, 34, 2 *ducibus e bello* revertentibus ... quod honestius quam uxorium -um? VLP. dig. 47, 6, 3, 2 huius edicti -um non tantum ei (*sc. praebendum sim.*), qui *eqs.* COD. Theod. 13, 5, 6 quo *ordine* ita -is alternatis auxilii cunctorum fortunae ... confirmarentur.

2 *respicitur actio in altum tollendi*: PETR. CHRYS. serm. 71 p. 402[C] quia ipse *Christus* est panis, ... qui magnae pietatis fermentatus est sacramento, qui conspersionis levis (*om. pars codd.*) -um sustulit (*i. se ipse levavit*) de sepulcro, qui, ut divinitatis suae calore coqueretur, ipse clibanum decoxit inferni.

deriv.: levamentarius.

2. lēvāmentum, -ī *n.* *a* 2. levare, *cf.* 2. levamen. VARRO frg. Non. p. 9, 14 amussis est aequamen, -um, id est aput fabros tabula quaedam, qua utuntur ad saxa coagmentata (coagmentanda *Iunius. cf. Paul. Fest. p. 80* amussis ... regula fabrorum est vel ... ferramentum, quo in poliendo utuntur).

levaricinus POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 17 (*inter nomina natantium*). [*francoprov.* lavaret (> *francog.* lavaret); *prov.* lavareto (> *port.* lavareto ?). *cf. M.-L. 5001. Wartburg V 286. G.*]

levātio, -ōnis *f.* *a* 1. levare. *plur. non nisi* VITR.

i. q. actio vel effectus levandi: **1** *c. respectu recreandi, leniendi*: **a** *c. gen. obi.*: CIC. fin. 4, 66 -o ... vitiorum magna fit in iis, qui habent ad virtutem progressionis aliquantum; (67) vestri autem *philosophi* progressionem ad virtutem fieri aiunt, -em vitiorum fieri negant (*cf. 4, 65* qui virtuti student, levantur vitiis). nat. deor. 1, 9 cuius *aegritudinis animi* si maiorem aliquam -em reperire potuissem (Tusc. 1, 119 agamus haec ..., quae -em habeant aegritudinum, formidinum, cupiditatum. 3, 33 -em ... a. in duabus rebus ponit, avocatione a cogitanda molestia et revocatione ad contemplandas voluptates). Att. 12, 23, 3 -o quaedam est, si minus doloris, at offici debiti. VELL. 2, 130, 5 cuius *Liviae* potentiam nemo sensit nisi aut -e periculi aut accessione dignitatis. CONC.[S] I 5 p. 160, 2 cuius *verbi dei* commemoratio ... laetificatio est et -o lacrimarum (*gr. I 1, 6 p. 136, 27 δακρύων ἀπαλλαγή, I 5 p. 275, 22* lacrimarum securitas). **b** *in univ.*: CIC. Tusc. 2, 57 gemitus si -is aliquid adferret. 5, 21 nostris ... doloribus variisque ... molestiis alia nulla potuit inveniri -o *quam philosophia*. Att. 12, 29, 12 nec ego Brutum vito nec tamen ab eo -em ullam exspecto. 12, 41, 3 si me levari vis, haec est summa -o vel ... una (*sc. si monumentum Tulliae erigendum curas*). fam. 6, 4, 5 non ... dubito, quin magnae tibi -i solitus sit esse cotidianus congressus et sermo ... familiarissimi hominis.

2 *c. respectu in altum tollendi* (*intumescendi l. 13*): **a** *usu vario* (*sc. corporaliter*): VITR. 10, 3, 1 neque sine rotunditate motus porrecti nec sine porrecto rotationis versationes onerum possunt facere -es (*accedit gen. obi. ut*: HIER. in Zach. 12, 1 p. 1509[D] nec prius ad agonem quemquam descendere, quam ex -e ponderis sciatur, quis cui debeat comparari). CAEL. AVR. acut. 2, 12, 84 tempora capitis inungentes thapsia ..., ut quendam sensum atque -em mediocrem per corporis faciat superficiem (*'intumescentiam' Amman, cf. e. g. chron. 2, 1, 35 thapsia* corpus ungemus usque ad ... mediocrem partium inflationem. *acut. 3, 4, 46 thapsia est* sufficiens ... inflare *partes. 3, 8, 97* alia ... tumorem provocant, ut ... ferulago *i. thapsia. al. sed 'relief' vertit Drabkin*). 3, 7, 73 *p. 1191, 81.* ISID. orig. 16, 26, 11 'satum' ... apud eos *Hebraeos* nominatur sumptio sive -o, eo quod qui metitur eandem mensuram sumat ac levet. GLOSS. II 306, 5 ἔπαρσις -o. **b** *in sermone gramm.*: AVG. mus. 2, 9, 18 opus est haec duo nomina memoriae mandare: -em et positionem; in plaudendo enim quia levatur et ponitur manus, partem pedis sibi -o vindicat partem positio (*respicitur arsis ut: ibid.* pyrrhichium tantum habere in -e quantum in positione; ... amphibrachi -o [*cf. ibid.* quorum *epitritorum* -em]; ... sesquialteri numeri ratione -em ac positionem in his fieri *sc. in cretico sim.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 523, 2 arsis et thesis est -o et positio; neque enim aliter pedes dirigere potuerunt, nisi alterna vice leventur et ponantur). AVDAX gramm. VII 361, 6 (*de accentu*) quae *particulae ut 'que', 've'* illam novitatem habent, ut et ipsae fastigium perdant et illarum partium, quibus subiunctae sunt, -em in novissimas syllabas transferant.

levātor, -ōris *m.* *a* 1. levare. *i. qui levat*: PETRON. 140, 15 unde plani autem, unde -es viverent, nisi aut locellos aut sonantes aere sacellos pro hamis in turbam *bonis alienis inhiantem* mitterent? (*de captatore, fraudatore, sed dubium est, utrum potius piscatorem hamo pisces extrahentem an praedonem homines opibus spoliantem intellegas; cf. etiam p. 1036, 67, ubi tamen vix cum Vossio* -es *pro* lavatores *conicias*). HOMER. 123 curarum operumque -r *Somnus* (*cf. e. g. Ψ 62 λύων μελεδήματα θυμοῦ, Sen. Ag. 76* curarum ... domitor). *Koster.*

leuc *v.* leucus.

1. leuca *v.* leucus. **2. leuca** *v.* leucas. **3. leuca** *v.* leuga.

leucacantha, -ae *f. et* -os, -us (*dat.* -o) *f.*, λευκάκανθα, -θον. *nomen plantarum*: PLIN. nat. 21, 94 (*cf.* 1, 21, 56) cardus et folia et caules spinosae lanuginis habet, item ... -os (*Theophr. hist. plant. 6, 4, 3 λευκάκανθα.* ORIBAS. syn. 4, 18, 2 La p. 21 leuca⟨cantha⟩). 22, 40 (*cf.* 1, 22, 18) -am alii phyllon, alii ischada, alii polygonaton appellant *eqs.* (27, 89 gallidragam vocat Xenocrates -o similem. DIOSC. 3, 19 p. 384, 9 -tu [*gr. λευκάκανθα, var. l. -θον*]). 27, 124 phalangitis a quibusdam phalangion vocatur, ab aliis leucanthemum vel, ut in quibusdam exemplaribus invenio, -a (1, 27, 98 -on. DIOSC. 3, 118 p. 426, 19 -tum [*gr. 3, 108 λευκάκανθον, var. l. -αν*]).

leucachātēs, *λευκαχάτης. *nomen lapidis*: PLIN. nat. 37, 139.

leucadion, *λευκάδιον. *nomen herbae*: MARCELL. med. 9, 116 herba -on. *cf.* leucas *et* leuchadius albutius (*i.* albucium) GLOSS. III 498, 77.

leucanthemis, *acc.* -ida, *abl.* -ide *f.*, *λευκανθεμίς. *nomen herbae*: PLIN. nat. 22, 53 anthemis ..., aliqui -ida vocant, alii leucanthemum *eqs.* (1, 22, 26 *medicina de* -ide sive leucanthemo).

leucanthemum (-on; -os PS. DIOSC.), *abl.* -o *n.*, λευκάνθεμον. *nomen herbarum*: PLIN. nat. 21, 60 (*cf.* 1, 21, 34) habrotono simile odore -um est, flore albo, foliosum (21, 163 -um suspiriosis medetur. 22, 53 *v. s.* leucanthemis. DIOSC. 3, 149 p. 437, 4 -on. PS. DIOSC. herb. fem. 19 l. 2 -os). 27, 124 *nomen herbae q. e.* phalangitis (*v. s.* leucacantha). DIOSC. 3, 150 p. 438, 5 -on *inter nomina herbae q. e.* parthenion.

leucanthes, *cf.* λευκανθής (*neutr. gr. de herba dictum non occurrit*). *nomen herbarum*: PLIN. nat. 21, 176 (*cf.* 1, 21, 52) parthenium alii -es ... vocant. *huc refert André, Lex. des termes de botan. s. v.* GLOSS. III 540, 28 leucuapes idest colena (*lege* cunila; *item fere* 567, 9).

leucanthos, *λεύκανθος. *nomen herbae q. e. puleium*: PS. APVL. herb. 93 l. 54 (*add. in codd. interpol.*).

leucargillos, λευκάργιλος. PLIN. nat. 17, 42 -on (-ilion *trad.*) vocant *Graeci* candidam argillam, qua in Megarico agro utuntur, sed tantum in umida frigidaque terra.

leucas, λευκάς. *nomen herbae*: PLIN. nat. 27, 102 (*cf.* 1, 27, 77) *v. p. 1196, 33.*

leucaspis, *acc.* -idem, λεύκασπις. *i. q. albis scutis praeditus*: LIV. 44, 41, 2 -em phalangem (*cf. Plut. Aem. 18, 5 Θρᾷκες ... λευκῷ καὶ περιλάμποντι θυρεῶν καὶ περικνημίδων ὁπλισμῷ*).

v. Onom.

leucē *v.* leucus. **[leucēoron** *v.* leucethron.**]**

leucēthron *n.*, λεύκηθρον. *nomen herbae*: PLIN. nat. 26, 52 (*cf.* 1, 26, 34) leontopodion alii -on ... vocant (leuceoron *vel* lycoron *trad.*; *cf. Diosc. 3, 96 λεύκηθρον, var. ll. λάκηθρον, λάκιθρον*). PS. APVL. herb. 7 app. -on (lacethon, lacthron *trad.*).

[*B.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

leuchadius *v.* leucadion.

leucochrȳsos *et* -us, *nom. pl.* -ī *f.*, λευκόχρυσος. *nomen gemmarum*: Plin. nat. 37, 128 fiunt et -i interveniente candida vena *eqs.* ([1, 37, 44 -os, genera eius iiii]. Isid. orig. 16, 15, 6 -us colore aureo i. c. v.). 37, 172 -os fit e chrysolitho interalbicante.

leucocomus, *abl. pl.* -īs, λευκόκομος. *i. q. lanugine alba ornatus*: Plin. nat. 13, 113 *mala Punica* Samia et Aegyptia distinguuntur erythrocomis (*i.* ἐρυθροκόμοις. *falso vol. V 2, 853, 6*) et -is.

leucocōum, -ī *n.* (*sc. vinum*), λευκοκῷον. Plin. nat. 14, 78 Coi marinam aquam largiorem miscent a servi furto origine orta sic mensuram explentis, idque translatum in album mustum -um appellatur.

leucocrota, leucocruta *v.* leucrocota.

leucofris, λευκόφρυς. *nomen herbae artemisiae*: Ps. Apvl. herb. 10 l. 14 (leucoprys, lycopras *var. ll.; Ps. Diosc. Vind. 3, 113 p. 125, 8* λευκόφρυς, *var. ll.* -φρυξ, -φριξ). *cf.* Gloss. III 567, 32 lioparis i. artemisia monoclonus.

leucogaea, -ae *f.*, *cf.* λευκόγειος. *nomen gemmae*: Plin. nat. 37, 162 (*cf.* 1, 37, 59 -a) galactitis ...; eandem -am et leucographitim appellant.

leucographis, *acc.* -ida *f.*, λευκογραφίς. 1 *nomen herbae* (*an gemmae?*): Plin. nat. 27, 103 (*cf.* 1, 27, 78) -is qualis esset scriptum non repperi, quod eo magis miror, quoniam utilis proditur *infirmis*. 2 *nomen gemmae q. e. morocthos*: Diosc. 5, 160 p. 239, 8 -idu (*gr. 5, 134* λευκογραφίδα).

leucographitis, *acc.* -im *et* -en *f.* *nomen gemmae q. e.* leugaea: Plin. nat. 37, 162 -im (1, 37, 59 -is). Damig. lapid. 34 p. 188, 6 -en.

leucoion (-ius), *dat.* -o, *pl.* -a *n.*, λευκόιον. *nomen herbae* (Gloss. viola. viola alba): Colvm. 9, 4, 4 in hortensi lira consita nitent candida lilia nec his sordidiora -a, tum ... Sarranae violae. 10, 97 candida -a et flaventia lumina calthae. Diosc. 1, 13 p. 11, 35 M. *amomum* flores habens simile -o. 3, 110 p. 424, 5 lignis ... flos est similis -o (-odio *trad.*). 3, 133 p. 431, 22 de -on: omnibus notus est, sed in flores distantias habet, quia mellinum et album et purpureum florem ostendit *eqs.* 4, 149 p. 70, 24 *spartum* flore mellino sicut -u. Cass. Fel. 29 p. 56, 3 collyrium 'dia -u' appellatum. Oribas. eup. 2, 1 L 2 Aa p. 482 -ius *bis*, La leucuiu.

leucōma, -atis *n.*, λεύκωμα. *abbreviatur* leu CIL XIII 10 021, 46c; *ibid.* 46a l *utrum* -a *an* lippitudinem *solvendum sit, vix iudicari potest.* [*falso trad. vel translatum est* -a *pro* (g)laucomata Diosc. 1, 59 p. 33, 19 M. (*gr. 1, 54, 2* ἀπογλαυκώσεις). *cf. vol. VI 2, 2037, 72 sq.*]

fere i. q. albugo: sing.: Marcell. med. 8, 142. 8, 144 si ... magnum -a fuerit et crassum. Theod. Prisc. eup. faen. 40. *plur.*: Marcell. med. 8, 143 -ta et albuginem. 8, 144. 8, 145 -ta oculorum (146. 149). 8, 148. 150. 151. Plac. med. 17, 1 (*fort. sing., loco corrupto*). 28, 2 Oribas. eup. 4, 24 tit. p. 545. *ibid.* Aa *in contextu*. syn. 3 add. p. 914, 53. *numero inc.*: CIL XIII *l. c.*

leuconotus (-os) *m.*, λευκόνοτος. *nomen venti* (*nonnisi nom. sg.; quasi adi.* Avson.): Vitr. 1, 6, 10 dextra et sinistra austrum -us et altanus flare solet. Sen. nat. 5, 16, 6 -us, qui apud nos sine nomine est. Ampel. 5, 2 -us noto *tribuitur*. Avson. 343, 2 p. 161 P. maris constrator -os Libs. Veg. mil. 4, 38 -us, id est albus notus (a. n. *iam Hor. carm. 1, 7, 15*). CIL VIII 26652f -us (*in tabula ventorum picta*).

leucophaeātus, -a, -um. *a* leucophaeus. *i. q. leucophaeis vestibus indutus*: Mart. 1, 96, 5 amator ille tristium lacernarum et baeticatus atque -us.

leucophaeus, -a, -um, λευκόφαιος. *i. q. colore ex albo et fusco mixto praeditus*: Vitr. 8, 3, 14 *pecora potu fluviorum quorundam* quamvis sint alba, procreant aliis locis -a, aliis locis pulla, aliis coracino colore (*ibid. iterum*). Plin. nat. 24, 110 *acacia* purpurea aut -a. 32, 114 si iocur eius *ranae* vel cor adalligatur in panno -o (*inde* Plin. med. 3, 15, 5 Plin. Val. 3, 6).

deriv.: leucophaeatus.

leucophlegmatia, *acc.* -ān *et* -am, *f.*, λευκοφλεγματία. *species hydropis morbi, i. q. intercus* (*litteris gr.* -ίαν, -ία Cels. 3, 21, 2. 11): Plin. Val. 3, 12 (*bis*). Cael. Avr. chron. 3, 8, 101 -an. 3, 8, 102 -am, quam Latino nomine etiam intercutem recte dicemus. 3, 8, 111. 150 diaet. pass. 142. 143.

leucophorum *n.*, *cf.* λευκοφόρος. *nomen glutinis, quo aurum ligno inducitur*: Plin. nat. 33, 64. 35, 36 (*cf.* 1, 35, 17) *describitur confectio.*

leucophrȳs *v.* leucofris.

leucopoecilos *f.*, λευκοποίκιλος. *nomen gemmae*: Plin. nat. 37, 171 (*cf.* 1, 37, 62) -os (leucopetiles *var. l.*) candorem minii guttis ex auro distinguit.

leucoporphyrus, -um, *λευκοπόρφυρος. *i. q. colore ex albo et purpureo mixto praeditus*: Donatio Tiburt. a. 471 p. CXLVII a 19 vela tramosirica -phira (leco- *var. l.*).

leucopthalmos, *λευκόφθαλμος. *nomen gemmae*: Plin. nat. 37, 171 (*cf.* 1, 37, 62) -os, rutila alias, oculi speciem candidam nigramque continet.

leucorodinus, -um, *λευκορόδινος. *i. q. colore ex albo et roseo mixto praeditus*: Donatio Tiburt. a. 471 p. CXLVII a 18 vela tramosirica -a (34. 35. leoco- *var. l. omnibus locis*).

leucozōmus, -um, *λευκόζωμος. *scrib. in codd. etiam* leoc- *et* -zym-. *i. q. in albo iure confectus*: Apic. 6, 254 (6, 15 M.) pullus -us. -um *pro subst. i. q. album ius* (*gr.* λευκὸς ζωμός): Oribas. syn. 4, 33, 4 Aa p. 36 -us coquitur (*syntaxi turbata ut in* La: quae ... in lecozom coquitur). 5, 53, 10 Ab p. 91 uniscus in -o factus (La u. leucogumum datum). 6, 6, 10 Aa p. 101 ex -o factus. 7, 51, 1 Aa p. 197 in -o. *cf. l. 19*

leucrocota, -ae *f.* *vox peregrina.* *scrib. in codd. etiam* leucocrota, -cruta. *nomen animalis*: Plin. nat. 8, 72 Aethiopia generat ... -am, pernicissimam feram asini fere magnitudine *eqs.* (*inde* Sol. 52, 34 leucocrota, *quae Indiae attribuitur*). Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 543, 6 leucocruta.

leucus, -a, -um, λευκός. *formae graecae: f. sg. nom.* -e, *acc.* -en, *pl. acc.* -as, *neutr.* -on.

i. q. albus: 1 *varia*: Cels. 5, 19, 23 emplastra lenia, -a Graeci vocant (*cf.* -e album *vol. V 2, 532, 59*). Plin. nat. 11, 140 inter aves ardiolarum ⟨in⟩ genere, quos -os vocant (10, 164 tria genera: -on, asterias, pelion). CIL IV 5590 (*inscr. amphorae*) leuc vet(us) *vinum*. Oribas. syn. 3, 4, 1 p. 849 *compositio* -e Attali (*gr.* Ἀτταλικὴ λευκή). 5, 53, 10 Ab p. 91 -o zomo (6, 6, 10 Aa p. 101. 7, 51, 1 p. 197. *cf.* leucozomus).

2 -e *nomen vitiliginis* (*gr.* ἡ λεύκη): Cels. 5, 28, 19B -e habet quiddam simile alpho, sed magis albida est et altius descendit *eqs. ibid.* -e quem occupavit non facile dimittit. Ps. Soran. quaest. med. 8 *medicina* de cute aufert lepram et -en et melan. 16 -en (-in *cod.*) ... et albuginem. Diosc. 1, 142 p. 71, 20 M. -as carnis ... folia ... curant (*gr. 1, 128, 5* λεῦκαι ... καταπλάσσονται ... φύλλοις). Cass. Fel. 8 p. 15, 4 maculas albas Graeci alphus -as vocaverunt. Oribas. syn. 3, 98 ad alfus, melas, -es (*pro* -as), inpetigines. 7, 48 Aa p. 189 -e. *ibid.* La -im.

3 *in nominibus herbarum, arboris* (*cf.* leucadion, leucas): a *armoraciae*: Plin. nat. 19, 82. b *vitis*: Plin. nat. 13, 21 vitis alba est, quam Graeci ampelon -en ... appellant. c *lamii maculati L.*: Plin. nat. 27, 102 (*cf.* 1, 27, 77) -e mercuriali similis nomen ex causa accepit, per medium folium candida linea transcurrente, quare mesoleucon quidam vocant ...; fortassis eadem sit, quae leucas appellatur, contra marina omnia venena efficax; speciem eius auctores non tradunt nec aliud quam silvestrem latioribus foliis esse *eqs.* Diosc. 3, 109 p. 423, 25 de -a: -e duo sunt genera, montana et hortina (*gr. 3, 99* λευκάς *tantum*). d *populi albae*: Serv. auct. ecl. 7, 61 *Pluto, qui Leucen Oceani filiam rapuerat, post mortem eius* in Elysiis piorum campis -en nasci arborem iussit, ex qua ... Hercules se revertens ab inferis coronavit. Diosc. 1, 91 p. 48, 22 M. de -i idest populu: populu, quem aliqui -i (*i.* -e *pro* -en) dicunt *eqs.* (*gr. 1, 81* λεύκης τοῦ δένδρου *tantum*). Cael. Avr. chron. 2, 4, 72 decoctio herbae sideritis vel acaciae vel -es, quam etiam populum (polium *trad.*) vocant. e *aliarum*: Alex. Trall. 1, 27 piperis -i (*gr. p. 477 P.* λευκοῦ). 1, 70 ellebori -i (*gr. p. 555* λευκοῦ).

v. Onom.

1. *leudis, -is *m.* *vox germanica.* *scrib. in codd. etiam* leodsaepe. *i. q. minister, comes*: Greg. Tvr. Franc. 2, 42 haec *munera* dedit -bus eius. 3, 23 a -bus suis defensatus est et in regnum stabilitus. 8, 9 alicuius ex -bus nostris sit filius, *non e regia stirpe*. 9, 20 p. 438, 4 -es illi, qui domnum ... sacramenta ... praebuerunt (*de eisdem p. 434, 14* homines). p. 439, 3 ut nullus alterius -is (-es *var. l.*) nec sollicitet nec venientes excipiat. Lex Burg. lib. const. 101, 2 (*opp. 1* obtimatis aut mediocris) -is vero si hoc (*sc. nuptias patre mulieris invito*) praesumpserit facere *eqs.* *et saepe in legibus Francorum.*

2. *leudis, -is *f.* *vox germanica.* *i. q. multa, quae solvitur satisfactionis causa*: Lex Sal. Merov. 16, 1 de -e sol(idos) cc culpabilis iudicetur. 35, 8 (rec. K) ut ipse -em non solvat. 36 medietatem de ipsa -i componat (*cf.* 41 medietate -is eius componat). 53, 6 ista redemptio ... usque ad -em sic permanet. *et saepius in eadem lege.*

leudus, -ī. *m.* *vox germanica.* *i. q. canticum* (*theod.* lied): Ven. Fort. carm. praef. 5 p. 2, 14 sola saepe bombicans barbaros -os arpa relidens. 7, 8, 69 nos tibi versiculos, dent barbara carmina -os; sic variante tropo laus sonet una viro.

levefacio *v.* levifacio. ? **lēvefio** *v.* lenefio.

levenna, -ae *m.* [*a* 1. levis. *quasi nomen gentilicium in* -enna *cadens; cf. Schulze, Eigenn. 283 sq. Sch.*] *i. q. levi animo praeditus*: Laber. mim. 80[1] (Gell. 16, 7, 11) homo -a.

***leuga,** -ae *f.* *vox gallica.* *scrib. in titulis et* leug *et* l; *plene* CIL XIII 9137 (*a. 202 ?*). *in codd. etiam* leuca, leuva, lega. Not. Tir. 91, 32 (*seq.* miliarium). [*francog.* lieue (*dial. pic., norm., occ., burg., camp., comit., francoprov.*); *prov. vet.* lega (> *it. vet.* lega), legua, leuga, *prov., langued., vasc.* lega, -o; *cat.* lleuga, llegua; *hisp.* legua; *port.* légua. *cf. M.-L. 9689. Battisti-Alessio III 2193. Wartburg V 262. Corominas III 71. Machado² II 1393. G.*]

mensura itineris Gallorum (*quorum propriam esse testantur* Grom. p. 373, 17 Hier. in Ioel 3, 18 Iord. Get. 192 Isid. orig. 15, 16, 1 Gloss. V 217, 8): 1 *definitur passibus* md: Grom. p. 373, 17 (*adicitur*: duae -ae sive miliarii apud Germanos unam rastam efficiunt). Amm. 16, 12, 8 Provinc. laterc. Veron. 15, 7 Pol. Silv. pond. mens. chron. I p. 549, 5 Iord. Get. 192 Isid. orig. 15, 16, 2 Gloss. V 217, 9. 2 *exempla*: a *in titulis* (*afferimus paucos, antiquissimos; cf. Hirschfeld, Kl. Schr. 723 sqq.*): CIL XIII 8906 (*a. 121*). 9067 (*a. 202/4*). 9137 (*a. 202 ?*). 9129 (*a. 212*). *et passim in eodem vol., v. etiam* Inscr.

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Germania 21, 1937 p. 29sq. Année épigr. 1965 p. 37 n. 118. *recentissimi sunt* CIL XIII 9096 (*a. 317/23*). INSCR. Année épigr. 1967 p. 101 n. 341 (*a. 308/24*). b *extra titulos*: PROVINC. laterc. Veron. 15, 7 trans castellum Mogontiacense LXXX -as trans Rhenum Romani possederunt. ITIN. Anton. Aug. p. 232, 3 -as, non m(ilia) p(assuu)m CCXXI ([non mpm *om. B*]. *iuxta mensuram Romanam ut*: 238, 2 -as m. p. XXX. 251, 5—252, 5 m. p. XXII [*vel sim.*] leg(as). p. 359, 2—363, 2 m. p. XV, leug(as) X [*vel sim.*]. *ibid.* -ae *solae numerantur* p. 372, 3—373, 5). Burdig. p. 549, 9—551, 2. AMM. 15, 11, 17 exinde (*sc. Luguduno*) non millenis passibus, sed -is itinera metiuntur. GREG. TVR. Iul. 18 XXX -as . . . elongatus sum. *B.*

composita, qualia sunt **levianima,** biduancula, tardigrada MAR. VICTORIN. gramm. VI 23, 9. *a* 1. levis *et* animus (*cf. p. 1208, 80*).

leviculus, -a, -um. *a* 1. levis. *i. q. aliquantum levis, inanis, qui parvi ponderis est* (*non nisi translate*): CIC. Tusc. 5, 103 -us sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat . . . mulierculae . . . insusurrantis . . . alteri: 'hic est ille Demosthenes'. quid hoc levius? at quantus orator! GELL. 13, 31, 15 quid significet 'prandium caninum' (*Varro Men. 575*), rem -am diu et anxie quaesivimus. VERS. metr. Aug. mus. 4, 3, 4 -a fragilia gracilia bona (*similiter ibidem quinquies*).

lēvicutis (*vel* -cus?) *adi.* *a* 2. levis *et* cutis. *i. q. levi cute praeditus*: CARM. de Sod. 144 *piscium* gentem squamicutem vel -em (*var. l.* squamigeram levique cute).

levidēnsis, -e. [*ex* 1. levis *et* densus *compositum videtur sicut* dulcacidus, ὀξύγλυκυς *sim.; cf. tamen* pavitensis. *Sch.*] *i. q. leviter densus*: CIC. fam. 9, 12, 2 *oratiunculam pro Deiotaro* velim sic legas ut causam tenuem et inopem nec scriptione magno opere dignam; sed ego hospiti veteri et amico munusculum mittere volui -e crasso filo (*huc fortasse est referendum Gloss. III 270, 15* linitensilis pannus, qui habet pauca fila, de quo Cicero in epistulis). ISID. orig. 19, 22, 19 -is *vestis*, quod raro filo sit leviterque densata; pavitensis contraria -i dicta, quod graviter pressa atque calcata sit (*inde* GLOSS.).

levifacio, -fēcī, -facere. *a* 1. levis *et* facere. GLOSS. II 122, 29 levefecit: ἐξουθένησεν. 354, 26 κουφισθῆναι ποιῶ: -o.

lēvifico, -āre. *a* 2. levis *et* facere. *i. q. levigare*: HIL. in psalm. 51, 8 ut abradens hirsutam atque horrentem faciem -et *novacula* (*var. l.* vivificet, *edd. vet.* leviget). HIER. psalt. sec. Hebr. 5, 11 sepulchrum patens guttur eorum *insidiatorum*; linguam suam -ant (*var. ll.* -bant, lenificant, letificant; *Vulg.* linguis suis dolose agebant). PHILIPP. in Iob 41 p. 791^{D} diabolum . . . 'smaragdi lapidi' assimilavit, qui natura asper est, alia attritu -ans.

levifidus, -a, -um. [*a* 1. levis *et* 1. fides; *cf.* levipes, levisomnus *sim. Sch.*] *i. qui fidei minoris est*: PLAVT. Persa 243 omnes sunt lenae -ae, neque tippulae levius pondust quam fides lenonia.

1. lēvigātio, -ōnis *f.* *a* 1. levigare. *i. q. actus levigandi sive status vel ipsa res levis*: VITR. 7, 1, 4 -bus et polituris cum fuerint perfecta *pavimenta*. IVL. VAL. 3, 35 p. 143, 19 ad caeruli speciem vel colorem -o (*i. dealbatio caerulea*). CHALC. transl. p. 50^{E} qui materiis mollibus inpressionique cedentibus insignire formas aliquas volunt, pure levigatas apparant nec ullam omnino formam in apparata -e apparere patiuntur (*gr. aliter*). comm. 220 *sensus sentit* asperum -emque tactu. POMP. gramm. V 290, 23 hoc (*sc. ut nomen pro adverbio ponatur*) conceditur poetis propter -em versuum. EVSEB. EMES. serm. 6, 27 deduxit . . . pilleum . . ., ut laterent virginis . . . levigatae maxillae; . . . talorum . . . -em abscondebant militaria indumenta.

2. levigātio, -ōnis *f.* *a* 2. levigare. *i. q. actus vel effectus levigandi* (*incorporaliter tantum*): 1 *usu gramm. i. q.* ψίλωσις: DIOM. gramm. I 435, 21 δασεῖαν et ψιλήν apud nos h vocali (*an* -lis ?) addita vel detracta demonstrat, id est scripta adspirationem, non scripta -em significat (*cf. p. 1215, 35*). 2 *usu vario i. q.* κούφισις: HESYCH. in lev. 5 praef. p. 967^{A} (*ad Italam psalm. 93, 13* ut mitiges eum a diebus malis) liberationem . . . peccatorum et -em ab his, quae nos terrent in die mala. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 68 genarum rubor plurimus sine febrium -e. diaet. pass. 21 doloris. CASSIOD. Ios. antiq. 17, 154 -o . . . maxima est pro bonis operibus interire (*gr.* κούφισιν *ut* 17, 177 -em quandam illis *Iudaeis* natam esse . . ., quod talibus ipse *Herodes* doloribus urgeretur. 17, 206 quasi ex hoc [*sc. iurgiis, clamore sim.*] posset ad illos mortuos aliqua -o pervenire). 17, 204 functionum publicarum (*gr.* εἰσφορὰς . . . ἐπικουφίζειν). GREG. M. in I reg. 5, 164 l. 3898 culpae -o decernenda est . . . respectu prioris vitae (*antea*: ut posteriorum *operum* gravitas levigetur).

? **lēvigino,** -āre. *a* 1. levigare, *cf.* runcinare. *i. q. levigare*: CAPITOL. Pert. 8, 5 vasa . . . calfactandae resinae ac pici devellendis hominibus ac -andis (libig- *codd.*).

1. *lēvigo, -āvī, -ātum, -āre. *a* 2. levis. lěvĭ- CYPR. GALL. exod. 787, lěvī- *ibid.* 1076. *inde a* VARRONE, VITR., COLVM.; *in poesi non nisi* TER. MAVR. 454 PALLAD. ins. 82 CYPR. GALL. *l. c.* [*restituitur p. 1199, 12, dub.* VITR. 10, 11, 4 -atur (dividatur *trad.*).]

i. q. levem facere (*gr. respondet* λειόω, *nisi alia adnotavimus.* GLOSS. -ta: limpidata. -to: levi facto. leni facto vel uncto. -ti: politi, lenes effecti): I *c. respectu superficiei*: A *usu primario*: 1 *illinendo, obducendo* (*vix huc p. 1198, 36. cf.* GLOSS. -at: linit, dealbat. -are: linire): a *pro obi. est id, quod linendo operitur, tectorio afficitur* (*in comparatione* AMM.): VARRO rust. 3, 11, 3 *nessotrophii* parietes tectorio -antur, ne faeles . . . introire . . . possit ([*de eadem re*: COLVM. 8, 15, 2 maceries opere tectorio -atur extra intraque]. COLVM. 8, 8, 4 columbarum cellae poliri debent albo tectorio . . . nec minus extrinsecus -ari parietes [*locis geminis Varro rust. 3, 7, 3* quam levissimo marmorato . . . oblinuntur. PALLAD. 1, 24, 1 -tis ac dealbatis]. *cf.* 9, 7, 1 suggestus lapideus *apiarii* . . . diligenter opere tectorio -atur [*inde* PALLAD. 1, 37, 7 albario opere]). VITR. 7, 3, 7 *tectorii* soliditate marmoris . . . candore firmo -ta (*cf.* 7, 10, 2 aedificatur locus uti laconicum et expolitur marmore subtiliter et -atur). PLIN. nat. 31, 57 commissuris *tuborum fictilium* . . . calce viva ex oleo -tis (*Vitr. 8, 6, 8* coagmenta . . . calce viva ex oleo subacta sunt inlinienda). PALLAD. 1, 26, 1 sit . . . locus (*i. cubiculum turdorum*) mundus et lucidus et undique -tus. AMM. 15, 10, 5 humus crustata frigoribus et tamquam -ta ideoque labilis. VVLG. deut. 27, 2 (*eadem fere 27, 4*) eriges ingentes lapides et calce -bis eos (*Itala Lugd.* dealbabis, *Hesych. in lev. 14, 33—47 p. 964^{A}* linies eos pulvere. *huc spectat* GLOSS.^{L} III Abstr. LE 26 -bis: linibis vel dealbabis). *transfertur ad orationem ornamentis instruendam* (*aliter infra l. 69*): IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 90 p. 1392 illa ipsa sophismata licet non sint veritate solida, urbana tamen superficie colorantur; hoc autem quod monstrum disputationis est, quod nec veritate solidum est nec sophismate -tum? b *pro obi. est id, quod linendo imponitur*: PALLAD. 1, 9, 5 supra marmor tusum cernatur aut harena cum calce inducta -etur. SIDON. epist. 2, 2, 5 interior parietum facies solo -ti caementi candore contenta est (*cf. vol. III 96, 69*).

2 *radendo, poliendo sim.* (*accedit abl. instr. passim, abl. q. d. resultativus l. 67, de l. 33,* ad *l. 41*): a *pro obi. est id, quod asperitate quadam privatur, purgatur*: α *corporaliter*: (I) *vario usu*: PLIN. nat. 17, 101 aufertur . . . serra aequaliter superficies, -atur falce truncus (*Colum. 5, 11, 4* plagam levato). MIN. FEL. 3, 6 testam teretem iactatione fluctuum -tam legere de litore. 23, 12 (22, 4) lapideus *deus* caeditur, scalpitur et ab impurato homine -atur (*item de simulacris*: ARNOB. nat. 5, 28 ramum . . . dolat runcinat -at et humani speciem fabricatur in penis. 6, 14 simulacra . . . runcinarum -ta de planis. LACT. inst. 2, 6, 6 veniunt . . . ad deos . . ., ut . . . nitorem -ti marmoris aut eboris aspiciant). IVL. VAL. 3, 28 oppidum quadratis saxis . . . non incuriose -tis congestum (CYPR. GALL. exod. 787 *saxa* artifici -ta manu [*Vulg. 20, 25* sectis lapidibus]). CHALC. transl. p. 46^{B} utriusque ignis . . . concursu incidente in tersam aliquam levemque materiae superficiem . . . simulacra ex -ti corporis conspectu resultant (*gr.* περὶ τὸ λεῖον καὶ λαμπρόν, *om. Cic. Tim. 49*). p. 50^{E} *v. p. 1197, 49.* comm. 63 si quis ad . . . montium . . . saxosam asperitatem aspiciens similem dicet esse ad tornum -tae pilae. PALLAD. 4, 10, 12 clava . . . ex utraque parte -ta, nodis et aculeis recisis. AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 42 ut, si polire et -are eum *topazion lapidem* velis, asperetur magis. HIER. reg. Pachom. praef. 1 B. acutus gladius et -tus (VVLG. Ezech. 21, 11 dedi eum ad -andum . . .; exacutus est . . . limatus est. *in imag.*: HIER. in Nah. 3, 1 p. 1256^{A} sermonis gladium, exacutum cote dialecticae et rhetoricae artis oleo -tum). VVLG. gen. 6, 14 fac tibi arcam de lignis -tis ([*Itala Ambr. hex. 6, 9, 72. al.* quadratis. *huc fortasse spectat* GLOSS. -tis: natantibus]. GREG. TVR. glor. mart. 41 p. 515, 39 incisa -taque ligna). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 43, 1 viam . . . incedere adtritam et -tam adsiduitate commeantium praestat quam inusitatam et rudem (*Migne gr. 35, 452^{A}* λείαν καὶ τετριμμένην). GREG. TVR. Franc. 4, 12 p. 143, 25 *ostium* erat . . . obseratum, verumtamen non erat ita -tum, ut inter tabulas aspicere homo non possit. EVGIPP. Sev. 15, 1 *ecclesiae* ad vicem soli tabularum erat -ta coniunctio. *al.* *audacius in poesi dicitur -ari arbor, quae per insitionem spinis sim. privatur*: PALLAD. ins. 82 *malus insita* spiniferas prunos armataque robora sentes -at et pulchris vestit adulta comis. (II) *-atur cutis animantium*: PLIN. nat. 20, 20 ad -andam cutem in facie totoque corpore (ARNOB. nat. 2, 41). TERT. cult. fem. 2, 8 l. 10 cetera *corporis* pulveris cuiusdam aspritudine -are. ARNOB. nat. 5, 25 *mulier pudenda sua* facit sumere habitum puriorem et in speciem -ari nondum duri atque hystriculi pusionis. 6, 21 (*de statua Aesculapii barba privata*) oris contumeliam -ti (AMM. 16, 8, 10 Dionysius tyrannus . . . tonstrices docuit filias, ne cui alieno ora committeret -anda). PELAGON. 248 articulos psilothro -bis. CASSIOD. in psalm. 118, 25 *corpus nostrum* nitore -atur (*v. p. 1148, 83*). *in imag.*: PAVL. NOL. epist. 23, 10 novacula nobis Christus . . ., qui . . . animae caput -at.

β *transfertur ad verborum vel syllabarum iuncturas poliendas, suaviores reddendas* (*aliter supra l. 17; cf. imaginem l. 47*): FRONTO p. 144, 14 v. d. H. (p. 150 N.) mutilum perficere, hiulcum explere, asperum -are. TER. MAVR. 454 quos ἱππεῖς solebant aut Ἀχαρνεῖς dicere, -ant ἱππῆςque potius aut Ἀχαρνῆς nominant. ARNOB. nat. 2, 11 verbis . . . luculentissimis . . . loqui et compositionibus fluere -tis. CHAR. gramm. p. 13, 32 B. (= DIOM. gramm. I 435, 26) *ut* Vergilius . . . refugerit incultae vetustatis horrorem et carmen contra morem veterum -verit (*sc. corripiendo verba, quae o littera finiuntur*).

b *pro obi. est asperitas vel macula, quae tollitur*: α *corporaliter*: PLIN. nat. 13, 81 scabritia *chartae* -atur dente conchave. MARCELL. med. 34, 14 pulmo arietinus impositus omni asperitate *cutis* -ta molestiam tollit. β *incorporaliter*: APVL. met. 1, 2, 6 iugi, quod insurgimus, aspritudinem fabularum lepida iucunditas -bit. GREG. TVR. Mart. 3, 60 p. 647, 33 *pulvis e sepulcro Martini sumptus* non solum membra debilia solidat, sed . . . conscientiarum maculas abstergit ac -at.

[*Bader*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *sedando, placando* (*cf.* GLOSS. *infra l. 52*): MIRAC. Steph. 2, 5, 1 p. 852 imperio Christi ... dum -rentur turbulenti fluctus ac venti. AVELL. p. 52, 21 (*incorp.*) naturae nostrae mansuetudine -ti ... memorato *Ursino pontificatum usurpanti* abscedendi copiam dedimus.

B *usu deflexo c. colore mulcendi*: RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 3 p. 543^A neque ... verberanti dexteram maxillam offert alteram, sed palpanti et -anti maxillam morsum ... infigit. hist. mon. 1 p. 399^C *mulier coepit seductura* palpare cervicem *monachi* ... collumque -are.

II *c. respectu substantiae, spissitudinis, sc. macerando, terendo* (*in componendis medicamentis vel cibis; plus valet quam* terere, conterere *l. 21. 27*): COLVM. 6, 6, 4 myrti ... foliorum duae librae -antur (deligantur *sim. codd., restituitur e* PALLAD. vet. med. 6, 6; *cf. Veg. mulom. 4, 4, 4* tunduntur). 6, 16, 2 axungia pari pondere cum pice liquida et cortice pineo -ta (pineolo iugata *var. l.*) imponitur (*Veg. mulom. 4, 19* contusa. *cf.* PELAGON. 194 *bitumen aliaque* cum axungia -antur atque inlita genibus imponuntur [*Hippiatr. gr. I p. 233, 15* ἀξουγγίῳ προσμίξας]). 6, 17, 3 semina eius *herbae* ... -ta cum vino dantur potanda (*Veg. mulom. 4, 21, 3* trita). 7, 5, 12 combusta galla cum austero vino -ta et inlita. 9, 13, 5 omnia eadem aequis ponderibus in unum -ta (*inde* PALLAD. 4, 15, 1). 12, 42, 2 quae in colo subsederunt, diligenter contrita -antur. ZENO 2, 44, 1 (1, 41, 1 L.; *allegorice de neophytis*) farina -ta est oleo (PALLAD. 1, 29, 4 ut offulae ... o. -entur asperso). PELAGON. 193 cummi hammoniacum aceto acri commixtum -bis. 205 nucibus pineis ... -tis. *ibid.* sulphuris dragmae -tae. CHIRON 499 infunde ei accipiens comini ad magnitudinem fabae -ans et mellis acetabula duo. 507 alumen scissum -to ex (et *cod.*) adipe suillo. MARCELL. med. 9, 126 tritis ceteris ex aceto acri et ad instar collyrii -tis. *al.* *in digestione ciborum*: GELL. 4, 11, 4 quoniam is cibus *i. faba* et subduceret sensim alvum et -ret (*Aristox. frg. 25 W.* λειαντικὸν ... εἶναι καὶ διαχωρητικόν. *cf.* alvum mollire *sim. vol. I 1802, 76 sqq.*).

p. p. p. **lēvigātus**, -a, -um *pro adi. i. q. levis* (*compar.* MACR.; *exempla, ubi vis verbi magis servata esse videtur, v. supra*): CHALC. comm. 244 *oculorum* -a soliditas et tersa rotunditas. AMBR. hex. 3, 13, 54 illis *arboribus* folia -a atque diffusa, istis contractiora et aspera. MACR. Sat. 7, 12, 30 (*v. p. 1238, 1*) -ius. 7, 15, 9 cum pulmo et solidus et -us sit (*Plut. quaest. conv. 698B* λεῖον). EVSEB. EMES. serm. 6, 27 (*v. p. 1197, 54*) -ae maxillae (6, 28).

deriv.: 1. levigatio, levigino. *compos.*: illevigatus.

2. *levigo, -āvī, -ātum, -āre. *a* 1. levis. *inde a s. V* (*falso* APVL. met. 4, 1, 4 -tos *pro* levatos, *correxit ipse librarius*); *deest in poesi; frequentatur a* CAEL. AVR., CASSIOD., GREG. M.

i. q. leviorem reddere (*reflexive p. 1200, 29; in vim mediopass. vergunt maxime l. 67 sq.*): **1** *-antur onera, res graves*: **a** *corporaliter*: PS. AVG. serm. Migne suppl. 2, 1358 *nubes* corpus advexit *Christi ascendentis* non turgido peccati onere praegravatum, sed verbum 'caro factum' caelesti utique generantis chrismate -tum (*vix ad 2*). ORIBAS. syn. 9, 40 add. Aa p. 348 flebotomum adhibere, ut collecta evacuetur materia et spiritum innatum -antem (*pro* spiritus innatus -etur). PRISC. LYD. solut. 2 p. 57, 20 *in corpore dormientis* solutionem ... umiditas et gravitas sequuntur, -antia dum deficiunt: spiritus enim et calor ... facit illud *corpus* levius.

b *incorporaliter* (*cf.* GLOSS.^L II Abav. LI 40 -at: mitit): **α** *quolibet modo*: SCHOL. Hor. carm. 1, 24, 19 ('levius fit patientia, quidquid corrigere est nefas') idest -atur (*cf.* GREG. M. epist. 8, 24 p. 26, 1 novit ... patientia -are, quod grave est). PS. HIER. epist. 5, 3 p. 63^A gravidam tentationibus sarcinam -are. HIL. AREL. vita Honorat. 18 l. 21 -are omnibus iugum Christi. CONC.^S I 3 vers. Tur. p. 112, 10 nequaquam aestimantes ... laborem onerosum fore, -vimus tamen ... huius difficultatem (*gr. I 1, 3 p. 31, 18* ἐπεκουφίσαμεν). II 3, 2 p. 94, 27 decretum ... prout potuimus -ando firmavimus (*p. 97, 15* mediocriter firmavimus, *gr. II 1, 3 p. 117, 29* μετρίως ἐκυρώσαμεν). CAEL. AVR. acut. 1, 17, 173 quibus *medicamentis* passio -atur ([*postea*: relevatur]. 3, 17, 158 -ta atque soluta passione. chron. 1, 1, 17 tardante passione et nunc superpositionibus exasperata, nunc lenimentis -ta. *al.*). 2, 1, 7 neque iugis ... est pressura, sed ... dimissionis intercapedine -atur. chron. 1, 4, 109 donec accessio -etur temperamentis (2, 14, 215 cum ... a. vespertino tempore asperetur atque luce surgente -etur. 5, 2, 46 fit ..., ut accessiones tempora percurrant et sua sponte -entur). 4, 7, 98 incendia -at et ventrem mollit et tumorem mitigat. *et saepius apud eundem.* FVLG. RVSP. praedest. 1, 26 cui *parvulo sine baptismate mortuo* non est ... -ta damnatio, sed redemptio denegata. CASSIOD. hist. 3, 2, 29 seni *comprehenso* alacriter serviebat et eius cladem aliquatenus -bat (*Soz. 2, 13, 2* ἐκούφιζεν). Ios. antiq. 2, 29 ut malum sceleris aliquatenus -rent (*gr.* ἐπιεικέστερον ποιῆσαι). 7, 181 erat ira iam longo tempore -ta (*gr.* τὰ τῆς ὀργῆς ... λελωφήκει. GREG. M. in I reg. 3, 100 l. 2008 ut, quae videbatur ad placandum difficilis, eius iram -ret). 18, 90 venalium rerum pretia -vit (*gr.* ἀνίησιν). MVTIAN. Chrysost. hom. 27, 5 p. 407/8 tibi peccata -buntur (*gr.* κουφίζεται). NOVELL. Iust. 15, 6, 1 defensores ... -ant praesidum, quas pro omnibus habent, sollicitudines (*gr.* ἐπικουφίσουσι. *cf.* GREG. M. epist. 9, 162 pondus sollicitudinis). GREG. M. moral. 3, 8 saepe multa *flagella* ex qualitate, saepe gravia ex quantitate -antur: si videlicet cum multa sunt, non sint gravia *eqs.* 7, 2 p. 767^C *Christus* misericordiae lance praeponderans culpas nostras parcendo -vit. *al.* **β** *dicendo, iudicando* (*fere i. q. verbis vel iudicio extenuare, minoris momenti habere*): CASSIOD. var. 11, 40, 9 ne, cum truculentis parceret, asperrima facinora -ret *indulgentiā*. in psalm. 1, 4 (6) l. 352 acerbitatem discriminis -are. 78, 6 (7) culpa, quae excusari non potest, superioris criminis collatione -atur (*antea*: culpas mitigat. *cf.* GREG. M. moral. 17, 54 p. 37^B ea ..., quae de domini actione narravit, extremi iudicii comparatione -ans. in euang. 1, 6 p. 1081^B quidquid modo grave creditur, in eius *iudicii* comparatione -atur). GREG. M. moral. 2, 15 p. 563^B *diabolus* cum ... *dei* bona ... narrat, putat, quod facta fortis operarii *Iob* -et. 10, 28 ne, dum deplorata iterum culpa committitur, in conspectu iusti iudicis ipsa ... lamenta -entur. 10, 34 p. 944^D ipse dictorum suorum pondus -at, qui ... omne ... quod loquitur destruit. past. 2, 10 p. 46^B cum sibi quis malum, quod perpetravit, -at. epist. 3, 1 p. 159, 15 quanto te apud nos res ista, si districtissime fuerit perscrutata et emendata, commendat, tanto, si -ta fuerit, *eqs. al.*

2 *-atur onustus* (*accedit abl. separ.*, ab, unde): CAEL. AVR. chron. 3, 8, 118 si ... -ti indulgentia passionis rursum fuerint accessionibus ... aegrotantes affecti (*item -antur aegroti*: CASSIOD. Ios. antiq. 1, 208 aliquantulum -tus [*gr.* ῥᾷον διατεθείς]. ORIBAS. eup. 3, 65 apobalsamo ... qui a fungus strangulantur leu[m]igantur. syn. 8, 7 La p. 212 -atur ... cum deposuerit ventrem ... homo [*gr. 8, 6, 3* κουφίζεται, *Aa* relebantur]). GILD. Brit. 66 chron. III p. 62, 17 *mali sacerdotes* sorores domo pellentes et externas veluti secretiori ministerio familiares indecenter -antes (accipientes *var. l.*) vel potius ... humiliantes (*'make light of strange women' vix recte vertit Williams*). CASSIOD. Ios. antiq. 17, 319 haec *i. Idumaea, Iudaea, Samaria* ... -ta fuerant quarta parte functionum ex decreto Caesaris (*gr.* τετάρτην μοῖραν ... παραλέλυντο Καίσαρος αὐτοῖς κούφισιν ψηφισαμένου. *cf.* NOVELL. Iust. 43, 1, 2 semetipsum -are tributo [*gr.* ἐλαφρύνειν *ut ibid. iterum; Iulian. epit. novell. 13, 1* liberare]). PRIMAS. in apoc. prol. p. 177, 18 H. cum regendi populi ... onera partiretur, specialiter -tus *Moyses* (*Vulg. exod. 18, 22* levius ... sit tibi partito in alios onere). GREG. M. moral. 31, 22 p. 585^D cum res proprias amittimus ..., in huius vitae itinere a magno onere -ti (liberati *var. l.*) sumus. past. 3, 30 p. 110^A (*ad prov. 26, 11*) canis ... cum vomit, ... cibum, qui pectus deprimebat, proicit; sed cum ad vomitum revertitur, unde -tus fuerat, rursus oneratur.

part. praes. n. plur. **levigantia** *fere pro subst. p. 1199, 50.*

p. p. p. **levigātus**, -a, -um *pro adi. fere i. q. levis*: ISID. reg. monach. praef. 2 arduum illum limitem ... -o cursu incedat.

deriv.: 2. levigatio. *cf.* levio.

levim pro 'secus' VIRG. gramm. epist. 7 p. 173, 13 (*inter praepositiones accusativi*). *ficticium videtur.*

levindola, (-ae) *f.* *orig. inc.*, *cf.* 2. lavandaria. *scribitur etiam* leun-, liven-, levindo. *nomen herbae sampsuchi*: GLOSS. III 577, 22. 592, 27. 595, 13. 613, 58. 626, 4. 629, 5.

levio, -āre. *cf.* 2. levigare, 1. levare. [*tusc. vet.* (*Pisa*) lebbiare, *it. vet.* leggiare, *langob.* libá, *venet.* libar (> *it.* libare); *raet. occ.* levdźa, lifgiêr; *francog. med.* leiger. *dial. centr.* légir; *francoprov.* (*Lugdunum*) legeó; *prov. vet.* leujar. *cf. M.-L. 5002. Battisti-Alessio III 2189. 2194 sq. 2220. Wartburg V 286 sq. G.*] [*falsa var. l. pro* levare PLAVT. Rud. 247 (*CD*, -vas *B*). DON. vita Verg. l. 12 Br.]

i. q. leviorem reddere, κουφίζειν (*quod simplex vel compositum in gr. respondet*): **1** *-antur aegrotantes homines vel eorum partes liberando, reficiendo* (*absolute fort.* ALEX. TRALL.): DIOSC. 4, 173 p. 87, 5 ventri deposito -antur (*om. gr. 4, 178*). ORIBAS. eup. 4, 34, 2 La -antur aures (*Aa* relevat). syn. 1, 18, 1 Aa p. 61, 31 Mø. vomica fleumam purga[n]t et caput -at (*La* levem reddit. 1, 18, 11 Aa p. 63, 8 dentibus expedit et c. -at [*La* levior c. efficitur]). 9, 26, 3 Aa p. 330 cum ... eruperit sanguis, -antur (*La* sublevantur et leves efficiuntur). ALEX. TRALL. 1, 118 educit sordes multas *aurium* et satis -at. **2** *-antur mala leniendo, minuendo*: GLOSS. V 463, 17 -ant: minuant (= GLOSS.^L V Aa L 325, *ubi vix recte* libant *restituendum putavit editor*). *eadem* 506, 9. *dub.*: VEN. FORT. vita Leob. 23, 73 ad -andam (-vandam *var. l., Krusch*) ... infirmitatem. GREG. M. moral. 5, 7 de societate comitis labor itineris -atur (*an pro* levig-, *quod auctor adamat, falso impressum?*). *cf.* allevio.

levipes, (-pedis) *adi.* *a* 1. levis *et* pes. *i. q.* ποδώκης: CIC. Arat. 121 -s Lepus *sidus*. *ceterum in veriloquio vocis q. e.* lepus (*v. ibi*).

-is aliam parenti dederit . . . nurum). 72, 6 multo mi . . . es vilior et -ior. PVBLIL. L 4 -is est Fortuna: cito reposcit quod dedit (OV. Pont. 2, 7, 22 quae . . . solebat esse -is, constans et bene certa nocet. 4, 3, 31 haec dea non stabili, quam sit -is, orbe fatetur, quae summum dubio sub pede semper habet. SEN. Med. 219 *me* rapida F. ac -is praecepsque regno eripuit. OCTAVIA 452 PETRON. 128 vers. 244. STAT. silv. 5, 1, 143 infida -isque. *cf. p. 1211, 73 nec non* TIB. 1, 5, 70 Fors). NEP. Att. 15, 1 *opp.* liberalis. CIRIS 158 -is ille deus, cui (*i. a quo*) semper ad ulciscendum quaeritur . . . iniuria (*de Amore ut*: OV. am. 2, 9, 49 tu -is es multoque tuis ventosior alis gaudiaque ambigua dasque negasque fide. OCTAVIA 198 -is fallaxque . . . deus. *cf. p. 1213, 76*). HOR. sat. 2, 7, 29 Romae rus optas; absentem rusticus urbem tollis ad astra -is (*cf. epist. 1, 8, 12* ventosus). LIV. 22, 43, 5 ut . . . transfugia impeditiora -bus ingeniis essent (28, 24, 5 Afros Numidasque, -issima fidei mutandae ingenia. CELS. 8, 4, 4 *opp.* magno. SEN. nat. 6, 29, 2. *al.*). SEN. Ag. 180 in nos fidelis augur, in captas -is. TAC. ann. 11, 33 praetorii praefecto haud satis fidebant, ad honesta seu prava iuxta -i. *accedit acc., abl. respectus*: PROP. 2, 5, 28 Cynthia forma potens, Cynthia verba -is. SIL. 4, 706 corde -em . . . gentem *Boiorum* (ITALA Sirach 19, 4 [Aug. spec. 23 p. 134, 8 = VVLG.] qui credit cito, -is corde minorabitur [*gr.* κοῦφος καρδίᾳ]). 5, 363 haud -ior (melior *var. l.*) fama Synhalus. 8, 515 haud ullo -ior bellis Vestina iuventus (13, 214 -is bello sed turbidus ausi Virrius). CLAVD. 15, 262 -is ingenio.

β tolerabiles, non onerosi sim. sive mites, non severi sim. (*cf. p. 1204, 9. 1205, 68*): HOR. carm. 1, 18, 9 ne quis modici transiliat munera Liberi . . ., monet Sithoniis non -is Euhius. TIB. 1, 6, 56 tibi nescio quas dixit *sacerdos Bellonae* . . . poenas: si tamen admittas, sit precor illa -is (*sc. 'Bellona' potius quam 'poena'*). OV. Ib. 210 natus es infelix . . . nec ulla commoda nascenti stella -isque fuit (*cf. 215* te fera . . . Martis sidera presserunt). MANIL. 5, 618 quo *bello* concidit ipsa Gorgone non -ius monstrum pelagusque levavit. VAL. FL. 2, 323 -ior Lemno deus aequore flexit huc Minyas; Venus ipsa volens dat corpora iungi (*cf. 315* ni Veneris saevas fregisset Mulciber iras). SIL. 12, 424 *Acerris deletis Hannibal* Nuceriae, nihilo -ior nec parcior ira (irae *Gronov*), . . . aequavit moenia terrae (*item c. abl. respectus, nisi separativum intellegere et ad p. 1214, 68 trahere malis*: STAT. Theb. 7, 85 *Iuppiter* i. iam -ior). STAT. silv. 2, 4, 31 (*de psittaco tamquam conviva adhibito*) queruli quondam vice functus amici, nunc conviva -is monstrataque reddere verba tam facilis (*cf. 2, 6, 52* tecum tristisque hilarisque *puer tuus*). MART. 4, 35, 5 frontibus adversis molles concurrere dammas vidimus . . .; unde -es animi tanto caluere furore? SALV. ecl. 2, 72 quanto -iores sunt extranei et carnales inimici (2, 73 -iores vobis i. vestri sunt quam vos ipsi. *cf. 2, 71* tam saevi ac tam crudeles). *accedente inf. final. fere i. q. facilis, tractabilis sim.* (*cf. infra l. 80*): SIL. 3, 40 nec -ior vinci *Antaeus*. CLAVD. 8, 514 quantus . . . rigor tranquillaque magni vis animi nulloque -is terrore moveri nec nova mirari facilis.

b *res*: *α minus onerosae vel molestae*: Ⓘ *ad tolerandum*: PLAVT. Capt. 196 decet id pati animo aequo: si id facietis, -ior labos erit (TER. Haut. 399 omnes mihi labores fuere . . . -es, praeter quam tui carendum quod erat. CIC. Tusc. 2, 62 eosdem labores non esse aeque gravis imperatori et militi, quod ipse honos laborem -iorem faceret imperatorium. OV. Pont. 1, 4, 25 l. illius *Iasonis* nostro -iorque minorque est. LIV. 35, 35, 10 consuetudine -iorem laborem fore. *al. cf.* SIL. 12, 326 -iora laborum). RHET. Her. 3, 5, 9 vel dolorem . . . vel mortem . . . dedecore et infamia -iorem esse (CIC. Tusc. 1, 92 quam m. qui -iorem faciunt, somni simillimam volunt esse. SEN. nat. 6, 2, 8. CVRT. 8, 3, 6 sibi m. deditione esse -iorem. PS. QVINT. decl. 10, 8). CIC. Planc. 78 -e . . . est onus beneficii gratia (de orat. 1, 135 mihi -ius quoddam o. imponitis *sc. ut disseram*. VVLG. exod. 18, 22 -ius . . . tibi sit partito in alios onere. *cf. p. 1201, 77*). Tusc. 3, 32 neque vetustate minui mala nec fieri praemeditata -iora (PROP. 2, 5, 16 omne in amore malum, si patiare, -e est. OV. fast. 1, 552 Cacus . . . non -e finitimis . . . m. Pont. 1, 3, 46 *amicis* talibus ut -ius sit caruisse m. Ib. 252. 414. LIV. 8, 25, 8 -issimum malorum deditio . . . visa. *al.*). Cato 8 nec . . . in summa inopia -is esse senectus potest (*antea*: tolerabiliorem. 26. 85 mihi . . . -is est s. nec solum non molesta, sed etiam iucunda). Att. 1, 5, 4 non mihi grave duxi scribere ad te de illius querimoniis, cum eas audire . . . -e putassem (*item accedit inf.*: PROP. 1, 17, 15 SEN. Herc. O. 405 Thy. 307. benef. 3, 31, 1 *al.*). *al.* SALL. Iug. 54, 1. 89, 4 cives . . . immunes, -i imperio et ob ea fidelissumi (*cf.* VVLG. II par. 10, 4 pater tuus durissimo iugo nos pressit, tu -iora impera). HOR. carm. 1, 24, 19 durum; sed -ius (melius *Don. Ter. Hec. 603*) fit patientia, quidquid corrigere est nefas. OV. trist. 3, 8 (9), 42 mutato -ior sit fuga nostra loco (Pont. 2, 7, 57. *cf.* trist. 4, 10, 102 multa tuli non -iora fugā). 4, 1, 61 nec . . . -ior fortuna malorum est. LIV. 38, 9, 11 haec (*i. condiciones pacis*) quamquam spe ipsorum aliquanto -iora essent (POMPON. dig. 35, 1, 35 libertatis c. [*postea*: gravior et durior]. VAL. dig. 35, 1, 87 MAECIAN. dig. 36, 1, 66, 1. *al.*). *al.*

Ⓘⓘ *ad faciendum, peragendum* (*vergit in notionem fere i. q. facilis; exempla certiora, cf. supra l. 44*): Ⓐ *acced. inf. final.* (*sc. sec. graec.*): HOR. carm. 2, 4, 11 postquam . . . ademptus Hector tradidit fessis -iora tolli Pergama Grais (*Ω 243* ῥηΐτεροι . . . ἐναιρέμεν). Ⓑ -e est *sim. c. inf.*: FEST. p. 254 'quincentum' . . . producta prima syllaba . . . usurpa⟨ba⟩nt antiqui; quod postea -ius visum est ita, ut nunc dicimus, pronuntiari (*an inf. fin.?*). VAL. MAX. 4, 6 ext. 1 Artemisia . . . Mausolum . . . quantopere desideraverit, -e est . . . argumentari. PS. QVINT. decl. 19, 3 concipere verbis. IVV. 7, 240 tot puerorum observare manus. CYPR. Demetr. 1 p. 351, 18 facilius . . . et -ius. IVVENC. 2, 86 quod *verbum* quanto -ius fuerit dixisse, . . . probabunt *pharisaei* (*Vulg. Matth. 9, 5* quid est facilius dicere, *gr.* εὐκοπώτερον). HIL. in psalm. 136, 14 (*opp.* difficulter). CLAVD. DON. Aen. 1, 245 p. 56, 20 transisse (*postea*: nullam . . . difficultatem). Ⓒ *vario usu*: QVINT. inst. 11, 2, 42 difficiliora . . . debent esse quae exercent, quo sit -ius ipsum illud, in quod exercent. DECL. in Catil. 42 restinguenda est . . . flamma . . ., dum . . . facultas restinguendae -issima data est. ARNOB. nat. 2, 11 quisquamne illorum *philosophorum* . . . potuit . . . non dicam maris insanias . . . prohibere . . ., sed, quod -issimum multo est, fervunculum . . . sanare? IVVENC. 2, 51 compedibus -is insultare solutis ludus erat. AMM. 16, 12, 22 *equi* rectorem praecipitem agere -i negotio trucidandum (20, 10, 2. 25, 1, 5. 26, 6, 10. 27, 10, 10. 28, 5, 5. 31, 8, 5). 17, 13, 28 *ponte* opera -i perfecto. 25, 7, 2 diffusum abunde militem per provincias -i tessera colligi posse. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 14, 7 -e et facile putas *magistrum fieri*. VITA Hil. Arel. 3 l. 12 *anima* non -em habuit facilemque tractatum.

β viliores, minoris momenti sive infirmiores, minus efficaces sim. (*ad actiones inconsideratas, temerarias spectare videntur l. 40 sq. 52*): Ⓘ *varia*: TER. Hec. 292 -ia sunt, quae tu pergravia esse in animum induxti tuom. 426 te causae impellebant -es (CIC. Verr. II 2, 109 *de causa iudiciali*. Planc. 27 *cum propinquo* ita magnis amoris *vinclis coniunctus*, ut illae necessitudinis causae -es esse videantur. fin. 3, 42 qui excipiunt eos *dolores* pro patria quam qui -iore de causa. off. 2, 32 POMP. Cic. Att. 8, 12 B, 1 PROP. 2, 24, 10 OV. epist. 18, 130 trist. 4, 10, 66. *et saepius*). 781 sin . . . est . . . iratus gnatus . . ., id -e est; cito ab eo haec ira abscedet. CIC. Q. Rosc. 4 non refert parva nomina in codices? immo omnes summas. -e et tenue hoc nomen est? HS CCCIↃↃↃ sunt (*cf.* SVET. Aug. 32, 3 de -ioribus summis). Verr. II 2, 156 qui . . . minas atque . . . pericula prae salute sua -ia duxerint (fam. 3, 11, 4 p. -iora . . . et maiora praesidia. SEN. clem. 2, 4, 4 PLIN. nat. 36, 40 FRONTIN. strat. 3, 17, 4 APVL. met. 7, 7, 1 AMM. 26, 10, 10. *fortasse huc* CAES. civ. 3, 26, 4 *p. 1220, 4*). rep. 4, 4 iuventutis . . . exercitatio quam absurda in gymnasiis! quam -is epheborum illa militia! *al.* ANTON. Cic. Att. 14, 13 A, 1 vereor, ne absentia mea -ior sit apud te. CAES. Gall. 5, 28, 6 quid esset -ius aut turpius quam auctore hoste . . . capere consilium (*cf.* LIV. 3, 21, 5 -ius . . . vaniusque profecto est sua decreta . . . tollere quam aliorum). 7, 39, 3 quorum salutem . . . civitas *non* -i momento aestimare posset (LIV. 2, 7, 10 tam -i m. mea apud vos fama pendet. 24, 28, 5 minorem ac -ioris momenti consultationem. *al.*). SALL. Iug. 80, 6 Iugurthae filia Boccho nupserat; verum ea necessitudo apud Numidas . . . -is ducitur (TAC. ann. 3, 29, 2). PROP. 2, 12, 4 -bus curis (*i. hominibus vilia curantibus*) magna perire bona (TAC. ann. 14, 54, 2 -issimis quoque c. impar. 15, 36, 2 deseruit inceptum cunctas sibi curas amore patriae -iores dictitans. *al.*). OV. ars 3, 686 quantum cito credere laedat, exemplum vobis non -e Procris erit (AMM. 27, 3, 7 CE 1103, 2. *cf.* VAL. MAX. 7, 3, 10 uno adiecto -ioris notae exemplo). Ib. 617 Aulidis a portu qui -e vertit iter (*'temere inceptum' sim. explicatur vulgo, re admodum incerta*). *al.* *acced. supinum*: LIV. 27, 15, 9 Fabium . . . -e dictu momentum ad rem ingentem potiundam adiuvit (*cf. 38, 29, 3* haud magna memoratu res). TAC. ann. 4, 32, 1 pleraque . . . parva forsitan et -ia memoratu videri.

Ⓘⓘ *bona, commoda, auxilium sim.*: ACC. trag. 146 ut ea cuncta optima (ut cuncta opima *Mercier*) . . . -ia prae illis *sc. armis Achillis* putet. L. CRASS. or. frg. (26 M.) Cic. orat. 219 ubi lubido dominatur, innocentiae -e praesidium est (CELS. 2, 11, 6 hic *i. cucurbitulis adhibitis* ut nullum periculum, ita -ius p. esse. *de p. militari*: SALL. hist. frg. 1, 99 LIV. 9, 45, 11. 10, 2, 8. 22, 24, 2. *al.* TAC. ann. 2, 59, 3 quamvis -i praesidio adversum ingentes exercitus. FLOR. epit. 4, 2, 18). RHET. Her. 2, 19, 29 -e conpendium fraude maxima commutarunt (SEN. dial. 4, 8, 2). CIC. inv. 2, 108 -iora beneficia *esse* quam maleficia (PVBLIL. N 60 PANEG. 3, 18, 4). Quinct. 34 sine iniuria potentiam -em atque inopem esse. Q. Rosc. 15 cui et pecunia -issima et existimatio sanctissima fuit semper. 47 auctoritas Cluvi (LIV. 21, 10, 11. 26, 22, 15 vilis -isque apud liberos. PLIN. nat. 30, 11 SPART. Geta 6, 4 HIER. adv. Iovin. 1, 14 [= epist. 49, 8, 3]). Sest. 115 sit hoc sane -e, quod non ita est . . ., set si est -e, homini gravi -e est *eqs.* (*respicitur plausus ut*: Phil. 1, 37. HOR. epist. 2, 1, 179 sic -e, sic parvum est, animum quod . . . subruit aut reficit). rep. 1, 27 quod earum rerum (*sc. agri, pecudum sim.*) videatur ei -is fructus, exiguus usus (FEST. p. 154 minimi habetur *flamen* Pomonalis, quod Pomona -issimo fructui agrorum praesidet pomis). Lael. 86 honores . . . ita contemnunt ut nihil inanius, nihil esse -ius existiment (ad Q. fr. 1, 1, 31 eos *h.* putavi, si vulgares essent, viles, si temporis causa constituerentur, -es. OV. fast. 1, 5. 6, 56 TAC. ann. 6, 15, 1). *al.* SALL. Iug. 91, 2 castris -i munimento positis (LIV. 31, 41, 9). VERG. Aen. 7, 232 nec vestra feretur fama -is tantique abolescet gratia facti (CVRT. 4, 4, 2 famam . . . qua plura quam armis everterat, . . . -iorem fore, si *eqs.*). 7, 581 neque . . . -e nomen Amatae (11, 688 n. . . . haud -e . . . Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillae). 12, 764 neque . . . -ia aut ludicra petuntur praemia. OV. met. 1, 620 -e si munus

[*Koster*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Iunoni . . . negaretur (Mart. 4, 10, 3. 14, 21, 2 *de graphiario. cf.* Ov. met. 13, 702 nec -iora datis Troiani dona remittunt). Pont. 4, 1, 21 -is haec meritis referatur gratia tantis (Manil. 4, 112. Tac. ann. 14, 62 Anicetus . . . -i post admissum scelus g., dein graviore odio. Plin. epist. 5, 8, 12. *cf. p. 1208, 27*). *al.*

(III) *verba, sermones sim.* (*cf. p. 1212, 40 sqq.*): Cic. inv. 1, 89 *genus argumentationis vitiosum*, si -e *erit* (*explicatur* 1, 90 -e est, quod aut post tempus dicitur . . ., aut perspicue turpem rem -i tegere vult defensione). 2, 32 ut . . . animum alicuius inprobare nihil attinet . . ., sic causam peccati intercedere -e est, si *eqs.* Quinct. 57 vereor . . ., ne aut gravioribus utar verbis quam natura fert, aut -ioribus quam causa postulat (Sen. dial. 5, 26, 4 omnes incerti, queruli, ambitiosi *sumus* — quid -ioribus v. ulcus publicum abscondo —, omnes mali sumus [len- *cod. Laur., edd., sed lectionem cett. codicum confirmat* Mart. Brac. ira 9 l. 21 B.]. Gell. 2, 6, 2 'vexasse' [*Verg. ecl. 6, 76*] . . . verbum esse -e et tenuis ac parvi incommodi nec tantae atrocitati congruere). 76 testimonium (*opp.* gravissimum). S. Rosc. 93 quos qui -iore nomine appellant percussores vocant (Phil. 14, 10 gravius si quis attulerit nomen, *quam est 'hostis'*, libenter adsentiar; hoc vulgari contentus vix sum, -iore non utar. de orat. 2, 218 Tusc. 1, 95. fam. 1, 9, 1 cum illud ipsum gravissimum et sanctissimum nomen pietatis -ius mihi meritis . . . tuis esse videatur). Mil. 42 rumorem -em, fictam fabulam ([*sic corrigitur vulgo trad. corrupta*]. Svet. Vit. 16 -i rumore et incerto. Amm. 22, 13, 3. 29, 5, 8 *opp.* apertis . . . iudiciis. Clavd. 18, 347). de orat. 2, 308 ita -ia sunt *argumenta*, ut contemnenda sint (2, 309 part. 8. nat. deor. 1, 62 cum -e per se tum etiam falsum est. Sen. contr. 10, 1, 11 *iuxta* vana. Sen. nat. 6, 16, 2 epist. 20, 11. Qvint. inst. 4, 2, 82 quaedam a. turbā valent, diducta -iora sunt [*cf.* 5, 12, 5 singula -ia sunt et communia, universa vero nocent]. 5, 12, 14 ne a potentissimis ad -issima decrescat oratio. *al.*). fam. 3, 8, 1 refrigerato . . . -issimo sermone hominum provincialium (Sen. benef. 1, 4, 6 -i ac fabuloso s. et anilibus argumentis [*opp.* serio loquantur et magnis viribus agant]). *al.* Caes. Gall. 7, 42, 2 ut -em auditionem habeant pro re comperta. Brvt. et Cass. Cic. fam. 11, 2, 3 illud valde -e est ac nugatorium. Ov. ars 1, 571 blanditias . . . -es tenui perscribere vino. *al.*

(IV) *artes et studia* (*quatenus abhorrent ab occupationibus dignioribus, maxime sc. a philosophia vel re publica gerenda*): (A) *poesis artesque liberales*: Cic. Arch. 13 ex his studiis haec quoque crescit oratio et facultas, quae . . . numquam amicorum periculis defuit; quae si cui -ior videtur, illa quidem certe quae summa sunt, ex quo fonte hauriam, sentio. de orat. 1, 212 atque, ut iam ad -iora artium studia veniam, si musicus, si grammaticus, si poeta quaeratur ([*opp. 210* imperator, *211 rector rei publicae*, *212* iuris consultus]. Cato 50 quid in levioribus studiis, sed tamen acutis? quam gaudebat bello suo Punico Naevius *eqs.* [*opp. 49 studium* dimetiendi . . . caeli atque terrae]. Sen. dial. 11 [12], 20, 1 *animus* modo se -ioribus studiis oblectat, modo ad considerandam . . . naturam veri . . . insurgit). Brut. 3 si in -iorum artium studio memoriae proditum est poetas nobilis poetarum aequalium morte doluisse. fin. 1, 25 sed ut omittam . . . dolorem . . ., quem optimus quisque pro patria . . . suscipit, . . . ad ea, quae . . . videntur -iora, veniamus; quid . . . litterae, quid historiae cognitioque rerum, quid poetarum evolutio, quid . . . versuum memoria voluptatis affert? 2, 107 omitto dignitatem, honestatem . . ., haec -iora ponam: poema, orationem cum . . . scribis aut legis *eqs.* *al.* (B) *varia*: Cic. de orat. 1, 18 histrionum -is ars et scaena (*ad eandem spectant artem*: 1, 129 in artificio perquam tenui et -i. div. 1, 80 ut ad -iora veniamus). 2, 21 *in gymnasiis* discum audire quam philosophum malunt; . . . ita -issimam delectationem gravissimae . . . utilitati anteponunt. Nep. Epam. 1, 1 ne . . . ea, quae ipsis *lectoribus* -iora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur (*respicitur ars saltandi, cantandi sim. ut*: 2, 3 haec ad nostram consuetudinem sunt -ia et potius contemnenda; at in Graecia . . . magnae laudi erant). Amm. 21, 1, 7 (*de arte praenoscendi futura*) doctrinae genus haut -e. Veg. mil. 1, 4 neque . . . parva aut -is ars videatur armorum (*cf.* 3, 11 praemissis -ioribus artibus belli).

γ *instabiles, fugaces sim.*: Sen. Med. 221 (*v. p. 1209, 5 quae antecedunt*) cum -is magnas opes huc ferat et illuc casus (Anth. 415, 18 [*Senecae adiudicatum*] nil fixum et c. admonet *spes* esse -es). dial. 8, 1, 2 aliud ex alio placet vexatque nos . . ., quod iudicia nostra non tantum prava, sed etiam -ia sunt: fluctuamur *eqs.* (*cf.* epist. 102, 13 *de gloria* diversa dissimilium *hominum* iudicia sunt; difficiles adfectus, dubia omnia invenies, -ia, suspecta). epist. 47, 21 hoc habent . . . boni mores: placent sibi, permanent; -is est malitia, saepe mutatur. Stat. Theb. 1, 177 *Eteocles et Polynices* partiti versant populorum fata manuque fortunam fecere -em (*cf. 1, 140* iure maligno fortunam transire iubent. *de ipsa dea potius p. 1209, 2*).

2 *speciatim respiciuntur*: **a** *quae (qui) abhorrent a stilo vel argumento sublimiore sim.; pertinet ad*: α *comoediam, mimum sim.*: Ter. Phorm. 5 *Terentii* fabulas tenui esse oratione et scriptura -i, quia nusquam insanum scripsit adulescentulum cervam videre fugere *eqs.* (Don. *ad l.* 6, 1 quia in comoedia prodigia facta ⟨non⟩ sunt nec tragoedias concitavimus). Hor. ars 231 effutire -is indigna tragoedia versus. Ov. fast. 5, 347 scena -is decet hanc *Floram*; non est . . . illa coturnatas inter habenda deas. Pont. 4, 16, 30 Musa . . . Turrani tragicis innixa cothurnis, et tua cum socco Musa, Melisse, -i[s]. Tac. ann. 4, 14, 3 (*de Atellanis*) Oscum quondam ludicrum, -issimae apud vulgum oblectationis. β *carmina maxime ludicra, amatoria* (*opponitur carmen epicum passim*, nenia *l. 9*): Cic. fin. 1, 7 sunt illius *Lucilii* scripta -iora, ut urbanitas summa appareat, doctrina mediocris. Verg. georg. 4, 3 admiranda tibi -ium spectacula rerum: . . . *apium* mores . . . dicam. Hor. carm. 1, 6, 20 quis . . . digne scripserit . . . Tydiden superis parem? nos convivia, nos proelia virginum . . . cantamus . . . non praeter solitum -es. 2, 1, 40 ne relictis, Musa procax, iocis Ceae retractes munera neniae, . . . quaere modos -iore plectro (Sen. Tro. 321 *Achilles* inter caedes . . . -i . . . verberans p. chelyn). Prop. 2, 12, 22 haec mea Musa -is gloria magna tua (*sc. Amoris*) est (Merob. carm. 4, 16 *Aetii* coniunx non -bus canenda Musis, heroum suboles). Ov. am. 1, 1, 19 (*1* arma gravi numero . . . parabam edere) materia . . . numeris -ioribus apta (trist. 2, 331 forsan . . . n. -ioribus aptus sim satis in parvos sufficiamque modos; at si me iubeas . . . Gigantes dicere, conantem debilitabit onus). 2, 1, 21 (*11* ausus eram . . . caelestia dicere bella) blanditias elegosque -is . . . resumpsi (Pont. 4, 5, 1 Mart. 12, 94, 8). 3, 1, 41 non ego contulerim sublimia carmina nostris . . .; sum -is et mecum -is est mea cura, Cupido: non sum materia fortior ipsa mea (*de Elegia ut* rem. 380). met. 10, 152 cecini plectro graviore Gigantas . . .; nunc opus est -iore lyra puerosque canamus *eqs.* (Sen. Ag. 334 nil acre . . . magnumque modis intonet *chelys* altis, sed quale soles, *Phoebe*, -iore l. flectere carmen simplex). 11, 154 Pan . . . dum teneris iactat sua carmina nymphis et -e . . . modulatur . . . carmen (Calp. ecl. 2, 31 *Silvanus* dixit mihi non -e c. Mart. 7, 8, 9 fas audire iocos -ioraque carmina, Caesar. Tac. ann. 16, 19, 2 *Petronius moriens* audiebat . . . referentes nihil de immortalitate animae et sapientium placitis, sed -ia carmina et faciles versus). trist. 2, 339 ad -e rursus opus, iuvenalia carmina, veni (2, 436 -e Cornufici . . . o.). Phaedr. 4, 2, 1 -i (-e *trad.*), dum nil habemus maius, calamo ludimus. Colvm. 10, 225 (*217* ista *sc. naturae secreta* canit maiore deo quem Delphica laurus impulit) me mea Calliope cura -iore vagantem iam revocat. Stat. silv. 2 praef. 16 in arborem . . . et psittacum scis a me -es libellos quasi epigrammatis loco scriptos; eandem exigebat stili facilitatem leo mansuetus *eqs.* Mart. 4, 29, 8 -is . . . Marsus. Plin. epist. 9, 10, 2 in via . . . nonnulla -iora statimque delenda . . . extendi. Prvd. cath. 3, 26 *laudem dei canens* sperne, Camena, -es hederas, cingere tempora quis solita es *eqs.* Boeth. cons. 2, 1, 8 W. adsit . . . rhetoricae suadela dulcedinis . . . cumque hac musica . . . nunc -iores nunc graviores modo succinat.

γ *orationes scriptaque varia* (*de fide scriptorum v. p. 1208, 77. 79; ceterum cf. p. 1211, 6 sqq.*): Cic. de orat. 2, 218 -e nomen habet utraque res *sc. cavillatio et dicacitas*! quippe -e enim est totum hoc risum movere; verum tamen . . . multum . . . facetiis profici vidi *in orationibus* (*cf.* 2, 274 genus hoc *iocorum* -ius et . . . mimicum [Qvint. inst. 6, 3, 8 res -is et quae a scurris, mimis . . . saepe moveatur]. 2, 290 non . . . vereor, ne quis me in isto genere *iocandi* -iorem iam putet, quoniam . . . Catones, Lepidos protulisti). Brut. 207 Cottam . . . miror, summum ipsum oratorem minimeque ineptum, Aelianas -is oratiunculas voluisse existimare suas. orat. 170 si inanibus verbis -busque sententiis *numerum adhibent*, iure *vituperantur* (nat. deor. 1, 59 distincte, graviter, ornate *dixisse Zenonem*; *ut nunc Velleium*; sed *moleste ferebam* . . ., tantum ingenium . . . in tam -es, ne dicam in tam ineptas sententias incidisse. Sen. contr. 1, 6, 12 Glyconis *rhetoris* valde -is et [ut *coniecit H. J. Müller*] Graeca s. est [*opp.* tolerabilem dixit illam rem, cum *eqs.*]. Qvint. inst. 8, 5, 30 -es, frigidas, ineptas). orat. 191 Ephorus . . ., -is ipse orator, sed (et *var. l.*) profectus ex optima disciplina. fam. 2, 11, 1 (*ad M. Caelium Rufum*) putaresne umquam accidere posse, ut mihi verba deessent, neque solum ista vestra oratoria, sed haec etiam -ia nostratia? Nep. praef. 1 fore plerosque . . ., qui hoc genus scripturae -e et non satis dignum summorum virorum personis iudicent (*cf.* Att. 13, 6 nec praeteribo, quamquam nonnullis -e visum iri putem, . . . non amplius quam terna milia . . . eum expensum sumptui ferre solitum). Sen. contr. 1, 1, 25 Euctemon, -is declamator, sed dulcis (*cf.* Qvint. inst. 10, 1, 124 -is quidem, sed non iniucundus tamen auctor est Catius). Sen. epist. 46, 1 *liber* -is mihi visus est, cum esset nec mei nec tui corporis, qui primo aspectu aut Titi Livii aut Epicuri posset videri. Petron. 2, 2 -bus . . . atque inanibus sonis ludibria quaedam excitando effecistis, ut corpus orationis enervaretur. Plin. nat. praef. 12 quod -ioris operae hos tibi dedicavi libellos; nam nec ingenii sunt capaces . . . neque admittunt excessus aut orationes *eqs.* Qvint. inst. 9, 3, 72 illa *paronomasiae exempla* -iora (*opp.* melius atque acrius; pessimum). 9, 3, 74 *paria et contraria*, rem alioqui -em sententiarum pondere implevit *Cicero*. 9, 4, 92 *pedes* acres quae ex brevibus *syllabis* ad longas insurgunt, -iores quae a longis in breves descendunt. Tac. dial. 35, 4 suasoriae . . . tamquam plane -iores et minus prudentiae exigentes pueris delegantur, controversiae robustioribus assignantur. Svet. rhet. 26, 2 M. Caelius (or. frg. 24 M.) . . . rhetorem . . . deridens ut inflatum ac -em et sordidum (*nisi potius ad mores illius referendum*). Gell. 12, 2, 1 quod . . . *Senecae* sententiae aut inepto inanique impetu sint aut -i et causidicali (quasi dicaci *trad.*) argutia.

b *crimina, scelera, iniuriae sim.* (*sc. quae sunt contemnenda, vel minus nocent, reum minus onerant*): Ter. Hec. 310 pueri inter sese quam pro -bus noxiis iras gerunt (*cf.* Amm. 30, 8, 13 ut noxas vel -es acerbius vindicarent). 568 hoc quod -iust (*sc. me filiam a genero abducere*

[*Koster*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

velle). CIC. inv. 2, 80 peccatum (S. Rosc. 62 in minimis noxiis et in his -ioribus peccatis. Verr. II 1, 69 parad. 26 TERT. paenit. 3, 4. AVG. serm. 278, 12, 12 p. -ia et minuta ..., quae quidem videntur minora, sed multitudine premunt. *al.*). Verr. II 1, 86 magnum hoc ... crimen est libidinis ...; accipite nunc avaritiae ... non -ius (OV. trist. 2, 472 SEN. contr. 10, 3, 3. SEN. benef. 1, 10, 4 *opp.* maximum. SIL. 13, 867 PAPIN. dig. 50, 2, 5. TERT. idol. 23 p. 56, 27 nec potes -iore crimine maius excludere. CYPR. zel. 1 -e ... et modicum. *al.*). 1, 119 iniuriae (SEN. dial. 4, 14, 4 qui -em i. ... ferre noluerant, gravissimis malis obruti sunt. 4, 32, 3. 11 [12], 2, 3. PAVL. sent. 5, 4, 22 *opp.* atrocem. *al.*). Cluent. 91 his de causis ... condemnatus est ... -issimis et infirmissimis (CAES. Gall. 7, 4, 10 -iore de causa [*opp.* maiore commisso delicto]. PROP. 2, 9, 36 sive ea *i. eius irae* causa gravis, sive ea c. -is. LIV. 5, 4, 12 [*ironice*] quia -is causa belli est ...: septiens rebellarunt *eqs.* VAL. MAX. 8, 1 damn. 5. SEN. clem. 1, 16, 3. *al.*). Mur. 62 delictum (SIL. 13, 844 TAC. Germ. 12, 2. ann. 11, 18, 3 *opp.* magnis delictis. MEN. dig. 49, 16, 4, 14 -ius ... d. emansionis habetur ..., desertionis gravius. *al.*). fam. 3, 10, 8 id eligere ad perfidiam, quod ad indicandum odium apertissimum sit, ad nocendum -issimum. *al.* MET. NEP. Cic. fam. 5, 3, 1 hominis importunissimi contumeliae ..., ut sunt -es ab eius modi homine, a me despiciuntur (SEN. dial. 2, 5, 1 illa *sc. iniuria* naturā gravior est, haec *sc. c.* -ior et tantum delicatis gravis. HIL. AREL. vita Honorat. 18 l. 20 aut -em aut nullam. CAES. AREL. serm. 219, 3 p. 825, 29). HOR. sat. 1, 4, 53 (*49* quod meretrice ... insanus amicā ... uxorem ... recuset *eqs.*) numquid ... istis audiret -iora. OV. epist. 7, 8 famam ... cum male perdiderim, perdere verba -e est. VAL. MAX. 9, 11, 7 scelus (SEN. Med. 906 quam -ia fuerint quamque vulgaris notae quae commodavi scelera. Phoen. 338 scelere defungi haut -i, haut usitato). *al.*

c *certamina, contentiones sim.* (*sc. maxime non vehementia, non acria, hic illic etiam contemnenda; tolerabilia l. 45*): **α** *bellica*: CATO or. frg. 1, 13 (35 M.) proeliis -bus (lenibus *cod. Frontonis* p. 128, 8 v. d. H. = p. 129 N., *sed* lev- *ipse Fronto paulo ante laudans Catonem*) spectabam, cuiusmodi quisque esset *miles* (CAES. Gall. 7, 36, 1. 7, 53, 2. SALL. Iug. 87, 1 proelia multa, ceterum -ia. LIV. 4, 27, 5. 22, 9, 4 proelio ... magis ad eventum secundo quam -i aut facili adfectus. 33, 22, 7 *iuxta* vix digna dictu. 34, 37, 7 *opp.* iusta pugna [*cf.* 39, 2, 8 iusto proelio]. *et saepius*). LIV. 1, 10, 4 certamine (7, 32, 5 temptandi hostis causa. 22, 12, 10 parva momenta -ium c. 23, 40, 9 per procursationes -ia c. vario eventu inita; postremo descensum in aciem. 32, 18, 8 -bus sine effectu c. *et saepius*. AMM. 27, 5, 6). 4, 49, 5 ne memorabili quidem bello per ... -em ... unam pugnam ... fines amisere (22, 20, 3 quod una -i pugna toto ... mari potiti erant. 22, 50, 2 haec est p. ⟨Cannensis⟩, Alliensi cladi nobilitate par, ceterum ut illis, quae post pugnam accidere, -ior ..., sic strage exercitus gravior foediorque. FEST. p. 242. LVCAN. 8, 380 p. -is bellumque fugax). 37, 16, 9 dum ... -bus excursionibus lacessebatur magis quam conserebatur pugna. 42, 52, 2 -bus bellis ..., quae exercerent magis quam fatigarent (VEG. mil. 3, 1). CVRT. 4, 1, 40 -iora inter illos fuere discrimina unum certamen, ex quo cetera pendebant, intuente fortuna (SIL. 1, 636). *al.* **β** *varia*: FEST. p. 178 de cuius *equi* capite non -is (magna *Paul.*) contentio solebat esse (SVET. Claud. 15, 2 inter advocatos). SEN. Ag. 192 accingere, anime: bella non -ia apparas. OPTAT. 5, 3 p. 123, 1 de sacramento non -e certamen innatum est. NOVELL. Valent. 17, 3 ne -is ... inter ecclesias turba nascatur.

d *affectiones*: **α** *animi*: Ⓘ *variae* (*sc. in primis non vehementes, hic illic etiam fugaces vel viles vel non onerosae*): CIC. de orat. 1, 220 permediocres ac potius -es motus *animi* (SEN. dial. 3, 16, 7 tenuemque). nat. deor. 1, 113 has -ioris ducis voluptates, quibus quasi titillatio ... adhibetur sensibus (SEN. epist. 18, 10 voluptas ... non illa -is et fugax ..., sed stabilis et certa. STAT. silv. 1, 6, 52 hos inter ... luxus *epularum* spectandi -is effugit voluptas). HOR. carm. 1, 14, 18 *navis* nuper sollicitum quae mihi taedium, nunc desiderium curaque non -is (CIRIS 227 nec -is hoc *i. pallorem talem* faceret ... cura. SEN. Phaedr. 607 *opp.* ingentes. CVRT. 9, 8, 25 QVINT. inst. 11, 3, 139. APVL. met. 11, 29, 2 nec -i c. sollicitus, sed oppido suspensus animi). epist. 1, 5, 8 mitte -is spes et certamina divitiarum (OV. Pont. 1, 2, 64 spes ... -is magno victa timore cadit). 2, 1, 118 -is haec insania *scribendi*. OV. met. 1, 655 tu, *Io*, non inventa repertā luctus eras -ior (SIL. 14, 614 CLAVD. 28, 313). Pont. 1, 10, 20 si quis ne mihi sit -ior Caesaris ira timet (GERM. 656. SEN. dial. 4, 19, 4 puerorum feminarumque irae acres magis quam graves sunt -ioresque, dum incipiunt. CASSIOD. var. 2, 30, 1). SEN. epist. 35, 3 gaudium ... -e et evanidum (GELL. 9, 9, 15 quod Homerica quidem *Λητώ* [*φ 106*] gaudium gaudeat genuinum et intimum ..., ipse autem *Vergilius Aen. 1, 502* imitari hoc volens gaudia fecerit pigra et -ia et cunctantia). *al.* Ⓘⓘ *amor sim.* (*scil. non tristis, non serius; sed fugacitas respicitur fortasse* OV. *l. 80*): TIB. 1, 1, 73 (*69* interea, dum fata sinunt, iungamus amores:) nunc -is est tractanda Venus, dum frangere postes non pudet *eqs.* 1, 7, 44 non tibi sunt tristes curae ..., Osiri, sed ... -is aptus amor (OV. epist. 3, 42 quo -is a nobis tam cito fugit a. fast. 4, 100 nec coeant pecus, si -is absit a. *cf. p. 1209, 9*). VAL. FL. 6, 472 (*inter proprietates cinguli Veneris*) -is et festina cupido.

β *corporis* (*sc. morbi, vulnera sim.*): CIC. rep. 1, 63 in morbo -i (*postea*: ingravescente m. NEP. Att. 22, 3 febris decessit -iorque morbus esse coepit. MANIL. 4, 73 -is perimit m. graviorque remittit. CELS. 2, 1, 4 -iores sunt ⟨et⟩ promptius finiuntur [*Hippocr. aphor. 3, 8* εὐκρινέες]. *al.*). fin. 1, 40 quod ... dolor in longinquitate -is, in gravitate brevis soleat esse ([*sec. Epicuri sent. 4 ut*: 2, 22. 94 *bis*. 95 SEN. epist. 24, 14]. SEN. epist. 78, 13). Att. 7, 2, 2 alteram quartanam ... decessisse et alteram -iorem accedere (10, 9, 3). HOR. epist. 2, 2, 150 si volnus tibi ... non fieret -ius (OV. met. 3, 87 -e v. erat, quia se retrahebat ab ictu *serpens*. 8, 346 Pont. 1, 7, 50. SEN. contr. 7, 5, 9 destricta -i v. est cutis [VAL. MAX. 6, 8, 2 perstrictum]. CELS. 5, 27, 1[A] *opp.* vehemens. *al.*). LIV. 22, 8, 3 ut in adfecto corpore quamvis -is causa magis quam ⟨in⟩ valido gravior sentiretur (CELS. 2, 7, 6. 2, 14, 6. STAT. silv. 5, 3, 258). GRATT. 364 si ... -is est in vulnere noxa. CELS. 1 prooem. 53 adversa valetudo ... vehemens esse soleat an -is. 2, 7, 35 si febris ... interdiu -ior est, noctu increscit (3, 5, 4. 3, 20, 3 temporibus, quibus f. -issima est. PLIN. nat. 23, 92. 26, 115 IVLIAN. dig. 42, 1, 60 SER. SAMM. 895 AMM. 21, 15, 2). 2, 6, 9 *signa* -iora graviorave (*antea*: mitiora peiorave. *cf.* 3, 2, 6 indicia). 3, 5, 4 graviorem accessionem -ior nox sequitur; quo fit ut graviorem accessionem nox quoque tristior antecedat. *al.*

e *poenae sim.*: CIC. part. 122 si iudici poena -ior quam facti praemium, aut si facinoris voluptas maior quam damnationis dolor (fam. 5, 18, 1 OV. met. 10, 698. trist. 1, 1, 30 sit mea lenito Caesare p. -is. LIV. 3, 56, 7. 29, 21, 6. 42, 41, 14 SEN. contr. 2, 5, 11. SEN. dial. 3, 6, 3 -es, revocabiles [*opp.* ultima supplicia]. *et saepius*). Att. 11, 18, 1 supplicium (SEN. dial. 5, 43, 4 sive de ultimis suppliciis cogitas sive de -ioribus. QVINT. decl. 348 p. 370, 24 SVET. Tib. 61, 5. TERT. anim. 33, 10 -iora post mortem supplicia vel praemia. GALLICAN. Avid. 5, 3). SALL. Catil. 51, 24 (*oratio Caesaris*) quia -ius est *verberari quam necari*. HOR. carm. 3, 27, 37 -is una mors est virginum culpae (SEN. Herc. O. 866 -is u. m. est; -is? at extendi potest). LIV. 24, 16, 13 hanc multam ... feretis, si reputabitis nulla ignaviae nota -iore vos designari potuisse. SEN. Med. 901 vindicta. SVET. Aug. 51, 1 -i exilio punire. *al.*

f *impensae vel damna*: **α** *impenditur opera, tempus sim., amittuntur varia*: VARRO ling. 6, 16 huius rei (*vini*) cura non -is in Latio (VERG. georg. 3, 305 OV. ars 2, 121 SEN. epist. 95, 29 COLVM. 7, 8, 6. *al.*). OV. met. 14, 197 (*verba Polyphemi*) si quis referat mihi casus Vlixem ..., quam nullum aut -e sit damnum mihi lucis ademptae (LIV. perioch. 92 FLOR. epit. 2, 2, 11 APVL. met. 6, 19, 2. *al.*). LIV. 22, 8, 2 -em ex comparatione priorum ducere recentem equitum iacturam (PHAEDR. app. 8 [10], 24 *hosti opponendum esse cinaedum*, in quo i. -is est. AMM. 17, 13, 27. *al.*). SEN. dial. 9, 16, 4 *Hercules, Regulus, Cato* -i temporis impensa invenerunt, quomodo aeterni fierent. 9, 17, 7 in postmeridianas horas aliquid -ioris operae distulerunt (epist. 76, 6 pecunia veniet ultro ..., virtus in te non incidet; ne -i quidem o. aut parvo labore cognoscitur. 90, 18 *cibi vestes sim.* obvia erant et gratuita et o. -i parabilia. COLVM. 11, 3, 53). *al.* **β** *impenditur pecunia*: OV. ars 2, 255 servo, -is est impensa, ... porrige ... munera parva (COD. Theod. 6, 4, 21, 4). 3, 171 *non purpuram emendam esse*, cum tot prodierint pretio -iore colores (SEN. benef. 6, 15, 7 -i p. fultura *aedificii* conducitur. SVET. Aug. 41, 2 saepe -issimo, interdum nullo p. APVL. met. 7, 9, 5. HIER. epist. 64, 2, 4 moderatum et -e. COD. Theod. 14, 15, 1). SEN. epist. 19, 11 (*in imag. de beneficiis*) -e aes alienum debitorem facit, grave inimicum. PETRON. 14, 4 minoris pallium addicere placuit et pretium maioris compendii -iorem facere iacturam. IVV. 7, 77 constat -iori belua sumptu *quam poeta* (SCHOL.: leo levius pascitur). PLIN. epist. 10, 54, 2 quod ... minus acerbum erit -iore usura constituta ([*resp. Traian. l. c. 10, 55* ut quantitas usurarum minuatur]. SVET. Aug. 39 quod pecunias -ioribus usuris mutuati graviore faenore collocassent. GAIVS dig. 13, 4, 3 *opp.* gravibus. *al.*). SVET. Iul. 27, 1 omnibus ... gratuito aut -i faenore obstrictis. AVSON. 393, 17 p. 245 P. mercatūsne agitas -iore nomismate captans, insanis quod mox pretiis gravis auctio vendat.

CAPVT ALTERVM: *-ia dicuntur quae onere alieno plus minusve carent, expedita, nuda sunt* (GLOSS. -bus: non onustis. '-e facere, efficere' *fere pro* levare AMM. 22, 15, 23 RVFIN. Orig. in num. 5, 3 p. 30, 17. ORIBAS. *l. 79. al.*): **I** *indicatur onus*: **A** *quo quis liberatur*: **1** *abl.* (*cf. p. 1209, 35*): PLAVT. Capt. 1025 compedibus quaeso ut tibi sit -ior filius atque huic gravior servos (*postea*: ut istas compedis tibi adimam). SIL. 12, 563 Nomadum (Numi- *var. l.*) ... iubet prorumpere turmas; inde -is frenis circum ... fertur ... moenia (*cf. p. 1215, 6 et 1, 215* exsultant Numidae [*var. l.* Nomades], gens inscia freni). GRAMM. VI 273, 25 (*verba Diogenis*) hoc *poculo* ego -ior esse iam possum. **2** *gen.*: SIL. 2, 102 *Mopsus* opum -ior venatu extendere vitam abnuit. PAVL. NOL. epist. 49, 11 saecularium sarcinarum -es et ... veteris hominis veste nudatos. **3** *praep.*: TERT. apol. 6, 6 in feminis prae auro nullum -e est membrum (atque immune *addit* ISID. orig. 19, 32, 4). RVFIN. Orig. in num. 5, 3 p. 30, 17 qui penitus purgati et -es effecti sunt a delictis (ORIBAS. syn. 6, 2 La ab omni -is fit accidentia [*gr.* ἀπαλλάττοιτο, *Ab* liber invenitur]. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 256[B] virginem ... facere a cupiditatis onere ... -iorem [*gr. p. 23, 9 B.* εἰς κουφισμόν, *II 13 p. 367*[A] ad relevationem avaritiae]).

B *quo quis instruitur* (*sc. ita ut non gravetur*): **1** *armis sim.*: VERG. Aen. 9, 548 *Helenor*, ense -is nudo parmaque inglorius alba

[*Koster*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(SERV. auct.: ⟨-is⟩ armaturae est. *item c. abl.*: LIV. 21, 21, 11 iaculatorum -ium armis. TAC. Germ. 6, 1 pedites ... nudi aut sagulo -es). LVCAN. 1, 423 longis ... -es Suessones in armis (*cf. l. 11*). 2 *variis*: OV. met. 2, 150 -em iuvenali corpore *Phaethontis* currum *Solis*. fast. 2, 457 -is obliqua subsedit Aquarius urna *sc. ex qua aqua effusa est* (*cf. Manil. 4, 259* inflexa fontem qui proicit urna). SIL. 2, 64 nullā ... -is Gaetulus habenā.

II *non indicatur onus*: A *fere technice*: 1 *in re militari respiciuntur copiae armis levioribus instructae* (*saepe de barbaris et auxiliariis. sublucet hic illic color secundarius velocitatis*): a *vario usu*: ENN. ann. 506 -es ... secuntur in hastis (*cf.* LIV. 8, 8, 5 manipulus -es vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat; -es autem qui hastam tantum gaesaque gererent vocabantur). VARRO Men. 21 quem secuntur cum rutundis velites -es parmis (PANEG. 2, 35, 3). VERG. georg. 4, 314 Parthi (SERV. auct.: -es nunc ad armaturam. *de iisdem* SEN. Med. 711. *cf.* VAL. FL. 6, 697 -is infesto procurrit in agmina curru *Myraces Parthus*). Aen. 11, 512 equitum -ia ... arma praemisit (LIV. 22, 47, 1 pugna -bus primum armis commissa; deinde ... laevum cornu cum dextro Romano concurrit. 43, 18, 4 cum ... duobus milibus -ium arm[at]orum et quingentis equitibus. SIL. 5, 30 EPIST. Alex. l. 116 H. AMM. 19, 3, 1. *cf. p. 1202, 34*). 11, 868 -is ala Camillae (SERV. auct.: -is armatura scilicet. *in imagine*: PRVD. psych. 349). LIV. 22, 18, 3 *cohors* -ior cum velocitate corporum tum armorum habitu ... hostem gravem armis ... elusit (TAC. ann. 1, 51, 3 turbabantur ... densis Germanorum catervis -es cohortes. 2, 52, 4. 4, 73, 2. *cf.* 3, 39, 1 alarios equites ac -is cohortium mittit in eos [*distinguitur* robur peditum]). *al.* *indicatur finis*: NEP. Iph. 1, 4 peltam pro parma fecit ..., ut ad motus concursusque essent -iores *pedites* (*syn.* expeditiores milites reddidit. AMM. 24, 2, 8 ad cursum. 31, 2, 8 ad pernicitatem). SIL. 4, 549 instat Hiber -is et -ior discurrere Maurus (*accedit inf. ut*: 10, 604 muros haud fregerit umquam, exultare -is nudato corpore Maurus). b -is armatura (*legitur inde a* CAESARE *eumque continuantibus scriptoribus et* CIC. Brut., *plur. non nisi* BELL. Afr. 59, 3 AMM. 14, 6, 17 OROS. hist. 6, 15, 23): *v. vol. II 605, 38 sqq.*

2 *in serm. gramm. vertitur gr.* ψιλός, *sc. aspiratione carens* (*cf. e. g. Explan. in Don. gramm. IV 526, 3* [*Varro frg. 278 F.*] omnes voces aut aspirando facimus pinguiores, aut sine aspiratu pronuntiando tenuiores. *ceterum v.* leviter, 2. levigatio *necnon* 2. lenis, *quocum confunditur in codd.* PRISC. gramm. II 51, 24 GRAMM. VI 274, 23): PRISC. gramm. II 20, 14 inter c sine aspiratione et cum aspiratione est g ...; sunt ... tres ... mediae, quae nec penitus carent aspiratione nec eam plenam possident; ... in -bus exterior fit pulsus *palati*, in asperis interior, in mediis inter utrumque ... locum (lĕv- *intellegit Steinthal, Geschichte der Sprachwiss. II 198, sed ad* 2. lēvis *refert Sturtevant, Transactions ... of the Am. Phil. Ass. 48, 1917, 53*). 36, 1 dextram eius *H litterae* partem ... ponentes psiles notam habent, quam Remmius Palaemon exilem, Grillius vero ... -em nominat, sinistram autem contrariae aspirationis, quam Grillius flatilem vocat.

B *usu communi*: 1 *varia*: a *corp.* (*non de arboribus exonerandis* CATO *p. 1220, 77*,): MORET. 80 venales umero fasces portabat in urbem: inde domum cervice -is, gravis aere redibat. OV. epist. 5, 112 tu, *Paris*, -ior foliis ...; et minus est in te quam summa pondus arista, quae -is adsiduis solibus usta riget (*sc. sine granis ut*: fast. 4, 646 Ceres primis dominum fallebat in herbis et -is obsesso stabat avena solo [*cf. 1, 692* sterilis ... avena]). LIV. 2, 65, 3 fixis in terram pilis, quo -iores ardua *loca* evaderent, cursu subeunt *milites* (*cf.* SIL. 13, 227 *Calenus* nudus in aequor thorace exierat -iorque premebat anhelos pondere loricae. 13, 245 proiectis ocius armis, quo -ior peteret muros). SEN. Ag. 854 arbor ... fugit ... in auras -iore ramo *sc. pomis decerptis*. Phaedr. 1018 fluctus haud cursu -i provolvitur: nescio quid onerato sinu gravis unda portat. STAT. Theb. 9, 854 sensit ... exhaustas umero -iore pharetras. TAC. hist. 4, 60, 2 dat custodes, qui ... sarcinas retentarent et qui ipsos -es abeuntes *milites* prosequerentur. MIN. FEL. 36, 6 ut qui viam terit, eo felicior quo -ior incedit, ita beatior ... qui ... non sub divitiarum onere suspirat. AVSON. 401, 33 p. 234 P. minus in sumptum δαπάνας -is arca ministrat ('*loculi inanes*' *Souchay*). AMM. 22, 15, 23 ut ... cruor egestus sagina distentum *hippopotamum* faciat -em (*sim. Sol. 32, 31* ut ... levetur. *Plin. nat. 8, 96* exonerat. *cf.* PS. APVL. herb. app. 44 l. 2 ut sanguis de naribus currat et caput -iorem faciat [*sim.* l. 4]. ORIBAS. syn. 9, 26, 3 La p. 330 evacuantis ... sanguinem sublevantur et -es efficiuntur [*gr.* ὑποκουφίζονται *tantum*, *Aa* leviantur]). PAVL. NOL. carm. 19, 436 *fur deprehensus* peccato mansit gravis et -is aere (*438* spolio furti non crimine nudus). b *incorp.* (*huc forte* VARRO Men. 427 *Promethei* -is mens umquam somnurnas imagines affatur, *si 'praecessit tale* non requie mali' [*Buecheler*]; *aliter Bolisani*): SEN. Phaedr. 127 nulla Minois -i defuncta amore est, iungitur semper nefas (*cf. p. 1213, 76*). Oed. 1056 (*1052* quicumque ... morbo graves semianima trahitis pectora ... relevate colla) quisquis exilem iacens animam retentat, vividos haustus -is (-es *Etruscus*) concipiat. LVCAN. 9, 938 -ior Romana iuventus auxilio *Psyllorum*. AVR. Fronto p. 75, 5 v. d. H. (p. 79 N.) mater iam -ior est (*antea*: costam inflixit. *item de aegrotis sim.*: GREG. TVR. Iul. 17 p. 572, 16 [*572, 4* tanta vi caloris obprimitur] innuens ... indicat se esse -iorem. RVF. podagr. 27 p. 32 cum se -iorem sensisset *arthriticus*). CASSIOD. Ios. antiq. 2, 38

sedebat ... tristitia gravissimus, ut neque a filiis consolationem sumens -ior fieret neque *eqs.* CORIPP. Ioh. 3, 333 resonant securis carmina terris dulcia voxque -is; ... mulcebant ergo Camenae et variis hominum relevabant pectora musis.

2 *naves, currus, equus onere vehendo vacua* (*exempla certiora; cf. p. 1202, 49*): ARRVNT. hist. 6 sexaginta onerarias -es praeter militem. SEN. Phaedr. 1088 curru -i ... ruunt *equi Hippolyto excusso*. TAC. ann. 1, 70, 1 *legiones duas* itinere terrestri P. Vitellio ducendas tradit, quo -ior classis vadoso mari innaret. PLIN. paneg. 14, 3 -is (*i. sine equite*) hic *equus* ... subsequebatur. AVIEN. ora 369 eximere classi pondera -ique cymba sic superferri salo (*364* navigia onusta adire non valent locos). CIL VIII 24512 quid ratari(i)s transeuntes dare debeant: ... burdo -is cum burdonariu *nummos tot* (*opp.* burdo carricatus).

3 *anima, homines corpore sive divitiis, peccatis liberi* (*cf. comparationem p. 1215, 64*): SEN. dial. 6, 23, 1 antequam ... terrena conciperent, liberati *animi*, -iores ad originem suam revolant. 11 (12), 11, 6 terrena ... pondera, quae non potest amare sincerus animus ac naturae suae memor, -is ipse, ⌊expeditus⌋ et quandoque emissus fuerit, ad summa emicaturus (⌊⌋expers *trad., corr. sec.* nat. 1 praef. 11 si sordidum omne detersit et expeditus -isque ... emicuit). epist. 79, 12 cum vitia disiecerit purusque ac -is in cogitationes divinas emicuerit. IVVENC. 3, 523 difficile est terris adfixos divite gaza avelli caelique -es in regna venire (*cf.* HIER. epist. 58, 2, 1 expeditior et -ior scandis scalam Iacob. AVG. serm. 252, 3, 3 -bus humeris secuti sunt Christum. serm. coll. Morin p. 630, 30 pauper -is est humeris). CARM. de resurr. 91 ut primum posito membrorum pondere cedunt terrenisque -es resolutae nexibus ibunt *animae*.

neutr. pro subst.: 1 *exempla varia, sc. plur., v. supra e. g. p. 1201, 53. 64. 1209, 55. 72.* 2 *in locutionibus adverbialibus* (*sc. sing. praeter* THEOD. MOPS.): a *pendens e praep.*: TAC. hist. 2, 21, 2 dum atrociora metuebantur, in -i habitum, reddita securitate, tamquam nihil gravius pati potuissent, maerebant (ann. 3, 54, 4 quantulum istud est ..., quam ... in -i habendum! *cf.* PS. RVFIN. in Os. 1, 2/5 p. 966^{B} nec in -i ponere eorum querelas). CLAVD. DON. Aen. 7, 230 p. 37, 8 nec pro -i ducimus, quicquid ... praestiteris (COMM. instr. 2, 16, 13 tanta dei vox est, et tibi pro -i [prole *trad.*] videtur; observas mandatum hominis et dei devitas. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 49, 36 nam si hoc factum minime fuerit, absque dubio perimemur et ⌊pro -i⌋ ab illorum vesania consumemur [*deest gr. I 1, 5 p. 133, 8*]). b *acc. obi. int. fere pro adv.*: PRVD. perist. 7, 73 ut modo suspendor -e praenatans summo gurgite fluminis. CLAVD. 12, 13 calamis ... -e Mincius susurret. CYPR. GALL. gen. 1364 -e olentia tura. VEN. FORT. carm. 6, 5, 342 ut -e dormires. THEOD. MOPS. in I Tim. 6, 10 p. 181, 4 multos fuisse ex ipsa concupiscentia non -ia nocitos. *Koster.*

adv. ***leviter**, levius, levissimē. SYNON. Cic. p. 437, 26 otiose. tarde. sensim. ... lente. commode. -r. p. 441, 4 propere. ... festinanter. strictim. summatim. breviter. compe⟨n⟩dio. sensim. caute. -r. subtiliter. [*variat in codd. c.* leniter *passim, c.* breviter MART. 4, 42, 9 (*falso trad.* MANIL. 1, 481); -ius *falso pro* laevis MACER hist. 24.]

i. q. modo levi (*in figura q. d. litotes* CIC. Q. Rosc. 16. 27 SEN. dial. 5, 34, 1 PLIN. epist. 4, 9, 23 SVET. Claud. 15, 4 gramm. 9, 1 *al.; iuxta verba passim, iuxta adi. p. 1217, 1 sqq. et saepius; iuxta subst. agentis p. 1218, 50*).

I *pertinet ad actiones (vel status inde ortos) vi, gravitate carentes*: A *proprie et in imagine* (*respiciuntur non vehementia sim. vel non opprimentia*): 1 *generatim*: a *c. verbis*: CATO agr. 33, 4 pampinos teneros alligato -r (*cf.* COLVM. 8, 8, 12 obligant. PLIN. nat. 28, 42 colligati). CIC. Verr. II 4, 53 qui ... furta odore aut aliquo -r presso vestigio persequebantur (*in imag. ut* Sest. 13 vestigia non pressa -r ..., sed fixa). nat. deor. 1, 83 in quo *simulacro Vulcani* ... -r apparet claudicatio (*de eadem re* VAL. MAX. 8, 11 ext. 3 claudicationis sub veste -r vestigium repraesentans). CATVLL. 45, 10 -r caput reflectens (*cf.* STAT. Theb. 9, 520 -r ... oculos ... rettulit). 64, 312 dextera ... -r deducens fila *e colo*. LVCR. 6, 215 cum ventus eas *nubes* -r diducit. CAES. civ. 3, 92, 3 -ius ... casura pila sperabat in loco retentis militibus, quam si ipsi immissis telis occurrissent (OV. met. 9, 554 nec -ius, quam siquis Athon ... in apertum everterit aequor, praecipitata *arbor navis* cadit pariterque et pondere et ictu mergit in ima ratem). VARRO rust. 3, 16, 37 concutiendum. MORET. 86 -r digitis tellure refossa. PROP. 1, 20, 47 *Hylan* prolapsum -r facili traxere liquore *Dryades*. OV. met. 8, 667 ova ... non acri -r versata favilla (CELS. 7, 7, 14^{E} verti). LIV. 21, 28, 9 resolutis, quibus -r adnexa erat *navis*, vinculis (*cf.* CELS. 7, 18, 2 innexus). FEST. p. 357 ⟨ex cannabi inpolita⟩ et sparto -r tortae ⟨restes⟩. PAVL. FEST. p. 29 'adnictat' saepe et -r oculo adnuit. CELS. 3, 16, 1 aut ex toto quiescere ... aut ... -r ambulare (*cf.* PEREGR. Aeth. 25, 6 quoniam pro monazontes, qui pedibus vadent, necesse est -ius ire [len- *edd. haud necessario*]). 7, 7, 1^{B} incidere suspensa -r manu, ne vesica ipsa vulneretur (COLVM. 4, 1, 6. PLIN. nat. 16, 156 suspendunt). 8, 10, 1^{L} *membrum* -ius aqua calida fovere (*cf.* RVFIN. hist. mon. 9 p. 427^{C} calefieri. *syn.* aliquatenus). SEN. dial. 5, 22, 2 quam *pallam* ... -r commovit (nat. 5, 1, 1 *de mari*. COLVM. 5, 9, 9). *al.* *in votis quae fiunt defunctis*: SEN. Tro. 602 patria tellus Hectorem -r premat. CE 971, 10 te, lapis, optestor -r super ossa residas (1012, 5. 1471, 3. 1542, 9. *et saepius* [*plura exempla in adnot. ad* 1474]. *de terra*: CE 1047, 1. 1048, 1. 1121, 1 CIL VI 16325). 1192, 9 te, lapis, obtestor, -r super ossa quies-

[*Bk.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cas (1472, 1. 1539, 8. 2138, 1. *de terra*: CE 1470, 1). **b** *c. adi. vel part. pro adi.*: RHET. Her. 3, 14, 25 -r tremibunda voce cum parva significatione risus. LVCR. 6, 248 fulmina gignier e crassis ... nubibus ...; nam ... -r densis *non* mittuntur nubibus umquam. CELS. 4, 25, 1 descendunt ... pituitae ... similia, interdum etiam -r subcruenta. PLIN. nat. 11, 248 *elephanto sunt digiti* v, sed indivisi ac -r discreti. 22, 41 cauliculos ... -r rubentes (*cf. Diosc. 4, 85, 1 ὑπέρυθρα*). PS. APVL. herb. 72 l. 18 tyrso ... -r hirto (*interpol. e Diosc. 4, 103, 1 ὑπόδασυς*).

2 *speciatim*: **a** *status, situs a plano vel recto modice declinans* (*var. lect.* -r *pro* leniter *iure fortasse defendit Seel* CAES. Gall. 7, 19, 1 collis ... -r ... acclivis. 7, 83, 2 loco ... -r declivi): CIC. Arat. 42 inde Fides posita et -r convexa videtur (*sic edd. vulgo*, -r posita et *vel* p. -r et *trad.*). nat. deor. 2, 143 genae ... -r ... eminentes (LACT. opif. 10, 27 papillae ... -r e.). div. 1, 30 lituus ⌊id est incurvum et -r ... inflexum bacillum⌋ (*del. Lambinus aliique.* QVINT. inst. 11, 3, 142 digitis -r inflexis. SVET. Aug. 79, 2 capillum. *cf.* PLIN. epist. 9, 7, 4 illic recta gestatio ... extenditur, hic ... xysto -r inflectitur). VARRO rust. 2, 5, 7 ne gibberae *sint boves*, spina -r remissa (*Colum. 6, 1, 3* dorso ... subsidente). CELS. 2, 6, 1 aures ... imis partibus -r a[d]versae. 4, 1, 5 *iecur* prominens -r ventriculo insidet. 5, 26, 27[B] si ... -r intumuit *vulnus*. 7, 5, 3[B] -r ... extrema *lamminae* ... inclinata. SEN. nat. 3, 28, 5 illud *mare* aequale terris est ideoque, ut effluat, non magna mole se tollet, dum satis est illi, ut supra paria veniat, -r exsurgere (LACT. opif. 10, 5 [*e* CIC. nat. deor. 2, 143 *supra allato*] genarum ... tumor ... -r exsurgens [*var. lect. et Isid. diff. 2, 56* leniter]. ISID. diff. 2, 65 mammae *sunt* ... tumores pectoris -r exsurgentes [*e* LACT. opif. 10, 27 *supra laud.*]). CVRT. 8, 14, 29 gladios -r curvatos (COLVM. 4, 26, 3 *palmes* -r curvabitur). MART. 4, 42, 9 -r ... naribus uncis.

(II) *res*: Ⓐ *quolibet modo*: PROP. 4, 4, 20 vidit ... Tatium ... per flavas arma -are iubas (CVRT. 4, 9, 17 -tis super capita a. [8, 13, 12]). OV. met. 8, 647 furca -at illa *Baucis* bicorni sordida terga suis nigro pendentia tigno. LIV. 1, 34, 9 *aquilam* -asse ... superpositum capiti decus (*8* aufert. *cf.* SEN. Phoen. 472 tegumen ... capitis triste belligeri -a). 21, 58, 8 aqua -ta vento. 27, 28, 10 *cataractam* partim vectibus -ant partim funibus subducunt in tantum altitudinis *eqs.* VITR. 10, 2, 7 *funes* leniter -ant onera sine periculo. SEN. Tro. 180 hiatus Erebi ... tumulum -at. nat. 7, 7, 3 si aquilonis illos *cometas* impetus a terris in altum -ret (*item de siderum motu* PLIN. nat. 2, 69 *planetae* ignea vi -antur in sublime [*cf. 2, 71 radius solis* sustulerat in caelum *planetas*]. AVIEN. Arat. 852 Arcturum vertex -at arduus, umbrifer austri Aram cardo premit. CLAVD. 20, 240 pars Phrygiae ... solem quae condit, Ionas, quae -at, attingit Galatas). 7, 8, 1 vis venti circumeuntis quicquid intra se comprehendit, ... -at in altum. CVRT. 9, 9, 11 -tis navigiis *tumescente mari* (9, 9, 25 *aestus* aquis ... subeuntibus coepit -are n. *cf.* FRONTIN. strat. 1, 5, 6 -tae prorae super catenam *portus* processerunt). COLVM. 4, 19, 1 quatenus a terra -andum sit *iugum in vineis*. 11 argum. p. 66, 24 L. quam alte cantherius -andus sit (*sed* adlevandus *4 argum. 17 p. 64 H.*). ASCON. Mil. p. 34, 16 ille sine mora tunicam -arat (MART. 11, 70, 5. TERT. spect. 21 p. 22, 4 qui ... vix necessitate vesicae t. -et). VAL. FL. 6, 89 densi ... -ant vexilla Coralli (VVLG. Ier. 6, 1 super Bethaccharem -ate v.). 8, 352 *Medea* dirā ... -at maria ardua linguā. STAT. Ach. 1, 617 serta comis mitramque -at (*cf. 611* alte cinxit ... tempora vittis). *al.* FLOR. epit. 3, 3, 11 *hiems* altius Alpes -at (*hyperbolice ut 3, 10, 22* hieme creverant Alpes). PORPH. Hor. ars 154 donec aulaeum -etur (*cf.* COD. Theod. 13, 9, 6 = Iust. 11, 6, 5 pr. ut -to velo [*sc. secretarii, i. admisso populo*] istae causae cognoscantur). PS. PHILO antiq. 21, 8 -vit supra sacrarium sacrificia pacifica (*offerendo ut*: VVLG. lev. 8, 27 -verunt ea coram domino [*Lugd.* imposuit ea ablationem]. 14, 24 suscipiens agnum pro delicto et sextarium olei -bit simul [*Lugd.* imponet eam in possessionem ante dominum]. I par. 16, 29 -ate sacrificium [*loco gemino psalm. 95, 8* tollite hostias, HIER. psalt. sec. Hebr. -ate munera]). CIL XIV 4012 clivom ab imo -vi et clivom medium fregi et depressi. *al.* *respicitur gestus adgredientis, adversantis* (*cf. p. 1231, 82*): STAT. Theb. 6, 779 *Alcidamas pugil adversarium* circuit expugnans; -at ecce diuque minatur in latus ...; illum rigida arma caventem avocat (*supplendum videtur 'arma' i. caestum*). ITALA exod. 14, 16 (Aug. quaest. hept. 2, 53) virgam ([*Vulg.* eleva]. HEGES. 5, 16 p. 325, 5 adversum regem Aegyptiorum. *al.*). LVCIF. non parc. 11 p. 232, 22 arma contra dei -asti domum. VVLG. Ios. 8, 18 clypeum ... contra urbem. I par. 11, 11 hastam super trecentos vulneratos (*loco gemino II reg. 23, 18* elevavit h. ... contra). Is. 2, 4 non -bit gens contra gentem gladium (*Hier. in Mich. 4, 1 p. 1190B* sumet). Ⓑ *eximendo e puteo, vase sim.* (*maxime cibos vel potiones*): FIRM. math. 3, 9, 3 aquas ex altis puteis -antes (*eadem fere* 4, 13, 6 *et* 4, 14, 14. ITIN. Burdig. p. 594 excepturia, unde a. -atur. CAES. AREL. serm. 124, 3 ut a. -ret [*var. l.* adferret *sec. Vulg. III reg. 17, 11*] et ligna colligeret). CET. FAV. 22 p. 304 ut rutrum ex ea *tectorii specie* mundum -etur (*sim.* PALLAD. 1, 15, *sed Vitr. 7, 3, 6* uti ... purum ferrum e mortario liberetur). VEG. mil. 1, 24 quae de fossa -ta fuerit terra. mulom. 1, 19, 3 exinde quantum tribus digitis -are poteris (PS. THEOD. PRISC. add. 9 p. 344, 17. ex eo [*var. l.* apprehendere]. ANTIDOT. Brux. 39 ex his. *cf.* ORIBAS. syn. 3, 70 add. Aa p. 922 q. cum digitos semel -are potueris). VVLG. I reg. 2, 14 *puer* mittebat eam *fuscinulam* ... in caccabum et omne quod -bat fuscinula tollebat sacerdos sibi. II Esdr. 2, 1 -vi vinum et dedi regi (*nisi* vinum *pro poculo accipias*). DIOSC. 2, 66 p. 208, 10 *ceram* -as de caccabo (*gr. 2, 83, 1* ἀνελοῦ). APIC. 1, 18 in calidam ferventem merge et statim -a et suspende *mala granata*. *al.* *locutione concisa indicatur locus, ubi res -ta reponitur*: DIOSC. 5, 100 p. 205, 21 postea teres fortius et -as in busside et servas (*gr. 5, 78, 9* ἀνελοῦ ... εἰς πυξίδα). ORIBAS. eup. 4, 55 La teris cum aqua et -as in Attico vaso (*deest gr. 4, 54*). Ⓒ *acuendo* (*sc. syllabas; aliter l. 72*): AVDAX gramm. VII 357, 14 accentus quid est? certa lex et regula ad -andam syllabam vel premendam (*cf. 357, 18* ad acuendas syllabas gravandasque). 358, 3 acutus ... et circumflexus similes sunt; nam uterque -at syllabam. 358, 18 in latina lingua numquam posterior *syllaba* -atur; ... prior ... semper -anda est.

β *translate vel in imagine* (*huc vergunt l. 20 nec non 28 sqq.*): (I) *vario usu*: PROP. 3, 1, 9 quo *versu* me Fama -at terra sublimis (*praedicando ut*: ANTH. 414a, 1 -at altum fama Catonem. HIER. in Os. 1, 2 p. 823C cur Socratem ad caelum -ent [tract. in psalm. I p. 130, 4 versiculum. adv. Rufin. 1, 1 Originem laudibus]. VEN. FORT. carm. 4, 10, 6 quem ... fama sub astra -at). TERT. patient. 13 p. 20, 22 *patientia* spadonem ad regna caeli -at. ITALA II reg. 24, 12 (Rufin. Orig. in num. 16, 4 p. 141, 24) tria *mala* ego -bo super te, elige tibi unum ex his (*comminando sim. ut*: VVLG. IV reg. 9, 25 quod dominus onus hoc -verit super eum dicens *eqs. cf. l. 28 et p. 1231, 82*). DON. Ter. Andr. 327, 5 'dabo ... o(peram)' pronuntiatione -andum est (*de vi sententiae augenda*). VVLG. Ezech. 3, 14 spiritus ... -vit me et assumpsit me (*respicitur vaticinantis furor ut* 11, 24). DRAC. Romul. 3, 19 (*ad Felicianum praeceptorem*) tu mihi numen eris, si carmina nostra -aris ('*quasi recens genitum*' *Vollmer, cf. p. 1233, 53*). *al.* *ad effectum quendam* (*sc. incitando sim.*): ITIN. Alex. 13 quae res Macedones ... tantum in belli ardorem ... -at, ut *eqs.* (GREG. M. moral. 11, 60 *iniquitas nos* in vanam elationem -vit). PETR. CHRYS. serm. 1 p. 184A quaeramus, quae res filium rapuit hos ad ausus, ad petitionem tantam fiducia quae -rit.

(II) *opibus, fortuna, dignitate sim. augendo*: Ⓐ *in universum*: SEN. Ag. 102 quidquid in altum Fortuna tulit, ruitura -at (*cf.* Tro. 260 quo ... Fortuna altius evexit ac -vit humanas opes, hoc se magis supprimere felicem decet). Tro. 696 quo ... te celsum altius

[Koster]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

superi -arunt, mitius lapsos preme. Stat. Theb. 3, 374 nec me adeo res dextra -vit. Firm. math. 3, 12, 16 ipsos altius -ari vel magnificari facient *astra*. Ps. Philo antiq. 38, 4 -vi te de terra et posui te ducem super populos. Claud. 1, 39 numquam . . . -antibus alte intumuit rebus. 8, 174 cum solita miles te *Honorium* voce -asset (*item fiunt imperatores*: Consul. Constant. chron. I p. 229, 275 -tus est . . . Tacitus. 231, 306. 308 Fast. Vind. I chron. I p. 297, 503. *al.*). *al.* Ⓑ *accedit* ad, in: Ambr. obit. Theod. 42 *Helenam* Christus de stercore -vit ad regnum, secundum quod scriptum est: . . . de stercore erigit pauperem (*psalm. 112, 7*). Addit. Prosp. chron. I p. 490, 30 -atur in imperium Avitus. Iord. Get. 309 sibi ductorem suum Vitiges . . . in rege (*var. l.* regem) -andum (in *c. abl. ut*: 310 in regno [Rom. 296]. Rom. 287 in imperio). Ⓒ *nom. vel acc. dupl.*: Aug. c. Emer. 9 p. 191, 19 qui affuerunt ordinationi Maximiani, quando contra episcopum suum illicite est -tus episcopus (*passive ut*: serm. 168, 6, 6 *Saulus* elisus persecutor, -tus praedicator. Fast. Vind. I chron. I p. 297, 497 Theodosius -tus est imp(erator) [*Exc. barb. p. 297, 316* elevatus est in imperio]. Chron. Gall. chron. I p. 664, 636 -tus est Severus . . . imperator simul et consul. *et saepius in chronicis*. Euseb. Emes. serm. 5, 11 p. 134, 17 filius *Christus* . . . nobis -tus est rex. Greg. Tur. Franc. 7, 10 p. 332, 5 parmae superpositus rex est -tus. *al.*). Exc. barb. chron. I p. 274, 11 -verunt imperatorem Iulium (*active ut*: Greg. Tur. Franc. 3, 30 Theudegesilum -verunt regem). Ⓓ *c. abl.*: Iord. Rom. 372 *Vitigis* regno -tus.

2 *notione deflexa* (*exempla certiora*): a *neglecto respectu motus de actione suspensum tenendi, sustinendi sim.*: Ov. met. 8, 693 *Philemon et Baucis montem ascendentes* baculis . . . -ti nituntur (*cf.* Capitol. Pius 2, 3 quod soceri fessi iam aetatem manu . . . -ret [*de eadem actione*: 4, 2 soceri vestigia -ans. Aur. Vict. Caes. 14, 11 soceri . . . anxios gressus -antem manu]). Octavia 356 multi dominae *Agrippinae naufragae* ferre auxilium pelago fractis viribus audent, bracchia quamvis lenta trahentem voce hortantur manibusque -ant. Lucan. 1, 89 dum terra fretum terramque -bit aer ([*cf. Sen. Med. 401* dum terra caelum media libratum feret]. Drac. laud. dei 1, 687 *deus* aera concludit, t. -at). Aug. civ. 15, 27 p. 118, 15 D. quam *arcam* . . . -et unda . . . naturali ordine ponderum. *translate* (*cf. l. 72*): Ambr. Tob. 2, 6 cum victum mercede -ret coniugis *Tobias occaecatus* (*cf. 21, 80* sustentare, sustinere).

b *neglecto fere respectu altiora petendi de actionibus secum ferendi sive loco movendi*: α *proprie*: Ps. Philo antiq. 51, 1 ascendit . . . -ans munera in manibus suis. Tycon. in apoc. 82 B. zizania, quae . . . a diabolo sata est . . ., ante tempus non potest -ari. Chiron 618 cura -ato ungula, ne (et *trad.*) qua paronichia remaneant (*cf. 633* ungulam . . . tolle sic, ne qua p. relinquas). Heges. 5, 36, 1 p. 377, 11 mulum -ando oneri necessarium. Hier. tract. in Marc. p. 341, 29 de reliquiis -ti sunt duodecim cophini fragmentorum (*cf. Marc. 6, 43* sustulerunt . . . cophinos). Vulg. gen. 48, 17 patris manum -are conatus est de capite Ephraim (*Itala Lugd.* ut auferret). num. 2, 17 -bitur . . . tabernaculum testimonii per officia levitarum *eqs.* ([*Itala Lugd.* tolletur]. Aug. quaest. hept. 4, 3 p. 315, 14 quod ait de t. destringendo -ando erigendo [*cf. Itala num. 1, 51 Lugd.* in promovendo t.]. *cf.* Vulg. num. 10, 6 -bunt tentoria [*Itala Lugd.* promovebunt castra]. Coripp. Ioh. 7, 310 fossas [*i. castra*] . . . -vit). Diosc. 4, 14 p. 15, 10 semen . . ., quod cum vim -atur (*gr. 4, 14, 1 δυσαπόσπαστος*). Greg. Tur. Franc. 2, 5 p. 46, 18 pontifex . . . quae erant necessaria sepulturae secum citius -at (Pass. Macc. 3, 13 vas s. ad usum aquae necessarium -antes). 6, 35 p. 306, 18 quod ferunt quattuor plaustra -asse (*cf.* 6, 45 p. 318, 13 tanta fuit multitudo rerum, ut . . . quinquaginta plaustra -rent). 6, 45 p. 319, 7 hospiciola . . . spoliabant . . . -antes pecora vel quicquid invenire potuissent (*rapiendo ut* Lex Visig. 3, 3, 4 si . . . fratres sororem suam raptori tradiderint vel raptori -andam consenserint *eqs.* 6, 4, 2 si ille . . . aliquid . . . rapuerit, . . . que -bit, cogatur exolvere. 8, 5, 3 tit. si porci . . . furto -entur). Greg. M. epist. 6, 4 si plus -are (*sc. nave sua*) potuerit. Eugipp. Sev. 40, 6 -ari . . . suum corpusculum . . . praecepit (*cf. 40, 5* tollite ossa mea hinc vobiscum). Caes. Arel. serm. 95, 7 -vit . . . Moyses Sefforam uxorem suam et veniebat ad Aegyptum (*cf. Itala Lugd. exod. 4, 20* sumens, *Vulg.* tulit). β *translate*: Ⓘ *tollendo* (*sc. e medio*): Opt. Porf. schol. carm. 19 a monogrammo Iesu oritur principium lectionis, ut pectore -etur obscuritas. Op. imperf. in Matth. 49 p. 909 per haec *miracula* cognoscebantur qui erant veri Christiani, qui falsi; nunc autem signorum operatio omnino -ta est. Ⓘⓘ *suscipiendo, tolerando, patiendo sim.* (*vix ad l. 36*): Hier. in Is. 19, 1 p. 250^B quam *prophetiam* -vit . . . Isaias (*cf. p. 249^A* portaret). Arator act. 2, 302 hominem mediator *Christus* in omnia complet, hinc terrena (*hominis naturam sim.?*) -ans, illinc caelestia praestans. *ieiunium sim.*: Vitae patr. 5, 8, 4 abstinens atque ieiunans biduanas -ando aliquando etiam et usque hebdomadam trahebat ieiunium ([*gr. Cot. p. 433^C νηστεύων tantum, item ceteris locis*]. 5, 10, 33 ut ieiunem b. -ando. 5, 10, 44). 5, 10, 109 qui . . . hebdomadas . . . -ando abstinentiam servant. 5, 17, 18 qui sex diebus ieiunium -at (*gr. Nau 1912 p. 300 n. 355 ὁ ἕλκων . . . τὰς ἑξ. antea*: protrahens ieiunium sex dierum. *v. Iuvenc. 2, 364* ieiunia ferret. *2, 367* i. . . . portant. *Ven. Fort. Mart. 1, 302* biduano . . . i. ducens).

B *accedit obi., quod efficitur* (*l. 13. p. 1231, 77*): 1 *varia*: Lucan. 9, 701 tabes *quae e Medusae capite destillaverat* aspida somniferam tumida cervice -vit. Stat. Theb. 10, 396 vanos alte -at eminus ictus. Ter. Maur. 2205 qui cothurnis regios actus -ant. Aug. mus. 2, 10, 18 tantundem temporis in his *pedibus* ponit plausus, quantum -at (*sc. intermittendo ut* 2, 13, 24 cum in his tria -entur tempora totidemque ponantur. *ibid. iterum*). Aug. (?) un. eccl. 16, 42 p. 287, 12 ubi primo episcopum contra episcopum -verunt (*cf. l. 40 et p. 1235, 14*). Cypr. Gall. iud. 243 exiguis qui celsa -at, qui grandia mutat. Alc. Avit. carm. 4, 596 -at . . . victima fumum. *in versionibus e graeco factis* (*apud* Diosc. *et* Oribas. *l. 17 vix intransitive*): Diosc. 1, 30 p. 21, 10 M. *oleum* refundendum est de alto, ut agitandi frequentia -et spuma(m) (*gr. 1, 30, 4 ἀφρίσῃ*). 1, 70 p. 38, 13 in foco missus *turis cortex* . . . iactat odorem et flamma(m) -at maiore(m) (*gr. 1, 68, 5 ἀνάπτεται*). Oribas. syn. 1, 31, 3 Aa p. 86, 27 Mø. si . . . *pelle adusta* vissicae se -verint ([*gr. ἐὰν ὀδύνη . . . ᾖ . . . καὶ φλύκταιναι, La* v. fecerit]. 7, 6, 3 Aa si . . . vissicas -verit [*gr. πεφλυκταινωμένα, La* v. . . . generatas]. 7, 6, 7 Aa antequam vissica⟨s⟩ levit [*pro* -et *ut l. 20? gr. γενέσθαι, La* generentur]. *al.*). 2, 60, 2 Aa p. 132, 20 bullas -at *medicamen, quod coquitur* ([*gr. πομφολυγοῦται, La* ebulliens]. 2, 60, 25 Aa p. 135, 14 bullam -et [*gr. πομφολυγίζειν*, La levit, *postea* -et]. *al.*).

2 *opera manu facta* (*aedificando, construendo sim.*): Lucan. 4, 18 proxima rupes signa tenet Magni nec Caesar colle minore castra -at (Val. Fl. 2, 448 pars hinc levibus candentia velis c. -at). 4, 418 neque . . . de more carinas extendunt puppesque -ant. Stat. silv. 3, 3, 214 e . . . tua tumulum tellure -bit. 4, 3, 95 pariter . . . se -arat ingenti plaga marmorata dorso. Apul. met. 11, 11, 2 sequebatur bos in erectum -ta statum. 11, 11, 4 eius *urnulae* orificium non altiuscule -tum. CE 1552 A, 43 (*s. II ?*) de radice -tos in melius crevisse gradus (*sc. monumenti*). Cypr. Gall. exod. 20 inmensas . . . -ent substructis molibus arces (*cf. Itala Lugd. exod. 1, 11* aedificaverunt). Ios. 172 idola sectatur populus et pronus adorat saxa -ta manu. Petr. Chrys. serm. 42 p. 318^A aula regis . . . grandescit spatiis, -atur culmine. Eustath. Basil. hex. 4, 1, 5 contemplemur caelum . . . -tum ut cameram (*gr. ἱστάμενον, Ambr. hex. 3, 1, 5* extentum. *cf. Itala Is. 40, 20* [*Hier. ad l.*] qui statuit quasi cameram caelum). Anon. Vales. 9, 44 ut . . . ei imagines . . . in urbe Roma -rentur. Greg. Tur. glor. conf. 54 super . . . sepulchrum miram christiani fabricam celsitudine -verunt. Arator act. 2, 567 habitacula Paulus dum . . . -at (*cf. Vulg. act. 18, 3* erat . . . scenofactoriae artis). CIL III 14188 -vi statu⟨am⟩ filio meo (*gr. ἀνέστησα*). *in imag.*: Aug. c. Cresc. 4, 7, 9 -tum altare contra altare et ordinatum episcopum contra . . . episcopum (*eadem fere* epist. 43, 17 p. 99, 22. 43, 18 p. 100, 15 -ti a. . . . scelere maculati. *cf. psalm. c. Don. 30* factum a. contra a. *serm. 46, 36* erexerunt a. contra a.). Sidon. epist. 2, 10 2 qui . . . non minora bonae conscientiae culmina -et.

3 *sonos* (*sc. edendo, proferendo*): a *quoslibet*: Val. Fl. 3, 263 neque gemitus . . . neque conscia facti ora -ant. Itala lev. 19, 12 (Hesych. *ad l.* p. 1025^A) non -bitis nomen meum in iniustum (*gr. ὀμεῖσθε τῷ ὀνόματί μου, Monac.* iurabitis, *Vulg.* peierabis). Vulg. Is. 15, 5 clamorem contritionis -bunt. 37, 4 -a . . . orationem pro reliquiis, quae repertae sunt. Ezech. 28, 11 -a planctum super regem Tyri ([*Itala Weing.* accipe, *Tert. adv. Marc. 2, 10 p. 348, 20* sume]. Am. 5, 1 audite verbum istud, quod ego -o super vos p. domus Israhel [*Hier. ad l.* assumam]. Pass. Petr. 4 p. 27, 13 L. -verunt p. dicentes). Rufin. Orig. in exod. 7, 4 p. 209, 29 murmur . . . adversum Moysen . . . -ant (*cf. Itala exod. 16, 2* [*ibid. p. 209, 24*] murmuravit). Pass. Thom. p. 159, 2 sacerdotes mugitum -verunt. Pass. Theclae Cd 33 p. 91, 22 omnis turba mulierum -verunt ululatum magnum (*gr. ἐβόησεν μέγα, aliae verss.* tulerunt). b *vocem*: Itala Luc. 11, 27 (codd. a n) -ta v. . . . dixit (cod. e -vit v. et dixit, *aur. al.* = *Vulg.* extollens). 17, 13 (cod. aur. *al.* = Vulg.) -verunt v. dicentes ([*codd. d e* clamaverunt voce magna]. act. 14, 10 [cod. d = Vulg.] -verunt v. suam . . . d. [*cod. h* adlevaverunt]. Vulg. act. 22, 22). act. 2, 14 (cod. e *al.* = Vulg.) -vit v. suam . . . et locutus est (*enuntiato coniuncto ut*: act. 4, 24 [cod. d = Vulg.] et dixerunt. Ps. Philo antiq. 24, 2 et plorantes dixerunt. Vulg. gen. 21, 16 et flevit [*Aug. quaest. hept. 1, 54 p. 28, 11* exclamans . . . ploravit]. *et saepius*). Vulg. Is. 52, 8 -verunt v., simul laudabunt. *in imag.*: Cypr. Gall. iud. 348 saltus . . . -ant ad sidera v. (*Itala Lugd. iud. 7, 20* invocaverunt).

II *intransitive* (*vix huc colore oriendi, nascendi sim. l. 10*): A *surgendo*: Itala exod. 14, 19 (Rufin. Orig. in exod. 5, 4 p. 188, 12) -vit . . . angelus domini . . . et abiit post illos; elevavit et columna nubis *eqs.* (*gr. utroque loco ἐξῆρεν, Cypr. testim. 2, 5* promovit, *Vulg.* tollens . . . se). psalm. 118, 62 (cod. 136 Cas.) media nocte -bam confiteri tibi (*gr. ἐξηγειρόμην, Vulg.* surgebam). Anth. 761, 42 inter utrosque (*arcticum et antarcticum circulum*) . . . quod hinc -at, occidit illic. Sacr. Gelas. 1, 41 p. 559 flectamus genua; . . . -ate (*eadem* p. 560). Alc. Avit. carm. 5, 626 in superos inferna -ent. Lex Sal. Merov. 34, 3 si quis per alienam messem, postquam -verit, erpicem traxerit. Ven. Fort. vita Radeg. 34, 79 ad officium vitale redit infans de funere et rubens -at de pallio *sanctae* pallor vicinus ad tumulum. 35, 81 quae credebatur deferri praeceps ad tumulum, -at ad cursum de lectulo. Vita Genov. rec. A (BHL 3335) 30 quae cum ab oratione -asset (*cf. rec. C [BHL 3336] 24* se sublevasset). Gloss. II 566, 45 antelucanus: satis mane -ans.

B *castra movendo*: Itala I Macc. 10, 86 (rec. L) -vit inde Ionathan et

[*Koster*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adplicuit ad Ascolonam (*gr.* ἀπῆρεν, *rec. B* promovit, *Vulg.* movit inde castra). C *navem solvendo*: Itala Luc. 5, 4 (cod. a) -a in alto et expandite retias vestras (*gr.* ἐπανάγαγε, *cod. aur. al.* = *Vulg.* duc in altum, *cod. e* recede in altum). 8, 22 (cod. b *al.*) transfretemus trans stagnum; et -verunt (*gr.* ἀνήχθησαν, *cod. a* sustulerunt, *aur. al.* = *Vulg.* ascenderunt, *cod. d* navigarunt). *?* D *se supervolvendo*: Cael. Avr. gyn. 1, 149 ne ... sompno soluta *nutrix* sursum -ando premat infantiam (*i. infantem, quocum dormit; gr. p. 80, 29* ἐπικυλισθεῖσα). E *expergiscendo* (*cf. p. 1233, 59*): Oribas. syn. 8, 59, 3 Aa p. 262 resolutus ... circa collum robores adtenduntur, mox et -ant *ex suffocatione* (*gr.* ἀναβλέπουσι καὶ ἀνίενται. *an potius per ellipsin intellegendum* 'oculos -ant' *?*).

p. p. p. **levātus**, -a, -um *vergit in vim adi. fere i. q. excelsus sim. p. 1232, 84.*

adv. compar. **levātius** *fere i. q. altius, sublimius*: Cael. Avr. acut. 3, 3, 11 iacendi schema esse supinum convenit, paulo -s capite collocato (*similiter* chron. 1, 1, 8. 4, 3, 49 [levius *ed. pr.*]). chron. 5, 10, 96 se ipsi sustollunt ad partes lecti superiores, quo -s habeant caput.

deriv.: levabilis, levamen, levamentum, levatio, levator.

compos.: ab-, ad-, circum- (*?*), de-, e-, prae-, pro-, re-, sublevo.

2. lēvo, -āvī, -ātum, -āre. *a* 2. levis. *scribitur* laev- *in codice rescripto* Cic. or. frg. A XIV 22. *al.* *inde a* Cic., Verg. [*confunditur in codd. c.* limare Cels. 6, 12 (*restituitur* 8, 10, 7^F), lavare Plin. nat. 36, 154. *traditur loco corrupto* Lvcr. 5, 1267.]

i. q. levem facere: I *c. respectu superficiei*: A *radendo, poliendo sim.*: 1 *proprie*: a *-atur cutis sim. hominum*: Cic. or. frg. A XIV 22 (*de Clodio*) qui effeminare vultum, attenuare vocem, -are corpus potes ([*sic codex Cic., at Non. p. 465, 15* qui -are vultum, mollire vocem p.]. Plin. nat. 36, 154 pumices, qui sunt in usu c. -andorum feminis). Plin. nat. 31, 105 sal ... additur ... zmegmatis ad extendendam cutem -andamque (36, 139 usus eorum *ostracitarum* pro pumice ad -andam c.). Mart. 3, 74, 1 psilothro faciem -as et dropace calvam (*cf.* Avson. 131, 1 p. 346 P. inguina quod calido -as tibi dropace). Qvint. inst. 2, 5, 12 vulsis -tisque et inustas comas acu comentibus et non suo colore nitidis plus esse formae putant, quam possit tribuere incorrupta natura. Ser. Samm. 149 ('cutis et faciei vitiis propellendis') saepiolae cineres ex ossibus omnia -ant. b *-antur varia*: Verg. Aen. 5, 306 -to lucida ferro spicula (Serv.: nitido. Gloss.: levi facto. *cf.* Ivvenc. 1, 335 acies -ta securis). Moret. 47 subactum -at opus palmisque suum dilatat in orbem. Cels. 5, 13 -at id, quod exasperatum est, spodium hebenus *eqs.* 6, 6, 31^C scabros angulos *oculorum* -ant et mel et vinum. 6, 12 videndum ... est *in ulceribus linguae*, num contra dens aliquis acutior sit ... ideoque -andus est. 7, 33, 2 frons ossis, quam serrula exasperavit, -anda est (*cf.* 8, 3, 9 circumradendae -andaeque orae *ossis* sunt. *ibid.* non orae tantum, sed os quoque totum -andum est, ut ... cutis increscat, quae aspero osse ... novos dolores movet. 8, 3, 11 potest ... evenire, ut ... summum *os* ... exasperetur ...; quod ubi incidit, radi et -ari satis est. 8, 10, 7^F *os quod eminet*, si longius est, praecidendum; si brevius, limandum, et utrumque scalpro -andum [limandum *trad.*]). Sen. dial. 11 (12), 11, 6 magni -tique mensarum orbes terrena sunt pondera, quae non potest amare ... animus ..., levis ipse, expeditus *eqs.* Colvm. 5, 9, 3 taleae ... serra praecidantur atque illae plagae utraque parte falce -entur (5, 9, 10. 5, 11, 4 [= arb. 26, 3] acuto ferramento plagam -ato [*Plin. nat. 17, 101* levigatur]. 5, 11, 7 [= arb. 26, 6]. 5, 11, 14 arborem fici detrunca plagamque -a [arb. 27, 3 detruncato ... -ato]. arb. 8, 2. 9, 2). 5, 11, 6 insectas ... partes *trunci* tenui scalpello -are. Plin. nat. 36, 52 *harena Aethiopica* nulla scabritie secat *marmora*, Indica non aeque -at, sed combusta ea polientes marmora fricare iubentur (*cf.* 36, 136 sunt quidam *lapides* ... molliores, qui et cote -antur. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 5, 239 saxum ipsum -tis crustis obtegebatur [*gr.* πλαξὶ ... λείαις λίθων]). Stat. silv. 3, 1, 119 caedere silvas et -are trabes (4, 3, 51 hi ferro scopulos trabesque -ant).

2 *translate respicitur elegantia sermonis*: Hor. epist. 2, 2, 123 luxuriantia compescit, nimis aspera sano -bit cultu *poeta*.

B *illinendo*: Varro rust. 3, 6, 4 cubilia *pavonum* discreta, tectorio -ta (-to *corrector codicis*), quo neque serpens neque bestia accedere ulla possit.

C *vi debilitata detergendo sim.*: Stat. Theb. 1, 519 pars *servorum convivium instruentium* teretis -are manu ac disponere mensas (Schol.: lucidas facere. *aliter l. 51*).

II *c. respectu substantiae* (*sc. macerando, subigendo; vix huc spectat l. 40*): Scrib. Larg. 122 p. 54, 3 (= Marcell. med. 29, 9) coclea ... mortario cum sua testa contunditur atque ... teritur, donec nullum vestigium (aut aspritudo *add.* Marcell.) appareat testularum; postea vini ... cyathus adicitur et ... rursus teritur: magis enim tunc ⌊apparent residendo aspritudines (ampli- *trad.*), si quae reliquae sunt⌋ (apparebunt aspritudines, si quae resederint Marcell.); quibus -tis iterum adiciuntur cyathi duo *eqs.*

p. p. p. **lēvātus**, -a, -um *pro adi. fere i. q. politus sim. v. supra, e. g. l. 50; pro subst. masc. l. 34.* *compar.* lēvātior, -ius *fere i. q. spissior, liquiditate quadam minore praeditus sim.* (*cf. p. 1223, 49*): Gell. 17, 8, 15 num ... causa oleo coaguli celerioris in levitate est? faciliora enim ad coeundum videntur, quae -a levioraque sunt (*inde* Macr. Sat. 7, 12, 30 num ... oleo causa est coaguli celerioris quod et levigatius et spissius est? faciliora enim ad coeundum videntur quae -a densioraque sunt; vino autem non contingit tanta mollities et est quam oleum multo liquidius *eqs. ad rem cf. Galen. XI 511* ὅτι παχὺ καὶ γλίσχρον ἐστὶν *sc.* τὸ ἔλαιον). Macr. Sat. 7, 12, 33 in quo *mari* frustra quaedam et prosiciae gelidae feruntur, contractae de fluvialium ... undarum multitudine, ... in quas ⌊licet frigori⌋ ('*idem valet ac* potestatem habet frigus' *Janus*), quasi -es marina *aqua*.

deriv.: 2. levamen, 2. levamentum.

compos.: ad-, con-, 2. delevo. *Koster.*

lēvor, -ōris *m.* *a* 2. levis. [*confunditur in codd., nisi mendum orthographiae potius tribuendum, cum* livor *saepius, e. g. apud* Cels. *et in codice rescripto* Plin. nat. 13, 78.]

i. q. levitas: 1 *rerum corporearum*: Lvcr. 2, 423 sensus quae mulcet *res* ..., haut sine principiali aliquo -e (*levore sim. codd.*) creatast (*opp.* materiae squalore). 4, 153 *speculi*. Cels. 1 prooem. 24 duritiem, mollitiem, -em, contactum (*sc. partium corporis interiorum ut ibid.* 41). Plin. nat. 9, 112 *margaritarum*. 13, 78 spectatur in chartis ... candor, -r. 18, 77 *amylum* probatur ... -e et lĕvitate. 21, 16. *rosae* differunt ... asperitate, -e (*Theophr. hist. plant. 6, 6, 4* λειότητι). 30, 127 *cocleae tusae* miscentur lomento ... candoremque et -em corpori adferunt. 33, 91 *paraetonium* propter -em tenacissimum (*eadem* 35, 36). 37, 26 absolutus laterum -r *crystalli* (*cf.* 37, 56 *adamas a crystallo* non differt ... laterum sexangulo -e). 2 *soni*: Lvcr. 4, 552 asperitas ... vocis fit ab asperitate principiorum et item ⌊-r -e⌋ creatur (levo letiore *codd.*).

Sex. Pompeius Sex. f(ilius) Salvi(us) **leusiarum** (*an* -arva *?*) CIL I^2 1365. *obscurum; 'lateatne cognomen officiumve sacerdotiumve, ignoro; Graecum vocabulum prodit dipthongus* eu' *Mommsen.*

leuva *v.* leuga. *Bk.*

*****lēx**, lēgis *f.* [*vox Italica, quod demonstrant osc.* ligud 'lēge' *etc.; e radice verbali* lĕg- *sicut* pāx *a* păc- (*cf.* paciscor) *derivatum dixeris, quamvis eandem esse atque vocis* 2. lego *sensu evinci aegre possit. Sch.*] *de origine:* *a* 2. lego (lectio): Cic. leg. 1, 19 *-em* illi Graeco putant nomine ⟨a⟩ suum cuique tribuendo (*i.* νέμειν) appellatam, ego nostro a legendo. 2, 11 in ipso nomine -is interpretando inesse vim et sententiam iusti et veri legendi. Varro ling. 6, 66 -es, quae lectae et ad populum latae. Avg. quaest. hept. 3, 20 p. 249, 3 -em a legendo, id est ab eligendo latini auctores appellatam esse dixerunt. Ps. Avg. quaest. test. II nov. 15 p. 435, 29 -x a lectione dicta est, ut de multis quid eligas scias *eqs.* Prisc. gramm. II 140, 13 lego legis -x. Isid. orig. 2, 10, 1. 5, 3, 2. 9, 3, 6 Diff. ed. Beck p. 66, 31. *ab* eligo (*v. etiam l. 38. 40*): Diff. Suet. p. 278, 3 iura et -es hoc differt, quod iura reperta sunt ab honesta consuetudine ..., -es, quod electae sint vel sententias artius ligent (le- *cod.*) seu alligent (*inde* Diff. gramm. suppl. 287, 12 app. cr.). *a* ligo (*v. etiam l. 44. cf. p. 1255, 53 sqq.*): Cassiod. in psalm. 1, 2 l. 204 -x ... dicitur ex eo, quod animos nostros liget suisque teneat obnoxios constitutis. *scribitur* lee- Lex Bant. (CIL I^2 582) 26 CIL I^2 1439. lei- CIL I^2 62, 5. léx CIL VI 33747, 5. lec (*quod testatur* Mar. Victorin. gramm. VI 12, 13) CIL I^2 565 ('leges' *intellegit Garrucci*). X 1579, 6. *abbreviatur* l (*quod testatur* Prob. litt. sing. gramm. IV 272, 18. *al. in formulis*): Lex Bant. (CIL I^2 582) 8. 14. 15. 18. 19. 20. 21. 24 (*at plene* 7 *bis.* 8. 12 *bis.* 23. 24. *al.*) *et saepe in titulis et nummis, praecipue post* h(ac), h(anc). leg: Lex Iul. munic. (CIL I^2 593) 72 CIL X 113, 4. 114, 3. *al.* *de formis: nom.* -xs Lex Bant. (CIL I^2 582) 12 Lex colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 1, 19. *dat.* -ei Lex Bant. (CIL I^2 582) 26. *abl.* -i Clem. dig. 35, 1, 62, 1 (*F bis*). 35, 2, 67 (*F*). Tab. cer. Dac. 2 (CIL III p. 925) int. 16. 3 (*ibid.* p. 927) ext. 21. *genus fem. testantur* Char. gramm. p. 49, 25 B. Gramm. suppl. 119, 12. Hil. in psalm. 118 he 10 p. 406, 2 -x ... feminino a nobis genere nuncupatur, quae graece νόμος dicta (*sim.* Rvfin. Orig. in gen. 5, 5 Avg. in psalm. 59, 10 magis masculinam vim habet, quia regit, non regitur). Not. Tir. 27, 70 -x. 60, 59 quibus -bus. 60, 74 sub -e (122, 197). 122, 198 per -em. *de notione* (*v. et infra l. 80 sqq.*): Synon. Cic. p. 412, 21 -es. condiciones. pactiones. p. 423, 6 sub iugum misit. sub -em misit. sub dicionem reddidit. *al.* Char. gramm. p. 49, 25 B. -x νόμος. Gloss. νόμος. ius, scriptura. *legitur inde a* Plavto, Enn., Lege Bant. [*val.* lege; *it.* legge; *sard. centr. vet.* lege; *raet. occ.* leig '*matrimonium*', lętś, (a)letś, alatś; *francog.* loi; *prov.* lei; *vasc.* ley(t); *cat.* lley; *hisp.* ley; *port.* lei. *cf. M.-L. 5008. Battisti-Alessio III 2194. Wagner II 19. Wartburg V 291 sqq. Corominas III 83. Machado^2 II 1394. G.*] [*confunditur c.* rex (*cf. p. 1256, 15*): Ov. epist. 12, 39. Lvcan. 6, 301 felix ac libera -um, Roma, fores iurisque tui, vicisset in illo Sulla loco (regum *def. Housman ad l.*). 7, 440 quid tempora -um egimus aut annos a consule nomen habentes? Svet. Tib. 30. Carm. de fig. 128 (*corr. Bücheler, Kl. Schr. III 283*). *al.* lux (*cf. p. 1256, 13*): Tert. adv. Marc. 5, 19 p. 646, 6.]

fere i. q. ***constitutio, praeceptum,*** *condicio sim.* (*respondet vox gr.* νόμος, *nisi quid aliud monemus*): *definitur, distinguitur*: Rhet. Her. 2, 13, 19 -e ius est id, quod populi iussu sanctum est ..., consuetudine ius est id, quod sine -e aeque ac si legitimum sit, usitatum est. Cic. inv. 2, 162 -e ius est, quod in eo scripto, quod populo expositum est, ut observet, continetur. Phil. 11, 28 est ... -x nihil aliud nisi recta et [iam] a numine deorum tracta ratio, imperans ho-

[*Hübner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nesta, prohibens contraria. part. 130 propria -is *sunt* et ea quae scripta sunt et ea quae sine litteris aut gentium iure aut maiorum more retinentur; publicum -x senatus consultum foedus, privatum tabulae pactum conventio stipulatio *eqs.* rep. 1, 49 cum -x sit civilis societatis vinculum, ius autem -is aequale. 3, 33 est . . . vera -x recta ratio, naturae congruens, diffusa in omnis, constans, sempiterna, quae vocet ad officium iubendo, vetando a fraude deterreat *eqs.* leg. 1, 18 -x est ratio summa, insita in natura, quae iubet ea quae facienda sunt prohibetque contraria; eadem ratio cum est in hominis mente confirmata et perfecta, -x est. 1, 19 populariter interdum loqui necesse erit et appellare eam -em, quae scripta sancit quod vult aut iubendo ⟨aut vetando⟩, ut vulgus appellat. 2, 13 est -x iustorum iniustorumque distinctio *eqs. al. in eodem dialogo.* nat. deor. 2, 79 -x, quae est recti praescriptio pravique depulsio. GALL. Fest. p. 266 inter -em et rogationem hoc interest: rogatio est genus -is; quae -x, non continuo ea rogatio est. ⟨rogatio⟩ non potest non esse -x, si modo iustis comitiis rogata est. AT. CAP. Gell. 10, 20, 2 -x est generale iussum populi aut plebis rogante magistratu. FEST. p. 266 quod in omnis homines resve populus scivit, -x appellatur. SEN. benef. 4, 12, 1 -em . . . iusti iniustique regulam esse. epist. 94, 37 -es . . . quid aliud sunt quam minis mixta praecepta? GAIVS inst. 1, 3 constant . . . iura populi Romani ex -bus, plebiscitis, senatus consultis, constitutionibus principum, edictis . . ., responsis prudentium; -x est quod populus iubet atque constituit. LAEL. FEL. Gell. 15, 27, 4 ne -es quidem proprie, sed plebiscita appellantur, quae tribunis plebis ferentibus accepta sunt. PAPIN. dig. 1, 3, 1 -x est commune praeceptum, virorum prudentium consultum, delictorum . . . coercitio, communis rei publicae sponsio. IVL. VICT. rhet. 4, 5 p. 390, 23 -e vel pacto iustum est in quo consideratur, an non sit prohibitum *eqs.* (*dist.* natura, more *sim.* iustum). CHALC. comm. 157 quid est enim -x nisi iussum sciscens honesta, prohibens contraria? 179 -x generaliter iubet omnibus, quae facienda sint prohibetque omnes ab inconvenientibus. RVFIN. Orig. in exod. 10, 1 p. 245, 6 non cuncta quae statuuntur -x dicitur, sed quaedam quidem -x, quaedam testimonia, alia mandata et iustitiae, quaedam iudicia appellantur. in Rom. 2, 13 p. 901^C -x . . . generale vocabulum est, iustitia vero pars -is est, continet enim -x iustitias et iudicia et mandata et iustificationes aliasque . . . species. AVG. c. Faust. 22, 27 -x . . . aeterna est ratio divina vel voluntas dei ordinem naturalem conservari iubens, perturbari vetans. INST. Iust. 1, 2, 4 -x est, quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante, veluti consule, constituebat. ISID. orig. 2, 10, 1 -x est constitutio populi, quam maiores natu cum plebibus sanxerunt (*sim.* 5, 10); nam quod rex vel imperator edicit, constitutio vel edictum vocatur . . .; inter -em et mores hoc interest, quod -x scripta est, mos vero est vetustate probata consuetudo sive -x non scripta *eqs.* *al.*

exempla sic digerenda esse censuimus:

I *strictius respicitur ius vel religio*:
A *usu maxime Romano*: **1** *-es publicae, praesertim rogatae*: **a** *varia exempla: infra l. 80.* **b** *indicantur ea, quae -e continentur: p. 1241, 10.* **c** *indicatur auctor -is: p. 1241, 68.* **d** *in locutionibus concisis: p. 1242, 17.* **2** *-es dictae, impositae, fere i. q. condicio*: **a** *exempla notionem illustrantia: p. 1242, 26.* **b** *structurae: p. 1244, 62.*
B *usu Iudaeorum, Christianorum*: **1** *de praeceptis, doctrina, fide*: **a** *de vetere testamento: p. 1244, 77.* **b** *de novo testamento: p. 1245, 50.* **c** *de fide christiana in univ.: p. 1245, 68.* **d** *de religione pagana: p. 1245, 79.* **2** *de ipsis legislatoribus: p. 1245, 82.* **3** *in locutionibus praepositionalibus: p. 1246, 8.*
II *latius respiciuntur varia, sc. maxime vitae condiciones, mores sim.*:
A *-es maxime ab hominibus datae*: **1** *hominibus: p. 1246, 31.* **2** *rebus naturalibus et animalibus: p. 1249, 26.*
B *-es a natura, fato datae*: **1** *maxime hominibus, deis: p. 1249, 37.* **2** *animalibus, plantis: p. 1251, 14.* **3** *rebus: p. 1251, 34.*
III *grammatica et stilistica*:
A *locutiones adverbiales et iuncturae praepositionales*: **1** *abl.: p. 1252, 38.* **2** *c. praepos.: p. 1252, 73.*
B *iuncturae verbales*: **1** *-x est obi.: p. 1254, 27.* **2** *-x est subi.: p. 1255, 45.* **3** *c.* esse*: p. 1255, 82.*
C *in lusu verborum: p. 1256, 13.*
D *-x quasi persona: p. 1256, 38.*

I *strictius respicitur ius vel religio* (*sc. de -bus scriptis vel dictis; -es naturae, gentium belli sim. v. sub II. sing. etiam vi collectiva usurpatur, cf.* RVFIN. Orig. in num. 11, 2 -x dupliciter dicitur: nam generaliter omnia ista, hoc est mandatum, iustificationes, praecepta, testimonia, iudicia -x appellantur; specialiter autem pars aliqua ex iis, quae in -e scripta sunt, -x dicitur): **A** *usu maxime Romano*: **1** *-es publicae, praesertim rogatae sive (sub regibus, Caesaribus et apud externas gentes) quomodocumque latae*: **a** *varia* (*exempla selecta*): PLAVT. Capt. 492 barbarica *i. Romana* -e . . . ius meum omne persequi. Rud. 1024 urbanas (*cf.* LEX pag. Herculan. [CIL I² 682] pagana [PLIN. nat. 28, 28]. LIV. 3, 33, 5 peregrinarum [PS. DOSITH. frg. iur. 12]. VLP. dig. 43, 24, 3, 4 municipalis [47, 12, 3, 5 *et vol. VIII 1647, 63 sqq.*]). Trin. 1033 ambitio iam more sanctast, liberast a -bus (1037 mores -es perduxerunt iam in potestatem suam. TRAG. inc. 118 si neque -es neque mores cogunt. 1043 -es mori serviunt. HOR. carm. 3, 24, 35 -es sine moribus vanae. QVINT. inst. 3, 6, 84 quam -em mos publicus repudiavit. 5, 10, 13 pleraque in iure non -bus, sed moribus constant. TAC. Germ. 19, 2 plus . . . ibi boni mores valent quam alibi bonae -es. POMPON. dig. 23, 2, 8 hoc ius moribus, non -bus introductum est. *al. cf. p. 1247, 5*). TRAG. inc. 126 te . . . repriment validae -um habenae (*cf.* CIC. Cluent. 150 laqueos -um [*v. p. 963, 18 sqq.*]. Sest. 16 catenis. LIV. 4, 13, 11 vinclis [10, 9, 6 QVINT. inst. 5, 10, 101. *al. cf. p. 1239, 5*]. LVCAN. 2, 145 frenis. TAC. ann. 3, 28, 4 nexus [COD. Theod. 3, 12, 3 p. 152, 3. 7, 18, 12, 1]). LEX Bant. (CIL I² 582) ⟨ioudex⟩, quei ex hace -e plebeive scito factus est *eqs.* CATO orig. 90 -e publica (LVCIL. 1078 [*Non.*, publicu *Marx*]. CIC. Caecin. 74 civili ac p. *al.*). SISENNA hist. 118 cistas . . ., quae erant -um ferendarum gratia positae. RHET. Her. 1, 11, 19 contrarias -es (1, 11, 20 ex c. -bus controversia constat, cum alia -x iubet aut permittit, alia vetat *eqs.* 2, 10, 5 CIC. inv. 1, 17. 2, 116 part. 138 top. 96. LIV. 9, 34, 7 ubi duae c. -es sunt, semper antiquae obrogat nova. QVINT. inst. 3, 6, 43. 46 *status* -um c., quae ἀντινομία dicitur). CIC. inv. 1, 68 nemo . . . -es -um causa salvas esse vult *eqs.* (Verr. II 2, 137 salvis -bus [*item abl.*: Vatin. 37 rep. 3, 17 fam. 1, 2, 4. 1, 4, 2. 3, 6, 3. *al.*]). 1, 69 litteras -is perscrutari (2, 141. *al.* [*cf. p. 1256, 25*]. 2, 134 -is . . . verba [*opp.* voluntatem *ut* QVINT. inst. 7, 10, 7. *al.* CIC. part. 136 *opp.* sententiis. QVINT. decl. 254 p. 41, 30 *opp.* interpretationem voluntatis]. part. 135 vocem [leg. 2, 18. 3, 43. *al.*]). 1, 70 ut is nobis sententiam -is interpretaretur *eqs.* (Verr. II 3, 193 voluntate [QVINT. inst. 3, 6, 9. *al.*] ac s. dom. 53. *al. cf.* part. 136 mentem [*v. vol. VIII 725, 26*]. QVINT. inst. 3, 6, 99 voluntate [*v. supra. al.*]). Tull. 47 -em antiquam de -bus sacratis (49 *et sexies.* LIV. *novies.* FEST. p. 189 *v. vol. IX 2, 161, 84 sqq.* p. 318 sacratae -es sunt, quibus sanctum est, qui[c]quid adversus eas fecerit, sacer alicui deorum *eqs. al.*). 49 quo magistratu munitae -es sunt, eius magistratus corpus -bus vallatum esse voluerunt *maiores* (*cf.* Verr. II 4, 17 hac -e . . ., communi arce sociorum. Cluent. 156 arce -is. p. red. in sen. 4 non -um praesidio, sed parietum [p. red. ad Quir. 14 SEN. benef. 4, 28, 5. *al.*]. VAL. MAX. 6, 3 pr. -um munimenta. ASCON. Pis. p. 16, 3 -em Aeliam et Fufiam, propugnacula et muros tranquillitatis atque otii. *al.*). Verr. II 3, 42 ab -e, ab institutis non recesserunt (*v. vol. VII 1, 1994, 25 sq.*). leg. agr. 3, 5 non . . . hominis -x *Valeria*, sed temporis (*aliter p. 1250, 4*). Catil. 3, 19 -um aera liquefacta *fulmine* (*v. Mus. Helv. 28, 1971, 114 et vol. I 1073, 83 sqq.*). dom. 26 non -em, sed nefarium privilegium. har. resp. 7 arma iudiciorum atque -um (*cf.* Planc. 45 quae *arma* tibi -x dabat. Mil. 9 gladium nobis . . . ab ipsis porrigi -bus [COD. Theod. 14, 17, 6 -um gladiis]. LIV. 3, 55, 3 qua -e tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum est. SEN. contr. 9, 1, 1 ferrum a -e mihi traditum. *audacius* STAT. silv. 3, 5, 87 strictae in iurgia -es). Mil. 10 silent . . . -es inter arma (*v. Otto, Sprichw. n. 946; addas* LVCAN. 5, 31. *cf.* EPICED. Drusi 185 tacent. PLIN. nat. 36, 5 silentio -um). de orat. 1, 167 quantum -x in XII tabulis permiserat (leg. 2, 58. *al. cf.* LIV. 34, 6, 8 in XII t. scripta. FEST. p. 273 ⟨in⟩ -e XII [p. 305. 375]. PLIN. nat. 16, 15 -e XII tabularum [21, 7 GAIVS inst. 1, 111. *al.*]. 19, 50 in XII t. -um nostrarum. 28, 17 -um ipsarum in XII t. verba). leg. 1, 18 non perfectae (VLP. reg. praef. 6 minus quam p. -x est, quae vetat aliquid fieri et, si factum sit, non rescindit, sed poenam iniungit *eqs.*). 3, 2 magistratum -em esse loquentem, -em autem mutum magistratum (*cf. Gell. 14, 2, 1* ex mutis quod aiunt magistris). CAES. Gall. 1, 3, 2 *Helvetii* in tertium annum profectionem -e confirmant (*sc. ab equitibus et druidibus decreta?*). VERG. Aen. 4, 231 qui . . . totum sub -es mitteret orbem (*v. p. 1238, 68 et vol. VIII 1184, 27 sqq. cf.* FRONTIN. [?] strat. 4, 7, 18 *Hasdrubal Numidas* s. -es redegit. PANEG. 8, 21, 1 restitutus et receptus in -es Francus. VOPISC. Aurelian. 41, 8 redditae Romanis -bus Thraciae [Car. 18, 3]. Prob. 16, 4 urbibus Romanis -bus restitutis [*Capitol. Gord. 27, 6* urbes imperio Romano reddidimus]. *sim. al.*). LIV. 1, 26, 6 -x horrendi carminis erat: *eqs.* FEST. p. 314 satura . . . -x ⟨mul⟩tis alis -bus conferta (DIOM. gramm. I 486, 11 *saturam dictam* a -e s., quae uno rogatu multa simul comprehendat *eqs.* ISID. orig. 5, 16 s. . . . -x est, quae de pluribus simul rebus eloquitur *eqs. cf.* GLOSS. II 376, 67 νόμος πολλὰ περιέχων -x per saturam). IVV. 14, 193 perlege rubras maiorum -es (SCHOL.: rubricas iuris. GLOSS. V 656, 44 r. dicuntur -es, qua⟨e⟩ per cinnabarim scribebantur. *cf.* SCHOL. Pers. 5, 88 rubricam vocat minium, quo tituli -um annotabantur). GAIVS dig. 4, 4, 27, 4 nisi quaedam personae speciali -e exceptae sint (VLP. dig. 1, 5, 24 *opp.* -x naturae. PAVL. coll. Mos. 2, 5, 5 quae -x generalis fuit; fuerunt et s. [*v. vol. VI 2, 1775, 56 sq.*]. *al.*). VLP. dig. 1, 4, 1 pr. quod principi placuit, -is habet vigorem (*cf.* NOVELL. Iust. 105, 2, 4 imperatoris . . . fortuna, cui et ipsas deus -es subiecit, -em animatam eum mittens hominibus [*gr.* νόμον . . . ἔμψυχον]. *v. etiam p. 1246, 32*). COD. Theod. 2, 31, 1 (= Iust. 4, 26, 13, 1) edictali -e sancimus (*v. vol. V 2, 75, 26 sqq. cf.* 15, 4 huius edicti -e). 12, 1, 160 novellae -is vincula (13, 3, 19 NOVELL. Theod. 2 rubr. Valent. 35, 11 antiquata n. -e. LEX Burg. Rom. 25 [*at* 26, 1 -em novellarum]. *al.*). *et saepe.* -is (-um) ignarus, peritus *sim.* (*cf. p. 1245, 11 sqq.*): CIC. inv. 2, 95 imprudentes -is. Cael. 1 ignarus -um, iudiciorum, consuetudinis (*v. vol. VII 1, 272, 80 sqq.*). de orat. 1, 212 -um et consuetudinis . . . peritus (HOR. sat. 1, 1, 9 iuris -umque. LIV. 3,

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

33, 5 p. -um peregrinarum. SCHOL. Hor. epist. 2, 2, 159 consultis vel -i[bu]s p. *al.* GLOSS. νόμων ἔμπειρος. νομικός). CAEL. Cic. fam. 8, 8, 3 -is ignorans. LIV. 3, 17, 7 sacratarum . . . -um oblitum. TAC. hist. 1, 11, 1 *Aegyptum* insciam -um, ignaram magistratuum. SCHOL. Pers. 5, 88 Albinus -is consultus (*v. etiam l. 8*). COD. Iust. de emend. cod. 2 Beryti -um doctorem Dorotheum (*v. vol. V 1, 1773, 51 sqq.*). 8, 25, 11, 1 -um prudentibus. PASS. Mar. Marth. (BHL 5543) 6 quidam -is consultor, qui adstabat Claudio (*imperanti a. 268—270*; -is consultus *var. l., seq. sine var. l.* respondit -is c.).

b *indicantur ea, quae -e continentur*: α *adi.*: PLAVT. Mil. 164 ne -i fraudem faciant aleariae (*cf.* CIC. Phil. 2, 56 nullum fuisse de alea -e iudicium [*seq.* quae est de alea]. HOR. carm. 3, 24, 58 vetita -bus alea). Pseud. 303 -x me perdit quinavicenaria *i. Plaetoria*. frg. inc. 14 neque muneralem -em neque lenoniam (*v. vol. VIII 1640, 43*). RHET. Her. 1, 12, 21 cum Lucius Saturninus -em frumentariam de semissibus et trientibus laturus esset (*v. vol. VI 1, 1406, 49 sqq.*). CIC. inv. 1, 92 Caepionis -em iudiciariam (*v. vol. VII 2, 605, 75 sqq.*). 2, 52 C. Flaminius . . . ad populum -em agrariam ferebat (*v. vol. I 1416, 76 sqq.*). Flacc. 77 cum per -es militaris effugere liceret iniquitatem tribuni (*v. vol. VIII 955, 59 sqq., ubi addas* FEST. p. 146 in -e m. [*Paul.* in re m.]. *al. aliter p. 1246, 52*). Sest. 103 tabellaria -x ab L. Cassio ferebatur (Brut. 97. leg. 3, 35 sunt . . . quattuor -es t. *al.* PLIN. epist. 3, 20, 1. Ps. ASCON. Verr. p. 216, 20 -es Cassiae t. *al.*). Phil. 5, 47 -bus . . . annalibus cum grandiorem aetatem ad consulatum constituebant (*v. vol. II 108, 34 sqq. cf.* PAVL. FEST. p. 27 annaria [*v. vol. II 109, 30 sqq.*]. *aliter p. 1242, 44*). CAEL. Cic. fam. 8, 6, 5 -em . . . viariam, non dissimilem agrariae Rulli et alumentariam, quae iubet aediles metiri, iactavit. HOR. carm. saec. 20 feraci -e marita (PORPH.: pro maritali Plautina. SCHOL.: quae de maritandis ordinibus lata est). LIV. 9, 34, 4 haec *gens Claudia*, quae fenebres -es, haec, quae agrarias semper inpugnavit (*vol. VI 1, 473, 30 sq. 36 sq.*). FEST. p. 340 ⟨in le⟩ge rivalicia (*cf.* CIL XII 2426, 1 -x rivi). p. 375 unciaria -x. ASCON. Pis. p. 15, 27 annonariam (annonianam *codd.*). PLIN. nat. 7, 117 Roscio theatralis auctori -is (33, 32 -e Iulia th. QVINT. inst. 3, 6, 19 SCHOL. Hor. epod. 4, 15). GAIVS inst. 4, 23 ⟨Furia⟩ testamentaria ([*item* Furia: 4, 24 VLP. reg. praef. 2]. PAPIN. dig. 48, 2, 2 pr. Cornelia t. [VLP. dig. 43, 5, 3, 6 coll. Mos. 8, 7 pr. PAVL. *ibid.* 8, 2, 1. 8, 5 pr. *al.*]. PAVL. dig. 35, 2, 1, 1 -x Falcidia et omnes t. *cf. per ellipsin* CIC. Verr. II 1, 108 Cornelia t., numeraria). PAPIN. resp. frg. 5, 20 cum ⟨vocatur⟩ suus heres, qui -em exclu⟨dit c⟩aducaria⟨m⟩ (VLP. reg. 28, 7 ex -e Iulia c.). LAMPR. Heliog. 4, 4 senatus consulta ridicula de -bus matronalibus. INTERPR. novell. Valent. 35 l. 168 tricennalis (EDICT. Theodor. 69. *cf. Novell. Iust. 111, 1* t. . . . praescriptio). β *gen.*: RHET. Her. 1, 13, 23 suam vocat hereditatem -e agnationis. CIC. Cluent. 97 quae res -e maiestatis tenebatur (*v. vol. VIII 157, 5 sqq.*). 148 te -e pecuniarum repetundarum non teneri (VELL. 2, 13, 2 VAL. MAX. 6, 3, 3. *al. cf.* CIC. div. in Caec. 17 de pecuniis repetundis [65 Verr. I 41 II 3, 195. 4, 57 Cluent. 104. Sest. 135 C. Caesaris]. Pis. 50 -x Cornelia maiestatis, Iulia de p. r. [Rab. Post. 12]. *al.*). Mur. 3 -is ambitus latorem ([5 quod -em de ambitu tuli]. 46. Planc. 36 nomine -is Liciniae . . . omnis a. -es complexus es. 49 SALL. Catil. 18, 2. *al.*). leg. 3, 1 de religionum -e (3, 13. DECL. in Catil. 70 violatae religionis). PROP. 3, 13, 15 felix Eois -x funeris una maritis. FEST. p. 189 Pompili regis (compelli reges *trad.*) -em opimorum spoliorum. SEN. contr. 3 praef. 17 -e inscripti maleficii (*cf. 5, 1 tit.*). 7, 8, 6 antea -em vitiationis evertere conatus, nunc transferre volt. QVINT. inst. 5, 13, 20 *actio* in Rabirium -e perduellionis. 7, 1, 15 iudicium pendet ex -e abdicationis (decl. 279 p. 136, 11). decl. 262 p. 72, 2 -x iniusti repudii (p. 72, 12). 265 p. 83, 10 caedis -e tenebitur (278 p. 133, 31 *opp.* iniuriarum . . . -e). 281 p. 145, 13 ad -em parricidi. 284 p. 150, 7 -x adulterii prior est quam sacerdotis (NOVELL. Maioran. 9 pr., *at* PAPIN. dig. 1, 21, 1 pr. -is Iuliae de adulteriis. *al.*). 301 p. 185, 7 ex -e raptarum (CALP. decl. 16 them. 25 them. *al.*) *al.* CALP. decl. 24 them. -e indemnatorum (44 them. 45 them.). GAIVS inst. 4, 8, 4 furti -e XII tabularum. MACER tit. (dig. 2, 15, 13) ad -em vicensimam hereditatium. COD. Iust. 6, 23, 3 (*a. 232*) licet . . . -x imperii sollemnibus iuris imperatorem solverit. *al.* *inde* CIC. ad Q. fr. 3, 9 (7), 3 Gabini absolutio -x impunitatis putatur.

c *indicatur auctor -is*: α *adi.* (*cf.* ISID. orig. 5, 15, 1 quaedam . . . -es dicuntur ab his, qui condiderunt, ut consulares, tribuniciae, Iuliae, Corneliae): LEX repetund. (CIL I² 583) 22 -e Rubr⟨ia⟩ (LEX agr. [*ibid.* 585] 59 ex -e R. *al. et saepe per nomen gentile, v. Rotondi, Leges publicae populi Romani 199 sqq.*). CIC. Verr. I 46 -em tribuniciam (leg. agr. 2, 21 *opp.* consulares [LIV. 3, 56, 12]. 2, 36 dom. 127 Sest. 56 FEST. p. 318 LVCAN. 4, 690 POMPON. dig. 1, 2, 2, 3). leg. agr. 2, 21 consulares (*v. supra et vol. IV 571, 2 sqq. al.*). 2, 26 -e curiata xviros ornat *eqs.* (*v. vol. IV 1489, 6 sqq. cf.* PRVD. perist. 10, 124 -x curiae). Rab. Post. 17 senatoria. leg. 2, 9 populares (*opp.* caelestis. *strictius, i. tribuno plebis rogante*: Lael. 96 -x p. suffragiis populi repudiata est *eqs.* LIV. 2, 42, 6 QVINT. inst. 5, 13, 24. 7, 4, 13). LIV. 3, 31, 7 plebeiae -es. 3, 57, 10 -es decemvirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in aes incisas (GELL. 20, 1, 3). 6, 1, 10 duodecim tabulae et quaedam regiae -es. (34, 6, 8 vetus r. -x. PAPIN. coll. Mos. 4, 8, 1 VLP. dig. 1, 4, 1 pr. *al.*). FIRM. err. 16, 2 *Pallas* pontificali -e servatur (AVR. VICT. Caes. 28, 4 pontificum -e). LIB. col. I grom. p. 214, 10 -e triumvirali (226, 7. 230, 13. *al.*). AVG. epist. 100, 2 imperialibus -bus (COD. Theod. 16, 5, 5 -bus divinis et i. [*addit* Iust. 1, 5, 2 constitutionibus]. *al.*). LEX Sal. Merov. 1, 1 -bus dominicis (*i. regiis*). β *gen.*: LVCIL. 573 Calpurni (*al.; cf.* LEX repetund. [CIL I² 583] 23 Calpurnia). 1200 Licini (PLIN. nat. 18, 17. *at* CIC. Vatin. 33 Licinia [*al.*]). CIC. inv. 1, 92 Caepionis (Brut. 164). dom. 41 M. Drusi -bus, quae contra -em Caeciliam et Didiam latae essent. 71 Clodi (ASCON. Mil. p. 44, 14. *at* CIC. Sest. 69 Clodiam [Att. 3, 23, 3. *al.*]). Sest. 135 C. Caesaris (Pis. 37. *al. at* LIB. col. I p. 224, 15 Caesariana. *cf.* CIL I² 709, 3 [*a. 90*] Iulia. *al.*). rep. 2, 60 -e C. Iuli P. Papiri consulum (FEST. p. 374. *at* INSCR. numm. Babelon I 296, 15 [*a. 89 a. Chr.*] Papiria. *al.*). *al.* VARRO rust. 1, 2, 9 Stolonis (PLIN. nat. 18, 17 St. Licini. *cf.* LVCIL. *supra* Licini *sim.*). HIRT. Gall. 8, 53, 1 Pompei et Crassi. LEX agr. (CIL I² 585) 82 Sempronia (*cf.* FEST. p. 290 Gracchi [VELL. 2, 7, 7. *al. at* 2, 13, 2 Gracchianis]. FLOR. epit. 3, 13 tit. Gracchanis [3, 16, 1. *al. at* 3, 16, 2 Gracchorum]. *al.*). FEST. p. 286 Penni. *al.*

d *in locutionibus concisis*: SEN. contr. 2, 3, 22 magnam partem -is (*i. temporis -e concessi*) consumpsi. PETRON. 18 vers. 6 -em donare superbum *est* (*i. poenam -e praescriptam. cf.* LEX Sal. Merov. 40, 9 totam -em . . . solviturum [42, 4]. 42, 3 exsolvere. 58, 5 ⟨per⟩solvat [*ibid.* integrum debitum solvat]. 58, 6). LEX Sal. Merov. 57, 1 si ⟨quis⟩ rachineburgii . . . -em (*i. ius secundum -em*) dicere noluerint, debet eis dicere ab illo, qui causa(m) prosequitur: 'hic ego vos tangono, ut -em dicatis secundum -em Salicam *eqs.*' (57, 4 ille, contra quem -em dicunt).

2 *-es dictae, impositae, usu vergente in notionem q. e. condicio* (*hic illic in imagine*): a *exempla notionem illustrantia*: α *varia*: ① *-es dictae a magistratibus* (*a Caesare infra l. 57, v. et p. 1244, 37; exempla certiora; accedit dat. gerund. passim*): SENT. Minuc. (CIL I² 584) 3 qua -e agrum possiderent et qua fineis fierent, deixserunt (*cf.* LIB. col. I p. 211, 24 -x agris limitandis metiundis. 221, 6 -x limitum [Ps. AGENN. grom. p. 60, 20]). LEX agr. (*ibid.* 585) 85 ex -e dicta, q⟨uam . . . cen⟩sores agri aedifici loci vectigal ibusve publiceis fruendeis locandeis vendundeis deixerunt (*cf.* 88 *et* CIC. Verr. II 1, 143 -es censoriae [*v. vol. III 802, 28 sqq. al.*]. PROP. 4, 11, 41 censurae -em. LIV. 43, 14, 5 *censores* -em censui censendo dicturos). 89 quam -em Cn. Papirius co(n)s(ul) eis vendundeis ⟨locandeis deixit⟩ *eqs.* LEX par. fac. Put. (*ibid.* 698) 1, 4 operum -x (VLP. dig. 39, 2, 15, 10 *ex Labeone. at* LEX Cic. Verr. II 1, 143 -x operi faciundo). 1, 5 -x parieti faciendo. LEX Anton. de Term. (*ibid.* 589) 2, 31 quam -em portorieis terrestribus maritumeisque maiores Phisidae capiundeis intra suos fineis deixserint *eqs.* (*at* CIL VIII 4508, 4 [*a. 202*] -x portus [21]). LEX Cic. Verr. II 3, 83 -x decumis vendundis C. Verre (*at* CIC. Verr. II 3, 14 -em . . . venditionis decumarum *i. Hieronicam a Romanis receptam*). CIC. Verr. II 1, 109 qui plurimum tribuunt edicto, praetoris edictum -em annuam dicunt esse *eqs.* 1, 144 in tabulas . . . -em (*sc. l. 38 allatam*) rettulisti. 2, 32 -e frumentaria, quam Hieronicam appellant (*v. l. 43.* 2. 34. 3, 15. 117 *opp.* -e Verria. *al.*). 2, 121 quas . . . -es sociis amicisque dat is, qui habet imperium a populo Romano, auctoritatem -um dandarum ab senatu. 3, 18 L. Octavio et C. Cottae consulibus senatus permisit, ut vini et olei decumas et frugum minutarum, quas ante quaestores in Sicilia vendere consuessent, Romae venderent -emque his rebus, quam ipsis videretur, dicerent (edic- *var. l.*). 3, 19 -um dicendarum in locandis vectigalibus . . . potestatem. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 49 e -e locationis (73 ex -e l., quam censor aliusve quis mag(istratus) publiceis vectigalibus . . . dix⟨i⟩t. 76 LEX VRSON. [*ibid.* 594] 69, 32. 36 *de* II *viris. cf.* ALF. dig. 39, 4, 15 Caesar, cum insulae Cretae cotoria locaret, -em ita dixerat). EDICT. imp. Aug. de aq. Venafr. (CIL X 4842) 41 -em . . . ei dicere ex decreto decurionum. 47 quam . . . -em ei aquae tuendae op⟨e⟩ribusve . . . tuendeis ⟨II viri praefect⟩i . . . dixerin⟨t⟩. LIV. 23, 48, 11 (*10* prodeundum . . . praetori esse) ut . . . conducerent *publicani* . . . ea (ex *trad.*) -e praebenda, ut *eqs.* LEX Malac. (CIL II 1964) 4, 48 II viris . . . vendere -emque his vendundis dicere ius potestasque esto *eqs.* CIL VI 33747, 5 (*sub Nerva*) -x horreorum. LEX Manc. (CIL VIII 25902) 6 ad exemplu⟨m -⟩is Mancian(a)e (8. 11). 31 -x scripta a Lur(i)o Victore Odilonis magistro et Flavio Geminio. LEX met. Vipasc. (CIL II 5181) 34 conductor clavom ex -e ferrariar⟨um vendito⟩. 59 e -e metallis dicta. CIL VIII 4508, 6 (*a. 202*) -x capitularis. 12 -x vestis peregrinae. 17 -x coriaria. VLP. dig. 45, 1, 52 praetoriae stipulationes -em accipiunt de mente praetoris. *al.* *respicitur disciplina militaris vel mandatum consistendi*: PAVL. PETRIC. Mart. 4, 173 *raeda a militibus temere agitata velocissime properabat* nec standi -x ulla inerat (*sc. in militibus*) nec cura pericli tardabat celerem . . . cursum (*cf. ibid. 167* non ordo furorem, non ratio insanam poterat componere mentem. *175* talibus . . . viris habitu diversus . . . occurrit sanctus).

② *-es dictae maxime a privatis* (*cf. p. 1246, 33 sqq.*): Ⓐ *in univ.* (*exempla selecta*): PLAVT. Asin. 166 solus ductato *filiam* . . . , semper tibi promissum habeto hac -e, dum superes datis. 231. 234. 735 pactis -bus. 747 quem conscripsti syngraphum inter me et amicam et lenam; -es pellege. 749. 809. Aul. 155 his -bus si quam dare vis, ducam. 157. 255 mihi despondes filiam? illis -bus, cum illa dote quam tibi dixi. Capt. 181 (*180* condicio) quasi fundum vendam, meis me addicam -bus. Epid. 471 empta *mulier* mi . . . istis -bus (*cf.* HOR. epist. 2, 2, 18 prudens emisti vitiosum *servum*, dicta tibi est -x. VLP. dig. 19, 1, 13, 14 in -e emptionis). Merc. 1015 dicamus senibus -em censeo . . . , qua se -e te-

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

neant contentique sint: *eqs.* 1019 cum eo nos hac -e agemus: *eqs.* Stich. 504 ut consulam, qua -e nunc med esurire oporteat (*loq. parasitus. cf.* 564 qua -e licuit *indipisci de cibo*). TER. Eun. 102 hac -e tibi meam astringo fidem (SCHOL. Bemb.: hac ratione). Phorm. 533 mea -e utar, ut potior sit, qui prior ad dandumst (DON.: iure lenonum scilicet. *affert versum ad Ad. 217* meo iure u.). CATO agr. cap. 153 -x oleae legendae (*agr. 144, 1* oleam legendam hoc modo locare oportet). 154 -x oleae faciundae (agr. 145, 1 oleam faciendam hac -e oportet locare). 155 -x oleae pendentis (agr. 146, 1 oleam pendentem hac -e venire oportet). 156 -x vini pendentis (agr. 147 hac -e vinum pendens venire oportet *eqs.*). 157 -x vino in doliis (*agr. 148, 1* vinum in doliis hoc modo venire oportet *eqs.*). 158 -x pabulo locando (agr. 149, 1 qua -e *eqs.*). 159 (agr. 150, 1). agr. 14, 5 cetera -x uti villa⟨e⟩ ex calce caementis. Q. SCAEV. dig. 50, 17, 73, 4 nec paciscendo nec -em dicendo nec stipulando quisquam alteri cavere potest. CIC. de orat. 1, 178 in mancipi -e (VARRO ling. 6, 74. COD. Theod. 4, 8, 5, 2 -x atque condicio). 1, 246 Manilianas venalium vendendorum -es ediscere. part. 107 cum ex -e praedi quaeritur, quae sint 'ruta caesa' (VARRO ling. 5, 27 praediorum urbanorum [*de eadem re* VLP. dig. 8, 2, 17, 3 -x traditionis]. POMPON. dig. 47, 12, 5 praediorum vendendorum. *al. huc fortasse* LEX Malac. [CIL II 1964] 4, 51 praediatoria [4, 52 SVET. Claud. 9, 2]). VARRO ling. 9, 104 in -e venditionis fundi (*v. p. 1242, 42.* FRONTIN. [?] grom. p. 35, 22 Th. MARCELL. dig. 18, 1, 60 SCAEV. dig. 18, 3, 8 PAPIN. dig. 18, 7, 6 frg. Vat. 14 VLP. dig. 18, 1, 22, 33 COD. Iust. 4, 55, 1 pr. [*a. 200*]. 4, 54, 4 commissoriae *v.*). rust. 1, 2, 17 -es colonicas tollis, in quibus scribimus, colonus in agro surculario ne capra ⟨na⟩tum pascat *eqs.* (*v. vol. III 1704, 74 sqq.*). 2, 3, 7 in -e locationis fundi (*v. p. 1242, 44 sqq.* ALF. dig. 19, 2, 29 SCAEV. dig. 19, 2, 61 pr. VLP. dig. 43, 9, 1 pr. [*verba praetoris ut* 43, 9, 1, 3. 43, 18, 1 pr. ex -e l. sive conductionis superficie]. *al. cf.* LABEO dig. 19, 2, 60, 3 -e dicta domus facienda locata erat ita, ut *eqs.* VLP. dig. 19, 2, 13, 10 -e operis locandi). LIV. 35, 7, 3 ut ... pecuniae creditae, quibus debitor vellet -bus, ius creditori diceretur (redderetur *var. l.*). VITR. 1, 1, 10 ut -bus scribendis prudentia cavere possit et locatori et conductori. 7, 5, 8 quod pretiosa sunt (*chrysocolla sim.*), -bus excipiuntur. SEN. benef. 7, 8, 3 sub -e certa, ne liceat donare (*de eadem re* 7, 12, 6 quod sub -e certa tuum est). TAC. ann. 13, 51, 1 edixit princeps, ut -es cuiusque publici, occultae ad id tempus, proscriberentur (*cf.* PAPIN. dig. 2, 14, 39 -em apertius conscribere). AFRIC. dig. 40, 7, 15, 1 heres ... condicionem pronuntiavit et traditioni -em dixit (VLP. dig. 8, 4, 6 pr.). GAIVS dig. 19, 2, 25, 3 secundum -em conductionis (VLP. dig. 43, 18, 1 pr. [*verba praetoris*]. PAVL. dig. 19, 2, 55, 2 COD. Iust. 4, 65, 16 *a. 260. al. cf.* VLP. dig. 50, 8, 2 pr. conductionum, quae suam -em habuerunt). SCAEV. dig. 2, 15, 14. 18, 3, 6 pr. de -e commissoria (18, 3, 6, 2 -e c. [*ibid. per ellipsin* c. *tantum*]. *v. totum titulum et vol. III 1900, 61 sqq.*). 31, 89, 4 -e pignoris. PAPIN. dig. 40, 8, 8 donationis (VLP. dig. 40, 2, 16, 1 MOD. dig. 1, 5, 22. *cf.* COD. Iust. 4, 6, 8 [*a. 294*] dictam -em donationi. 8, 53, 9 [*a. 293*] -em quam rebus tuis donando dixisti). *et saepe ap. iurisconsultos.* Ⓑ *in fabulis sim.*: VERG. georg. 4, 486 hanc dederat Proserpina -em (*Orpheo ut*: OV. met. 10, 50 hanc *Eurydicen* simul et -em ... accipit Orpheus, ne flectat retro sua lumina. SEN. Herc. f. 583 BOETH. cons. 3 carm. 12, 44. *cf.* STAT. silv. 5, 3, 276 *sit mihi* fas iunxisse manus *patris in Orco commorantis*, et -x quaecumque sequatur). Aen. 4, 213 (*loq. Iarbas*) *Didoni* loci -es dedimus (SERV.: aut quam tributariam fecimus aut cui ... concedimus civitatem). OV. epist. 12, 41 dicitur ... tibi *Iasoni* -x (rex *trad.*), ut dura ... premeres vomere colla boum. met. 10, 572 (*loq. Atalanta*) ea -x certaminis esto (*569* condicione. 599 ex foedere). PHAEDR. 13, 5 *vespa* -em duabus hanc proposuit partibus *apium* (*12* condicio). SIL. 17, 379 (*Iuppiter ad Iunonem*) -x muneris haec esto nostri. STAT. Theb. 1, 6 inexorabile pactum -is Agenoreae (*sc. Agenor dixerat se Cadmum, nisi Europam reduxisset, non recepturum*). 1, 138 alterni placuit sub -bus anni exilio mutare ducem (*cf.* 2, 386 trans -em ac tempora regni. 11, 395 [*Polynices ad fratrem*] congredere; hae -es, haec foedera sola supersunt). silv. 1, 2, 41 Pisaea -e (NEMES. cyn. 23 CLAVD. carm. min. 30, 163).
Ⓒ *-es sodalitatum sim.*: INSCR. NSc. 1928 p. 392, 4 (*s. I?*) -x familiae Silvan(i). LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 1, 19 -xs collegii (1, 32 LEX coll. Aesc. et Hyg. [CIL VI 10234] 1). CIL X 1579, 6 adversus -em et conventionem eius corporis *sc. Hieropolitanorum.* INSCR. Dessau 9098 ⟨secundum⟩ -em schol(a)e.

β in negotiis pacis, foederis (*rarior sing.; -es conveniendo statuuntur, saepius imponuntur, opp.* foedus *primo loco,* pactio *l. 75*): CIC. Balb. 41 non foedus sibi *Gaditanis* nobiscum, sed iniquissimas -es inpositas a nobis esse. Pis. 37 *p. 1246, 70.* Phil. 12, 27 Sulla cum Scipione ... de iure civitatis -es (*Ferrari, -is codd.*) inter se ⟨et⟩ condiciones contulerunt. 13, 2 in quo *bello* pactio pacis -x sit servitutis (LIV. 36, 7, 12 sub specie pacis -es s. sibi impositas. *in imag.*: CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 130, 13 qui *Sallustius* ... animo dominandi ius tribuit, corpori -em s. imponit. *cf. etiam p. 1249, 83*). leg. 3, 41 quos socios res publica habeat, quos amicos, quos stipendiarios, qua quisque sit -e, condicione, foedere. *al.* SALL. or. Lep. 25 adnuite -bus impositis, accipite otium cum servitio. VERG. Aen. 4, 618 cum se sub -es pacis iniquae tradiderit ([*inde* OV. epist. 7, 158]. 12, 112. LIV. 21, 12, 6. 30, 16, 10 dicere [33, 12, 2. 38, 37, 5]. 31, 11, 17 dent [31, 19, 6. 33, 24, 7]. 37, 19, 2 accipiemus. *al.*). 11, 322 foederis aequas dicamus -es (LIV. 23, 10, 6. 24, 29, 9. 38, 45, 1. *al. cf.* VERG. Aen. 12, 822 -es et foedera LIV. 28, 34, 7 nec foedere nec aequis -bus. 38, 32, 8 ex foedere ac -bus). 12, 190 paribus se -bus ambae ... gentes aeterna in foedera mittant. 12, 315 ictum ... foedus et omnes compositae -es. OV. met. 8, 101 ut -es captis ... hostibus imposuit (LIV. 6, 38, 7 tamquam captae civitati -es imponere. *cf.* 9, 3, 11 victis [21, 41, 9 graves inpositas victis Carthaginiensibus -es. 39, 23, 6. TAC. ann. 15, 6, 4 tributa ac -es]). LIV. 1, 24, 4 foedera alia aliis -bus fiunt. 1, 24, 7 (*formula pactionis*) illis -bus populus Romanus prior non deficiet. 23, 34, 1 in has ferme -es ... ictum foedus (33, 30, 2 pax data Philippo in has -es. IVST. 5, 8, 6 in has -es traditam sibi urbem. *cf.* LIV. 42, 62, 5 in easdem -es. AVR. VICT. vir. ill. 59, 4 in -es hostium foedus percussit). 23, 43, 14 neminem ... -em, qua in societatem amicitiamque Hannibalis venirent, dicturum. 25, 40, 4 ut victi a victore -es acceperunt. 34, 57, 7 cum bello victis dicerentur -es (37, 36, 9 perinde ac victo. PLIN. epist. 8, 24, 4 non v., sed petentibus. *cf.* CVRT. 4, 5, 7 -es ... a victoribus dici, accipi a v. *de gallis pugnantibus*: AVG. ord. 1, 8, 25 -em victoris). 38, 38, 2 (*verba foederis*) amicitia ... his -bus et condicionibus esto. *al.* FEST. p. 274 reciperatio est ..., cum inter populum et reges nationesque et civitates peregrinas -x convenit *eqs.* VELL. 2, 25, 1 iustis -bus et aequis condicionibus bellum componere. SIL. 4, 505 feriant ... foedera mecum ... ac -es et pacta reposcant. 6, 487 pendere bellum foedere et ex aequo geminas conscribere -es. 15, 319. 17, 191 Latioque imponere -es. HOMER. 343 servari ... iubet -es (*respiciuntur* ὅρκια). STAT. Theb. 12, 692 moenia nostra lacessant ...; -x eadem victis. silv. 4, 7, 51 ut ... refugis amaram Sarmatis -em dederit. PLIN. paneg. 11, 5 ne indutias quidem nisi aequis condicionibus inibant -esque ut acciperent dabant. LAMPR. Comm. 3, 5 -bus hostium addictus. EVTR. 4, 2, 1 pax ei data est his -bus (*gr.* τίθεται σπονδάς *tantum*). 4, 7, 3 Macedonibus et Illyriis hae -es a Romanis datae. *al.*

γ in rebus sacris: (I) *in dedicatione templorum, ararum, sepulcrorum* (*de re v. Wissowa, Religion und Kultus der Römer² 473 sqq.*): CIL I² 62, 5 e(s)de(m) -bus ara Salutus. LEX Vic. Furf. (*ibid.* 756) 3 aedem dedicarunt comulateis olleis -bus illis regionibus (LEX arae Aug. Narb. [CIL XII 4333] 2, 8 aram dabo dedicaboque his -bus hisque r. 2, 24. LEX arae Iovis Salon. [CIL III 1933] 5 C. Domitius Valens IIvir i(ure) d(icundo) ... -em dixit in ea verba ...; ollis -b(us) ollisque r. 8 hisce -bus hisce r.). CIL I² 1439 ara -e Albana dicata. LEX arae Aug. Narb. (CIL XII 4333) 2, 5 a⟨ram⟩ numinis Augusti de⟨di⟩cavit ... -bus iis. 2, 20 si quis huic arae donum dare augereque volet, liceto eademq(ue) -x ei dono esto, quae arae est. 21 ceterae -es huic arae titulisq(ue) eaedem sunto, quae sunt ara⟨e⟩ Dianae in Aventino (*sim.* LEX arae Iovis Salon. [CIL III 1933] 8). LIV. 7, 3, 6 Minervae templo dicatam -em. 7, 3, 8 Horatius consul ea (ex *codd.*) -e templum Iovis ... dedicavit. FEST. p. 189 huius *i. Opis* aedis -x nulla extat *eqs.* (PLIN. nat. 36, 176 in antiquorum aedium -bus invenitur, ne *eqs.* PAVL. dig. 8, 2, 33). TEST. Galli (CIL XIII 5708) 1, 25 loco ... huic *i. sepulcro* -x haec in perpetuum dicitur. LEX arae urb. (CIL VI 30837 b) 12. PLIN. epist. 10, 49, 2 num esset aliqua -x dicta templo *eqs.* (*respondet* TRAIAN. *ibid.* 10, 50 -x dedicationis). SERV. Aen. 2, 761 'asylo' hoc ... non est in omnibus templis nisi quibus consecrationis -e concessum est. LEX Brix. (CIL V suppl. Ital. 1273) 1 eadem -e sacrum esto. CIL VI 26445, 10 huic munimento intercedet -x, ne donatio fiat. *al.* (II) *in devotione*: CARM. devot. Macr. Sat. 3, 9, 10 (*ad deos*) uti vos eas urbes ... devotas consecratasque habeatis ollis -bus, quibus quandoque sunt maxime hostes devoti. (III) *alia*: LIV. 22, 10, 4 qui faciet (*i. sacrificabit*), quando volet quaque -e volet, facito; quo modo faxit, probe factum esto. SERV. auct. Aen. 3, 89 ('da pater augurium') est species ista augurii, quae -um dictio appellatur; -um dictio autem est, cum condicio (condictio, conditio *var. ll.*; initio *Mommsen*) ipsius augurii certa nuncupatione verborum dicitur *eqs.*

b *structurae* (*ad 2*): *α* (sub) ea (hac *sim.*) -e (iis -bus), ut (ne, si): *abl. solus*: PLAVT. Most. 360 *seq.* ut (CIC. rep. 1, 8. 4, 12 LIV. 1, 24, 3. 23, 33, 9. 23, 48, 11 VITR. 10, 16, 17 TAC. ann. 2, 38, 3. *al. cf.* ne: CIC. Phil. 8, 32 HOR. carm. 3, 3, 58 PLIN. nat. 36, 17 SVET. Tib. 42, 2. *al.*). TER. Haut. 1054 *seq.* si (CIC. Sest. 24 OV. met. 5, 531). sub: SEN. benef. 7, 8, 3 *seq.* ne (SVET. Aug. 21, 2). SVET. vita Hor. p. 48, 12 *seq.* ut (AMM. 17, 8, 3. 17, 10, 4. 17, 14, 1. 20, 4, 4). *β* ad, in -em (-es): CIC. Verr. II 3, 62 Q. Lollium ... ad Aproni -es condicionesque venisse (*notione veniendi propria sublucente* OV. met. 10, 574 venit ad hanc -em *Atalantes* ... turba procorum). OV. am. 2, 17, 23 me ... in quaslibet accipe -es (*supra l. 9.* VAL. MAX. 3, 8, 4 in exilium quam in -em eius ire maluit [*v. vol. V 2, 647, 64*]. SEN. dial. 6, 10, 5 in hanc -em datus *filius*). *ad imaginem eundi adde* LIV. 9, 5, 3 quo minus -bus dictis stetur (COD. Theod. 3, 13, 3, 1 [= Iust. 5, 19, 1]. CONSVLT. 4, 5).

B *usu Iudaeorum, Christianorum*: **1** *de praeceptis, doctrina, fide*: **a** *de vetere testamento eiusque partibus* (*cf.* AVG. trin. 15, 17, 30 -is nomine aliquando simul omnia veteris instrumenti sanctarum scripturarum significantur eloquia [*affert* I Cor. 14, 21 Ioh. 15, 25] ..., aliquando autem proprie vocatur -x, quae data est per Moysen [*affert* Matth. 11, 13. 22, 40]. PS. AVG. quaest. test. I 72 per Moysen ... -x data manifesta habet praecepta, sed scripsit et historiam, quae et ipsa -x appellatur): ITALA exod. 12, 43 (Rufin. Orig. in num. 11, 1 p. 76, 15) haec est -x paschae ([*Vulg.* religio]. PEREGR. Aeth. 7, 5.

[*Hübner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al.). deut. 24, 8 (Lugd.) secundum omnem -em quodcumque nuntiaverint vobis sacerdotes et levites (*Vulg.* quaecumque *tantum. cf.* TERT. adv. Iud. 2, 7 leviticae -is sacerdotium. 5, 3 cum per Moysen in levitico -x sacerdotalis conscriberetur. VVLG. num. 8, 24 -x levitarum). II par. 12, 1 (Complut., *sim.* VVLG.) dereliquid -em domini (*gr.* ἐντολάς. 31, 3 [*ibid.*, VVLG. -e Moysi]. *al.*). 23, 18 (*ibid.*, *sim.* VVLG.) sicut scriptum est in -e Moysi (25, 4 [*ibid.* = VVLG.; *gr.* νόμον κυρίου]. TERT. praescr. 42, 7 ⟨in⟩ -em M. et prophetas. *et saepius*). psalm. 118. 105 (Epiphan. in cant. p. 7) lucerna pedibus meis -x tua (*gr.* λόγος [νόμος *var. l.*], *Vulg.* verbum). Matth. 22, 35 (cod. b *al.* = VVLG.) unus ex eis *Pharisaeis* -is doctor (*v. vol. V 1, 1775, 14sqq. 26sqq. 50sqq. 60. 1776, 42. cf.* Luc. 7, 30 [cod. b *al.* = VVLG.] Pharisaei ... et -is periti [*gr.* νομικοί, cod. a *al.* -is doctores. *al. at* 11, 53 (*ibid.*) *pro* γραμματεῖς]). 22, 40 (Cypr. unit. eccl. 15 p. 224, 7; *cf.* Tert. ieiun. 2 p. 276, 28) in his duobus praeceptis tota -x pendet et prophetae (VVLG. universa -x. Luc. 16, 16 [Tert. ieiun. 2 p. 275, 11. *al.* = VVLG.] -x et p. usque ad Iohannem). Rom. 7, 14 (cod. e = VVLG.) -x spiritalis est, ego autem carnalis sum. BARNAB. 10, 2 in secunda -e (*gr.* δευτερονομίῳ. HIER. epist. 53, 8, 2 deuteronomium ..., s. -x et evangelicae -is praefiguratio [*sim.* EVCHER. instr. 2 p. 161, 1]. *al. de evangelio infra l. 62. cf.* OPTAT. 7, 1 p. 161, 6 -em innovatam accepit *Moyses*. VVLG. deut. 17, 18 deuteronomium -is. Ios. 8, 32 d. -is Moysi. VINCENT. LER. 19 deuteronomii -es). TERT. apol. 45, 4 ipsas -es quoque vestras ... de divina -e ut antiquiore forma mutatas (*opp.* 45, 5 humanarum. *al.* OPTAT. 6, 5 p. 152, 17 *opp.* publicas. *et saepe. cf.* TERT. coron. 6 l. 1 quaerens ... dei -em habes communem istam in publico mundi [SEVERIN. doctr. p. 128 COMM. instr. 1, 35, 21. *et saepe*]. adv. Marc. 1, 19 p. 315, 4 deum -is. *al.*). castit. 7 l. 4 in vetere -e animadverto castratam licentiam saepius nubendi ...; sed Christo servabatur ... -is plenitudo ([*sec.* Matth. 5, 17]. adv. Iud. 3, 10 adv. Marc. 1, 21 p. 317, 9. *sim. al.*). coron. 11 l. 7 *opp.* evangelium (adv. Marc. 1, 19 p. 314, 22 separatio -is et e. 3, 14 p. 399, 12 *ensem* bis acutum duobus testamentis, -is et e. 5, 2 p. 571, 24 -is destructio et e. aedificatio. 5, 3 p. 576, 27 *ut fierent* -is difficultates in e. facilitates. *et saepius.* ISID. diff. 2, 123 inter -em et e. hoc interest, quod in -e littera est, in evangelio gratia *eqs.*). ieiun. 2 p. 276, 2 Iudaicae ... -is (praescr. 40, 16 FILASTR. 87, 2. ALC. AVIT. epist. 22 p. 54, 27 cum duae -es sint, id est I. quae praecessit et nostra quae sequitur *eqs.* COD. Theod. 7, 8, 2 = Iust. 1, 9, 4. *cf.* VVLG. act. 25, 8 Iudaeorum. *sim. al.*). GAVDENT. serm. 3, 12 G. in decalogo -is (*v. vol. V 1, 116, 54sqq. cf.* PRISCILL. tract. 6, 105 decalogi ... -e. AVG. civ. 15, 20 p. 103, 6 D. quoniam ... -x denario numero praedicatur, unde est memorabilis ille decalogus. serm. 205, 1 denaria -e. *sim. al.*). PRISCILL. tract. 6, 97 per -em veteris testamenti ([*item* veteris: AVG. civ. 20, 26 p. 473, 26 D. LEO M. serm. 3, 1]. VVLG. Sirach 39, 11. *cf.* CASSIOD. Didym. in Ioh. 2 p. 46, 3 testamentum -is. GREG. M. epist. 11, 56 a p. 342, 6 t. veteris -is). GREG. M. in Ezech. 1, 3, 19 (*ad Is. 5, 17*) advenae comedimus, quae cives -is manducare noluerunt. *al.* *includitur test. nov.*: PASS. Anth. 3, 12 AASS 11. mai p. 618[E] quod duo testamenta -is quattuor contineant evangelia.

b *de novo testamento* (*cf. l. 48*): TERT. adv. Iud. 3, 10 in nova -e edocti *eqs.* (adv. Marc. 4, 1 p. 423, 22 per n. -em evangelii et n. sermonem apostolorum. 4, 9 p. 440, 23 n. -is et n. sermonis et n. testamenti. Ps. TERT. adv. Iud. 9, 22 non per Moysen id est per -is disciplinam, sed per Iesum id est per n. -is gratiam. *al.*), adv. Marc. 4, 1 p. 423, 22 -em evangelii ([*v. supra*]. CYPR. epist. 15, 1 p. 513, 15. *al.*). monog. 8, 1 ad -em proprie nostram, id est ad e. conversi. NOVATIAN. Cypr. epist. 36, 1 p. 573, 12 evangelica -e (36, 2 p. 574, 19 CYPR. epist. 46, 1. *al.*). RVFIN. Orig. princ. 4, 3, 12 p. 343, 15 secunda -x deuteronomium dicitur, quod nonnullis significare videbitur hoc ipsum, quod cessante -e prima, quae per Moysen data est, videatur secunda legis latio deformari, quae specialiter a Moyseo traditur Iesu, successori eius; qui utique formam servare creditur salvatoris nostri, cuius secunda -e, id est praeceptis evangelicis, ad perfectum omnia perducuntur (AVG. civ. 18, 54 p. 343, 11 D. -x s., id est testamentum novum. *sim. al. de deuteronomio v. supra l. 18*). CASSIOD. inst. 1, 1, 6 de novo quoque testamento fecit *Hieronymus* librum, ubi quaestiones ad eandem -em ... pertinentes enodavit. *al.*

c *de fide, religione Christiana in univ.* (*cf.* AVG. fid. et op. 24, 45 si illo loco [Rom. 2, 12] -em pro fide accipi volunt *eqs.*): OPTAT. app. 2 p. 198, 22 loquor nomine seniorum christiani populi catholicae -is (3 p. 204, 20. *al. v. vol. III 615, 66sqq.*). FILASTR. 129, 9 salutaris Christianae -is ... arcana (SYMM. rel. 10, 1, 6 AMM. 15, 7, 6 Ch.-is antistes [20, 7, 7]. 25, 10, 15. CIL III 9508 *a. 382. al. cf.* VVLG. Gal. 6, 2 -em Christi. INSCR. christ. Diehl 3870 per -es cresteanor(um)). INSCR. christ. Diehl 1062 a (*ca. a. 450*) sacrosanctae -is antestis Hilarius (*cf. l. 72*). CE 669, 4 optima servatrix -is fideique magistra. 905, 5 Christi -isque minister. 1368, 11 (*a. 521*) *Ennodius* scismata coniunxit dudum discordia -i. *al.*

d *de religione pagana vel haeretica*: CAES. AREL. trin. 17 p. 179, 29 Romana ecclesia, quae et prius imperatores et postea reges alterius (*i. paganae*) -is habuit (*ibid. l. 17* imperatores vel reges religionis alterius).

2 *de ipsis legislatoribus* (*cf. l. 54*): **a** *de Moyse*: TERT. praescr. 8, 6 habent ... Moysen et Eliam (*cf. Luc. 16, 29*), id est -em et prophetas Christum praedicantes. RVFIN. Orig. in exod. 2, 4 p. 160, 10 Moyses quia -x appelletur, in multis locis iam saepe dissertum est. in lev. 14, 3 p. 483, 23 Moyses, id est -em dei (*item* in num. 3, 2 p. 15, 29. *al.*). in num. 6, 4 p. 36, 8 Moyses, id est -x spiritalis. 12, 2 p. 98, 11 Moyses, id est -x. **b** *de Christo* (*cf.* Rom. 10, 4 finis ... -is Christus): LACT. inst. 4, 17, 7 vivam praesentemque -em. ORIENT. carm. app. 2, 8 hostia, -x, ratio *eqs.*

3 *in locutionibus praepositionalibus: est aliquis* in -e: VVLG. Rom. 3, 19 iis, qui in -e sunt. I Cor. 9, 21 factus sum Iudaeis tamquam Iudaeus, ut Iudaeos lucrarer; iis, qui sub -e sunt, quasi sub -e essem (cum ipse non essem sub -e), ut eos, qui sub -e erant, lucrificarem; iis, qui sine -e erant *eqs.* AVG. op. monach. 11, 12 p. 550, 22 sub -e carnales Iudaei, in -e spiritales et Iudaei et Christiani ..., sine -e autem gentes, quae nondum crediderunt. in psalm. 1, 2 ('in -e domini fuit voluntas eius *eqs.*') qui est in -e, secundum -em agit; qui est sub -e, secundum -em agitur. *al.* ex -e: VVLG. Rom. 4, 14 qui ex -e, heredes sunt. 4, 16. *al.* sub -e (*v. etiam supra*): 6, 16 non ... sub -e estis, sed sub gratia *eqs.* Gal. 4, 6 ut eos, qui sub -e erant, redimeret (*huc* ORIG. in Matth. ser. 79 p. 189, 21 ut educeret eos ex -e). 5, 18 non estis sub -e (*explicatur* AVG. nat. et grat. 57, 67 sub -e est ..., qui timore supplicii, quod -x minatur, non amore iustitiae se sentit abstinere ab opere peccati). *al.* sine -e (*gr.* ἄνομος, *cf.* HIER. in Gal. 4, 4 p. 372[D] ἄνομος enim dicitur ille, qui sine -e est et nullo iure constringitur. ISID. orig. 8, 5, 31 *in explicatione nominis Anomianorum*): ITALA Is. 1, 4 (Cypr. testim. 1, 3. *al.*) vae ... filii sine -e (*Vulg.* sceleratis). I Cor. 9, 21 (cod. g, *sim. al. et* VVLG.) his, qui sine -e sunt tanquam sine -e essem (*opp.* in -e [*gr.* ἐννόμοις], sub -e [*gr.* ὑπόνομον]). IREN. 5, 25, 1 *antichristus veniet* impius et iniustus et sine -e.

II *latius respiciuntur varia, sc. maxime vitae condiciones, mores vel operae, actiones quaelibet*: **A** *-es maxime ab hominibus vel deis quasi hominibus datae, hic illic secundum naturam*: **1** *hominibus* (*homines ipsi -es appellantur p. 1247, 10sqq. 1248, 54, cf. etiam IB2 et p. 1240, 76; accedit* quasi *p. 1247, 47*): **a** *vitae, morum regulae* (*cf. p. 1243, 3sqq. 1244, 57*): **α** *variae*: PLAVT. Truc. 141 tute Veneris publicum ... alia -e habere postulas, quin otiosus fias? TER. Andr. 200 verberibus caesum te in pistrinum ... dedam usque ad necem, ea -e atque omine ut, si te inde exemerim, ego pro te molam (*214* quo iure quaque iniuria. PETRON. 107, 14 quia nec omen nec -em navigantium noverant). Haut. 998 patris pacem in -es conficiet suas. CIC. Quinct. 50 cui ... domini constituuntur, qui qua -e et qua condicione pereat pronuntient (*cf.* PRIAP. 83, 20 gravi piaque -e noxiam lues. OV. met. 6, 137 -x ... eadem poenae ... dicta. Ib. 616 obstructo ... famem patiaris limine tecti, ut -em poenae cui dedit ipsa parens [*sc. Pausaniae regi Spartano*]. ZENO 2, 18, 3 [1, 39, 6 L.] nec usuali in reos -e carnifices in martyris membra saevire). Tull. 51 haec ... tacita -x est humanitatis, ut ab homine consilii, non fortunae poena repetatur (*v. vol. VI 3, 3079, 58sq. adde* EPIST. Alex. l. 303 H. h. -e *i. blanda voce* eos mulcens. *cf. p. 1249, 84. 1251, 2*). Verr. II 1, 57 P. Servilius quae signa ... belli -e atque imperatorio iure sustulit (2, 50 b. ac victoriae. leg. agr. 2, 40 Deiot. 25 SALL. [?] rep. 2, 4, 1 CIRIS 447. LIV. 7, 10, 6 *opp.* spectaculi ... more. *cf.* IVST. 33, 1, 5 -e victi. SERV. Aen. 12, 819 ['fati ... -e'] victoriae -x est, ut victi cedant *eqs.* ADNOT. Lucan. 4, 544 militaris). 3, 1 -em ... sibi ipsi dicunt (indicunt *var. l.*) innocentiae, continentiae virtutumque omnium (OV. met. 13, 72. LIV. 45, 24, 4 nobis dicimus. SEN. benef. 2, 18, 4. SEN. dial. 8, 3, 1 mihi ... dixerim [QVINT. decl. 260 p. 68, 26 PLIN. epist. 2, 16, 2]. STAT. silv. 5, 2, 72. *cf.* CIC. Verr. II 3, 5 mihi ... statuo. Phil. 10, 12 s. statuerat. ac. 2, 23 s. ... inposuerit. HOR. sat. 1, 3, 67 in nosmet ... sancimus. PANEG. 11, 5, 5 mihi propono). 3, 82 ut ipsius *Sullae* voluntas ei posset esse pro -e (*ibid.* libidinem tibi tuam pro -e esse. SALL. [?] rep. 2, 3, 4 libidine ac licentia sua pro -bus utuntur. LIV. 3, 9, 5 *consules* libidinem ac licentiam suam pro -e habituros. 32, 34, 5 cum ... pro -e hunc antiquitus morem servent, ut *eqs. al. cf.* TAC. ann. 4, 37, 3 qui omnia facta dictaque eius *Augusti* vice -is observem. CARM. de Sod. 15 luxuries illic *Sodomis* ... instar -is erat). Mur. 11 -x magis accusatoria quam vera maledicendi facultas. 60 iniquam -em ... et miseram condicionem instituet periculis hominum, si existimabit iudicium accusatoris in reum pro aliquo praeiudicio valere oportere. Balb. 60 erit (erat *codd.*) aequa -x ..., ut nostras inimicitias ipsi inter nos geramus. Pis. 37 quos *fines provinciae* -x cupiditatis tuae, non quos -x generi tui *Caesaris* pepigerat. Planc. 5 vetus ... -x illa iustae veraeque amicitiae (*vol. I 1898, 12sq. cf.* PLIN. paneg. 87, 4 amandi. POMP. TROG. Iust. 38, 6, 7 odiorum [TERT. scorp. 9 p. 163, 17]). Phil. 11, 27 salutem libertatemque patriae -em sanctissimam et morem optimum iudicavit (*cf.* leg. 3, 8 salus populi suprema -x esto. AMM. 23, 1, 7 -x una sit et perpetua, salutem omni ratione defendere). parad. 36 cui mulier imperat, cui -es imponit (*cf.* SEN. Ag. 265 severas ferre me -es viro *Agamemnoni* non patitur animus). ac. 2, 27 -x veri rectique (*cf.* QVINT. inst. 12, 1, 19 veritatis [TERT. pudic. 6 p. 228, 16 pietatis, sanctitatis, humanitatis, v., castitatis, iustitiae, misericordiae, benevolentiae, pudicitiae. VVLG. Mal. 2, 6 AVG. vera relig. 30, 56 p. 147. *cf.* 1, 57]). rep. 1, 52 *rector civitatis* suam vitam ut -em praefert suis civibus. leg. 1, 56 sequi naturam et eius quasi -e vivere (*ibid.* virtute tamquam -e, *opp.* ex natura. SEN. epist. 20, 2 ad -em suam. *cf.* CIC. leg. 1, 57 -es vivendi et disciplinam [SEN. epist. frg. 17 bene honesteque.

[Hübner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Tert. scorp. 5 p. 155, 17. Ivvenc. praef. 2 bene. *al.*]. Tusc. 2, 11 qui disciplinam suam ... -em vitae putet [Sen. epist. 90, 34. 94, 39 philosophia ... v. -x. 95, 57. 108, 6 Qvint. inst. 1 prooem. 14. 5, 11, 39). 2, 10 fortitudinis -e atque imperio (fin. 2, 94 f. quaedam praecepta sunt ac paene -es). 2, 23 *-es erant* in more maiorum, qui tum ut -x valebat (*cf.* Isid. orig. 2, 10, 1 mos ... est ... -x non scripta [*sim.* diff. 1, 339]). Hor. sat. 1, 3, 72 amicus ... cum mea compenset vitiis bona, pluribus hisce, si modo plura mihi bona sunt, inclinet amari si volet: hac -e in trutina ponetur eadem. Pvblil. L 15 locis remotis qui latet, -x est sibi (Manil. 5, 495 Vvlg. Rom. 2, 14. *in imag.*: Boeth. cons. 3 carm. 12, 48 quis -em det amantibus? maior -x amor est sibi). Tib. 1, 5, 58 iniusta -e relicta Venus (*cf. ibid. 7* foedera lecti). 2, 4, 52 illius *puellae* est nobis -e colendus amor. 3, 9, 19 -e Dianae ... casta retia tange manu (*cf.* Calp. decl. 3 suam -em habet *pudicitia*. Tert. *p. 1246, 80* pudicitiae [Prvd. c. Symm. 2, 1059]. Symphos. 309 pudoris). Prop. 3, 20, 16 foedera sunt ponenda prius signandaque iura et scribenda mihi -x in amore novo. 4, 4, 58 me *Tarpeiam* rape et alterna -e repende vices *pro Sabinis raptis* (*cf.* Sacr. Leon. 434 mutua ... -e). Ov. am. 3, 2, 20 haec in -e loci commoda circus habet (*item de consessu*: ars 1, 147). epist. 5, 134 manet Oenone fallenti casta marito; et poteras falli -bus ipse tuis (*cf.* 6, 154 subnuba ... -es sentiat ipsa suas). 16, 269 ut ferus Alcides Acheloia cornua fregit, dum petit amplexus, Deianira, tuos; nostra per has -es audacia fortior isset (victoria ... esset *var. l.*). ars 1, 655 neque ... -x aequior ulla est quam necis artifices arte perire sua. met. 2, 556 Pallas ... -em dederat, sua ne secreta viderent. 7, 8 -x (vis *var. l.*) ... datur Minyis magnorum horrenda laborum. 10, 330 humana malignas cura dedit -es *sc. incestus*. trist. 5, 9, 11 mea -e data vincta atque inclusa Thalia (camena, voluntas *var. ll.*). Lavd. [Turiae] (CIL VI 1527) 2, 78 -em habui *i. duxi* mandata tu⟨a⟩. Sen. contr. 2, 2, 1 diu inter nos tacita -x erat. Sen. rem. fort. 2, 1 gentium -x est, quod acceperis reddere (*benef. 3, 14, 3* ius g. prae se ferens 'redde quod debes'. Cassiod. var. 3, 2, 2). Ag. 264 -x alia solio est, alia privato in toro (*cf.* Lvcan. 8, 399 -es et foedera taedae [*seq.* exceptos -bus ... concubitus]. Stat. silv. 1, 2, 28 subiit -es et frena momordit ille solutus amor. Paneg. 74, 1 matrimonii -bus. Clavd. 27, 76 cum -e tori, casto cum foedere. Mart. Cap. 7, 725 [vers.] hymeneia -x [8, 807]. Sacr. Leon. 1106 pro sacra -e coniugii. Greg. 200, 2 pro sacra conubii -e). Sen. benef. 2, 10, 4 beneficii inter duos -x. *al.* Cvrt. 5, 8, 14 (*loq. Darius*) si hic animus, si haec -x, nulli non parta libertas est. Lvcan. 9, 557 vita tibi *Catoni* semper derecta supernas ad -es sequerisque deum. Petron. 4, 1 liberos ... severa -e proficere. 5 vers. 3 mores frugalitatis -e poliat exacta. Plin. nat. 11, 105 in Cyrenaica regione -x ... est ter anno debellandi eas *locustas*. Val. Fl. 4, 210 (*loq. Amycus*) hic mihi -x caestus adversaque tollere contra bracchia. 7, 427 spem mihi promissam ... reddat qua -e, vides. Frontin. strat. 2, 1, 16 Ariovisto ... institutum et quasi -em esse non pugnandi decrescente luna (*Caes. Gall. 1, 50, 5* non esse fas). *al.* *β* in *conviviis*: Lvcil. 1307 Tappulam rident -em (Lex Tappula [CIL V suppl. Ital. 898] 1 ⟨-x⟩ T. Fest. p. 363 T. -em convivalem ficto nomine conscripsit iocoso carmine Valerius Valentinus, cuius meminit Lucilius). Cic. Verr. II 5, 28 iste ... praetor severus ac diligens, qui populi Romani -bus numquam paruisset, illis -bus, quae in poculis ponebantur, diligenter obtemperabat (*cf. 1, 66* Graeco more). Tusc. 5, 118 mihi ... in vita servanda videtur illa -x, quae in Graecorum conviviis obtinebatur: 'aut bibat' inquit 'aut abeat'. Catvll. 27, 3 inger mi calices amariores, ut -x Postumiae iubet magistrae. Hor. sat. 2, 6, 69 conviva solutus -bus insanis. Petron. 136, 11 tribus potionibus e -e siccatis. Plin. nat. 14, 140. Mart. 9, 35, 12 cenabis apud me hac -e, ut narres nil ... novi. 9, 89, 1. Svet. Tib. 42, 2 Cestio Gall[i]o ... cenam ea -e condixit Tiberius, ne *eqs.* Avson. 336, 1 p. 200 P. ter bibe vel totiens ternos: sic mystica -x est. *γ in philosophia* (*v. et supra l. 2 sq.*): Cic. Tusc. 4, 7 nullis ... unius disciplinae -bus adstricti, quibus in philosophia ... pareamus. 5, 19 qui -bus suis paruisset. 5, 33 qui -bus impositis disputant *i. certum dogma habent*. 5, 108 si ... Epicuri -bus paruisset. Sen. dial. 7, 13, 1 quam nos virtuti -em dicimus, eam ille *Epicurus* dicit voluptati: iubet illam parere naturae. epist. 94, 15 -es ... philosophiae breves sunt et omnia alligant. Qvint. inst. 12, 7, 9 secundum omnium sapientium -es. Apvl. apol. 65 cuius *Platonis* -bus oboedientem. Plat. 2, 22 decreto et -e rectae rationis. Avg. civ. 14, 19 p. 42, 22 D. quae sapientiae -e concessa sunt. *fere i. q.* *ἀξίωμα*: Sen. benef. 3, 19, 2 iam sub ista ipsa -e vincam *in disputatione*. dial. 5, 37, 5 non aequis quendam oculis vidisti, quia de ingenio tuo male locutus est? recipis hanc -em?

b *artis, actionum regulae* (*accedunt* velut *p. 1248, 6. 15. 63*, quasi *p. 1248, 83*): *α variae*: Varro Men. 156 tragici prodeunt cum capite gibbero, cum antiqua -e ad frontem superficies (-as *codd.*) acced[eb]at (-ebant *var. l.*, accedere debeat *Heraeus*). Ov. medic. 25 feminea vestri poliuntur (potiantur *trad.*) -e mariti. ars 3, 133 non sint sine -e capilli (met. 1, 477. Epist. Sapph. 73 sparsi. *cf.* Sen. Oed. 416 effusos s. -e crines. Phaedr. 320 dari -em rudibus capillis. 804 Clavd. 24, 247 carm. min. 25, 100). met. 11, 489 quae dum sine -e geruntur (*de operationibus navalibus*). trist. 2, 488 hic epulis -es hospitioque dedit (*carmine ut*: Manil. 2, 19 ruris cultus -esque notavit *Hesiodus* [rogarit *var. l.*]. 2, 204. *al.* Plin. nat. 18, 321 -um utilitas ... in toto opere *i. Vergili georgicis*). Manil. 1, 85 lingua suas accepit barbara -es (*cf.* Avson. 341, 7 p. 159 P. in verba refert *sensus* modulata -e loquax os). Cels. 1, 1, 1 sanus homo ... nullis obligare se -bus debet. 1, 2, 7 ne his *imbecillis* quidem athletarum exemplo vel certa esse -x *exercitationum* ... esse debet. 4, 32, 2 omissis his -bus *medici* eo transire, ut arbitrio suo vivat. Sen. dial. 4, 35, 3 si ... amictus illis *iratis* compositus est ad -em, trahent vestem. Colvm. 2, 2, 21 quam *formam agri subigendi* velut sectam -emque in proscindendis agris sequantur agricolae. 5, 11, 12 cum antiqui ... veluti quan⟨dam⟩ -em sanxerint eos tamen surculos posse coalescere qui *eqs.* Calp. ecl. 5, 14 qua -e regas ... capellas ..., percipe. Plin. nat. 15, 11 olivantibus -x antiquissima fuit: oleam ne stringito neve verberato (*cf. Cato agr. 144, 1*). 15, 82 Cato (*agr. 56*) cibaria ruris operariis iusta ceu -e sanciens. 18, 176 sunt et h⟨u⟩ic *arando* suae -es: lutosam terram ne tangito *eqs.* (*cf.* 18, 192 huic *stercorando* -es sunt propriae. 18, 254 vineam pampinare; et huic -x sua). 34, 55 lineamenta artis ex eo *canone* petentes veluti a -e quadam. Sil. 16, 202 dispersas sine -e catervas (*cf.* Stat. Theb. 5, 7 dispositi in turmas ... -emque severi ordinis. 6, 768 *Capaneus* ambas consumit sine -e manus *pugnando*. 10, 506 -es praeceptaque fortia belli). Qvint. inst. 1, 11, 17 chironomia, quae est ... -x gestus. 12, 10, 41 etiam si validiora fiant *athletarum corpora* exercitatione et -e quadam ciborum (Ter. Mavr. 9 -em pulveris et cibi). Svet. Nero 24, 1 in certando ... -i oboediebat *Nero*, ut numquam exscreare ausus *eqs.* (*cf. infra l. 73*). Veg. mil. 3, 14 instructionis -x est, ut in primo *ordine* exercitati et veteres milites conlocentur *eqs.* Rvfin. Orig. in lev. 16, 1 p. 492, 6 agonicis -bus (*4* certaminis regula). Prvd. c. Symm. 2, 1035 his deus agricolam confirmat -bus (*sc. Matth. 13, 4 sqq, 1023* praecepta). Clavd. 28, 623 (*de ludis bellicis*) certa ... vagandi textas -e fugas inconfusosque recursus. Constantivs vita Germ. 10 p. 258, 15 ad -em sepulturae fossa dirigitur (*antea*: corpora fusa sine ordine). *al.*

β in litteris, arte musica, dialectica, rhetorica: ① *generalia*: Cic. de orat. 1, 256 nimis duras -es imponere ..., sed ... prope necessarias. 2, 62 primam esse historiae -em, ne quid falsi dicere audeat (fam. 5, 12, 3. *cf. l. 41 et* leg. 1, 5 alias in historia -es observandas ..., alias in poemate). rep. 1, 38 ea -e, qua credo in rebus disserendis utendum esse. leg. 2, 39 negat *Plato* ... mutari posse musicas -es sine mutatione -um publicarum (*cf.* Avg. doctr. christ. 2, 66 musicae -em). Varro ling. 7, 18 (*ad Pacuv. trag. 404* Calydonia altrix terra) -e poetica quod terra Aetolia, in qua Calydon, a parte totam accipi Aetoliam voluit. Hor. sat. 2, 1, 2 sunt, quibus in satura videor nimis acer et ultra -em tendere opus (*cf.* Schol. Iuv. 1, 168 satiricas -es). ars 135 unde pedem proferre pudor vetet aut operis -x (Ivv. 7, 102 operum *i. historiarum*. *cf.* Plin. epist. 4, 14, 5 huius opusculi illam esse ... -em, quam Catullus [*16, 5 sqq.*] expressit). Ov. am. 3, 1, 30 (*loq. Tragoedia*) inplebit -es spiritus iste meas. ars 1, 609 non tua (*amantis*) sub nostras veniat facundia -es; ... sponte disertus eris. Liv. 7, 2, 11 inde ad manum cantari histrionibus coeptum ...; posteaquam -e hac fabularum ab risu ac soluto ioco res avocabatur *eqs.* Sen. contr. 2 praef. 1 in descriptionibus extra -em omnibus verbis ... permissa libertas (*antea*: inaequalitas orationis). 4 praef. 9 ad declamatoriam -em. 10 praef. 15 summam -em dicendi sectam *Apollodori* putat (Qvint. inst. 5, 13, 60. 8 prooem. 2. 10, 1, 25. 12, 11, 15 Paneg. 11, 5, 5. *cf.* Sen. epist. 40, 8 d. velocitatem ... sine -e vadentem. Qvint. inst. 1, 6, 16 loquendi [1, 8, 14 Ivv. 6, 453 servata ... -e et ratione l. *ubi* Schol. *ad l.*: id est sine vitio loqui; -e: analogia]. 2, 13, 1 narrandi. 10, 1, 76 Demosthenes ... paene -x orandi fuit [*cf. Plin. epist. 9, 26, 8* Demosthenes ..., ille norma oratoris et regula]). Sen. dial. 9, 1, 14 oblitus ... -is pressiorisque iudicii sublimius feror *in oratione*. epist. 82, 19 ad -em dialecticam (Gell. 16, 2, 5. *cf.* 16, 2 tit. cuiusmodi sit -x apud dialecticos percontandi disserendique *eqs.* 16, 2, 1 -em ... disciplinae dialecticae. *al. in eodem cap.* Cassiod. inst. 1, 6, 2). Mart. 1, 35, 14 -x haec carminibus data est iocosis, ne possint nisi pruriant iuvare. Qvint. inst. 1, 5, 29 vetus -x sermonis (Tac. dial. 27, 2. Avg. civ. 13, 24 p. 593, 32 D. cotidiani quadam -e s.). 4, 1, 62 qui velut -em prooemiis omnibus dederunt, ut *eqs.* (*cf.* 10, 1, 48 in paucissimis versibus -em prohoemiorum ... constituit *Homerus*. decl. 338 p. 330, 15 prohoemiorum propriam formam, propriam -em, proprium modum habet. Porph. Hor. epist. 1, 20, 1 principia et fines in omnibus libris nullius -is formula contineri). 4, 2, 84 neque enim est una -x defensionis certumque praescriptum. 9, 4, 133 -em hanc esse componendi. decl. 268 p. 92, 7 -x contentionis et formula et omne praescriptum ex testamento patris pendet (*cf.* p. 95, 14 ad formam -emque paterni testamenti). *al.* Ivv. 6, 635 finem egressi -emque priorum grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu. 7, 229. Tac. ann. 16, 4, 3 *Nero* cunctis citharae -bus obtemperans (*cf. supra l. 22*). Plin. epist. 2, 20, 9 sufficiunt duae fabulae, an scholastica -e tertiam poscis? 9, 29, 2 ceteris artibus excusatio in numero, litteris durior -x. Gell. praef. 20 quam ille homo *Aristophanes* ... fabulae suae spectandae -em dedit. 21 versus -is datae hi sunt *eqs.* 1, 25, 10 -bus rationibusque omnibus definitionum. 13, 21, 22 secundum grammaticam -em. Don. de com. 3, 4 personarum -es circa habitum, aetatem, officium, partes agendi nemo diligentius a Terentio custodivit. Boeth. arithm. 1 praef. p. 4, 29 non ... artissima memet ipse translationis -e constringo *eqs.* ② *-es metricae, rhythmicae* (*cf. imaginem p. 1250, 50*): Cic. de orat. 3, 176 verba ... alligata ... quasi certa aliqua -e versus neque ita soluta, ut vagentur (Sen. epist. 88, 3 versuum -x ac modificatio). 3, 190 hanc ... ad -em cum

[*Hübner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

exercitatione tum stilo ... formanda nobis oratio est (*seq.* rhythmicorum aut musicorum acerrima norma). orat. 198 quod in illis *versibus* certa quaedam et definita -x est. HOR. carm. 4, 2, 12 numeris ... -e solutis (*cf.* CYPR. GALL. exod. 1086 -x numeris adstricta *i. versus*). OV. Pont. 4, 12, 5 -x pedis. MANIL. 1, 22 certa cum -e canentem mundus et (*i. etiam*) immenso vatem circumstrepit orbe (*24* soluta ... verba. *3, 35* pedibus ... iungere certis). 4, 431 tot numeros totiens sub -e referre. COLVM. 11, 1, 1 cum praedictam materiam carminis -bus implicarem. PLIN. epist. 4, 14, 8 metri -e (*v. vol. VIII 900, 3sq., ubi addas* TER. MAVR. 1368). STAT. silv. 5, 3, 151 qua -e recurrat Pindaricae vox flexa lyrae. QVINT. inst. 1, 12, 3 pes *citharoedorum* ... certam -em temporum (-ris *var. l.*) servat (TER. MAVR. 1384). 9, 4, 143 versificandi genus est unam -em omnibus sermonibus dare. BASS. gramm. VI 257, 4 cuius *trimetri claudicantis* -x talis est, ut *eqs.* (*cf.* TER. MAVR. 1483 -x heroica. 1646 -es ... datas heroica carmina poscunt. MART. CAP. 9, 990 *dochmiacus* hac -e componitur, ut sit ex iambo et paeone). *al.* AVSON. 195, 11 p. 53 P. epos ligasti metricum, ut nullus aequa (aeque *Schenkl*) -e liber carminum orationem texeret. 340^B, 3 p. 159 inamoena licet nec congrua carminibus -x (*monosyllabi finalis, cf. 340^A p. 158, 4* fine legitimo). PROB. Verg. ecl. praef. p. 326, 22 carmen bucolicum -em habere videtur, uti versus eius quartus pes partem orationis finiat. PRVD. perist. 4, 165 carminis -es (*162* renuente metro). AVG. mus. 4, 16, 30 quasdam certas -es positas convellere prohibemur (*ibid.* secundum regulas). MART. CAP. 9, 972 arrhythma sunt, quae sibi nulla omnino -e consentiunt ac sine certa ratione coniuncta sunt. *al.*

2 *rebus naturalibus et animalibus datae*: AETNA 45 *Gigantes temptaverunt* victo -es imponere caelo. PROP. 4, 5, 13 cantatae -es imponere lunae (*cf.* SEN. Med. 320 -es ... novas scribere ventis. benef. 4, 28, 3 nec poterat -x casuris imbribus dici). OV. met. 2, 204 quaque impetus egit *Phaethontis*, hac sine -e ruunt (*item de equis*: STAT. Theb. 7, 732 nec -em dominosve pati). GRATT. 231 -x dicta officiis *metagonis*. SEN. Med. 365 cessit pontus et omnes patitur -es *sc. quia navigatur*. COLVM. 5, 6, 24 viti constitutae certa -x ab agricolis inponitur. STAT. silv. 4, 3, 69 *Vulturnum* recti -bus alvei ligasti, *Caesar* (*cf. p. 1252, 16sqq.*). CARM. de pond. 16 haec *pondera* non foedere certo naturae, sed -e valent hominumque repertis. CLAVD. 5, 230 stricto -es imponere ferro.

B *-es a natura, fato, deis datae*: 1 *maxime hominibus, deis*: a *generatim*: PLAVT. Amph. 77 qui minus eadem histrioni sit -x quae summo viro? (*cf.* Cist. 532 quando aequa -e pauperi cum divite non licet *sc. agere*. Merc. 823 utinam -x esset eadem, quae uxori, et viro. SEN. clem. 1, 19, 4 utinam ... eadem homini -x esset *quae apibus* et ira cum telo suo frangeretur). Merc. 817 -e dura vivont mulieres multoque iniquiore miserae quam viri (CIC. Verr. II 5, 180 -e ... et condicione. Phil. 1, 35. *cf.* Balb. 18 -x vitae et condicio [Tusc. 3, 34. 4, 62 communis condicio -xque v. MANIL. 4, 23 v.que necisque. *al. cf. p. 1247, 2*]). CIC. har. resp. 32 quamquam hoc, si minus civili iure perscriptum est, -e tamen naturae communi iure gentium sanctum est (Scaur. 5 contra foedus ... -emque n. rep. 1, 27 *opp.* civili nexo [*Mai*, sexo *cod.*]. *al.* MANIL. 5, 380. *al.* VAL. MAX. 5, 4 ext. 1. 5, 6 ext. 5 sanctissimis. 9, 14 pr. SEN. clem. 1, 19, 1. *al.* VLP. dig. 1, 5, 24 *opp.* -x specialis. *et saepius. cf.* CIC. nat. deor. 1, 36 naturalem [MIN. FEL. 19, 10 *iuxta* divinam; *uterque sec. Zenonem l. 78 allatum.* TERT. coron. 6, 5 -em n. ... et naturam legalem. GAVDENT. serm. 10, 18 G. n. -x est illa, qua gentes -em litterae non habentes naturaliter ea, quae -is sunt, faciunt *eqs., sec.* Rom. 2, 14. *al.*]). Mil. 10 (*de vita defendenda*) est igitur haec ... non scripta sed nata -x, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa adripuimus, hausimus, expressimus *eqs.* (TERT. adv. Iud. 2, 7 quae naturaliter intellegebatur. AMBR. hex. 5, 16, 55 non s. sed nata. *al.*). Tim. 43 sideribus parem numerum distribuit *deus* animorum ... commonstravitque -es fatales ac necessarias (*gr. 41^E* εἱμαρμένους. *v. vol. VI 1, 333, 34sq., ubi addas* CVRT. 5, 12, 11. FAVST. REI. grat. 2, 6 p. 73, 7 naturali nexu et -e f. *al. cf.* CIC. fat. frg. 2 fatum et conexio rerum ..., quae suo ordine et -e sua variatur. VERG. Aen. 12, 819 fati [*v. vol. VI 1, 366, 70sqq., ubi addas* CIRIS 199 LYGD. 4, 47 LIV. 25, 6, 6. *al.*]. LAVD. [Turiae] CIL VI 1527, 2, 52 fato dicta -x. SEN. epist. 16, 5 nos inexorabili -e fata constringunt. *sim. al.*). rep. 6, 15 homines ... sunt hac -e generati, qui tuerentur illum globum *i. terram* (*cf.* Tusc. 3, 59 ea -e esse nos natos, ut nemo in perpetuum expers sit mali [off. 3, 52. fam. 5, 16, 2 *seq.* condicione]. SEN. epist. 77, 12 ad hanc -em natus es). leg. 1, 17 nobis ... in hac disputatione tota causa est universi iuris ac -um (*cf.* SEN. epist. 71, 16 -x universi. AVG. divers. quaest. 79 p. 90 universitatis [*ibid.* est enim -x u. divina sapientia]. quaest. hept. 4, 33 p. 341, 7 universalis -x, quae continet omnia, quae legitime praecipiuntur). 1, 19 a -e ducendum est iuris exordium. *ibid.* ab illa summa -e ..., quae saeclis omnibus ante nata est quam scripta -x ulla (2, 11 illa divina mens s. -x est. *al. cf.* leg. 3, 3 supremae). *et saepius in hoc dialogo* (*cf. Chrysippum Stoic. vet. frg. III 314sqq.*). nat. deor. 1, 36 *Zeno* naturalem -em divinam esse censet (*v. Stoic. vet. frg. I 162 et vol. V 1, 1621, 31sqq.; opp.* humana: *vol. VI 3, 3085, 79sqq.*). 1, 40 *Chrysippus* (*Stoic. vet. frg. II 1076*) -is perpetuae et aeternae vim ... Iovem dicit esse. fam. 6, 6, 12 levat ... dolorem communis quasi -is et humanae condicionis recordatio (*cf.* SEN. dial. 10, 15, 5 generis humani [TERT. carn. 19 l. 10]. epist. 65, 20 animam solutam -bus servitutis humanae. ENNOD. epist. 7, 16, 1 p. 185, 7 humanitatis -x et naturae imperium. ARATOR act. 1, 165 humana sub -e deus). PVBLIL. N 23 necessitas dat -em, non ipsa accipit (*cf.* HOR. carm. 3, 1, 14 aequa -e n. sortitur insignes et imos. SEN. contr. exc. 4, 4, 1 n. est -x temporis *eqs.* VAL. MAX. 1, 6, 12 necessitudinis. 7, 6 pr. necessitatis amarissimae -es et truculentissima imperia. ARNOB. nat. 7, 23 *cum dei* ad ea, quae facturi sunt, ingenitis -bus et quadam necessitate ducantur. FIRM. math. 1, 8, 1 fatalis necessitatis -em. 1, 8, 2 -x n.que fatorum). LYGD. 3, 22 fortuna sua tempora -e regit (*cf.* MANIL. 1, 56 fortunae [SEN. contr. 1, 1, 5]. MIN. FEL. 5, 13 soluta -bus f.). PROP. 4, 11, 17 mi *Corneliae* natura dedit -es a sanguine ductas (*item de gente*: OV. epist. 4, 62 in socias -es ultima gentis eo *Phaedra*. DRAC. laud. dei 3, 272 -x ... aulae [*de furore Labdacidarum*]). OV. trist. 5, 3, 25 hanc -em ... Parcae ... cecinere tibi *Baccho* (*cf.* EPIST. Sapph. 81 ita nascenti -em dixisse Sorores. VAL. FL. 6, 445 *Medea carmine* dat ... alias sine -e colus. SIL. 9, 475 Parcarum [10, 644 CLAVD. carm. min. 11, 1 DRAC. Orest. 342 CE 428, 1]. CLAVD. rapt. Pros. 1, 63 -es, quas dedimus *nos, Parcae,* nevitque colus. CE 1160, 1 felix haec visa est nascendi -e puella ..., sed -em fatis Parcae dixere). MANIL. 1, 63 tacitis dominantia -bus astra (*cf.* 2, 126 quas dant -es nascentibus a. SEN. dial. 8, 5, 5 an ... altior aliqua vis *astrorum* -em singulis dixerit. FIRM. math. 1, 10, 1 fati vim stellarumque decernentium -es. AVSON. 369, 10 p. 96 P. *creditur Sol* nondum exortae -es componere vitae). *al.* *usu christiano*: ITALA Rom. 7, 23 (codd. e g = VVLG.) aliam -em in membris meis repugnantem -i mentis meae et captivantem me in -e peccati (8, 2. I Cor. 15, 56 [*ibid.* = VVLG.] virtus ... p. -x [*at* Tert. resurr. 51 p. 106, 4 delinquentiae]. *explicat* AVG. conf. 8, 5, 12 -x ... p. est violentia consuetudinis *eqs.* divers. quaest. 66, 1 -x ... p. dicitur, non quia ipsa -x peccatum est, sed quia peccatoribus imponitur). AMBR. Abr. 2, 4, 17 nec -i carnali repugnet animus (*item respicitur* Rom. 7, 23: PAVL. NOL. epist. 37, 2 p. 319, 1 [*at* 30, 2 p. 263, 19 corporis]. *al.*). PRVD. cath. 9, 18 -x ... noxialis (*de primo peccato ut* FAVST. REI. grat. 1, 12 p. 41, 20 -x originis). FAVST. REI. grat. 1, 12 p. 42, 8 inevitabili ad peccandum naturae -e (*p. 41, 18* mali necessitate). *al.*

i. quod libatur (*hic illic vergit in vim actionis libandi, e. g. l. 67*): 1 *in honorem deorum* (*in sermone* VVLG. *potius de sacrificio ciborum adhiberi* [*videtur disting.* liba *l. 70*], *at certe ad* σπονδήν *spectant l. 70. 83; cf. s. v.* libamen): **a** *nude ponitur*: VARRO Men. 567 *avis pullis* pancarpineo cibo coacto -a legens caduca victus (*'quae e -is ceciderunt' Bolisani ad l.; an ad 2?*). ling. 6, 54 ex mercibus -a proiecta (porrecta *Goetz*) sunt Herculi in aram. PLIN. nat. 37, 176 hac *ombria* in aras addita -a non amburi. IVST. 12, 10, 4 Oceano -a dedit. 18, 5, 4 mos erat Cypriis virgines . . . dotalem pecuniam quaesituras in quaestum ad litus maris mittere pro reliqua pudicitia -a Veneri soluturas. AMM. 23, 6, 35 antequam magus . . . -a diffunderet praecursoria. HIER. in Ioel 1, 9 p. 957^{A} nec sacrificiis nec -is rite celebratis. VVLG. lev. 9, 17 addens in sacrificio -a, quae pariter offeruntur (23, 13 caedetur agnus . . . in holocaustum domini et -a offerentur cum eo duae decimae similae conspersae oleo . . ., liba quoque vini *eqs. al.*). num. 15, 7 vinum ad -um (*Lugd.* in litationem). iud. 13, 23 holocaustum et -a (*Lugd. al.* sacrificium). *et saepius ibidem.* *per similitudinem de carmine*: STAT. silv. 3, 1, 164 haec ego . . . bacchatus ad aras -a tuli. **b** *accedit gen., pron. poss.*: CIC. rep. 2, 44 dona magnifica quasi -a praedarum Delphos ad Apollinem misit (*item indicatur munus vel id, unde munus demitur*: VAL. MAX. 2, 5, 5 primitiis [*var. l.* primitus] . . . et -is victus sui deos placabant. VVLG. num. 28, 14 -a . . . vini, quae per singulas fundenda sunt victimas [*Lugd.* litatio]). leg. 2, 29 ut sacrificiorum -a (liberamenta *sim. trad.*) serventur fetusque pecorum. STAT. Theb. 12, 88 accipe, nate (*i. Menoeceus*), tui nova -a triumphi (*sc. sceptrum et diadema*). VVLG. lev. 7, 29 qui offert victimam . . ., offerat simul et sacrificium, id est -a eius (*similiter indicatur hostia, ad quam -um additur*: 14, 20 ponet illud *holocaustum* in altari cum -is suis [*Lugd.* sacrificium, *item locis sequentibus*]. num. 8, 8 bovem . . . et -um eius

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

similam oleo conspersam. 29, 14 offeretis ... agnos et in -is eorum similae oleo conspersae tres decimas. *al.*). RVFIN. in Ioel 2, 12—14 p. 1045[D] ('si ... relinquat post se benedictionem sacrificium et libamen domino') benedictionem, quae -is serviret altaris (*antea*: libatio).

2 *in usum libantis ipsius vel cuiuslibet hominis* (*accedit gen. passim*): SEN. epist. 84, 5 (*4* quae ex tenerrimis virentium florentiumque decerpserint *apes*) apes debemus imitari et quaecumque ex diversa lectione congessimus, separare ..., deinde ... in unum saporem varia illa confundere (*locum imitatur* MACR. Sat. 1 praef. 6). GELL. praef. 13 primitias quasdam et quasi -a ingenuarum artium dedimus. 16, 8, 15 hoc ... breve ex dialectica -um dedisse nunc satis erit. SYMM. epist. 5, 68, 1 ut honori numinum datur cornua sacrare cervorum ..., ita amicorum cultui dedicantur -a silvarum (*sc. a venantibus*). 9, 153 sportulam consulatus mei ... honori tuo debeo; hanc ... ad te misi orans, ut benigno animo sollemnia officii mei -a suscipias. THEOPHIL. ALEX. epist. 2 p. 221, 5 quasi -a quaedam fructuum bonorum (*i. librum meum*) reverencie tue mittere. ENNOD. epist. 2, 26, 1 p. 68, 8 haec ... paginalis commercii -a dedicavi. *Meijer.*

libanārius, -ī *m.* *a* libanum. *i. q. turarius*: NOT. Tir. 120, 18 (*trad.* libarius, *loco gemino* 132, 132 clibarius; *utroque loco antecedit vox* libanum; *eodem lapsu ibid. et 120, 16 et 132, 130 trad.* clibarius [*pro* clibanarius] *post* clibanum).

libanītis *f.*, λιβανῖτις. *nomen herbae q. e.* polion (*cf.* libanotis *infra l. 49*): PS. APVL. herb. 57 l. 6 *app. crit.* (*sed Ps. Diosc. Vind. 3, 110 p. 121, 13 ἐβενῖτις*).

libanochrūs *f.*, λιβανόχρους. *nomen lapidis*: PLIN. nat. 37, 170 (*cf.* 1, 37, 62).

libanōdēs (-oīd-), -es, λιβανώδης, -οειδής. *i. q. libani similis*: PLIN. nat. 14, 117 *vitis* -odes turis odore, ex qua dis prolibant. ORIBAS. syn. 2, 56, 59 La p. 127, 18 Mø. galvanus optimus est -oides.

*****libanōtis**, -idis *f.*, λιβανωτίς. *pro masc. est* DIOSC. 3, 82 p. 411, 6 -idis, qui. *de formis*: *nom.*: -tis PLIN. nat. 19, 187. 21, 58. -tidis DIOSC. 3, 82 p. 411, 6. -tida ORIBAS. syn. 9, 15, 5 La p. 299. *?* -tidus *l. 55*. *gen.*: -idis PLIN. nat. 20, 173. 26, 82 DIOSC. 2, 113 p. 223, 23. 3, 80 p. 410, 21. *al. ap. eundem.* -idos MARCELL. med. 7, 18 ORIBAS. syn. 3, 90 p. 869. *dat.*: -idi DIOSC. 1, 74 p. 40, 5 M. *acc.*: -ida PLIN. nat. 20, 172 -ida[m] (*antecedente* quam). CAEL. AVR. chron. 3, 4, 60. 63. *abl.*: -ide PLIN. nat. 1, 19, 62. 1, 20, 64. -ido DIOSC. 2, 87 p. 213, 13. -ida DIOSC. 3, 80 p. 410, 21. 3, 83 p. 411, 26. *forma erronea*: DIOSC. 4, 148 p. 70, 15 sucus ... si additu habuerit -ides (*gr. 4, 153, 4 σὺν λιβανωτῷ*).

nomen herbae q. e. rosmarinus (*cf. André, Lex. des termes de botan. s. v.*): PLIN. nat. 19, 187 (*cf.* 1, 19, 62) reddit ... -s odorem turis ...; -s locis putribus ... seritur semine; radicem habet olusatri, nihil ture differentem; usus eius ... stomacho saluberrimus; quidam eam nomine alio rosmarinum appellant. 20, 172 *cunila odorem habet* turis, quam -da[m] appellavimus. 20, 173 -dis alia genera suis locis dicentur. 21, 58 *conyzae* masculae radix a quibusdam -s appellatur, de qua diximus. 26, 82 *semen crethmi* odoratum ceu -s. MARCELL. med. 7, 18 -dos part(es) VI. 20, 23 polion herba, quae a quibusdam -s appellatur (*cf.* libanitis). PS. APVL. herb. 80 l. 30. 35sqq. DIOSC. 1, 74 p. 40, 5 M. 2, 87 p. 213, 13. 3, 80—83 p. 410, 21sqq. *al. ap. eundem.* CAEL. AVR. chron. 3, 4, 60. 63. 3, 5, 77 -dis (*ed. Rovillii in marg.*, libani *trad.*) herbae infusionem vel decoctionem. ORIBAS. syn. 3, 90 p. 869. 5, 22, 1 p. 63 eup. 2, 1 L 4. *al.* *dub. an huc pertineat* GLOSS. III 631, 2 ars⟨en⟩icon auripimentum -dus.

libanōtizo, -āre, λιβανωτίζω. *scrib. in codd.* liva-. *i. q. libanoti similem esse*: ORIBAS. syn. 2, 56, 4 La p. 120, 4 Mø. *ammoniacum* -at inglius (*i.* in glaebis, *gr. λιβανωτίζον τοῖς χόνδροις*).

libanōtus, -ī *m.*, λιβανωτός (*quae vox respondet, ubi nihil adnotatur*). *i. q. tus*: DIOSC. 1, 70 p. 33, 15 M. *corium libani* similis est -o (*gr. 1, 68, 5 δύναμιν ... ἔχει, ἣν καὶ ὁ λίβανος*). 2, 135 p. 229, 5 *sucus porri* aceto mixtus et -o (*gr. 2, 149, 3*). ORIBAS. syn. 2, 4 p. 95, 14 Mø. 2, 5 Aa p. 96, 5 eup. 2, 1 L 3.

libanum, -ī *n.* *et* libanus, -ī *m.* (VVLG.), λίβανον, -ος (*quae vox respondet, ubi nihil adnotatur*; λιβανωτός *l. 82. p. 1260, 13*). ISID. orig. 17, 8, 3 hoc *tus* et -um vocatum a monte Arabiae, ubi Sabaei sunt; nam mons eorum Libanus dicitur, ubi tura colliguntur. *scrib. in codd. etiam* liva- *passim*, olibanum PS. THEOD. PRISC. add. p. 302, 28 *in app. crit. ut* 305, 25. 345, 2 (*var. l.*). 351, 14. NOT. Tir. 120, 17. 132, 131. *nom.* -on MARCELL. med. 7, 19. *gen.* -u (*sec. gr.*) *in nomine collyrii* dia -u *et* GLOSS. *p. 1260, 16*. [*falso tradi vid.*: VVLG. IV Esdr. 15, 20 ab euro et a -o (*codd. ASM*, libie [*i.* libe, *a* lips] *cod. C recte*). CAEL. AVR. chron. 3, 5, 77 (*v. supra l. 52*). GLOSS. III 540, 42 (*v. p. 893, 52*). *obscurum*: GLOSS. V 506, 11 -um: pellem (pollinem *Heraeus in exemplari suo*).]

i. q. tus: 1 *de suco arboris*: CELS. 6, 6, 13 *collyrium*, quod dia -u vocatur (MARCELL. med. 8, 207, *ubi inter ingredientia est* turis masculi *quantum*. THEOD. PRISC. eup. faen. 32 INSCR. Dessau 8736. *fortasse huc etiam* ALEX. TRALL. 1, 96 *collyria*, qualia sunt limana et cignatia [*gr. p. 31 P. τό τε διὰ λιβάνου καλούμενον καὶ ὁ κύκνος*]). PALLAD. vet. med. 52, 1 -um (abanum *trad.*) amulum ... inunguis (*Hippiatr. gr. 11 p. 57, 15 λιβανωτοῦ ἀμύλου*). GAVDENT. serm. 8, 32 G. 'veni a Libano' (*cant. 4, 8*) id est a turificatione illa gentili, nam -um tus interpretamur ex graeco. VVLG. Sirach 24, 21 (*loq. Sapientia*) quasi -us non incisus (*obscurum, cf. vol. VII 1, 906, 54*) vaporavi habitationem meam (*gr. 24, 15 ὡς λιβάνου ἀτμίς. an de arbore?*). 39, 18 (*ad pios filios*) quasi -us odorem suavitatis habete (*gr. 39, 14 ὡς λίβανος*). RVFIN. Orig. in lev. 9, 8 p. 433, 25 -um nobis quaerendum est et et non qualecumque, sed dilucidum. MARCELL. med. 7, 18 -i candidissimi (*in explicatione praecepti* 7, 19 -on leucon, id est tus album). 20, 104 -i (*ibid.* -um ... tundendum). SORAN. app. p. 51 -um, id est tus masculum. OP. imperf. in Matth. 2 p. 642 -i obtulerunt odorem *reges Christum adorantes*, formam mundae orationis in odorem suavem spiritus sancti oblatae. GREG. TVR. glor. conf. 18 p. 758, 7 invenit ... validas de cereis guttas in modo -i odore nectareo efflagrare. ORIBAS. syn. 1, 19, 17 Aa p. 70, 1 Mø. admiscendum est ... -um (*gr. acc.*). 3, 105, 1 -i masculi (*gr. λιβανωτοῦ ἄρρενος*). eup. 4, 40 -u(m) (*gr. 4, 39, 1 λιβανωτόν*). LIB. iubil. 16, 24 *Abraham* incendens incensum compositionis -um et galbanum. GLOSS. III 567, 3 -i pulvis: libamannis (*i.* -i mannes; *cf.* GLOSS. med. ed. Heiberg p. 39, 21 -u mannes: thuris masculi pulveres).

2 *de arbore*: DIOSC. 1, 70 p. 30, 10 M. de corio -i: corium -i eligendum est (*gr. 1, 68, 5 φλοιὸς ... λιβάνου tantum*). *v. etiam l. 1.*

deriv.: libanarius. *cf.* libanitis, libanochrus, libano(i)des, libanotis, libanotizo, libanotus.

libanus *v.* libanum. *B.*

lībārius, -ī *m.* *a* libum. [*falso trad.* NOT. Tir. 132, 132 *pro* libanarius (*cf. falsam var. l. ibid.* 120, 18). *e coni. dub.* -i *pro* biberari SEN. epist. 56, 2 *vol. II 1954, 70.*] *i. qui liba fingit vel vendit*: CIL IV 1768 Verecunnus -us (*in muro externo templi Veneris ut* 1769 Pudens -us). IVV. 9, 109 (*enumerantur servi domini divitis*) -us, archimagiri, carptores (libr- *trad., corrigitur vulgo. an intellegendus cellarius, sc. libra carnes sim. appendens, coll. 6, 476 ubi* libraria *pro* lanipendia *usurpatur?*).

f. **lībāria**, -ae. INSCR. Libyca 1, 1953, 221 Livia -a (*nom. pr. est editori, dubitat Sordi apud Ruggiero, Diz. epigr.*). *Meijer.*

? **libatina** DIOSC. 4, 82 p. 46, 15 *inter nomina herbae q. e. ἑλξίνη. vix recte trad., cf. Ps. Diosc. Vind. 4, 85 p. 245, 8 κλύβατιν. fuitne* clibadion*?* *B.*

lībātio, -ōnis *f.* *a* libare. ISID. orig. 6, 19, 31 nunc ... immolatio panis et calicis convenit, -o autem tantummodo calicis oblatio est.

i. q. actio libandi (*potius ipsam rem libandam intellexeris e. g. l. 40. 45*): 1 *in honorem deorum, manium* (*gr. respondere solet σπονδή*): CIC. har. resp. 21 tui sacerdotii sunt ... ludi, -es epulaeque ludorum. FEST. p. 265 omnis vini -em ei deo (*i. Iovi*) dedicaverunt. APVL. mund. 35 diis sacrificatur, geniis ministratur, obi⟨t⟩is -e profunditur (*gr. χοαί*). ITALA exod. 30, 9 (Lugd.) frugem, hostiam et -em non libabitis super illud ([*Vulg.* liba]. VVLG. Ezech. 20, 28 [*Itala Weing. al.* libamina]). lev. 7, 14 (Wirc.) offeret ab ea unum de omnibus muneribus suis -em (*gr. ἀφαίρεμα, Lugd.* exceptionem, *Vulg.* pro primitiis). Esth. 14, 17 (p. 50, 31 Motzo) vinum -is eorum non bibi (*Vulg.* libaminum). Dan. 9, 27 (Tert. adv. Iud. 8, 6. *al.*) auferetur meum sacrificium et -o (*Weing.* supplicatio, *Vulg.* hostia et s.). Ioel 1, 9 (Weing.; *sim.* 1, 13 *ibid.*) ablata est hostia et -o (VVLG. sacrificium et -o [HIER. *ad l.*: quorum alterum de simila, alterum de vino offerre soliti erant. *v. p. 1257, 35*]). LACT. inst. 5, 19, 30 sanguis pecudum et fumus et inepta -o. VVLG. num. 28, 24 *odor* surget de holocausto et -bus singulorum (*cf.* 28, 31 omnia cum -bus suis. *Lugd.* litatio *utroque loco*). 29, 6. Sirach 30, 19 quid proderit -o idolo? nec enim manducat (*gr. κάρπωσις*). 50, 16 porrexit manum suam in -e et libavit de sanguine uvae (*gr. 15 σπονδεῖον, sed vix pro libatorio accipiendum*). ORIG. in Matth. 17, 6 p. 591, 20 locus -um. *per similitudinem*: HIL. trin. 6, 20 (*de Paulo*) in martyrio perfectae fidei consummata -o (10,-46 Paulo -o sua corona iustitiae est. *cf. Itala II Tim. 4, 6 necnon Phil. 2, 17 s. voce* libo). 2 *in usum libantis ipsius*: HIL. in Matth. 17, 1 (*ad 16, 28* mortem non gustabunt) ex conditione ... gustatus tenuem quandam fidelibus -em mortis ostendit *Christus apostolis*. PS. AMBR. paenit. 22 p. 996[B] suavis sit ... faucibus lethalis poculi ... confectio, ne amaritudinis prima -o revocet haurientem. SACR. Leon. 897 (= Gelas. 1, 28 p. 531) nos ... innovet tuae mensae ⌊sacrata⌋ -o (⌊ ⌋ *om.* Gelas. *de eucharistia sumenda ut* Greg. 38, 3 [= 190, 3] tui ... sacramenti -o sancta. 51, 3 sacramenti tui ... divina -o).

lībātor, -ōris *m.* *a* libare. *i. qui libat*: FRONTO p. 215, 15 v. d. H. (p. 226 N.) Numa ... nonne inter liba et decimas profanandas et suovetaurilia mactanda aetatem egit epulorum dictator, cenarum -r, feriarum promulgator?

lībātōria, (-ōrum) *n.* *a* libare. [*e coni. dub. pro* lab- CASSIOD. *p. 762, 51.*] *i. q. vasa, quibus libatur* (*fere pro gr. σπονδεῖα*): ITALA exod. 25, 29 (Lugd., Ottob.) phialas et -a et cyathos, in quibus libabis in eis (*Vulg.* turibula. *cf.* 38, 12 [Lugd.; *Vulg. 37, 16* turibula]. num. 4, 7 [Monac.; *Lugd.* litatoria, quibus litant, *Vulg.* crateras ad liba fundenda]). II par. 24, 14 (Complut.) fecerunt ... vasa ministratoria et -a aurata et inargentata (*gr. θυίσκας χρυσᾶς κτλ.*, *Vulg.* fialae quoque et cetera vasa aurea *eqs.*). III Esdr. 2, 13 (cod. Colbert. 630 Sabatier, *cf.* LIB. geneal. chron. I p. 181, 422 CASSIOD. Ios. antiq. 11, 15) -a aurea mille, paterae argenteae et fialae aureae *eqs.* I Macc. 1, 22 (rec. L = VVLG.) -a et fialas (*rec. B* pateras). CASSIOD. Ios. antiq. 10, 57. 12, 40. 117. *Meijer.*

lībella, -ae *f.* *a* libra *deminutive* (PAVL. FEST. p. 116. MAECIAN.

[*Keudel*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

distrib. 74 -a dicta creditur quasi pusilla libra). *scribitur* lab- GLOSS.^{L} V Aa L 36. l *geminatam testatur* PRISC. gramm. II 110, 16. *abbreviatur* libel CIL VIII 17408, 4; lib (*nisi est* libra) CIL III 12032, 2. *legitur inde a* PLAVTO, CIC., LVCR., VARRONE, VITR. [*in linguis Romanicis masculini generis: it.* livello, *pedem.* livè(l); *francog. vet. et med.* livel, -eau, *wall.* lèvê, livia, *norm.* livé; *prov. vet., alvern.* livel; *vasc. vet.* lhebet; *cat.* llivell. *dissimili facta* l-: *francog. med.* nyvial, nevel, *francog.* niveau (> *prov., langued., aquitan., vasc.* nivel, *cat.* nivell [> *hisp., port.* nivel]; *pedem.* nivé, *langob.* nivél), *dial. wall., norm., pict., centr., loth. cf. M.-L. 5009. Battisti-Alessio III 2255. Wartburg V 294sqq. G.*] [*vix recte trad.* CATO agr. 15, *cf. Jüngst-Thielscher, Philol. 92, 1937, 335sqq.*]

i. q. libra parva: 1 *de nummo* (*ad rem v. Regling, RE XIII 14sq. De Ruggiero, Diz. Epigr. s. v.*): **a** *certo pretio neglecto respicitur vilitas* (*minus certe* CIC. *sub β*): *α in locutionibus q.s.* 'non (una) -a, ad -am' *sim.*: PLAVT. Capt. 947 (*331* unum nummum ne duis) mihi -am pro eo *servo* argenti ne duis; gratiis a me ut sit liber ducito (Pseud. 629 tibi -am a. numquam credam. *cf. 644* nummum credam nemini). Cas. 316 vobis invitis . . . una -a liber possum fieri (CIC. Verr. II 2, 26 ecquis Volcatio . . . unam -am dedisset?). Pseud. 98 quid ego ni fleam, quoi nec paratus nummus argenti siet neque -ai (-ae *trad.*) spes sit usquam gentium? 1146 -a nusquamst. CIC. Q. Rosc. 11 nisi planum facit, HS IↃↃↃ ad -am (-um *trad.*) sibi deberi, causam perdit. *β in formula testamenti sensu admodum dubio* (*cf.* '*ex asse heredem facere aliquem*' *sim., vol. V 2, 1121, 21sqq.*): CIC. Att. 7, 2, 3 fecit *in testamento* palam te (*sc. heredem*) ex -a (libertu *vel* libertum *trad.*), me ex teruncio. **b** *respicitur certum pretium parvum*: *α definitiones*: VARRO ling. 5, 174 nummi denarii decuma -a, quod libram pondo as valebat et erat ex argento parva; simbella, quod -ae dimidium, quod semis assis; terruncius a tribus unciis, quod -ae ut haec quarta pars, sic quadrans assis. 10, 38 (*exemplum analogiae*) eandem rationem habere assem ad semissem quam habet in arg[um]ento -a ad simbellam (singulas *trad.*). PLIN. nat. 33, 42 libralis, unde etiam nunc -a dicitur et dupondius, adpendebatur assis. MAECIAN. distrib. 65 semis hac nota scribitur —T, vocatur -a teruncius; est autem -a sestertii decima pars, teruncius quadragesima *eqs.* 66. 68sqq. 74. 76. DON. Ter. Phorm. 43 unciae unius duodecima pars -a dicebatur. GLOSS. -a et teruncium: diminutivo modo libra et tres uncias (*al. sim.*). *β cetera exempla*: TAB. cer. Pomp. (CIL IV 3340) 143, 10 sestertios mille sescentos quinquaginta nummos nummo -as quinque (*scribitur numeris in pag. exteriore*: HS ∞ DCLIS, *ubi* S *significat dimidium sestertii sc. quinque -as*). CIL VIII 17408, 4 (*aet. Hadriani*) ⟨stat⟩uam argenteam ex L̅I̅ CCCXXXV tribus libel(lis), sing(ula), terr(uncio) et aeris quad(rante). COD. Theod. 9, 3, 7 (= Iust. 1, 4, 9) victualem substantiam non habentibus *reis* faciant ministrari -is duobus aut tribus diurnis . . . decretis.

2 *de instrumento fabrili, quo planities examinatur* (*nisi de statera* PAVL. FEST. *infra; ad rem v. Brendel, RE Suppl. VII 415sqq.*; GLOSS. *σταθμίον. στάθμη*): LVCR. 4, 515 in fabrica, si pravast regula prima, normaque si fallax rectis regionibus exit, et -a aliqua si ex parti claudicat hilum, omnia mendose fieri . . . necesse est. VARRO rust. 1, 6, 6 locus is melior, qui totus aequabiliter in unam partem verget, quam is qui est ad -am aequos (VITR. 1, 6, 6 conlocetur ad -am . . . amusium . . ., aut locus ita expoliatur ad regulam et -am, ut amusium non desideretur [7, 1, 3 exacta pavimenta. 7, 4, 5 PLIN. nat. 36, 188]. 3, 4, 5. 3, 5, 8 capitulis . . . columnarum non ad -am, sed ad aequalem modulum conlocatis *sc. sec. stylobaten curvatum.* 10, 6, 1 *bis.* PLIN. nat. 36, 172 structuram ad normam et -am fieri, ad perpendiculum respondere oportet). PAVL. FEST. p. 74 deliberare a -a, qua quid perpenditur, dictum. COLVM. 3, 13, 12 sq. fabrilem -am superposuimus; . . . sive pronum seu resupinum est *solum*, . . . deprenditur, quippe . . . -a alterutrum ostendit (VEG. mil. 3, 20 p. 107, 22 ad similitudinem . . . A litterae vel -ae fabrilis acies . . . conponuntur). 8, 17, 3. PLIN. nat. 7, 198 normam . . . et -am . . . Theodorus Samius *invenit.*

3 *de pondere* (*huc spectare videtur* GLOSS. -a: exagium rectum, id est teruncium): AVG. serm. 242, 7, 10 appende macrum et robustum hominem; illum languore vix paucas -as appendentem, illum salubritate corporis multa pondo in carne sua gerentem.

compos.: simbella (sembella). *Keudel.*

libellāris, -e. *a* libellus. [*loco vix sano*: EPIST. pontif. Thiel Gelas. 36 -is incisus episcopi perhibetur inventus (*cf. quae adnotavit Wenzlowsky in translat. theod.*).] *i. q. libello compositus et divulgatus*: CONC. Tolet. a. 400 Mansi 3, 998^A *episcopi* -em direxere sententiam (POSSID. vita Aug. 12). LEO M. epist. 31, 4 Conc.^{S} II 4 p. 15, 8 ut per -em satisfactionem proprium damnet errorem. SIDON. epist. 9, 11, 7 -i opere confecto (*cf. ibid. 1* libellum, *5* libro). *n.* -e *pro subst. i. q. vas ad condendos libros aptum*: GREG. TVR. Franc. 4, 46 p. 118, 10 luricam . . . in -e (-i *var. l.*), quo charte abdi soleti sunt, recondit. p. 181, 12 in hoc -e.

libellārius, -a, -um. *a* libellus. *transit in gr.* (*byz.*) *λ(ε)ιβ(ελ)λάριος* (*et -ον pro subst.*). *i. q. ad libellum conductionis pertinens*: CASSIOD. var. 5, 7, 1 patrimonii nostri praedia . . . Thomati -o titulo commisisse, sed eum male amministrando *eqs.* GREG. M. epist. 2, 3 -o nomine *pensio monasterii cuiusdam minuitur* (*cf.* libellaticum).

libellāticum, -ī *n.* *a* libellus. *i. q. pensio, quae pro libellariis praediis quotannis exsolvitur* (*vix liber conductionis*): GREG. M. epist. 1, 42 p. 65, 31 *imperamus*, ut per commodum conductores in massis ecclesiae numquam fiant . . .; sed et ipsa etiam -a, prout summa pensionis fuerit, moderentur (*cf.* libellarius).

libellāticus, -ī *m.* *a* libellus. *i. q. homo Christianus, qui libellum de sacris paganis perpetratis accepit a magistratibus in persecutione Deciana*: CYPR. epist. 55, 13 p. 633, 2 nec tu existimes . . ., sicut quibus videtur, -os cum sacrificatis aequari oportere (*opp. item* 55, 17 p. 636, 7). 55, 14 p. 633, 15 quae inclementia est . . ., -os cum his, qui sacrificaverint, iungere, quando is, cui libellus acceptus est, dicat *eqs.* 55, 26 p. 644, 7 quando multo gravior et peior sit moechi quam -i causa, cum hic necessitate, ille voluntate peccaverit. *cf. p. 1267, 10.*

libellēnsis, -is *m.* *a* libellus. *transit in gr. λιβελλήσιος. e falsa interpretatione vocis gr.*: CONC.^{S} II 3, 1 p. 166, 11 (*a. 449*) sacri scrinii -ium sacrarumque cognitionum (*eadem ibid.* p. 167, 1, *sed* libellorum *codd. BN antiquae recensionis; gr. II 1, 1 p. 177, 4. 24 λιβέλλων*).] *nomen officii in sacro scrinio libellorum, fere i. q. magister libellorum, a libellis* (*apponitur subst. l. 20; ad rem v. Premerstein, RE XIII 24, 7sqq.*): EDICT. imp. Iulian. de salut. et sport. Num. (CIL VIII 17896, 47) -is in libello uno duos modios tritici vel duorum modiorum pretium debebit accipere. COD. Iust. 3, 24, 3 pr. (*a. 485/6*) viris devotissimis sacri nostri scrinii -bus sollemnia implentibus (12, 19, 14, 1 *a. 527.* NOVELL. Iust. 20, 7. *cf. ibid.* 35 pr. inter viros devotos *eqs.*). 7, 62, 32, 4a (*a. 440*) nostri . . . -es, quae apud arbitros gesta sunt, suscipiant *eqs.*

Felicius Romanus **libellicus** CIL XIII 1979. *obscurum; dub., an a* libellus *derivandum. significari unum e quinqueviris in persecutione Deciana magistratibus ad libellos recognoscendos adiunctis* (*cf.* libellaticus) *coni. Hirschfeld, Kl. Schr. 171sq.*

libellio, -ōnis *m.* *a* libellus. NON. p. 133, 26 -em ut tabellionem (*affertur* VARRO). *sim.* GLOSS. V 643, 54. 1 *qui libros componit*: VARRO Men. 256 tum ad me ferunt (fuerunt *codd. Nonii*), quod -em esse sciebant. GLOSS. II 257, 38 *βιβλιογράφος* librarius, -o. 2 *qui libros vendit* (*c. contemptu dictum. cf.* GLOSS. II 586, 37 -o: ubi codices venduntur ['*vertit βιβλιοπώλιον*' *Götz*]): STAT. silv. 4, 9, 21 Bruti senis oscitationes de capsa miseri -is emptum . . . donas. GLOSS. II 257, 39 *βιβλιοπώλης*.

libello, -āre. *a* libellus. *i.q. libello demonstrare*: PACIAN.(?) sim. carn. p. 119, 5 quid . . . euangelistae volunt, cum rivum sanguinis, qui esse non potest sine carne, per patriarchas . . . ad dominum usque -ant (*sc. genealogiis Matth. 1, 1sqq. Luc. 3, 23sqq.*; librant *corr. man. alt.*)? qui si vere per ipsorum traduces transfusionesque descendit *eqs.* (*cf. p. 124, 16 caro* per rubricarum notas lineasque descendens). *B.*

libellulus, -ī *m.* *a* libellus. *i. q. parvus liber* (*c. affectu modestiae dictum*): TERT. nat. 1, 20, 14 patet . . . vobis, quantum aperire potuerimus e pauculis istis -is, erroris inspectio *eqs.* adv. Marc. 2, 1 p. 333, 5 occasio reformandi opusculi huius, cui quid acciderit primo -o (libello *R*) praefati sumus, hoc quoque contulit nobis, uti duobus diis . . . suum cuique titulum et volumen distingueremus. FVLG. myth. 1 praef. p. 11, 3 in meis -is. MART. CAP. 3, 289 quantum . . . solo inditum -o potest probare serium fastidium.

⁎**libellus**, -ī *m.* *a* 1. liber. *de scriptura*: libelo DECRET. pontif. (CIL X 8259) 1, 7. *abbreviatur*: ? l(ibellis) CIL VI 627. lib(ello) PAP. Corp. 117 B 1 (*a. 150*). lib(ellorum) CIL XII 1524. NOT. Tir. 76, 20. *pro neutro habet* IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 5, 43 (*cf. l. 58*). GLOSS. *βιβλίον. γραμματεῖον.* per -um: *διὰ βιβλιδίον. διὰ βιβλίον. δι' ἐπιστολιδίον. vix huc pertinet* GLOSS. III 370, 35 -um: *σκιάδιον* (*σκιαδρον cod.*; umbellum *coni. Ducange*). *legitur inde a* PLAVTO, VARRONE, CIC.; *abiit in sermonem gr. λίβελλος, -ον.* [*it.* livello '*pactum conductionis*'. *cf. M.-L. 5010. Battisti-Alessio III 2255. G.*] [*confund. c.* locellus MART. 10, 88, 1. *dub. trad.*: CATVLL. 55, 4 te campo quaesi[vi]mus in minore, te in circo, te in omnibus -is (tabernis *dett.*, ligellis *Guarino*), te in templo *eqs.* (*sunt qui de -is publice propositis accipiant, quod neque sensui neque seriei verborum convenit; alii metonymice pro taberna libraria positum esse contendunt collato Polluce 9, 47 τὸν τόπον* [*sc. ubi libri veneunt*] *τὰ βιβλία οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον, sed exempla Latina omnino desunt, cum neque* PRIAP. 2, 2 *neque* MART. 5, 20, 8, *qui testes afferuntur, huc pertineant*). APIC. 7, 259 (7, 1, 5 M.) callum, -i (labelli *vel* lumbelli *coniec. viri d.*), coticulae, ungellae (*ferculum formae convolutae intellexit Vollmer, sed ad partes corporis spectat series verborum*).]

I *de quolibet genere chirographorum*: A *generatim*:
1 *de -is ad alios certiores faciendos missis vel traditis, fere i. q. epistula* (*de relatione principis l. 80, mandatis ducis l. 81; cf.* PROP. *p. 1268, 74*): PLAVT. Pseud. 706 in -o hoc obsignato . . . pauxillulo (*716 al.*: epistulam. *cf.* CIC. Att. 11, 1, 1 signatum [LIV. perioch. 49 p. 60, 21]). CIC. Pis. 59 mitte ad eum *Caesarem* -um. BRVT. Cic. fam. 11, 11, 1 ut ex -is eius *Antonii* animadverti, qui in me inciderunt *eqs.* OV. epist. 11, 4 oblitus a dominae caede -us erit. 17, 145 quod tacito mando mea verba -o, fungitur officio littera nostra novo. SVET. Aug. 65, 2 de filia absens ac -o per quaestorem recitato notum senatui fecit. Tib. 18, 2 ut . . . praecepta sequentis diei omnia . . . per -os daret *militibus.* FRONTO p. 78, 19 v. d. H. (p. 83 N.) tardius tibi, domine, rescribo; tardius enim -um tuum apperui. AVR. Fronto p. 82, 8 v. d. H. (p. 87 N.) -um tuum accepi dimisso iam . . . eo, per quem fuerat allatus.

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Avson. 418, 4 p. 285 P. pagina . . . fausta salutigeris adscribens orsa -is (*syn.* epistula). 418, 33 p. 286 quis prohibet 'salve' atque 'vale' . . . scribere felicesque notas mandare -is? Ps. Sen. epist. Paul. 1 -o tuo lecto, id est de plurimis aliquas litteras, quas ad aliquam civitatem . . . direxisti. Hier. epist. 22, 2, 2. 22, 22, 3. 31, 2, 2 (*de epist. 22 ut* 52, 17, 1). 60, 11, 2 (*de epist. 52*). **2** *-i in usum proprium auctorum conscripti* (*sc. ad memoriam servandam vel ad evitandam temeritatem loquendi; iuxta* pugillares *l. 23. 30*): Cic. Phil. 1, 16 in commentariolis et chirographis et -is *Caesaris* se *Antonio* uno auctore prolatis ([*opp.* quae ille in aes incidit]. Att. 16, 16 C, 11 decretum C. recitatum est et multi praeterea -i C. prolati. *cf.* Phil. 1, 19 si quid memoriae causa rettulit in -um [*opp.* quod ad populum . . . tulit]. Att. 14, 14, 2 cui servire ipsi non potuimus, eius -is paremus). Qvint. inst. 10, 7, 31 hanc brevem adnotationem -osque, qui vel manu teneantur et ad quos interim respicere fas sit *oratori* (11, 2, 45 et admoneri et ad -um r. vitiosum. *cf.* 11, 3, 142 nisi si *manus* -um tenebit, quod non utique captandum est: videtur enim fateri memoriae diffidentiam). Tac. ann. 2, 30, 2 uni . . . -o manu Libonis nominibus Caesarum aut senatorum additas atroces vel occultas notas (*cf.* Svet. Cal. 49, 3 in secretis eius reperti sunt duo -i . . .; ambo nomina et notas continebant morti destinatorum). Plin. epist. 5, 13, 6 Nigrinus, tribunus plebis, recitavit *in senatu* -um disertum et gravem, quo questus est *eqs.* 6, 5, 6 et Celsus Nepoti ex -o respondit et Celso Nepos ex pugillaribus (Svet. Aug. 84, 2 sermones quoque cum singulis atque etiam cum Livia sua graviores non nisi scriptos et e -o habebat, ne plus minusve loqueretur ex tempore. Vit. 15, 2 eadem illa, verum e -o, testatus est. *cf. p. 1265, 75. 80 sqq.*). Svet. Iul. 56, 6 epistulae . . . eius *Caesaris* ad senatum extant, quas primum videtur ad paginas et formam memorialis -i convertisse, cum antea consules et duces non nisi transversa charta scriptas mitterent. Nero 52 pugillares -ique cum quibusdam notissimis versibus ipsius chirographo scriptis *eqs.* **3** *-i publice sparsi vel propositi* (*cf. p. 1264, 82. 1265, 61 sqq.*): **a** *in univ.*: Cic. Phil. 2, 97 gladiatorum -os (*cf.* Ov. ars 1, 167. Treb. Claud. 5, 5 habuit . . . tuus -us munerarius hoc nomen *Aureoli* in indice ludiorum). Petron. 28, 6 in cuius *ianuae* poste -us erat cum hac inscriptione fixus: '. . .' (Ivv. 12, 100 *orbis aegrotantibus* legitime fixis vestitur tota -is porticus, existunt qui promittant hecatomben. *cf.* Cod. Theod. 2, 14, 1, 2 ut -i aut tituli eorum *potentium* nominibus aedibus adfigantur alienis). Mart. 14, 137 (142), 1 si recitaturus dedero tibi forte -um (*sc. invitantem ut*: Tac. dial. 9, 3 *poeta recitaturus* et domum mutuatur et auditorium exstruit et subsellia conducit et -os dispergit. Plin. epist. 3, 18, 4 hunc librum cum amicis recitare voluissem, non per codicillos, non per -os, sed 'si commodum' . . . admoniti . . . convenerunt). Tac. ann. 4, 27, 1 auctor tumultus T. Curtisius . . . primo coetibus clandestinis . . ., mox positis propalam -is ad libertatem vocabat . . . servitia (*cf.* Vlp. dig. 47, 2, 43, 8 ut -um proponant continentem invenisse se et redditurum ei qui desideraverit *rem* [Fortvn. rhet. 1, 18 p. 95, 26 cuiusdam servus fugerat: -o proposito vel per praeconem nuntians dixit daturum se *eqs. cf. l. 56. 68. p. 1265, 66. al.*]). Svet. Iul. 41, 2 edebat per -os circum tribum missos scriptura brevi: 'Caesar dictator illi tribui; commendo vobis illum et illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant'. Avson. 419, 50 p. 366, 324 P. litteras tuas, *quibus me consulem designasti*, si in omnibus pilis atque porticibus . . . instar edicti pendere mandavero, nonne tot statuis honorabor, quot fuerint paginae -orum? **b** *-i per ludibrium vel ad infamiam alicuius conscripti*: Sen. suas. 1, 6 complures contumeliosi -i proponebantur, . . . sicut ille, qui subscriptus statuae eius *Antonii* fuit *eqs.* (*cf. l. 63 et* Tac. hist. 2, 48, 1 -os epistulasque studio erga se aut in Vitellium contumeliis insignes). Tac. ann. 1, 72, 3 primus Augustus cognitionem de famosis -is specie legis eius tractavit, commotus Cassii Severi libidine, qua viros feminasque inlustres procacibus scriptis diffamaverat (Svet. Aug. 55 sparsos de se in curia. Satvrn. dig. 48, 19, 16 pr. Pavl. sent. 5, 4, 1 conviciis et f. -is. 5, 4, 17 qui f. -os in contumeliam alterius proposuerint. Dig. 47, 10 rubr. *al. accedit notio delationis sine nomine factae*: Edict. imp. Constant. de accus. [CIL III 12043] 37 placet . . . f. -os non admitti; qu(o)s sine nomine propositos si qui invenerit *eqs.* Cod. Theod. 9, 34 rubr. 9, 34, 1. 3. 5. *al. cf.* 9, 34, 4 famosa scribtio -orum, quae nomine accusatoris caret). Svet. Iul. 80, 2 peregrinis in senatum allectis, -us propositus est: 'bonum factum; ne quis senatori novo curiam monstrare velit' (*sim.* Vit. 14, 4 Dom. 14, 2). Aug. 55 qui -os aut carmina ad infamiam cuiuspiam sub alieno nomine edant (Gaivs inst. 3, 220 scripserit. Vlp. dig. 47, 10, 5, 9 -um ad i. alicuius pertinentem). Tib. 66 urebant insuper anxiam mentem varia undique convicia, nullo non damnatorum omne probri genus coram vel per -os in orchestra positos ingerente. Vlp. dig. 47, 10, 15, 29 si quis -o dato vel principi vel alicui famam alienam insectatus fuerit. Tert. nat. 1, 17, 5 festivos -os, quos statuae sciunt (*cf. l. 56*). **4** *-i rationem vel indicem continentes*: Cic. Verr. II 2, 182 duos . . . -os a L. Canuleio *publicano* missos sociis ex portu Syracusis, in quibus erat scripta ratio mensium complurium rerum exportatarum istius nomine sine portorio (*de isdem* 2, 183. 184 parvis. 185 pusilli et contempti. *cf.* Flor. epit. 4, 12, 44 thensaurorum rationes continentem). 4, 149 -um . . . . in quo istius furta Syracusana perscripta erant. Tac. ann. 1, 11, 3 *Tiberius* proferri -um recitarique iussit: (4) opes publicae continebantur, quantum civium sociorumque in armis, quot classes regna provinciae *eqs.* Pavl. dig. 39, 4, 4, 1. *determinantur per gen.*: Vlp. dig. 23, 3, 9, 3 si rerum -us marito detur . . . (nam mulier res, quas solet in usu habere . . . neque in dotem dat, in -um solet conferre eumque -um marito offerre, ut is subscribat, . . . et velut chirographum eius uxor retinet res, quae -o continentur, in domum eius se intulisse): *eqs.* Pavl. dig. 32, 99 pr. ex -is familiae. Rvric. epist. 2, 2 de -o dotis. *per comparationem de libro dei* (*cf. p. 1277, 46*): Ven. Fort. vita Albin. 1, 1 ut eius vita, quae immarcescibilibus meritis florere probatur caelestibus inpressa -is ad aedificationem plebis humanis etiam fixa conderetur in chartis. **5** *usu vario*: Cic. Att. 6, 1, 3 mandatorum . . . mihi -um dedit *Brutus*. 6, 1, 5 -um ipsius habeo, in quo est 'Salamini pecuniam debent M. Scaptio et P. Matinio, familiaribus meis'. 9, 13, 7 nos quae monstra cotidie legamus, intelliges ex illo -o (exilio -i *codd.*), qui ⟨i⟩n epistulam coniectus est. Tac. ann. 16, 14, 2 interceptis Antei litteris, furatus etiam -os, quibus dies genitalis eius et eventura secretis Pammenis occultabantur. Plin. epist. 9, 15, 1 tam multis undique rusticorum -is et tam querulis inquietor (*cf. 7, 30, 3* querelae rusticorum. *9, 36, 6 colonorum* agrestes querelae). Svet. Iul. 64 *Caesar* nando . . . evasit . . . elata laeva, ne -i quos tenebat madefierent (81, 4 Claud. 15, 4. Galba 21 manibus . . . articulari morbo distortissimis, ut . . . nec -os evolvere aut tenere omnino valeret). S. C. Iuvent. (dig. 5, 3, 20, 6) quae imperator . . . Hadrianus . . . -o complexus esset, quid fieri placeat (*sed Paul. dig. 5, 3, 22 et 5, 3, 40 pr.* in oratione divi Hadriani). Apvl. met. 6, 7, 5 *Venus* -um ei *Mercurio* porrigit, ubi Psyches nomen continebatur et cetera.

B *speciatim fere technice* (*cf. Premerstein, RE XIII 30 sqq.; graece respondet* βιβλίον *vel* λίβελλος, *ubi nihil aliud adnotatur*):
1 *de -is principi vel quibusdam magistratibus datis fere i. q. preces, supplicatio, petitio* (*cf. p. 1263, 75; huc spectare etiam quaedam infra allata vix negaverimus, cf. maxime p. 1266, 6 sqq. 42 et 1267, 26*):
a *respiciuntur petentes*: Cic. Att. 16, 16 A, 4 ut primum Buthrotium agrum proscriptum vidimus, commotus Atticus -um composuit; . . . eum -um Caesari dedi: . . . rescripsit Attico aequa eum postulare *eqs.* (Mart. 8, 82, 1 dante tibi turba querulos, Auguste, -os. Plin. epist. 10, 58, 3 Domitiano. 10, 59. 10, 81, 5 postulationum suarum -os. 10, 81, 6. 10, 92. Svet. Vit. 10, 1 Othoni. Vlp. dig. 46, 8, 21 principi [Pavl. dig. 2, 4, 15 p. vel praesidi. *al.*]). Bell. Alex. 52, 2 -um, quasi aliquid ab eo postularet, ut miles ei *Cassio pro praetore* tradit (Svet. Claud. 37, 1). Decret. decur. Pis. de C. Caesare (CIL XI 1421) 45 -o reddito im⟨p(eratori) Ca⟩esari Augusto (49). Mart. 8, 24, 1 si quid forte petam timido gracilique -o (Amm. 28, 1, 9 -o petiverunt oblato. Conc.[S] I 3 vers. Tur. p. 174, 6 per -os veniam petere [= I 5 p. 364, 27; *gr. I 1, 3 p. 34, 23* διὰ λιβέλλων]. *cf.* Plin. epist. 10, 81, 5 conplexurum se -o, quae rei publicae peteret). 8, 31, 3 supplicibus dominum lassare -is. Qvint. inst. 6, 3, 59 *Augustus* militi -um timide porrigenti (Svet. Aug. 53, 2 *eadem de re*). Ivv. 14, 193 vitem (*i. dignitatem centurionis*) posce -o (Svlp. Sev. chron. 2, 45, 3. *cf.* Tac. hist. 1, 44, 2 -os praemium exposcentium [Svet. Vit. 10, 1 *eadem de re*]). Plin. epist. 10, 106 per quem indulgentiam pro statu filiae suae implorat. Apvl. flor. 16 p. 72 per quem postulabat locum celebrem statuae meae. Call. dig. 42, 1, 33 Hadrianus aditus per -um (Cod. Theod. 5, 6, 3, 1). *al.* **b** *respiciuntur principes vel magistratus*: **α** *in univ.*: Sen. dial. 12 (11), 6, 5 (*ad Polybium*) audienda sunt tot hominum milia, tot disponendi -i *eqs.* Mart. 11, 1, 5 libros non legit ille *Parthenius*, sed -os (Traian. Plin. epist. 10, 60, 2 -os Furiae Primae accusatricis, item ipsius Archippi . . . legi. 10, 107 Svet. Aug. 45, 1. *al.*). Plin. epist. 10, 47, 2 exegi, ut quae dicebant . . . -o conplecterentur, quem tibi qualem acceperam misi (10, 59. 10, 106 Apvl. flor. 16 p. 72. *al.*). 10, 59 *ab accusatrice* acceptum -um his epistulis iunxi (10, 81, 6. 10, 83 *syn.* preces. *al.*). 10, 92 *Amisenorum* -um . . . his litteris subieci. **β** *-i subnotantur, rescribuntur sim.* (*cf.* Cic. *l. 33; fort. huc pertinet etiam* Traian. Plin. epist. 10, 107 -um rescripti, *ubi* -um rescriptum *legendum censent Kipp, Gesch. d. Quellen d. röm. Rechts*[3] *77 n. 47 et Wilcken, Hermes 55, 1920, 19 n. 3*): Plin. epist. 1, 10, 9 sedeo pro tribunali, subnoto -os, conficio tabulas *eqs.* Svet. Aug. 45, 1 Caesarem . . . reprehensum . . ., quod inter spectandum epistulis -isque legendis aut rescribendis vacaret (CIL III 12336, 3 *v. infra. cf.* Mavric. dig. 33, 2, 23 hoc . . . imperator Antoninus ad -um rescripsit [Call. dig. 1, 19, 3, 2. 49, 14, 2, 2. *al. cf.* Vlp. dig. 30, 41, 7 divorum fratrum . . . rescriptum ad -um Procliani]. Macer dig. 49, 5, 4 se -um principi dedisse et sacrum rescriptum expectare). 50 in diplomatibus -isque et epistolis signandis initio sphinge usus est *eqs.* Vlp. dig. 1, 16, 9, 1 ubi decretum necessarium est, per -um id expedire proconsul non poterit; omnia enim quaecumque causae cognitionem desiderant, per -um non possunt expediri. Pavl. dig. 4, 8, 32, 14 -o cuiusdam id querentis imperator Antoninus subscripsit posse eum *eqs.* (Lampr. Comm. 13, 7 Commodus in subscribendo tardus et neglegens, ita ut -is una forma multis subscriberet *eqs.* Cod. Iust. 1, 51, 2 *a. 320. cf.* Epist. procur. de salt. Bur. II [CIL VIII 10570] 4, 14 subscriptionem . . . ad -um suum datam [Epist. imp. Alex. Sev. dig. 48, 10, 29]). Capitol. Opil. 13, 1 cum Traianus numquam -is responderit (*ad rem cf. Mommsen, Ges. Schr. II 187 sq.*). **γ** *-i proponuntur* (*de re cf. Wilcken, APF 9, 1930, 15 sqq.*): Pap. Corp. 117 A (= B) 1 (*a. 150*) descriptum et recognitum ex -o proposito cum ali(i)s in portico Iuniae Ba . . ⟨. .⟩ .ae (CIL III 12336, 3

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

⟨e⟩x ⟨l⟩ibro ⟨li⟩bellorum rescript⟨o⟩rum a domino n(ostro) imp(eratore) ... Gordiano ...⟨e⟩t propo⟨s⟩it⟨o⟩rum ⟨R⟩oma⟨e⟩ in portic⟨u the⟩rmarum Tr⟨a⟩ianarum. *cf. 1267, 51*). c *officia vel officiales* (*v. Hirschfeld, Verwaltungsbeamte 318 sqq. Friedländer, Sittengesch.⁹ I 54 sq. IV 32 sqq. Premerstein, RE XIII 15 sqq.*): **α** a -is: ① *absolute*: Ⓐ *de officialibus aulae imperatoriae*: ① *auctores*: TAC. ann. 15, 35, 2 *Torquatus Silanus accusatur* habere, quos ab epistulis et -is et rationibus appellet, nomina summae curae et meditamenta. SVET. Nero 49, 3 Epaphrodito a -is (Dom. 14, 4). SPART. Hadr. 22, 8 ab epistulis et a -is primus equites Romanos habuit. LAMPR. Alex. 31, 1 postmeridianas horas subscriptioni et lectioni epistularum semper dedit, ita ut ab epistulis, ⟨a⟩ -is et a memoria semper adsisterent.
② *tituli*: CIL III 259 a -is et c⟨ensibus⟩ (IX 4453 *suppl. ex* XIII 1808. XI 5213 a c., a -is Aug(usti). XIV 5347 a -is et c. imp(eratoris) Antonini Aug(usti) Pii, ... a -is Antonini ... sub divo Hadriano. INSCR. Année épigr. 1954 n. 253). VI 8614. XI 5028 proc(uratori) imp(eratoris) a patrim(onio) et heredit(atibus) et a li⟨b⟩ell(is). XV 7444. Ⓑ *in administratione provinciarum* (*v. Grosse, Röm. Militärgesch. 135 sq. Premerstein, RE XIII 25 sq.*): NOT. dign. or. 20, 17 a -is (*sine additamento ut* 21, 13. 29, 16. 43, 12. *al.*). 28, 52 a -is sive subscribendarium (30, 4. 31, 73. 32, 50. *al.*). 37, 50 a -is sive regerendarium. *deest in Not. dign. occ.* Ⓒ *in officio praefecti praetorio* (*si recte solvit Mommsen*): CIL VI 627 T. Vibius Rufinus coh(ortis) IIII ⟨pr(aetoriae)⟩ ... a l(ibellis) p(raefecti) *eqs.* Ⓓ *in officio annonae* (*v. Hirschfeld, Verwaltungsbeamte 244 n. 1. Premerstein, RE XIII 20*): CIL VI 8474 (= 33727) a -is fisci frum(entarii) (8475). ② *indicatur gradus dignitatis*: CIL VI 180 proximus a -is. 1628 magistro a lib⟨ellis⟩, ⟨m⟩agistro a cen⟨sib(us)⟩. 8615 a -is adiutori (33741 ⟨adiut⟩ori a -is). 8616 custodi a -is. 8617 scriniario a -is. **β** magister -orum (*cf. l. 27. 45. 58*): CIL VI 1704 (*intra a. 323 et 337*) magistro censu(u)m, ... magistro -orum *eqs.* VI 510 (*a. 376*) m. libell(orum) et cognition(um) sacrarum *eqs.* NOT. dign. or. 1, 23. 19, 4. 10 m. -orum cognitiones et preces tractat (*eadem definitio* occ. 17, 13). occ. 1, 21. 17, 4 NOVELL. Theod. 1, 7 DIG. 1, 11, 1. **γ** proximus -orum (*cf. l. 27. 41*): AMM. 22, 9, 16 Thalassium ... ex proximo -orum. COD. Theod. 6, 26, 4 (= Iust. 12, 19, 1) proximos memoriae, epistularum ac -orum. *cf.* PAP. Preisigke Sammelb. I 2598 ὁ τῶν λιβέλλων πρόξιμος. **δ** scrinium -orum: ① *aulae imperatoriae*: COD. Theod. 6, 26, 1 in scriniis ... memoriae ..., epistularum ac -orum. 6, 26, 7. 6, 26, 12 sive ii de scrinio memoriae sive epistularum vel -orum ... comites fuerint. *al.* CONC.[S] II 2, 1 p. 56, 20 proximo sacri scrinii -orum et sacrae cognitionis ([*cf.* II 3, 1 p. 133, 12; *gr. II 1, 1 p. 149, 19 προξίμου τοῦ θείου σκρινίου τῶν λιβέλλων*]. COD. Iust. 10, 32, 67, 3). COD. Iust. 1, 17, 2, 9 (= DIG. de confirm. dig. 9; *cf.* COD. Iust. de cod. comp. 1 de cod. confirm. 2) magistrum scrinii -orum sacrarumque cognitionum (*gr. dig. l. c. ἀντιγραφέως τοῦ θείου σκρινίου τῶν τε θείων λιβέλλων καὶ τῶν βασιλικῶν διαγνώσεων.* CIL XII 1524 [*s. V in.*] ex magistro scrinii lib(ellorum)). 12, 19, 3 *a. 396.* 12, 19, 4 *a. 407.* 12, 19, 13 pr. sacrorum ... -orum (12, 19, 15, 1. 3. 4. 12, 59, 10, 5). *al.* ② *praefecti praetorio Africae*: COD. Iust. 1, 27, 1, 27. **ε** *minus technice*: TAC. ann. 16, 8, 1 Silanum increpuit ..., tamquam disponeret iam imperii curas praeficeretque rationibus et -is et epistulis libertos. TRYPH. dig. 20, 5, 12 pr. rescriptum est ab imperatore -os agente Papiniano. SPART. Pesc. 7, 4 *Paulus et Vlpianus* postea, cum unus ad memoriam alter ad -os paruisset, statim praefecti facti sunt. AMM. 20, 9, 8 magistrum ... officiorum ... Anatolium ordinavit -is antea respondentem. COD. Theod. 11, 16, 14 (= Iust. 10, 48, 11 pr.) eos, qui cum honore comitum, nomine magistrorum, memoriae praefuerint vel epistulis vel -is.

2 *in re iudiciaria*: **a** *latius de variis litteris, quae continent vel indicant*: **α** *missionem in bona* (*cf. Kaser, Röm. Zivilprozeßrecht 303 sq.*): CIC. Quinct. 27 -os Sex. Alfenus, procurator P. Quincti ... deicit (61 *bona proscribi* non passus est, -os deiecit. 63 -os... deiecisse, vadimonium promisisse. 73. SEN. benef. 4, 12, 2 spondeo pro iudicato et suspensis amici bonis -um deicio creditoribus eius me obligaturus). 50 cuius bona ex edicto possidentur, ...; de quo -i in celeberrimis locis proponuntur, *eqs.* **β** *nomina iudicum*: CIC. Verr. I 17 (*ad iudices*) -i nominum vestrorum consiliique huius in manibus erant omnium (*cf.* PS. ASCON. Verr. p. 210, 15 cum iurassent omnes *iudices*..., nomina eorum -is ... continebantur et ubique habebantur, ne pro selectis iudicibus ... aliqui suppositi corruptissime iudicarent. SCHOL. Cic. Gron. B p. 335, 32). PS. ASCON. Verr. p. 216, 14 *esse* interpolatos -os sortitionis iudicum. **γ** *testimonium sim.*: CIC. Cluent. 197 non illi in -is laudationum decreta miserunt, sed homines honestissimos ... hunc praesentes laudare voluerunt. APVL. apol. 57, 2 testimonium ex -o legi audisti ... Iuni Crassi (59, 1. *cf.* 59, 4 is *Crassus* tecum, Maxime, praesens per -um loquitur). **δ** *edictum praetoris* (?): MART. 10, 88, 1 omnes persequeris praetorum, Cotta, -os (locellos *var. l.*); accipis et ceras; officiosus homo es (*cf. Izaac ad l.*). **ε** *sententiam iudicis*: SVET. Nero 15, 1 in iuris dictione postulatoribus nisi sequenti die ac per -os, non temere respondit. ROMVL. fab. 48, 7 rec. gall. iudex ... de -o sententiam legit (PASS. Crispin. 4, 1. *cf.* COD. Theod. 11, 30, 40 omnem, quae de -o scribta recitatur, dici volumus atque esse sententiam ...; quidquid ... -i [-is *Mommsen*] absque documento et recitatione decernitur, praeiudicii loco ... putatur). COD. Theod. 4, 18(17), 4 sententia non valeat, quae ex -o data non fuerit (*cf.* COD. Iust. 7, 44, 2 pr. [*a. 371*] ut iudices ... sententias ponderatas ... in -um conferrent scriptasque ex -o partibus legerent).

b *strictius in actionibus instituendis, restaurandis sim.*: **α** *nude positum spectat ad*: ① *delationem vel accusationem* (*cf. p. 1263, 64*): VELL. 2, 57, 2 -i coniurationem nuntiantes dati (*sc. Caesari, ut*: SVET. Iul. 81, 4 -um ... insidiarum indicem ab obvio quodam porrectum -is ceteris, quos sinistra manu tenebat quasi mox lecturus, commiscuit. FLOR. epit. 4, 2, 94. *cf.* SVET. Cal. 15, 4 -um de salute sua oblatum *Caligulae*. Dom. 17, 1 *Domitiano* traditum). QVINT. inst. 12, 8, 5 quos componit aut litigator ... aut *advocatus* (IVV. 6, 244 accusat Manilia, si rea non est; conponunt *feminae* ipsae per se formantque -os *eqs.* MOD. dig. 47, 2, 73 Sempronia -os composuit quasi datura centurioni, ut ad officium transmitterentur *eqs.*). TAC. ann. 1, 74, 2 occultis -is saevitiae principis adrepit. 2, 29, 2 -os et auctores recitat Caesar ita moderans, ne lenire neve asperare crimina videretur. 2, 30, 1. 3, 16, 1. 3, 68, 1 -os divi Augusti de Voleso Messala ... factumque in eum senatus consultum (*cf.* PLIN. epist. 7, 27, 14 datus a Caro de me -us). PLIN. epist. 10, 96, 5 propositus est -us sine auctore multorum nomina continens (TRAIAN. Plin. epist. 10, 97, 2 s. a. ... propositi -i ⟨in⟩ nullo crimine locum habere debent). SVET. Cal. 30, 2 in ... senatores ... invectus est prolatis -is, quos crematos simulaverat. APVL. apol. 2, 3 dat -um nomine privigni mei (*seq.* proprio nomine accusationem delatam sustinere). 60, 3 prolatus est. 102, 9 -i vestri atrox principium ...: 'hunc ... reum apud te facere institui'. VLP. dig. 49, 1, 13 pr. appellanti nihil obesse, quod in -is, a qua parte sententiae appellaret, non significavit. PAVL. dig. 2, 4, 15 libertus adversus patronum dedit -um (AVG. gest. Pelag. 13, 29. CONC.[S] II 3, 2 p. 18, 5 obtulit. p. 27, 1 porrexerat. p. 27, 18 oblati sunt. *cf.* AVG. gest. Pelag. 21, 45 qui contra eum -um dederant [25, 62 p. 116, 24. CONC.[S] II 3, 1 p. 145, 15 accusante ... et -um c. eum dante]). 5, 2, 7 si comminatus tantum accusationem fuerit vel usque ad denuntiationem vel -i dationem praecesserit, *eqs.*: idque divus Pius de -i datione et denuntiatione rescripsit. *al.*
② *litis denuntiationem sim.*: VLP. dig. 2, 13, 1, 1 *actionem* edere est etiam copiam describendi facere: vel in -o complecti et dare vel dictare. 39, 2, 4, 6 totiens ... praetorem exigere denuntiationem intellegendum est, si sit cui denuntietur: ... si non sit, ... cessat haec pars edicti; est tamen tutius -um ad ipsas aedes proponere *eqs.* frg. Vat. 162 si is, qui potiorem nominavit, litteras petierit ad magistratus, ut conpellant eum venire, quem ... nominavit, ⟨postquam⟩ -os dedit, altera die litteras accipere debet *eqs.* (*cf.* 167 -os det et litteras petat). 166 -i ita formandi: '...'; ... fine talem clausulam addat: 'rogo, praetor, ... -os accipere digneris'. 167 si pro tribunali dabuntur, quinque, de plano quattuor dandi erunt (210).

β *accedunt determinationes fere sollemnes*: TAC. ann. 3, 44, 2 increpabant ... Tiberium, quod ... -is accusatorum insumeret operam (AMBR. obit. Valent. 18 HIER. adv. Rufin. 2, 11 p. 433[B]. *cf.* VLP. dig. 48, 5, 18, 1 accusatorios [48, 5, 30, 8]. COD. Iust. 9, 9, 17 pr. *a. 257* accusationis [GREG. M. epist. 5, 36 p. 318, 23]). VLP. dig. 48, 5, 2, 8 -os inscriptionum (PAVL. dig. 48, 2, 3 pr. inscriptionis. 48, 2, 3, 1). 49, 1, 1, 4 appellatorii (MARCIAN. dig. 49, 1, 5, 4 COD. Theod. 11, 30, 2. 11, 30, 56 = Iust. 7, 62, 28. CASSIOD. hist. 5, 34, 36; *Socr. 2, 40 p. 344[B] ἐκκλήτοις tantum.* COD. Iust. 7, 62, 6, 5. 7, 62, 12 *a. 314. al. cf.* LEO M. epist. 23, 1 Conc.[S] II 4 p. 5, 2 appellationis [*gr. II 1, 2 p. 46, 29 λίβελλον ἔκκλητον ut in seqq.* 44, 3 *ibid.* p. 20, 30. CONC.[S] II 2, 1 p. 24, 2; *cf.* II 3, 1 p. 10, 27. CASSIOD. hist. 5, 34, 35; *Socr. 2, 40 p. 344[A] ἐκκλήτου βιβλίον*]). frg. Vat. 156 contestatorios (LEO M. epist. 23, 1 Conc.[S] II 4 p. 5, 3; *gr. II 1, 2 p. 46, 30 διαμαρτυρίας λιβέλλους*). SYMM. rel. 32, 4 provocationis (*i. appellationis*). COD. Theod. 2, 14, 1, 3 (= Iust. 2, 14, 1, 3) contradictoriis -is aut titulis. 9, 6, 2 delationum (*cf.* 10, 10, 7 delatorios). 11, 8, 3, 1 (= Iust. 1, 55, 9, 1) querellae propriae -um conscribtum ... in frequentioribus civitatum locis adfigendum. 11, 30, 8 pr. refutatorii (11, 30, 24. 29 RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 162, 7 COD. Iust. 7, 62, 39, 1a. 7, 63, 5, 2). COD. Iust. 3, 1, 16 recusationis (3, 1, 18). 7, 40, 3 pr. conventionis (7, 40, 3, 3 INST. Iust. 4, 6, 24). DIG. 49, 6 rubr. de -is dimissoriis, qui apostoli dicuntur (*sed Marcian. ibid. pr.* litteras dimissorias).

c *generalia vel ambigua*: CIC. Att. 15, 24 *Silii* causam composui; eum -um tibi misi (*de eadem re 15, 23* cui ὑπόμνημα compositum). HOR. sat. 1, 4, 66 Sulcius acer ambulat et Caprius, rauci male cumque -is (PORPH.: acerrimi delatores et causidici fuisse traduntur ...; 'cum -is' autem, ⟨in⟩ quibus adnotant, quae deferunt. *sed potest etiam de -is delatoriis intellegi, cf. Kießling-Heinze ad l.*). SEN. frg. 36 sunt qui ad vadimonia sua deos advocent, sunt qui -os offerant et illos causam suam doceant. MART. 5, 51, 1 hic, qui -is praegravem gerit laevam, notariorum quem premit chorus levis, qui codicillis hinc et inde prolatis epistolisque commodat gravem vultum *eqs.* QVINT. inst. 6, 2, 5 hoc *proprium oratoris opus* non docet litigator, hoc causarum -is non continetur. IVV. 7, 107 quid causidicis civilia praestent officia et magno comites in fasce -i? *in titulo libri*: DIG. tit. libr. 25, 60 *Pauli* de iure -orum.

3 *ap. Christianos* (*quatenus usus Christianus a communi non differt, exempla supra inseruimus*): **a** *de litteris martyrum, quibus lapsi ecclesiae reconciliandi commendantur* (*fusius de re agit Tert. pudic*

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

22; cf. etiam mart. 1, 6 quam pacem quidam in ecclesia non habentes a martyribus in carcere exorare consueverunt): CYPR. epist. 15, 4 ut nominatim designetis eos, quibus pacem dari desideratis; audio enim quibusdam sic -os fieri, ut dicatur 'communicet ille cum suis'; ... *ita enim* possunt nobis ... triceni ... offerri, qui propinqui ... esse adseverentur eius qui accepit -um (18, 1 qui -os a martyribus acceperunt et praerogativa eorum apud deum adiuvari possunt. 19, 2 *bis.* 20, 3 *bis.* 33, 2). 20, 2 p. 528, 5 confessores ... deprecatione conrumpere, ut sine ullo discrimine ... darentur cotidie -orum milia contra euangelii legem. 27, 1 p. 541, 3. 10. 14 (*l. 6 et 9* litteras). **b** *de instrumentis nonnumquam etiam pecunia emptis, quibus Decio imperante sacrificium deis imperii factum esse probabatur* (*v.* libellatici *et Premerstein, RE XIII 46 sq.*): CYPR. epist. 20, 2 p. 528, 2 qui sacrilegis contactibus manus suas adque ora maculassent vel nefandis -is nihilominus conscientiam polluissent (67, 6. *cf.* 30, 3 nefariorum). 55, 3 qui -is conscientiam suam maculaverint vel nefanda sacrificia commiserint (55, 14 p. 634, 2 qui -o maculatus est. 59, 9 vel sacrificio vel -o. *cf.* 55, 10 -i ... labe maculatum. 67, 6 -i maculam). 55, 14 p. 633, 16. 19 cum occasio -i fuisset oblata (Fort. 11). 67, 1 -is idolatriae commaculatos (67, 6 contaminati). laps. 27 qui etsi nefandis sacrificiis manus non contaminaverunt, -is tamen conscientiam miscuerunt. 28 nullo sacrificii aut -i facinore constricti. **c** *de litteris, quae dantur de miraculis martyrum ab hominibus mirabiliter sanatis (cf. Lucius, Anfänge des Heiligenkults 284, 1. Harnack, SB Berl. 1910, 106 sqq. Reitzenstein, Hist. Monach. u. Hist. Laus. 89 n. 3; exemplum exstat* AVG. serm. 322 rogo, ... papa Augustine, ut hunc -um meum, quem ex praecepto tuo obtuli, sanctae plebi iubeas recitari): AVG. civ. 22, 8 p. 577, 20 D. nec ... omnia *miracula Stephani* colligi poterunt, sed tantum de quibus -i dati sunt (*ibid.* l. 26 de his, quae mirabiliter facta sunt. p. 578, l. 7 serm. 319, 6, 6. 321), qui recitarentur in populis (p. 578, 7. p. 579, 10. p. 580, 32 narrationis eius -um. p. 581, 8 serm. 322). p. 581, 3 cum eorum legeretur -us. serm. 286, 8, 7 de -is miraculorum martyrum, quae in conspectu vestro leguntur. 320. 322. **d** *varia*: LIB. pontif. p. 114, 21 ut, si invenirent conplicem Petri Acacium, iterum damnarent eos, si non, offerrent -um paenitentiae. p. 116, 8 sub satisfactione -i purgatum Mesenum episcopum (p. 117, 1 si non penitens sub satisfactionem -i postularet paenitentiam). CONC.^{S} I 5 p. 356, 29 cessionis suae ... obtulit -um (*gr. I 1, 7 p. 124, 3* παραιτήσεως ... βιβλίον). IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 3, 1 incipit -us fidei oblatus legatis apostolicae sedis Constantinopolim *eqs.* (*cf.* p. 5, 43 Flavianus ... episcopus in -o, quod de fide sua Theodosio dedit imperatori. GREG. M. epist. 6, 15 p. 395, 2 -us, quem delegatis ... iudicibus optulit, rectae fidei ... concordat. 6, 62 p. 438, 8. 18).

4 *de variis instrumentis, quae continent vel indicant*: **a** *definitionem locorum per arbitrum ex compromisso*: SENT. Helvidi Prisci (CIL IX 2827) 8 cum -us vetus ab actoribus Histoniensium prolatus sit ... et in eo scriptum fuerit eorum locorum, de quibus agitur, factam definitionem per Q. Coelium Gallum (*de eodem* l. 24 propter vetustatem -i interrupti in ea parte). **b** *dimissionem collegii funeraticii Alburnensis*: TAB. cer. Dac. (CIL III p. 925) int. 1 (= ext.) descriptum et recognitum factum ex -o, qui propositus erat Alb(urno) maiori ad statione⟨m⟩ Resculi *eqs.* (*cf. p. 1264, 83*). int. 6 (= ext. 10) *magister collegii et duo quaestores* posito hoc -o publice testantur (int. 18 = ext. 24 per hunc -um). **c** *divortium matrimonii*: -us divortii: PAPIN. dig. 24, 2, 7. -us repudii (*gr. respondet fere* βιβλίον ἀποστασίου): ITALA deut. 24, 1 (Tert. adv. Marc. 4, 34 p. 533, 8; *cf.* VVLG.) si sumserit quis uxorem ... et evenerit non invenire eam apud eum gratiam ..., scribet -um r. (*Lugd.* librum) et dabit in manu eius et dimittet illam de domo sua. Is. 50, 1 (Rufin. Orig. in exod. 8, 5 p. 228, 17) -us r. matris vestrae, quo dimisi eam (*Vulg.* liber). Matth. 5, 31 (cod. aur. *al.* = VVLG.) quicumque dimiserit uxorem suam, det illi -um r. (*cod. a al.* repudium, *gr.* ἀποστάσιον). 19, 7 (cod. c *al.* = VVLG.; *cod. a al.* librum). Marc. 10, 4 (cod. a c = VVLG.). VVLG. deut. 24, 3 (*Lugd.* librum). Ier. 3, 8. RVFIN. hist. 4, 17, 5 mulier -o ei *marito* r. dato discedit (*Iustin. apol. 2, 2* ῥεπούδιον). *al.* **d** *supremam voluntatem, fideicommissum*: VLP. dig. 43, 5, 1 pr. (*edict. praet.*) si -us aliudve quid relictum esse dicetur (*antea*: tabulas ... ad causam testamenti ... pertinentes). COD. Iust. 6, 42, 22 (*a. 293*) et in epistula vel brevi -o vel sine scriptura, immo etiam nutu fideicomissum relinqui posse adhibitis testibus nulla dubitatio est. **e** *pactum conductionis* (*cf.* COD. Theod. 5, 13, 4, 1 hi ..., quos commoditas praediorum ad eadem postulanda sollicitat, adeant tuae dicationis officium et modum suae deliberationis indicent per -os. *v. etiam* libellarius, libellaticum): GREG. M. epist. 1, 42 p. 63, 12 volumus, ut securitatis -os ita de pensionibus facias, quatenus inprimas, dicens, tantam pensionem unumquemque debere persolvere. 8, 32 p. 34, 20 castrum ... in solo iuris monasterii ... esse fundatum atque ob hoc habitantes illic factis -is solaticum singulis annis expondisse persolvere (9, 194 p. 182, 13 ad tres siliquas aureas f. -is ei vineolam ipsam locare). 9, 78 p. 95, 4 voluerat ... possessionem iuris ecclesiastici sub specie -orum tenere.

II *de libris* (-us *et* liber *opponuntur c. respectu argumenti p. 1264, 54, c. resp. magnitudinis p. 1268, 23. 25. 27. 82; ceterum distingui videntur ex affectu loquentis p. 1268, 51. 54. 61. 67; promiscue ponuntur p. 1270, 13 sqq.; sing.* -us *non nisi de singulis voluminibus ideoque vix ad totum corpus metamorphoseon referri potest* Ov. trist. 1, 7, 33 *p. 1269, 41*):

A *vi deminutiva sim. plus minusve perspicua*: 1 *in univ.*:

a *significatur forma parva, exigua*: CIC. de orat. 1, 94 (*verba Antonii*) scripsi ... quodam in -o, qui me ... invito excidit *eqs.* (*de eodem opusculo*: 1, 206. 3, 189. Brut. 163 illum de ratione dicendi sane exilem -um. *cf. de orat. 1, 208* commentarium). 1, 195 bibliothecas ... omnium philosophorum unus mihi videtur XII tabularum -us ... et auctoritatis pondere et utilitatis ubertate superare (*simili oppositione*: fam. 5, 12, 7 unus ... Xenophontis -us in eo rege *Agesilao* laudando facile omnes imagines omnium statuasque superavit. PLIN. epist. 3, 10, 3 neque ... adfectibus meis uno -o carissimam mihi et sanctissimam memoriam prosequi satis est). top. 62 hunc -um. ac. 2, 135 *Crantoris* 'de luctu' est ... non magnus, verum aureolus et ... ad verbum ediscendus -us. EPIST. imp. Aug. Suet. vita Hor. p. 47, 7 pertulit ad me Onysius -um tuum ...; vereri ... mihi videris, ne maiores -i tui sint quam ipse es. Ov. ars 3, 206 est mihi, quo dixi vestrae medicamina formae, parvus, sed cura grande, -us, opus (PALLAD. ins. 3 bis septem parvos, opus agricolare, -os. VEG. mil. 1 praef. MART. CAP. 3, 221. IORD. Rom. 4 uno ... et hoc parvissimo -o ... iungens ei aliud volumen *eqs. al.*). Ib. 449 exiguo (*de Ibide Callimachi*). MART. 1, 45, 1 brevibus (12, 1, 3. 12, 11, 7 QVINT. inst. 2, 13, 15. TREB. trig. tyr. 1, 2 in unum ... et quidem brevem. *al. cf.* SCAVR. gramm. VII 33, 11 brevitatem huius -i). 2, 1, 3 quis te *CCC epigrammata complectentem* ferret ..., liber? at nunc succincti quae sint bona disce -i. 2, 6, 10 tam macer -us, nullo crassior ut sit umbilico. 10, 1, 2 si nimius videor ... esse liber, legito pauca: -us ero. CYPR. testim. praef. p. 35, 10 ita ... sermo conpositus et -us conpendio breviante digestus est, ut *eqs.* (*opp. p. 36, 5* liber longior). AVSON. 327, 1 p. 115 P. carminis incompti tenuem ... -um (*de carm. 328—331*). HIER. epist. 49, 20, 1 ad ea respondere nolui, ne ... -i excedere magnitudinem ... viderer (*cf.* GENNAD. vir. ill. 50 epistulas in modum -orum consolatorias [86]). **b** *sublucent potius affectus loquentis*: α *contemptio* (*cf. etiam infra l. 71*): CIC. Arch. 26 ipsi illi philosophi etiam in iis -is, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt. Sest. 110 nihil sane Attici iuvabant anagnostae, -i pro vino etiam saepe oppignerabantur. de orat. 1, 105 ex homine omnium ... eloquentissimo atque ex eo, qui non in -is, sed in maximis causis et in hoc domicilio imperii et gloriae sit ... princeps. 3, 121 non est paucorum -orum hoc munus, ut ii qui scripserunt de dicendi ratione arbitrantur (*cf.* 3, 122 aliquid de oratoris arte paucis praecipiunt -is eosque rhetoricos inscribunt. QVINT. inst. 2, 13, 15 si quem ex his, qui breves plerumque circumferuntur, artis -um edidicerint). leg. 1, 14 ut -os conficiam de stillicidiorum ac de parietum iure? ... quae ... sunt humiliora quam illa quae a nobis exspectari puto. fin. 4, 22 quae est igitur ista philosophia, quae communi more in foro loquitur, in -is suo? LIV. 29, 19, 12 *Scipionem* cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio, -is eum palaestraeque operam dare. PLIN. nat. 34, 108 *medici* quotiens incidēre in -os componere ex his volentes aliqua, hoc est inpendio miserorum experiri commentaria, credunt Seplasiae. β *amor*: CIC. top. 1 cum ... in bibliotheca separatim uterque nostrum ad suum studium -os, quos vellet, evolveret, incidisti in Aristotelis Topica quaedam, quae sunt ab illo pluribus libris explicata. Att. 12, 3, 1 ego me interea cum -is (SEN. epist. 67, 2 c. -is mihi plurimus sermo est. PLIN. epist. 1, 9, 5 mecum tantum et c. -is loquor; o rectam sinceramque vitam *eqs. cf.* CIC. fam. 16, 18, 3 horologium mittam et libros ...; sed tu nullosne tecum -os?). MART. 2, 48, 3 tabulamque calculosque et paucos, sed ut eligam, -os ...: haec praesta mihi ... et thermas tibi habe Veronianas. PLIN. epist. 1, 22, 11 qua *sollicitudine* liberatus Laurentinum meum, hoc est -os et pugillares studiosumque otium, repetam (9, 6, 1 omne hoc tempus inter p. ac -os iucundissima quiete transmisi). γ *modestia*: SEN. contr. 2 praef. 5 in hunc ... -um (*de ipsius libro ut* 4 praef. 1). PLIN. nat. praef. 12 (*I* libros naturalis historiae) meae quidem temeritati accessit hoc quoque, quod levioris operae hos tibi *Vespasiano* dedicavi -os (QVEROL. p. 4, 18 R. *cf.* FIRM. math. 1 prooem. 1 tibi hos -os, Mavorti ..., me dicaturum esse). 26. PLIN. epist. 1, 2, 6 -i, quos emisimus, dicuntur in manibus esse, quamvis iam gratiam novitatis exuerint. 4, 19, 2 *uxor* meos -os habet, lectitat, ediscit etiam (4, 26, 1. 6, 7, 1. 9, 11, 2 [*I* libris *de scriptis amici*]. *al.* VOPISC. Car. 21, 2 *scriptor rerum gestarum* habiturus meos -os ministros eloquii. *cf.* FVLG. aet. mund. p. 130, 2 hoc nostrum ... -um).

2 *de singulis carminibus* (*huc transit* CIC. Arch. 25 cum ei *Sullae* -um malus poeta ... subiecisset [*distinguitur* epigramma]. *vix recte Bickel, RhM. 93, 1950, 108 huc trahit etiam* ELEG. in Maecen. 1, 37 PROP. 2, 13, 25. 3, 2, 15 Ov. trist. 3, 3, 77): PROP. 1, 11, 19 ignosces ..., si quid tibi triste -i attulerint nostri (*'carmina vel epistolae versibus scriptae' Enk ad l.*). STAT. silv. 1 praef. dubitavi ..., an hos -os, qui mihi subito calore et quadam festinandi voluptate fluxerunt, ... congregatos ipse dimitterem (*de singulis carminibus volumini inserendis ut: ibid.* primus -us ...; sequitur -us Rutilio ... dedicatus. 2 praef. in arborem *Melioris* ... et psittacum ... a me leves -os quasi epigrammatis loco scriptos. 3 praef. (*ter*). *ceterum occurrunt in his praefationibus pro* -us *synonyma* opusculum, ecloga, carmen, opus; *totum volumen significatur voce q. e.* liber). AVSON. 321, 1 p. 259, 1 P. -um, quem ad nepotulum meum ... instar protreptici luseram (*de carm. 322*). 335, 1 p. 196, 1 P. latebat inter nugas meas -us ignobilis (*de carm. 336 ut ibid.* 2 p. 197, 15 P.

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iste nugator -us). COMM. instr. 1, 22, 13 unde non hoc curo disputari parvo -o (2, 39 [35], 25 omnia non possum comprehendere p. -o; curiositas docti inveniet nomen *poetae* in isto *i. in acrostichide huius carminis*).

? 3 de singulis libri capitibus (*si quidem editioni Mignei fides habenda*): VITAE patr. 5 *praefigitur singulis capitulis* -us primus. -us secundus *et sic deinceps* (*ut* 6; *sed gr. sec. epitomen Photii bibl. cod. 198* κεφάλαιον. *cf. 7* caput primum *eqs.*).

B *vi deminutiva sim. non perspicua vel evanida i. q.* **liber**:

1 *exempla ambigua*: **a** *de libris poetarum* (*maxime ap.* OV. *et* MART., *ap. quos tamen et* liber *saepe legitur; fere in fine hexametri vel hendecasyllabi; de plur. in primo libro Martialis v. Lehmann, Antike Martialausgaben 16*): VARRO Men. 59 cum Quintipor Clodius tot comoedias . . . fecerit . . ., ego unum -um non 'edolem', ut ait Ennius? rust. 3, 2, 17 L. Albuccius . . ., cuius Luciliano charactere sunt -i. CATVLL. 1, 1 lepidum novum -um, arida modo pumice expolitum (*cf. p. 1270, 26 et* LYGD. 1, 9 lutea . . . niveum involvat membrana -um, pumicet et [pumex et *G m. sec.*] canas tondeat ante comas. 1, 17 cultum [MART. 8, 72, 3 nondum murice cultus asperoque morsu pumicis aridi politus]. OV. trist. 1, 1, 9 felices ornent haec instrumenta -os [ANTH. 783, 7]). 1, 8, 14, 12 horribilem et sacrum -um (*fort. de anthologia malorum carminum, v. Kroll ad l.; de simili ioco* STAT. silv. 4, 9, 1 quod -um misisti mihi, Grype, pro -o). DIRAE 26 multum nostris cantata -is optima silvarum (34 OV. am. 2, 17, 33 Pont. 1, 8, 9. *al.* MART. 1, 4, 1. 1, 29, 1. *al.* IVV. 1, 86). HOR. sat. 1, 4, 71 (*v. p. 1266, 70 quae praecedunt*) cur metuas me *tamquam delatorem*? nulla taberna meos habeat neque pila -os (1, 10, 92 PROP. 2, 25, 3. 3, 2, 15 OV. trist. 4, 1, 1. 5, 1, 1. 5, 9, 3 MART. 1 praef. 1, 2, 1. 1, 35, 14. *al.*). 1, 10, 41 (*de comoedia*) arguta meretrice . . . comis . . . -os. ELEG. in Maecen. 1, 37 marmora Maeonii (*pars codd.*, Mimnermi *Bickel, RhM. 93, 1950, 107 sq.; alii alia*) vincent monimenta -i (*cf.* OV. trist. 3, 3, 77 maiora -i et diuturna magis sunt monimenta mihi). PRIAP. 2, 2 horto carmina digna, non -o. 4, 2 ex Elephantidos -is (MART. 12, 43, 4 molles). PROP. 1, 9, 13 tristis istos compone -os (*sc. Thebaidos sim., de quibus 9* grave . . . carmen. *cf.* MART. 7, 29, 5 doctos sepone -os, carmina . . . dum lego parva). 2, 13, 25 sat mea sat magna est (sit magna *codd.*), si tres sint pompa -i, quos ego Persephonae maxima dona feram (*vix recte Bickel l. c. 108 -i ad singulas elegias refert*). 3, 3, 19. 3, 9, 43 inter Callimachi . . . -os. OV. ars 3, 47 illos *viros* artifices gemini fecere -i (*sc. artis ut* trist. 2, 245). rem. 1 huius . . . titulum . . . -i. Ib. 51 (*de Ibide ut* 639). trist. 1, 7, 19 (*de libris metamorphoseon ut* 1, 7, 33 in prima fronte -i [*i. in initio primi voluminis, v. Luck ad l. et vol. VI 1, 1363, 11*; primi *Heinsius*]). *al.* PHAEDR. 1 prol. 3. 3 prol. 1. 4 prol. 14 quartum (*cf. infra l. 77 et* MART. 6, 1, 1 sextus. 10, 2, 1 decimi. 12, 4 [5], 1 undecimi . . . decimique. *al.*). 4, 7, 3 PERS. 1, 120. MART. 1, 1, 3 argutis epigrammaton -is (1, 117, 3). 7, 97, 8 Turni nobilibus . . . -is (*i. saturis*). 11, 15, 3 sq. (*syn.* chartae *ut* 12, 95, 1 sq.). 14, 2, 1 quo vis cumque loco potes hunc finire -um: versibus explicitum est omne duobus opus. *et saepe.* QVINT. inst. 8, 6, 73 Cicero . . . in quodam ioculari -o (*seq. distichon*). PLIN. epist. 3, 15, 1 *de carminibus Silii Proculi.* 4, 14, 10 *de hendecasyllabis suis, quos ibidem vocat* opusculum (7, 4, 9 *ubi 8* volumen). *al.* **b** *de operibus prosa oratione conscriptis*: CIC. de orat. 1, 242 nisi . . . Scaevolae tu -is aut praeceptis soceri tui causam . . . defendisti (*cf.* POMPON. dig. 1, 2, 2, 39). Tusc. 3, 43 Socraticum -um (*cf.* HOR. epod. 8, 15 Stoici). epist. 1, 1, 37 laudis amore tumes: sunt certa piacula, quae te ter pure lecto poterunt recreare -o. AETNA 538 -i, Herclite, tui. IVV. 13, 19 sacris quae dat praecepta -is, . . . sapientia. BOETH. cons. 1, 1, 6 W. dextra . . . eius *Philosophiae* -os . . . gestabat). BRVT. Cic. ad Brut. 2, 5 (9, 3 Sj.), 4 legi orationes duas tuas . . .: nescio, animi an ingenii tui maior in his -is laus contineatur. SEN. contr. 10 praef. 3 *Scaurus* orationes septem edidit . . .; bene cum illo ignis egerat, sed exstant -i, qui cum fama eius pugnant. 8 bellum . . . -um. SCRIB. LARG. praef. p. 6, 6 nec sequitur nos nisi necessarius admodum numerus -orum (*sc. in itinere, cf.* APVL. apol. 63 morem mihi habeo, quoque eam, simulacrum alicuius dei inter -os conditum gestare). 97 *compositio* Tiberio Caesari per -um scriptum ad eum ⟨data⟩ (*de eodem* 98). PLIN. nat. praef. 28 -os, quos de grammatica edidi (SVET. Dom. 18, 2 de cura capillorum. TREB. trig. tyr. 33, 8 de vita principum. *cf.* TERT. anim. 55, 5 habes . . . de paradiso a nobis -um. carn. 12 l. 28 quem scripsimus de testimonio animae. CLAVD. MAM. anim. praef. p. 18, 4 quos de animae statu condidi. *al.*). PLIN. epist. 5, 10, 2 (*syn.* opus, volumina). 7, 12, 1. 6 SVET. Iul. 56, 7 Claud. 2, 2. Vit. 1, 2 -us quo continetur *eqs.* (gramm. 4, 2 Cornelius . . . Nepos -o, q. distinguit litteratum ab erudito. TERT. carn. 7 l. 5 adv. Val. 6 p. 182, 20. *al.*). gramm. 11, 1 *P. Valerius Cato* -o, cui est titulus 'indignatio'. 24, 2. *al.* TERT. carn. 25 l. 10 resurrectio nostrae carnis alio -o defendenda (adv. Marc. 1, 1 p. 292, 6). adv. Marc. 2, 27 p. 374, 21. 3, 1 p. 377, 18 quod . . . primo -o intexui (HIL. trin. 4, 2 OPTAT. 3, 8 p. 92, 2. *al. cf. supra l. 43. p. 1270, 37 et* HIL. trin. 4, 1 anterioribus. 6, 8 superioribus [*al.*]. OPTAT. 3, 1 p. 67, 2 secundo. MART. CAP. 3, 222 prioris. OROS. hist. 1, 21, 21 huic volumini . . . finis hic sit, ut . . . sequens -us incipiat. *al.*). Scap. 1, 2. *al.* *distinguuntur* opus, opusculum: HIL. trin. 1, 20 ita totius operis modum temperavimus, ut . . . legentium profectibus . . . -orum ordo succederet. AVG. ord. 1, 8, 26 omnia nostrae lucubrationis opuscula in hanc -i partem contulimus (*at* EVTYCH. gramm. V 447, 12 opusculum hoc ad discernendas pertinens coniugationes duobus -is inclusi). **c** *de libris in cultu deorum (dei) adhibitis*: *paganorum*: ACT. lud. saec. Sept. Sev. 1, 6 ex q⟨ibus Maniliu⟩s Fus⟨cu⟩s mag(ister) collegii *XV virum sacris faciundis* ex -o ⟨l⟩egit. ACT. Arv. a. 218 a 32 sacerdotes clusi, succincti, -is acceptis, carmen descindentes tripodaverunt in verba haec: '. . .'; (38) post tripodationem . . . -os receperunt (*repetitur fere isdem verbis* a. 219, 3. 4). *Christianorum*: GREG. TVR. Franc. 2, 22 ablato . . . sibi nequiter -o, per quem sacrosancta sollemnia agere consueverat *sanctus Sidonius.* vit. patr. 16, 2 p. 725, 16 *sanctus Venantius* ad missarum celebranda sollemnia invitatur dixitque fratribus: 'iam . . . oculi mei caligine obteguntur nec possum -um aspicere *eqs.*'

2 *exempla certa*: **a** *variandi gratia ponitur iuxta* liber: CIC. Cluent. 141 cum singulis -is, quos M. Brutus . . . de iure civili reliquit (*de isdem* de orat. 2, 223 *ubi seq.* ex libro primo: '. . .' *eqs.* deinde ex libro secundo: '. . .' *eqs.*). de orat. 1, 85 in eorum *rhetorum* . . . -is (libris *var. l.; cf. 1, 86* in eorum libris). VARRO frg. Aug. civ. 7, 17 p. 295, 16 D. in hoc -o (*Aug. antea*: libro). HOR. epist. 1, 13, 4 ne . . . odium . . . -is . . . importes (*2* volumina. *13* fasciculum . . . librorum). OV. am. 1 praef. 1 qui modo Nasonis fueramus quinque -i, tres sumus (*sc. amorum ut* 3, 8, 5 cum pulchre dominae nostri placuere -i, quo licuit libris, non licet ire mihi. *ars 3, 343* libris). fast. 1, 724 cum . . . suo finem mense -us habet (*sc. fastorum ut* trist. 2, 549 [*syn.* volumen]. *at fast. 2, 2* liber. *2, 863* libro). trist. 1, 11, 1 toto . . . -o (*sc. tristium ut* 3, 14, 51. 4, 1, 1. 5, 1, 1. *al. at* liber *1, 1, 1. 15*). MART. 4, 10, 1 dum novus est nec adhuc rasa mihi fronte -us (*5* comitetur Punica librum spongea). 5, 2, 5 lascivos lege quattuor -os: quintus cum domino liber iocatur. 8, 1, 3 nuda recede Venus, non est tuus iste -us (*1* liber). 8, 3, 1 quinque satis fuerant, nam sex septemve -i est nimium (*4* teritur noster ubique liber). 11, 16, 7 nostri . . . -i (*9* meum . . . librum). QVINT. inst. 1, 7, 35 *Messala* quosdam totos -os non verbis modo singulis, sed etiam litteris dedit (*at 1, 7, 23* a Messala in libro de s littera). PLIN. epist. 7, 30, 4 -os meos de ultione Helvidi (*9, 13, 1* libros, quos de Helvidii ultione composui). ITALA apoc. 10, 10 (Primas.) cum accepissem -um de manu angeli (*gr.* βιβλαρίδιον *ut in cetero contextu, Vulg.* librum *ut 10, 9* [= *Primas.*]. *de eodem* VVLG. apoc. 10, 2 -um [*Primas., cod. g* librum]). VVLG. num. 5, 23 in -o (*Lugd.* in libro). SIDON. epist. 9, 16, 1 hic nonus -us (*9, 1, 1* hic liber nonus octo superiorum voluminibus accrescat). *al.*

b longus -us: MART. 3, 68, 11 si bene te novi, longum iam lassa -um ponebas, totum nunc studiosa legis. 10, 18 (17), 5 mensorum longis . . . -is. 11, 108, 1 quamvis tam longo possis satur esse -o, lector. PRVD. c. Symm. 1, 656 iam tempus iter longi cohibere -i, ne tractum sine fine ferat fastidium carmen.

determinationes ad A et B: **1** *gen.*: CIC. de orat. 1, 195 XII tabularum. MART. 10, 18 (17), 5 mensorum. QVINT. inst. 2, 13, 15 artis *rhetoricae.* SVET. gramm. 21, 4 *C. Melissi* -os 'ineptiarum', qui nunc 'iocorum' inscribuntur. LACT. ira 23, 2 *Sibyllarum* omnium -i (*antea*: volumina). AVSON. 327, 1 p. 115 P. carminis incompti. HIER. epist. 52, 17, 1 virginitatis (*i. epist. 22*). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 77, 32 proverbiorum (*cf.* p. 82, 8 de -o iudicum [*seq.* regnorum libro]. 2 p. 169, 20 in -o duodecim prophetarum. in num. 27, 1 p. 256, 10 -us Hester aut Iudith vel etiam Tobiae). **2** *adi.*: CIC. de orat. 3, 122 rhetoricos. Tusc. 3, 43 Socraticum (*cf.* HOR. epod. 8, 15 Stoici). QVINT. inst. 8, 6, 73 ioculari. IVV. 3, 206 Graecos. 13, 62 Tuscis. SVET. gramm. 11, 3 grammaticos. RVFIN. Greg. Naz. orat. praef. 4 apologeticum. PRVD. apoth. 15 euangelici. AVG. adv. Don. 33, 56 p. 158, 3 consulares. **3** *praepos.*: de (*cf. p. 1269, 66*): CIC. de orat. 2, 223 tres patris Bruti de iure civili -os. Brut. 163 *Antonii* illum de ratione dicendi . . . -um. PLIN. epist. 7, 30, 4 -os meos de ultione Helvidi. VEG. mil. 2 praef. -um de dilectu atque exercitatione tironum. HIER. epist. 49, 14, 13 *Ambrosius* in tribus -is de virginibus. POMP. gramm. V 109, 34 est -us de syllabis *sc. Sinnii Capitonis.* adversus: TERT. carn 8 l. 12 est nobis et a. illos *Apelleiacos* -us.

III *de materia, in qua scribitur*: CINNA carm. frg. 11 *Arati* carmina . . . levis in aridulo malvae descripta -o (*i. in parvo volumine e malvarum cortice facto; cf. Isid. p. 1272, 70 et v. Birt, Kritik u. Hermeneutik 252 f.*). AVSON. 34, 3 p. 310 P. si tineas cariemque pati te, charta, necesse est, incipe versiculis ante perire meis; 'malo', inquis, 'tineis'; sapis, aerumnose -e *eqs.* 416, 23 p. 283 P. Lacedaemoniam scytalen imitare, -i segmina Pergamei tereti circumdata ligno perpetuo inscribens versu.

in lusu verborum c. bellus *p. 1269, 62.*

deriv.: libellaris, libellarius, libellaticum, libellaticus, libellensis, ?libellicus, libellio, libello, libellulus. *v. Kamptz.*

libēns *v.* libet.

libentia, -ae *f.* *a* libet (GLOSS.). *scrib.* lub- *in codd.* PLAVT., IVL. VAL., SERV. auct., GLOSS. *fere i. q.* voluptas, *gratia sim.* (*quasi persona est ap.* PLAVT. *priore loco, cf. Latte, RE XIII 1534 sq.; occurrit plur. ap.* GELL. = MACR.): PLAVT. Asin. 268 ubi ego nunc Libanum requiram aut . . . filium, ut ego illos lubentiores faciam (*sc. adventu meo*) quam -a est? Stich. 278 onustum pectus porto laetitia -aque. GELL. 15, 2, 7 (= MACR. Sat. 2, 8, 8) cui -ae gratiaeque omnes conviviorum incognitae sint (*Plato leg. 647 d* ἡδοναῖς καὶ ἐπιθυμίαις). IVL. VAL. 1, 4 p. 9, 20 draco, ut -am sui proderet, . . . caput in sinum mulieris

[*B.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

extendit. 1, 29 p. 38, 23 prout cuique ad -am impetus fuit, . . . domuum penetralia invasere. 3, 45 p. 153, 2 (*loq. Amazones*) ubi fuerit ad -am, nubimus. SERV. auct. Aen. 1, 720 p. 200, 14 *Venus* Lubentina, quae -am mentibus novam praestat, quamvis alii hanc Lubiam dicant. MART. CAP. 8, 804 tantos cachinnos . . . tulere . . ., ut . . . alios . . . in petulantis proruptionis sonitum effusique cachinni -am provocarint.

deriv: libentiose.

libentiōsē *adv.* *a* libentia. *i. q. libenti animo, voluptuose*: HIST. Apoll. rec. B 39 p. 81, 6 videns eos *nautas* unanimes discumbere ait 'quod omnes tam -e discumbitis . . .' (rec. A licenter [*var. l.* libenter, *sic rec. C*]. *cf. recc. ABC 40* libenti animo). *B.*

1. *liber, -brī *m.* [*cf. lituan.* lúobas, *russ.* lub, *alban.* ljabë, *germ. vet.* louft, *quae omnia fere librum arboris significant. Sch.*] *derivatur a* liberare *infra l. 44.* *de scriptura*: leber QVINT. inst. 1, 4, 17 *priscum esse testatur. abbreviatur* l *vel* lib *saepius in codd. acc. pl.* -brs CIL XII 2040. NOT. Tir. 76, 19. *de formis*: *abl. pl.* -eis LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 155 ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 105. 117. *neutr. generis*: *acc. pl.* -a PETRON. 46, 7 (*in sermone liberti*). *acc. sg.* TYCON. in apoc. 293 B. -um, quod. *nom. sg.* -um GLOSS. II 472, 23 φλοιός: cortex, -um, suber (*item nom. potius intellegas* III 25, 3 βιβλίον: -um [198, 31. 352, 20]. V 554, 5 -um: lignum rasum. *vix huc spectat* ITALA II par. 17, 9 [Lucif. Athan. 1, 22 p. 104, 27; *acc.* -um c. misit *versus 7ⁱ coniunxisse videtur Lucifer, verba scripturae paulo brevius complectens*]). *genus masculinum testantur* EXC. Bob. gramm. I 552, 29 DVB. NOM. gramm. V 581, 32 GRAMM. suppl. 100, 7. *quantitatem* lī- *testatur* PROB. cath. gramm. IV 12, 3 (*affertur* VERG. ecl. 10, 67). libr- *ap. poetas longum, breve invenimus non nisi* CATVLL. 44, 21 HOR. sat. 1, 10, 63 epist. 2, 1, 217 SER. SAMM. 771. *legitur inde a* PLAVTO. [*1) liber arboris: val.* lăor, lior (?); *rom.* livərə, ívolo. *2)* 'βιβλίον': *francoprov.* laivrə *etc.*, *delph.* łurẹ. (> *hibern. vet.* lebor, *cymr.* llyfr, *bret.* leor). *ceterae formae Romanicae plus minusve e latinitate pendent*: *it.* libro (*haud inerudite*: *tusc. vet.* lìvoro, livro, liro, *umbr. vet.* livero); *francog.* livre; *prov.* libre; *vasc.* libi; *cat.* llibre; *hisp.*, *port.* libro. *cf. M.-L. 5011. Battisti-Alessio III 2223. Wartburg V 298 sqq. G.*]

I *de -o arboris fere i. q. interior pars corticis vel ipse cortex* (*in usu ab exteriore cortice distinguitur non nisi infra l. 79; per abundantiam poeticam* cortex -i *l. 73. p. 1272, 26*): **A** *testimonia*: NON. p. 451, 19 -um pro cortice Vergilius (*affertur* georg. 2, 77 *ut* SCHOL. Verg. Medic. ecl. 10, 67 -r interior, cor⟨tex ex⟩terior). SERV. ecl. 10, 67 -r corticis pars interior. Aen. 11, 554 -r dicitur interior corticis pars, quae ligno cohaeret (*affertur* ecl. 10, 67) . . .; unde et -r dicitur, in quo scribimus, quia ante usum chartae vel membranae de -is arborum volumina . . . conpaginabantur (*inde* ISID. orig. 6, 13, 3. *cf.* CASSIOD. inst. 2 praef. 4 -r . . . dictus est a -o, id est arboris cortice dempto atque liberato, ubi ante inventionem cartarum antiqui carmina describebant [ISID. orig. 17, 6, 16 a l. cortice, id est ablato: est enim medium quiddam inter lignum et corticem. *inde* GLOSS. V 217, 25]. GRAMM. suppl. 100, 19 GLOSS. V 369, 1). CASSIOD. var. 11, 38, 4 priscorum opuscula -os appellavit antiquitas; nam hodie quoque -um virentis ligni vocitamus exuvias. LYD. mens. 1, 28 ὅθεν κῶδιξ τὸ βιβλίον· κῶδιξ δὲ κυρίως ὁ φιτρὸς παρ' αὐτοῖς καλεῖται, καὶ λίβερ τὸ βιβλίον· λίβερ δὲ ὁ φλοιός ἐστι κυρίως. GLOSS. -r: φλοῦς. -um: φλοιός. lignum rasum.

B *exempla*: **1** *-r in arbore haerens* (*in metamorphosi l. 77 sq.*): **a** *respicitur in inserendo*: CATO agr. 40, 2 cum *ramum inserendum* praecides, caveto, ne -um convellas (*cf. ibid.* ne -r frangatur. 45, 1 ne -r laboret. 45, 2 ne -um scindas. COLVM. 5, 11, 3 [= arb. 26, 3] ne -um laedas). 40, 3 surculum praeacutum inter -um et stirpem artito (*cf.* COLVM. 5, 11, 1 [= arb. 26, 1] inter -um et materiam). *ibid.* -um ad -um vorsum facito. 40, 4. 42 inde -um scalpro eximito, alterum -um cum gemma . . . adponito. 45, 3. VERG. georg. 2, 77 aliena ex arbore germen includunt udoque docent inolescere -o (*cf.* SYMM. or. 3, 6 alienum germen includit, ut . . . praesegmina coagulo -i uvidioris inolescant). COLVM. 4, 29, 1 quae *stirpium genera* firmioris et sucosioris -i sunt (*cf.* 5, 11, 8 [= arb. 26, 7] quae humidum sucosumque et validum -um habent). 5, 10, 6 (= arb. 20, 1) semina . . . sine ulceribus, integro -o. 5, 10, 20 amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidem adigito et ita -um arboris inolescere sinito (*eadem fere* arb. 25, 1. *cf.* PALLAD. 2, 15, 9 silicem sic inseramus, ut -o tegente claudatur). 5, 11, 7 (= arb. 26, 6) ut -um seminis -o arboris aequalem facias. arb. 27, 1 eos tantum surculos posse coalescere, qui sint cortice ac -o et fructu consimiles . . . arboribus. PLIN. nat. 17, 110. 112. *in imag.* (*sec. Rom. 11, 17*): PRVD. apoth. 341 ecce tibi *olivae i. Iudaeis* inserto revirescit nunc oleastro *i. paganis* truncus et externi vestitur cortice -i. **b** *usu vario*: CIC. nat. deor. 2, 120 obducuntur . . . -o aut cortice trunci. VERG. ecl. 10, 67 cum moriens alta -r aret in ulmo (*cf.* COLVM. 5, 6, 12 antequam -um demittit *ulmus*. 11, 2, 37 remittunt [11, 2, 41]). OV. met. 1, 549 mollia cinguntur tenui praecordia *Daphnes* -o (*cf.* 9, 389 per candida mollis colla *Dryopes* -r serpit). SEN. nat. 2, 52, 2 *fulminis vis* summos cortices dissipat, interiores -os . . . rumpit ac scindit. PLIN. nat. 16, 126 *cortex* -is similis ceraso. *al.*

2 *-r ex arbore demptus adhibetur*: **a** *ad ligandum sim.*: CATO agr. 33, 5 *salicti* -um conservato, cum opus erit in vinea, ex eo in aquam coicito, alligato (40, 4. VARRO rust. 2, 2, 16 *agnos ad palos*). 41, 2 obliquo inter sese medullam cum medulla -o colligato (VARRO rust. 1, 8, 4. COLVM. 7, 10, 2 *venam suis rescissam* saligneo -o vel etiam ulmeo). VARRO rust. 1, 41, 2 *insitione facta* -o obligandum. VERG. Aen. 11, 554 huic *hastae* natam -o et silvestri subere clausam implicat (*i. -o suberis; cf. l. 26*). COLVM. 4, 29, 10 alii viminibus obstringunt, nonnulli circumdant -o fissuram, plurimi ligant iunco. 5, 11, 6 cum . . . surculos . . . demiseris, -o ulmi vel iunco aut vimine arborem constringito (*cf.* arb. 26, 5 adstringito). arb. 8, 2 -o vel vimine ligato. IVV. 6, 263 quanta poplitibus sedeat quam denso fascia -o (*sc. ocrearum loco*). SERV. auct. georg. 3, 93 -r philyrinus . . ., quo coronae illigantur. **b** *ad scribendum*: CVRT. 8, 9, 15 -i arborum teneri haud secus quam chartae litterarum notas capiunt (PLIN. nat. 13, 69 in palmarum foliis primo scriptitatum, dein quarundam a. -is. HIER. epist. 8, 1 scriptores a -is a. librarios vocavere [*antea*: in corticibus a.]). CALP. ecl. 3, 44 cerasi tua cortice verba notabo et decisa feram rutilanti carmina -o (*cf.* NEMES. ecl. 1, 29 cerasus . . . inciso servans mea carmina -o). 4, 130 cantus viridante licet mihi condere -o. **c** *ad conficienda medicamina*: SCRIB. LARG. 174 caprifici -r . . . contritus et inpositus ulceri. 252 salicis -i ex aceto cocti atque ita triti et inpositi tollunt scabiem (SER. SAMM. 771 s. frondemque -umque [*Plin. nat. 24, 58* cortice et foliis]). SER. SAMM. 411 *alni*. 832 coctum raphani -um (*Plin. nat. 20, 23* cortices . . . decocti). **d** *ad conficiendas vestes sim.*: MELA 3, 26 *Germanorum* viri sagis velantur aut -is arborum. PLIN. nat. 12, 1 *ex arboribus* primum alimenta, harum fronde mollior specus, -o vestis. 13, 72 ex ipso . . . papyro navigia texunt et e -o vela tegetesque, nec non et vestem, etiam stragula ac funes (*Theophr. hist. plant. 4, 8, 4* ἐκ τῆς βίβλου). STAT. Theb. 1, 584 clausa arbutei sub cortice -i membra *Lini* tepent (*cf. l. 3*). SOL. 52, 20 *Indorum* alii lineis, alii laneis peplis vestiuntur . . ., plurimi flexibilibus -is circumdati.

II *de -o legendo vel scribendo* (*respiciuntur fere singula chartae volumina, ita ut opus plura volumina complectens per plur. -i significetur; inde sing. -r etiam de parte operis adhibetur [p. 1275, 13] idque fere abusive, ubi -o non nisi pars quaedam voluminis expleatur [l. 57. p. 1273, 16]; ad opus complurium voluminum refertur p. 1273, 12, cetera exempla, quae olim collegit Landwehr, ALL 6, 1889, 225 sqq., refutant Birt, Die Buchrolle i. d. Kunst 23 n. 4 et E. Sprockhoff, De libri, voluminis . . . vocabulorum . . . usurpatione, Diss. Marburg 1908; non satis constat de* DIG. de conc. dig. 2, 1, *cf. Wenger, Quellen d. röm. Rechts 635 n. 430; haud raro autem vix diiudicari potest, utrum proprie volumen sit intellegendum an potius translate opus scriptoris. ad rem cf. Koep, RAC II 664 sqq.* SYNON. Cic. p. 424, 7 ephemerides . . . tabulae. codices. -i. p. 427, 13 historiae. annales. -i. commentarii. litterae [p. 434, 6 monimenta publica. a. h. -i veteres]. p. 447, 25 volumen. -r. tomus. GLOSS. -r: βίβλος. βιβλίον. δέλτος. volumen. dia⟨lo⟩gus. *v. etiam IA*):

A *generalis quaedam praemonenda*: **1** *doctrinae* (*cf. p. 1271, 41 sqq.*): **a** *iuris consultorum*: VLP. dig. 32, 52 pr. -orum appellatione continentur omnia volumina, sive in charta sive in membrana sint sive in quavis alia materia; sed et si in philyra aut in tilia (ut nonnulli conficiunt) aut in quo alio corio, idem erit dicendum; quod si in codicibus sint membraneis vel chartaceis vel etiam eboreis vel alterius materiae vel in ceratis codicillis, an debeantur, videamus (*cf.* PAVL. sent. 3, 6, 87 -is legatis tam chartae volumina vel membranae et philyrae continentur; codices quoque debentur: -orum enim appellatione non volumina chartarum, sed scripturae modus, qui certo fine concluditur, aestimatur). 32, 52, 1 si cui centum -i sint legati, centum volumina ei dabimus, non centum, quae quis ingenio suo metitus est, qui ad -i scripturam sufficerent: ut puta cum haberet Homerum totum in uno volumine, non quadraginta octo -os computamus, sed unum Homeri volumen pro -o accipiendum est. 32, 52, 4 nec chartae purae debentur -is legatis nec chartis legatis -i debebuntur (*at postea ibid.*: in usu plerique -os chartas appellant). 32, 52, 5 *-is legatis* perscripti -i nondum malleati vel ornati continebuntur, proinde et nondum conglutinati vel emendati . . ., sed et membranae nondum consutae. **b** *grammaticorum*: ISID. orig. 6, 8, 2 (*ex Hier. hom. Orig. in Ezech. praef. p. 318, 15 sqq., ubi Origenis tantum opuscula respiciuntur*) opusculorum genera esse tria: . . . scholia, . . . homiliae . . ., tomi, quos nos ⌊-os vel⌋ volumina nuncupamus (*om. Hier.*). 6, 12, 1 (= SVET. frg. p. 133, 7) quaedam nomina (genera *var. l.*) -orum apud gentiles certis modulis conficiebantur: breviori forma carmina atque epistolae; at vero historiae maiori modulo scribebantur et non solum in carta vel membranis, sed etiam in omentis elephantinis textilibusque malvarum foliis atque palmarum. 6, 13, 1 sq. (= SVET. frg. p. 134, 11) codex multorum -orum est, -r unius voluminis . . .; volumen -r est a volvendo dictus *eqs.* DIFF. ed. Beck p. 48, 47 (*inepte*) commentarius -r est, commentarium volumen est.

2 *vocabula affinia*: **a** tabula (*cf. supra l. 40*): LEX repetund. (CIL I² 583) 34 tabulas, -os leiterasve (*in simili enumeratione* FEST. p. 174). CIC. Verr. II 2, 189 litterae lituraeque omnes . . . de tabulis in -os transferuntur (AVG. ord. 1, 10, 30 p. 142, 15). Cluent. 141 se . . . balneas non ex -is patris, sed ex tabulis et ex censu quaerere. de orat. 1, 193 in pontificum -is et in XII tabulis. LEX Iul. munic. *p. 1277, 30.* HOR. ars 6 isti tabulae (*sc. pictae*) fore -um persimilem, cuius *eqs.* OPTAT. 7, 1 p. 162, 28 *deum* legem iam non in tabulis scribere nec in -is. AVG. epist. 78, 4 p. 337, 17 ex illa tabula (*opp.* de -o vivorum). **b** volumen: *a variandi gratia ponitur* (*cf. etiam supra l. 42. 43. 72*): RHET. Her. 2, 31, 50 fere locos obscurissimos . . . tractavimus in hoc -o,

[*v. Kampitz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quapropter huic volumini modus hic sit; reliquas praeceptiones ... in tertium -um transferemus. 4, 3, 5 si eorum volumina prenderint antiqui oratores ... et suum quisque de -is suis tulerit, *eqs.* CIC. Tusc. 3, 6 off. 3, 121 VARRO rust. 1, 1, 10 NEP. Att. 16, 2 Cato 3, 5. *et saepe.*
β distingui videtur (sed hic illic fortasse mera abundantia ponitur): SVET. gramm. 2, 4 *Naevii Punicum bellum* uno volumine et continenti scriptura expositum divisit in septem -os. GELL. 14, 6, 1 -um grandi volumine. CYPR. testim. praef. p. 36, 19 universa -orum spiritalium volumina (*accedit gen.* -i, -orum *ut*: 3 praef. multis -orum voluminibus. VVLG. Esth. 9, 26 Ier. 36, 2. 4. SEDVL. op. pasch. 5, 38 *l. 15.* COD. Iust. 1, 17, 2, 5. 5, 4, 24. 6, 38, 4, 1). RVT. NAM. 2, 2 nondum longus erat nec multa volumina passus ... -r. SIDON. epist. 5, 2, 1 -um de statu animae tribus voluminibus inlustrem Mamertus Claudianus ... comere et excolere curavit. SEDVL. carm. pasch. 5, 438 densos per tanta volumina -os ([op. pasch. 5, 38 volumina ... -orum]. ARATOR ad Flor. 9 inter grandiloquos p. mille volumina -os). COD. Iust. 1, 17, 2, 5 alio -o eodem inserto volumine (eidem ... volumini *pars codd.*). **c charta:** *synon.* (*cf. p. 1272, 60*): CIC. Cael. 40 haec genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix iam in -is reperiuntur; chartae quoque, quae illam pristinam severitatem continebant, obsoleverunt. HIL. c. Aux. 7 quamquam ... blasphemiis plenae omnes ecclesiarum chartae, pleni- que iam -i sint. SCHOL. Hor. ars 310 Socraticae ... chartae: idest -i. HIER. epist. 43, 1 ENNOD. opusc. 3, 113 p. 160, 12 COD. Iust. 1, 5, 8, 12. *materia, e qua -i fiunt* (*cf. 1272, 46. 51. 58*): CATVLL. 22, 6 *a Suffeno* milia *versuum* ... perscripta, nec sic, ut fit, in palimpseston relata: cartae regiae, novi -i. PERS. 3, 10 *l. 51.* PLIN. nat. 13, 85 *-os Numae* fuisse e charta. HIER. epist. 5, 2, 2 ut eos -os ... librarii manu in charta scribi iubeas. *al.* **d commentarius:** *synon.* (*cf. supra p. 1272, 41. 73*): CIC. de orat. 1, 240 et in P. Mucii ... -is et in Sex. Aelii commentariis. fin. 3, 10 cum ipse tantum -orum habeas, quos hic tandem requiris? :: commentarios quosdam ... Aristotelios ... veni ut auferrem. Tusc. 3, 54 off. 3, 121 Att. 2, 1, 1. *al.* *accedit per appositionem*: GELL. 13, 20, 17 *Sulpicii Apollinaris* -um commentarium de familia Porcia. 14, 7, 3. *cf.* 14, 3, 5 Xenophon in -is, quos dictorum atque factorum Socratis commentarios composuit. *differt materia*: SERV. auct. Aen. 1, 373 (*de annalibus pontificum in tabulis descriptis*) annuos commentarios in octoginta -os (*sc. chartaceos*) veteres retulerunt. **e libellus:** *v. p. 1267, 81. 1270, 13sqq.* **f codex:** *synon.* (*cf. p. 1272, 40*): CAPITOL. Gord. 1, 4 tres Gordianos hoc -o conexui ..., ne cogereris plurimos codices vol⟨v⟩endo unam tamen p⟨a⟩ene historiam lectitare. HIL. in psalm. 65, 3 in Latinis codicibus ..., in Graecis vero -is. SERV. auct. *p. 1276, 48sq.* HIER. praef. Vulg. Iob *p. 1274, 15.* COD. Iust. 1, 17, 2, 22. *al.* *differentiam v. p. 1272, 71.* **g** *alia*: CIC. ad Q. fr. 2, 12 (11), 4 utros eius *Philisti* habueris -os — duo enim sunt corpora — an utrosque, nescio (SEN. dial. 9, 9, 6 homini ... c. conquirenti ... ignotorum auctorum ... et inter tot milia -orum oscitanti. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 20 l. 19 -orum corpus [apol. Orig. 1 p. 552^B]. CONSVLT. 1, 6 ex corpore Gregoriani -o II. *al.*). SEN. epist. 15, 6 inminere -o aut pugillaribus (PLIN. epist. 3, 5, 15 ad latus notarius cum -o et p.). 85, 1 quod si facere voluero, non erit epistula, sed -r (*at v. p. 1279, 42sqq.*). PERS. 3, 10 iam -r (*ad legendum*) et ... membrana (*ad exarandum*) ... inque manus chartae (*ad nitidius scribendum*) nodosaque venit harundo (*al. v. vol. VIII 631, 13sqq.*). PLIN. nat. praef. 1 -os naturalis historiae, novicium ... opus (AVG. civ. 4, 6 p. 152, 20 D. Iustinus ... o. -orum suorum sic incipit). 17 (*de commentariis suis*) thesauros oportet esse, non -os. TAC. ann. 14, 50, 1 -is, quibus nomen codicillorum dederat. PLIN. epist. 8, 21, 4 -r ... et opusculis varius et metris (CONC.^S II 3, 3 p. 41, 22 rec. ant. in -is propriis [*Rustic.* in opusculis suis, *gr. II 1, 3 p. 33, 31* συντάγμασιν]). ALC. AVIT. carm. 6 prol. p. 274, 7 quos *versus* ... cum ego ... epigramma rectius dicerem, tu primum -i nomine vocitasti. VITAE patr. 5, 18, 6 -um, hoc est tomum (*Cot. p. 431^B* κεφαλίδα τουτέστι τόμον. *cf. p. 1272, 42. 65*).

3 *species externa*: **a** *in univ.*: *α ornatus* (*cf. p. 1272, 61*): HEMINA hist. 37 *Numae* -os citratos fuisse, propterea ... tineas non tetigisse (*cf. l. 72. 74 et* VITR. 2, 9, 13 *oleo cedrino* res cum sunt unctae, uti etiam -i, a tineis et carie non laeduntur). CIC. de orat. 2, 61 deceptus indicibus -orum. Att. 4, 8, 2 postquam sittybis -os (misit -os *vel* sit tibi -os *codd.*) inlustrarunt. CATVLL. 22, 6 cartae regiae, novi -i, novi umbilici, lora rubra, membranae, derecta plumbo et pumice omnia aequata. HOR. epist. 1, 20, 1 Sosiorum pumice mundus. OV. trist. 1, 1, 1sqq. parve ... -r, ... vade, sed incultus ...: nec te purpureo velent vaccinia fuco ... nec titulus minio, nec cedro charta notetur, candida nec nigra cornua fronte geras ... nec fragili geminae poliantur pumice frontes *eqs.* 3, 1, 13 (*loq. liber*) quod neque sum cedro flavus nec pumice levis *eqs.* MART. 1, 66, 9 pumicata fronte si quis est nondum nec umbilicis cultus atque membrana. 11, 1, 1 cultus sidone non cotidiana. ISID. orig. 6, 12, 3 (= SVET. frg. p. 134, 4) circumcidi -os Siciliae primum increbuit; nam initio pumicabantur. *β capsae, fasces, sigilla sim.*: HOR. sat. 1, 10, 63 *Cassium* capsis ... esse -isque ambustum propriis (PORPH. Hor. sat. 1, 4, 21sq.). epist. 1, 13, 13 fasciculum ... -orum (*cf.* LIV. 40, 29, 6 duo fasces candelis involuti septenos habuere -os [GELL. 9, 4, 1 f. -orum venalium expositos]). 1, 20, 3 (*ad librum*) odisti claves et grata sigilla pudico. ITALA apoc. 5, 1 (Primas. = VVLG.) -um ... scriptum intus et foris, signatum signis (*Vulg.* sigillis) septem (HIL. trin. 6, 43 TYCON. in apoc. 293 B. VVLG. Is. 29, 11 Ier. 32, 10. 11. 14 Dan. 12, 4. *al.*). 5, 2 (*ibid.*) quis dignus est aperire -um et solvere signacula eius? (*cf.* 5, 5). *γ materia* (*cf. p. 1272, 10sqq. 1272, 45sqq. 1273, 24sqq.*): LIV. 4, 7, 12 linteis (4, 13, 7. 4, 20, 8. 4, 23, 2. 3. 10, 38, 6 VOPISC. Aurelian. 1, 7. 10. 8, 1). VOPISC. Tac. 8, 1 elephantinum (8, 2). ADNOT. Lucan. 3, 222 Memphis urbs Aegypti, quae papyro -os fieri instituit. MART. CAP. 2, 136 qui -i quantaque volumina ... ex ore virginis diffluebant; alia ex papyro, quae cedro perlita fuerat, videbantur, alii carbasinis voluminibus implicati -i, ex ovillis multi quoque tergoribus, rari vero in philyrae cortice subnotati. TAVRENT. ad Ruric. epist. 3 p. 446, 10 chartaceus. *δ scriptura sim.*: SEN. dial. 4, 26, 1 minutioribus litteris scriptum. PETRON. 46, 7 -a rubricata. APVL. met. 11, 22, 8 litteris ignorabilibus praenotatos. CAPITOL. Maximin. 30, 4 -os ⟨H⟩omericos ... purpureos ... aureis litteris scriptos (*cf.* HIER. praef. Vulg. Iob p. 73, 9 habeant qui volunt veteres -os vel in membranis purpureis auro argentoque descriptos vel uncialibus ... litteris onera magis exarata quam codices, dum mihi meisque permittant pauperes habere scedulas et non tam pulchros codices quam emendatos). MART. CAP. 2, 137 erant quidam sacra nigredine colorati, quorum litterae animantium credebantur effigies. *ε partes voluminis*: OV. trist. 1, 1, 8 fronte -i (*v. vol. VI 1, 1363, 3sqq.*). MART. 11, 107, 1 explicitum ... usque ad sua cornua -um (*cf. p. 1273, 73*). IVV. 1, 5 Telephus ... summi plena iam margine -i scriptus et in tergo necdum finitus Orestes. ITALA psalm. 39, 8 (Veron. *al.* = VVLG.) in capite -i (*gr.* ἐν κεφαλίδι βιβλίου, HIER. psalt. sec. Hebr. in volumine -i. *al. v. vol. III 416, 22*). FILASTR. 142, 4 interpretationes eius *Aquilae* in medio -orum numquam ponuntur, sed dextra laevaque adsignantur. HIER. vita Hilar. 47 in calce -i.

b *locutiones formam convolutam indicantes* (*cf. p. 1277, 15*): *α proprie*: CIC. Verr. II 2, 190 -r explicetur (*al. v. vol. V 2, 1727, 69sqq. cf.* ITALA Luc. 4, 20 [cod. b *al.* = VVLG.] cum plicuisset -um [cod. a revolvens, cod. d volvens, *gr.* πτύξας τὸ βιβλίον]). Brut. 298 volvendi ... sunt -i (PORPH. Hor. epist. 1, 20, 2 AVSON. 146, 7 p. 12 P. *al. cf. l. 39 et* CIC. Tusc. 1, 24 evolve [*al. v. vol. V 2, 1069, 11sqq.*]. Att. 5, 12, 2 pervolutas. SEN. contr. 10 praef. 8 magnam partem illum -i convolvisse et dixisse: haec, quae transeo *eqs.* [*al. v. vol. IV 888, 77*]. suas. 6 -um ... usque ad umbilicum revolvere [PLIN. epist. 5, 5, 5 ad extremum. *al.*]). VVLG. Is. 37, 14 expandit (Ezech. 2, 9 manus missa ad me, in qua erat involutus -r, et e. illum coram me). *huc pertinere putant etiam*: TAC. dial. 3, 1 *Maternum* sedentem ... -um inter manus habentem. PLIN. epist. 2, 1, 5 -r ... stanti ... elapsus est; hunc dum sequitur colligitque *eqs.* *β per comparationem de caelo*: ITALA Is. 34, 4 (Tert. adv. Hermog. 34 p. 163, 11) caelum convolvetur ut -r (*gr.* ἑλιγήσεται ... ὡς βιβλίον, VVLG. conplicabuntur sicut -r caeli). apoc. 6, 14 (Ps. Cypr. ad Novat. 17) caelum recessit ut -r, cum involvitur (*gr.* ὡς βιβλίον ἑλισσόμενον, VVLG. sicut -r involutus). PRVD. perist. 10, 536 caelum ceu -r plicabitur (*respicitur alteruter locus sacrae scripturae ut*: CONSVLT. Zacch. 3, 10 p. 117, 22 sicut -r). caeli -r: HIL. gen. 40 c. pansus -r omnia mundi conplectens spatia.

4 *officiales, qui -os custodiunt, administrant*: APVL. apol. 53, 8 libertus ..., qui claves eius loci ... habet, ... promus -orum, qui illic erant conditi. CIL VI 2195 (= 5885) b Ti. Claudius Natalis a -is pontifical(ibus) (*inter 'apparitores ... sacerdotum' edd.*). 8877 ad -os (*inter titulos 'officialium ex familia Augusta' ut*: 8878 T. Aelio Aug(usti) lib(erto) Titiano prox(imo) a libr(is) sacerdotal(ibus)). XIV 376 (*s. II med.*) P. Lucilio ... Gamala⟨e⟩ ... tabular(um) et -orum curatori primo constitu⟨t(o)⟩ (*ad rem cf. Mommsen, Staatsr. II² 558*). **5** *perlucet notio chartae nondum perscriptae* (*cf. l. 23. 26. p. 1273, 26*): PLAVT. Pseud. 544a quasi in -o cum scribuntur calamo litterae, stilis me totum usque ulmeis conscribito (ITALA deut. 17, 18 *et* 28, 58 [Lugd., *Vulg.* volumine]. Ios. 18, 9 [*ibid., Vulg. ut supra*]. OPTAT. 7, 1 p. 162, 28 SERV. Aen. 11, 554. VVLG. Is. 8, 1 sume tibi -um grandem et scribe in eo. Ier. 36, 2 tolle volumen -i et scribes in eo. *al.*). CIC. Verr. II 2, 189 litterae ... in -os transferuntur (AVG. ord. 1, 10, 30 p. 142, 15. *cf.* TAC. ann. 15, 73, 1 conlata in -os indicia confessionesque damnatorum. HIL. myst. 2, 14, 2 quae ex sententia dei in -os relata sunt [SERV. auct. Aen. 1, 373]).

B *usu communi de operibus poetarum, scriptorum*: **1** *in univ.*: **a** *absolute*: *α exempla selecta usum illustrantia*: PLAVT. Bacch. 433 ubi ... apud magistrum adsideres, cum -um legeres *eqs.* (cum -o, cum legeres *Leo metri causa. cf.* PETRON. 59, 3 cum Homeristae Graecis versibus colloquerentur, ... ille canora voce Latine legebat -um). Curc. 289 isti Graeci palliati ..., qui incedunt suffarcinati cum -is, cum sportulis *eqs.* (CIC. Verr. II 2, 87 Stesichori poetae statua senilis incurva c. -o). Persa 392 -orum ... plenum soracum. Stich. 400 ibo intro ad -os et discam de dictis melioribus (*idem* 454 -os inspexi; ... confido ... me meum optenturum regem ridiculis logis. *locutiones fere ad -os sacros pertinentes, cf. p. 1278, 32. 37*). CIC. div. in Caec. 47 si ab isto -o, quem tibi magister ludi ... ex alienis orationibus compositum dedit, verbo uno discesseris (*cf.* 52 non te, sed hunc -um responsurum. *respiciuntur orationes litteris mandatae ut p. 1275, 35. 44sq. 1276, 14. 25. 27 et* Vatin. 3 [*antea*: contiones ... scriptas]. Att. 1, 13, 5 TAC. dial. 12, 6. 21, 1. 25, 4. 26, 4. 38, 2 oratoris -r apud centumviros dictus. 39, 5. PLIN. epist. 3, 13, 1 quo ... principi ... gratias egi. 4, 21, 3 *opp.* actio

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[5, 20, 2. 3. 9, 13, 24]. *al. cf. maxime* CASSIOD. hist. 11, 2, 5 -os faciebat et meditatos coram ecclesia recitabat [*Socr. 7, 2 λόγους*]). Cael. 40 haec genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix iam in -is reperiuntur (*cf.* PS. VARRO sent. 60 multum interest, utrum rem ipsam an -os inspicias). Tusc. 1, 24 dum lego adsentior, cum posui -um . . . adsensio . . . elabitur. HOR. ars 345 hic meret aera -r Sosiis, hic et mare transit. PROP. 3, 21, 28 -orum (libabo *Suringar aliique fort. recte, v. Enk ad l.*) . . . tuos, docte Menandre, sales (*de fabulis ut* PERS. 1, 76 venosus -r Acci. QVINT. inst. 1, 10, 17 *Sophronis* -os. 1, 10, 18 Aristophanes . . . non uno -o . . . demonstrat. TAC. dial. 3, 1. 2. 3 AVR. Fronto p. 28, 18 v. d. H. [p. 34 N.]. GELL. 2, 23, 11). SEN. benef. 7, 6, 1 -os dicimus esse Ciceronis; eosdem Dorus librarius suos vocat . . .: alter illos tamquam auctor sibi, alter tamquam emptor adserit. *β -r est pars operis maioris*: COEL. hist. 24 B in priore -o (RHET. Her. 2, 1, 1 VARRO ling. 6, 1. *al. cf.* RHET. Her. 1, 17, 27 altero. 2, 1, 1 primo [2, 1, 2. 2, 17, 26. *al.*]. 3, 1, 1 superioribus [4, 1, 1. CIC. inv. 2, 178 hoc ac superiore -o. *al.*]. 3, 4, 8 secundo [3, 9, 16. 4, 44, 56. *al.*]. CIC. inv. 2, 178 reliquis. VARRO ling. 5, 93 proximo [7, 90. *al.*]. *et talia passim*). CIC. Tusc. 1, 8 dierum quinque scholas . . . in totidem -os contuli. 1, 21 Dicaearchus . . n eo sermone, quem Corinthi habitum tribus -is exponit. div. 1, 6 *Chrysippus* totam de divinatione duobus -is explicavit sententiam. Att. 13, 19, 3 absolvi . . . Academicam omnem quaestionem -is quattuor. *et passim.*

β *varia*: (i) *praevalente respectu dignitatis, honestatis, magnanimitatis sim.*: CIC. Arch. 16 hanc animi remissionem humanissimam ac -issimam iudicaretis (*respiciuntur studia ut*: Att. 12, 38a, 1 si ... hanc aberrationem a dolore delegerim, quae maxime -is sit doctoque homine dignissima. GELL. praef. 16 delectatio in otio atque in ludo -ior). Brut. 330 quoniam post Hortensi ... mortem orbae eloquentiae quasi tutores relicti sumus, domi teneamus eam saeptam -i custodia. parad. 40 illa cupiditas, quae videtur esse -ior, honoris (*39* quid horum est liberi?). off. 1, 150 de artificiis et quaestibus, qui -es habendi, qui sordidi sint *eqs.* (*1, 151* nihil est agri cultura melius, ... nihil homine libero dignius). 2, 64 est ... non modo -e paulum ... de suo iure decedere, sed interdum etiam fructuosum. *al.* LIV. 22, 22, 20 Romanus ... ab re clementi -ique initium fecerat (*opp. Carthaginienses* gravis superbos; *Polyb. 3, 99, 7 πρᾳότητα καὶ μεγαλοψυχίαν*). 22, 26, 1 *Varronis* patrem lanium fuisse ferunt ... filioque ... in servilia eius artis ministeria usum; is iuvenis ut primum ... animos ad spem -ioris fortunae fecit *eqs.* 23, 46, 6 ob ... spem -ioris militiae ... transfugerunt (*cf. 32, 23, 9* ad spem honoratioris m. transgressi). VAL. MAX. 3, 8 ext. 2 placidi et misericordes et -es omnique suavitate temperati mores. 4, 1 ext. 2 nimis -is Archytae moderatio, temperatior Platonis. 7, 8, 8 amantissimum animum -issimamque amicitiam. SEN. benef. 4, 14, 3 ad beneficium dandum non adducit cogitatio avara nec sordida, sed humana, -is, cupiens dare *eqs.* dial. 9, 9, 4 studiorum ... quae -issima impensa est. COLVM. 1 praef. 10 (*de agricultura*) genus -e et ingenuum rei familiaris augendae (*1 praef. 7 genus* omni crimine caret. *cf. p. 1291, 72*). QVINT. inst. 12, 9, 7 fastidio ... non agendi causas minores, tamquam ... detractura sit opinioni minus -is materia. PS. CIC. exil. 2 est ... -e officium serere beneficium (TERT. apol. 14, 2 quibus *litteris* informamini ad prudentiam et -a o.). *al.* (ii) *praevalente respectu lautitiae, elegantiae sim.*: CIC. Flacc. 14 largo et -i viatico. Phil. 9, 6 hospitum invitatio -is pro dignitate summi viri (Att. 9, 12, 1 suavis, ... -is). or. frg. B 23 obiecta est paulo -ior vita (*i. luxuriosa*). de orat. 2, 234 (*in imag.*) non nimis -e hospitium meum dices; nam te in viam, simulac perpaulum gustaris, extrudam et eiciam. off. 2, 42 quae *pecunia* perpetuos sumptus suppeditet nec solum necessarios, sed etiam -es. LIV. 41, 2, 13 ut quibus insuetus -ior victus esset, avidius vino ciboque corpora onerant barbari (AMM. 27, 12, 9 Arsacis filium ... -i victu curandum et cultu). 45, 28, 11 *Persei filiam* omni -i cultu habuit *Paullus* (AMM. *l. c.*). SEN. epist. 18, 11 non ... iucunda res est aqua et polenta ...; liber⟨al⟩iora alimenta sunt carceris. COLVM. 7, 2, 1 *ovillum pecus* nos contra frigoris violentiam protegit corporibusque nostris -iora praebet velamina. MART. 7, 79, 2 potavi ... consulare vinum; quaeris, quam vetus atque -e? FRONTIN. strat. 1, 11, 19 -issimas ... epulas (TAC. ann. 15, 55, 3). APVL. met. 10, 15, 3 cenis. TERT. anim. 32, 6 pabulis -bus et delicatis atque curatis.

2 *speciatim respicitur*: **a** *formositas* (PAVL. FEST. p. 121 -es dicuntur non solum benigni, sed etiam ingenuae formae homines): PLAVT. Epid. 43 forma lepida et -i captivam adulescentulam (*cf. vol. VI 1, 1067, 3sqq., adde*: GELL. 2, 18, 3). Mil. 64 pulcher est ... et -is; vide caesaries quam decet. Persa 546 haecine illast furtiva virgo? :: iuxta tecum aeque scio, nisi specie quidem edepol -ist, quisquis est (CIC. Cael. 6 quorum in adulescentia forma et s. fuit -is). TER. Eun. 473 em eunuchum tibi, quam -i facie, quam aetate integra! (682 honesta f. et -i. PLIN. epist. 1, 14, 8 est illi *Aciliano* f. -is, ... est ingenua totius corporis pulchritudo et quidam senatorius decor. SVET. Aug. 94, 9 LACT. mort. pers. 38, 2 SCHOL. Cic. Bob. p. 114, 24. *cf.* CALP. decl. 16 iuvenis ... facie -is. SIDON. epist. 4, 24, 3 voce liberum, facie -em). VAL. MAX. 5, 1, 7 puer eximiae formae et -is habitus. APVL. apol. 4, 6 licere ... philosophis esse voltu -i: Pythagoram ... excellentissima forma fuisse. met. 4, 23, 3 unicam virginem fil[i]o -em et ... summatem. *transfertur ad bestiam*: APVL. met. 10, 15, 3 -bus cenis inescatus et humanis adfatim cibis saginatus ... pilum -i nitore nutriveram.

b *largitas, munificentia*: α *usu vario* (*exempla selecta*): CIC. Q. Rosc. 21 *num fraudavit* probus improbum, ... -is avidum? (*idem opp.* SALL. Catil. 7, 6). 22 avarus erat? immo ... semper -issimus munificentissimusque fuit (LACT. inst. 3, 26, 5 da cupidum avarum tenacem, iam tibi eum -em dabo et pecuniam suam plenis manibus largientem). Flacc. 89 qui tam fuerit in hereditate concedenda -is (*c. gerund.*: PLIN. epist. 6, 34, 2 quod tam facilis, tam -is in edendo *gladiatorio munere* fuisti. TERT. anim. 33, 2 *deus* -ior in largiendo. *cf.* PS. AVR. VICT. epit. 20, 5 ad quaerendum diligens, ad largiendum -is). Rab. Post. 45 tunc ille in omnis tuos -is, cuius multos bonitas locupletavit, qui nihil profudisti *eqs.*? off. 2, 55 duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri -es; prodigi, qui ... pecunias profundunt ...; -es autem, qui suis facultatibus aut captos a praedonibus redimunt *eqs.* (*item distinguitur*: SEN. epist. 120, 8 sic mentitur p. -em; ... non voco ego -em pecuniae suae iratum. QVINT. inst. 3, 7, 25 ut pro ... prodigo -em, avaro parcum vocemus. LACT. inst. 6, 17, 18 ita -em distinguunt a prodigo, quod is -is sit, qui et bene meritis et cum oportet et quantum satis est largiatur, prodigus vero *eqs. al.*; *iuxtaponitur* MART. 1, 99, 2 tam prodigus atque -is et tam lautus eras, ut *eqs.*). SALL. Catil. 52, 12 (*oratio Catonis*) sint ... -es ex sociorum fortunis ([*antea* quia bona aliena largiri liberalitas ... vocatur]. QVINT. decl. 306 p. 201, 23 -is erat populus ex praeda). RVT. LVP. 1, 18 (*frg. Lycurgi*) *Alexander*, cum ... praemium dignis tribuendum *esset*, -issimus. EPIST. imp. Aug. Suet. Aug. 71, 3 ego perdidi viginti milia nummum meo nomine, sed cum effuse in lusu -is fuissem. VAL. MAX. 5, 2 ext. 3 -is populus Romanus magnitudine muneris. PHAEDR. 1, 23, 1 repente -is stultis gratus est. SEN. benef. 5, 9, 2 nec -is est, qui sibi donat, nec clemens, qui sibi ignoscit. clem. 1, 20, 3 non est magni animi, qui de alieno -is est (epist. 16, 7. *cf.* 77, 8 erat Marcellinus ... -is, etiam cum de suo fieret). rem. fort. 16, 2 quam multas ... videmus ..., ex -issimis rapacissimas. PETRON. 103, 4 implevit Eumolpus frontes ... litteris et notum fugitivorum epigramma per totam faciem -i manu duxit. MART. 4, 64, 27 tam non invida tamque -is, tam comi patet *domus* hospitalitate. QVINT. decl. 260 p. 64, 11 quandoque locupletem fecisset nescioquem mors -is. TERT. adv. Hermog. 8, 1 *materia* egenti se (eguisse *trad.*) deo praestitit divitem, locupletem et -em. SPART. Hadr. 14, 11 idem ... tenax -is (*cf. l. 45*). VVLG. prov. 28, 8 qui coacervat divitias ... fenore, -i in pauperes congregat eas. *al.* *per analogiam coniungitur c. gen.*: SALL. Catil. 7, 6 laudis avidi, pecuniae -es erant. AMBR. in psalm. 118 serm. 20, 4, 2 cum abstemius et parcus esset alieni, -is sui, *eqs.*

β *per enallagen quandam de rebus liberaliter praebitis* (*vix ad II*): SEN. epist. 117, 32 non tam benignum ac -e tempus natura nobis dedit, ut aliquid ex illo vacet perdere. CVRT. 4, 11, 19 (*ironice*) quae post Euphraten sunt, liberaliter donat *Dareus*; ... *sed* -issimum (liberatissu-

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mum, liberalitati summum *trad.*) . . . dotis, quam promittit, terminum castra mea transeunt.

c *eruditio* (*cf. p. 1291, 65*): α *specimina rem illustrantia* (*fusius* SEN. epist. 88 COD. Theod. 14, 9. *v. Fuchs, RAC V 365sqq.*): CIC. de orat. 3, 127 has artis, quibus -es doctrinae atque ingenuae continerentur, geometriam, musicam, litterarum cognitionem et poetarum, atque illa, quae de naturis rerum, quae de hominum moribus, quae de rebus publicis dicerentur. ac. 2, 1 omnis -is et digna homine nobili . . . doctrina (*cf. de orat. 1, 17* eruditio libero digna). Tusc. 2, 27 *poetae* a Platone eiciuntur ex . . . civitate . . .; at vero nos . . . haec . . . ediscimus, hanc eruditionem -em et doctrinam putamus (*item non recte -es dici putantur artes*: SEN. epist. 88, 2 *infra*. 88, 23 pueriles sunt et aliquid habentes -bus simile hae artes, quas ἐγκυκλίους Graeci, nostri autem -es vocant; solae autem -es sunt, immo, ut dicam verius, liberae, quibus curae virtus est. AVG. epist. 101, 2 absit . . ., ut istorum vanitates . . . recte -es litterae nominentur hominum scilicet infelicium, qui dei gratiam . . ., qua sola liberamur de corpore mortis huius, non cognoverunt. *al. ibidem*). SEN. epist. 88, 2 quare -ia studia dicta sint, vides: quia homine libero digna sunt; ceterum unum studium vere -e est, quod liberum facit, hoc est sapientiae (*cf. l. 9 nec non* PLIN. nat. 14, 5 omnes . . . a maximo bono [*i. libertate*] -es dictae artes in contrarium cecidere ac servitute sola profici coeptum. GLOSS. -es a libertate dictae, ut sunt litterae -es). 88, 18 non . . . adducor ut in numerum -ium artium pictores recipiam *eqs.* 88, 21 quattuor ait esse artium Posidonius genera: sunt vulgares et sordidae, sunt ludicrae, sunt pueriles, sunt -es. SVET. Iul. 42, 1 omnis . . . medicinam Romae professos et -ium artium doctores . . . civitate donavit. Tib. 70, 1 artes -es utriusque generis *i. Latinas et Graecas* . . . coluit (*cf.* CIL VIII 8500 [*a. 229*] summarum artium -ium litterarum studiis utriusque linguae perfecte eruditus). Nero 52 -is disciplinas omnis fere puer attigit; sed a philosophia eum mater avertit . . ., a cognitione veterum oratorum Seneca. VLP. dig. 50, 13, 1 pr. -ia . . . studia accipimus, quae Graeci ἐλευθέρια appellant: rhetores continebuntur, grammatici, geometrae (*ab his professoribus distinguuntur postea* medici, philosophi, iuris civilis professores *al.*). LACT. inst. 1, 21, 5 ii . . . potius scelerati sunt habendi, qui cum sint -ium disciplinarum studiis expoliti, ab humanitate desciscunt. AVG. civ. 6, 2 p. 247, 3 D. in omni eruditione, quam nos saecularem, illi autem -em vocant. serm. 37, 3 -bus disciplinis et mysteriis legis instructus. VITA Amator. (BHL 356) 1 hunc . . . litteris non solum communibus, verum etiam -bus tradiderunt (ISID. orig. 1, 4, 2 communes dictae *litterae*, quia multi eas in commune utuntur, ut scribere et legere; -es, quia eas tantum illi noverunt, qui libros conscribunt recteque loquendi dictandique rationem noverunt). ISID. orig. 1, 2, 1 disciplinae -ium artium septem sunt (*enumerantur*: grammatica, rhetorica, dialectica, arithmetica, musica, geometrica, astronomia).

β *exempla*: (I) *adi.*: CIC. inv. 1, 35 artium -um magistros (*v. vol. II 662, 49sqq.*). Arch. 4 Antiochiae . . ., urbe . . . eruditissimis hominibus -issimisque studiis adfluenti (de orat. 1, 11 FEST. p. 214. 347 VELL. 1, 13, 3 SEN. nat. 7, 32, 1 epist. 88, 2. *al.* PLIN. epist. 10, 4, 4 VENVL. dig. 21, 1, 65, 2. *et saepe*). de orat. 1, 11 quiqui in harum artium -issimis studiis sint doctrinisque versati (*v. vol. V 1, 1789, 49sqq. 77sqq., addas* AVG. civ. 18, 9 p. 267, 1 D.). Tusc. 2, 27 eruditionem (AVG. civ. 6, 2 p. 247, 3 D. ENNOD. dict. 7, 2 p. 443, 14). VELL. 2, 59, 4 ad erudiendam -bus disciplinis . . . indolem (*v. vol. V 1, 1321, 39*). SEN. benef. 3, 34, 1 quod institutis -bus profeci (*v. vol. VII 1, 1995, 66sqq.*). GELL. 9, 3, 2 a -i Musa et a studiis humanitatis. PANEG. 9, 5, 1 *Augustodunum* sedem illam -ium litterarum (SCHOL. Cic. Bob. p. 176, 12 RVFIN. Orig. in exod. 12, 2 p. 263, 22 Orig. in Ios. 6, 1 p. 323, 9 AVG. civ. 18, 52 p. 339, 14 D. epist. 101, 2 COD. Theod. 13, 4, 1 CIL XIII 1910. *al.*). AVG. serm. coll. Morin p. 526, 11 qui -es qui vocantur libros non nostis (*opp.* qui litteras nostis). (II) *plur. pro subst.* (*dubium utrum per ellipsin vocum q. s.* studium, ars *sim., ut fortasse ap.* SEN. *et* PLIN., *an nulla per neutr. subaudita voce*): SEN. epist. 95, 23 cessat omne studium et -ia professi . . . desertis angulis praesident. PLIN. nat. 35, 77 *ut* reciperetur . . . ars ea *sc. graphice* in primum gradum -ium. PS. CATO brev. sent. 57 (38a) -bus stude. AVR. VICT. Caes. 20, 22 cunctis . . . -ium deditus studiis. EVTR. 10, 10, 2 *Vetranionem* omnium -ium (litterarum *Mommsen*, artium *addunt codd. dett. aliqui*) expertem adeo, ut ne elementa quidem primarum litterarum (privatarum l. *var. lect.*, prima l. *Schonhoven*, prima earum *Mommsen*) nisi grandaevus . . . acceperit. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 39 doctrinam . . . -ium edocebat (artium *addidit cod. Viterbensis, gr.* παιδείαν . . . τὴν ἐλευθέριον).

II *usu deflexo, sc. neglecto respectu hominis liberi, fere i. q. copiosus, amplus sim.* (*cf. p. 1292, 81*): CELS. 3, 3, 6 tempora . . . remissionum modo -ia, modo vix ulla sunt (*cf.* 3, 21, 16 qui vel ex toto carent febre, vel certe satis -es intermissiones habent). 3, 6, 14 uti cibo serius et rarius . . .; at potio esse debet magis -is et . . . ultra quam sitis coget (5, 28, 4^{D} p. magis -is esse quam cibus debet. 7, 4, 4^{E}. SEN. dial. 9, 17, 8 vigorem dabunt convictus . . . et -ior p.; non numquam et usque ad ebrietatem veniendum). 4, 15, 4 perfusio corporis multa prodest . . .; item -is unctio. 8, 10, 7^{A} primis diebus fames; deinde . . . -ius alimentum; . . . fomentum aquae calidae, dum inflammatio est, -e; ⟨ubi⟩ ea desit, modicum. SEN. epist. 122, 1 *dies* resiluit aliquantum, ita tamen ut -e adhuc spatium sit, si quis cum ipso . . . die surgat (*cf. p. 1292, 82*). APVL. met. 10, 15, 6 tantus . . . ac tam -is cachinnus (*10, 16, 1* risu . . . latissimo). AVSON. 419, 82 p. 375, 570 P. nulla requie otii, ne somni quidem aut cibi munere -i.

pro subst. de rebus p. 1290, 53. 1293, 61, de hominibus p. 1291, 41. 1292, 78.

adv. *līberāliter, -ius, -issimē. GLOSS. -r: humaniter. humane, munifice. humaniter, benigne, commode (-do *var. l.*). gratiose. *cf.* II 295, 3 ἐλευθερίως libere, -r. *inde a* PLAVTO.

i. q. more vel modo liberali (*fere c. verbis vel partic.*; *c. adi. infra l. 77. p. 1295, 10*; *absolute infra l. 49*; *oxymoron* -r servire *infra l. 80. 83* [*sed notionibus non repugnantibus* AVG. civ. 2, 1 p. 54, 6 D. CASSIOD. var. 7, 14, 1]; *ironice l. 47*): **I** *usu originario*: **A** *vario respectu*: **1** *generatim*: PLAVT. Rud. 408 ut lepide, ut -r, ut honeste atque haud gravate timidas, egentes . . . accepit ad sese *sacerdos* (CIC. Att. 16, 6, 1. AMM. 26, 7, 9 blande . . . et -r. PROB. Verg. georg. 3, 19). CIC. Verr. I 23 quam -r eos tractasset (II 2, 12 -r ex istius cibariis tractati. Cluent. 161. Att. 14, 13b, 3 -issime atque honorificentissime. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 8, 10. VARRO rust. 1, 17, 7 *servos* -ius tractando aut cibariis, aut vestitu largiore, aut remissione operis *eqs.* PANEG. 2, 36, 3 blande -rque). II 5, 70 ut is victu ceterisque rebus quam -issime commodissimeque haberetur ([adhib- *var. l.*]. SALL. Catil. 11, 5 luxuriose nimisque -r habuerat *exercitum*. LIV. 2, 22, 7 -r habiti cultique. 37, 34, 7 neque -ius neque benignius haberi colique adulescentem . . . potuisse. OROS. hist. 5, 6, 4). de orat. 2, 46 quid -r, quid fortiter . . . fecerit (fam. 6, 10, 5 cotidie . . . aliquid fit lenius et -ius *a Caesare* quam timebamus. SEN. benef. 6, 4, 3 qui aliquid benigne adversus me fecit, aliquid -r, sed postea multa superbe, contumeliose, crudeliter. epist. 98, 15. CVRT. 4, 11, 16 clementer et -r. *al.*). parad. 42 quoi tanta possessiost, ut ad -r vivendum facile contentus sit (fin. 4, 12 honeste ac -r. Lael. 86 ad Q. fr. 2, 5, 1 [2, 4, 3]. QVINT. decl. 260 p. 66, 13. 69, 20 -ius et frugalius). nat. deor. 1, 62 vide quam tecum agam -r; . . . non pugno (Att. 10, 5, 3. 13, 6, 2 CELS. 2, 16, 2 SEN. dial. 7, 5, 1 epist. 122, 11). Att. 2, 18, 3 valde -r invitor in legationem illam (NEP. Att. 13, 6 domum suam). 5, 13, 2 -issime erat pollicitus tuis omnibus (fam. 13, 42, 1 cumulatissime et -issime. CAES. Gall. 4, 21, 6 BELL. Alex. 71, 1 NEP. Lys. 4, 2). 13, 50, 5 sibi Murenam -issime respondisse (fam. 13, 18, 1 CAES. Gall. 4, 18, 3 civ. 3, 104, 1). *al.* CAES. Gall. 2, 5, 1 Caesar Remos cohortatus -rque oratione prosecutus. civ. 3, 61, 1 quod erant . . . instructi -r magnoque comitatu . . . venerant. 3, 104, 3 appellatus. NEP. Chabr. 3, 2 vivebat laute et indulgebat sibi -ius. LIV. 1, 34, 12 -r dextereque obeunda officia (*cf.* CIL V 5304 ob quaesturam fideliter ac -r gestam. 5305 ob curam integre ac -r gestam). 25, 18, 4 -r comiterque curatus. VELL. 2, 105, 2 *Saturninum* -r lauteque eo *otio* abutentem. VAL. MAX. 5, 2 ext. 4 beneficio . . . Scipionis . . . regni modo -ius (*dett.*; liberius, uberius *cett.*) auctus *Masinissa*. SEN. dial. 5, 30, 4 *Caesare nemo* -ius victoria usus est. CVRT. 8, 7, 8 (*ironice*) quam -r . . . pueris . . . agere permittis. PLIN. nat. 23, 45 saluberrimum -r genitis Campaniae quodcumque tenuissimum *vinum*, vulgo vero quod quemque maxime iuverit validum. *al.* *absolute* (*cf. l. 60*): CIC. Verr. II 3, 196 frumentum . . . me abs te emere oportet. : : optime! : : denario modium. : : benigne ac -r!

2 *speciatim pertinet ad*: **a** *largiendum, donandum*: CIC. Verr. II 1, 38 praemia . . . -r tribuit. SEN. contr. 4 praef. 2 non . . . exspectationem vestram macerabo singulos *oratores* producendo: -r hodie et plena manu faciam. VAL. MAX. 5, 1, 1d *ut* impensae . . . -r . . . praestarentur. 8, 7 ext. 12 Sophocles . . . gloriosum cum rerum natura certamen habuit, tam benigne mirifica illi opera sua exhibendo quam illa operibus eius tempora -r sumministrando: prope enim centesimum annum attigit. 8, 13 ext. 7 Alexander . . . adfirmat Dandonem quendam ad quingentesimum usque annum . . . processisse; sed multo -ius Xenophon . . .: insulae enim Latmiorum regem octingentis vitae annis donavit (*cf.* APVL. apol. 89, 4 -ius agam, nam et ipse Pudentillae multos annos largitus est, redonabo igitur vicissim decem annos). CVRT. 4, 11, 19 donat. QVINT. inst. 1, 2, 2 praeceptor -ius tempora sua impensurus uni *discipulo* videtur quam si eadem in plures partiatur. decl. 345 p. 364, 29 *opp.* sordide. PLIN. paneg. 48, 2 tanto -ius ac diutius voluptatis huius (*sc. te videndi*) copiam praebes. APVL. met. 10, 23, 6 *ut puellam* contubernali largitus de proprio dotem -issime traderet. **b** *eruditionem*: CIC. Planc. 81 -r educatus (de orat. 1, 137 quod est homine ingenuo -rque educato dignum [fin. 3, 57 hominis ingenui et -r educati]. LIV. 26, 2, 11 Cn. Fulvium Quiritium Romanorum exercitum, honeste genitos, -r educatos, servilibus vitiis imbuisse. SEN. benef. 3, 21, 2 indulsit, -ius educavit, artes quibus erudiuntur ingenui, tradidit *servo*. FLOR. epit. 1, 6, 1. *al.*). de orat. 2, 162 doctrina -r institutus (3, 125 SVET. vita Ter. 1 GELL. 6, 3, 8. 18, 10, 8. PASS. Perp. 2, 1 [*gr.* πολυτελῶς]). Tusc. 2, 6 -r eruditi (AVG. c. Faust. 12, 39 Philo . . ., vir -r eruditissimus).

B *praevalente respectu condicionis iuris*: **1** *proprie* (*vix huc* PLIN. nat. 23, 45 *l. 48*): TER. Andr. 38 ex servo ut esses libertus mihi, propterea quod servibas -r. **2** *per comparationem respicitur liberum arbitrium, libertas Christianorum*: AVG. agon. 7, 7 p. 108, 26 tota voluntate serviamus domino . . ., quoniam iustus -r, iniustus autem compeditus servit (divers. quaest. 66, 1. enchir. 9, 30 -r . . . servit, qui sui domini voluntatem libenter facit. spir. et litt. 31, 56). in psalm.

[*Meijer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

67, 18 ut amando -r faciamus, quod timendo qui facit, serviliter facit (118 serm. 17, 1 spir. et litt. 14, 26). quaest. hept. 2, 170 p. 201, 6 non adtractus ad opus serviliter animus, sed -r sponte devotus. serm. 212, 2 non serviliter timendo poenam, sed -r amando iustitiam. *inde vergit in notionem q. e. sponte (cf. l. 3)*: AVG. serm. 266, 4 p. 1227 Philippus ... baptizavit *eunuchum* nec manus imposuit: sed ut ostenderet spiritus, non verum suspicatum esse Simonem, quod hominum donum esset spiritus dei, in hominem venit -r et liberum fecit.

II *usu deflexo fere i. q. copiose, abundanter sim.*: CELS. 3, 5, 2 *febrium* tertianarum quartanarumque, ⟨quarum⟩ ... -r quieta tempora sunt, expeditior ratio est. 3, 6, 15 -r oportet aquam tepidam potui dare (3, 19, 4. PS. QVINT. decl. 9, 2 alimenta uni seni, parce vivere assueto, nec -r data nec diu danda). 4, 17, 1 abstinere ab omnibus salsis ...; bibere -r (5, 28, 1^D abstinendum ... a vino est; aquam -r bibere expedit. 6, 6, 15 bibendum ... -ius quam edendum est. SEN. dial. 5, 14, 2 *opp.* parcius. QVINT. decl. 301 p. 187, 24). SEN. epist. 86, 20 -ius sternenda vitis. COLVM. 9, 14, 17 post confectam brumam ... quidquid est repositi mellis, nisi -ius relictum, consumunt *apes*. QVINT. inst. 6, 3, 19 *sal* in cibis paulo -ius adspersus, si tamen non sit immodicus, adfert aliquid propriae voluptatis. ORIBAS. eup. 4, 13, 3 Aa p. 538 civum minus utantur; potionem vero ... -r utantur et somnum habundantius similiter (*gr.* ποτῷ ... πλείονι χρῆσθαι, *La* amplius).

homoeoprophora: largus (CIC. Flacc. 14 Deiot. 26), laute (NEP. Chabr. 3, 2 VELL. 2, 105, 2. *cf.* NEP. Att. 13, 6), lenius (CIC. fam. 6, 10, 5), lepidus (PLAVT. Epid. 43 Mil. 967 Persa 130 Rud. 408), luxuriose (SALL. Catil. 11, 5).

deriv.: liberalitas.

compos.: il-, perliberalis.

***līberālitās**, -ātis *f.* a liberalis. *scribitur* liv- CIL III 13569, 3 (*lectione parum certa*). *notatur: in titulis* lib CIL VIII 11348. liberal III 6837. ? liberali VIII 20749. liberalit INSCR. JRS 3, 1913, 297. *in nummis* lib INSCR. numm. Mattingly-Sydenham III p. 45 n. 155 *et passim.* liberal *ibid.* II p. 355 n. 129 *et passim.* liberalit *ibid.* V 1 p. 151 n. 228. p. 290 n. 229. NOT. Tir. 34, 34. *legitur sing. inde a* TER. (*ceterum in poesi non nisi* CATVLL., MART.), RHET. Her., CIC.; *plur. inde a* SVET., *inscriptionibus aetatis Hadriani*, APVL., SCAEV. dig. [*confunditur in codd. passim c.* libertas (*v. etiam sub II*).]

I *usu genuino* (in *aliquem*: CIC. Verr. II 4, 136 Lael. 11 fam. 1, 9, 18 *et saepius.* FRG. Vat. 280 CIL VIII 26590. *al.* erga: CIC. fam. 10, 3, 1 TAC. ann. 3, 8, 1 CIL XIV 4235 [*a. 135*]. *al.* circa: APVL. apol. 99, 8 EVTR. 8, 8, 3): **A** *i. q. natura, qualitas sim. liberalis* (*sing. praeter p. 1297, 57*): **1** *animantium: respectu condicionis iuris fere evanido (cf.* SEN. *p. 1296, 6.* ISID. *l. 46) non nisi de moribus, habitu sc. tam ingenuis, honestis, benevolis sim. quam largis, munificis; cf.* CIC. off. 1, 20 beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel -em appellari licet. ISID. diff. 1, 324 libertas condicionis est, -s vero beneficentiae et largitatis, ut nudum vestire *eqs.* GLOSS. -s: humanitas. largitas. *cf.* GLOSS. II 295, 2 ἐλευθεριότης -s. 471, 61 φιλοτιμία munificentia, -s, hoc munus. *virtutem -is fusius tractat* CIC. off. 1, 42 sqq., *exempla affert* VAL. MAX. 4, 8. *hic illic* '-s hominis' *fere pro* 'homo liberalis' *poni videtur, maxime ubi ipsa -s tamquam agens inducitur p. 1297, 23; ceterum cf. p. 1296, 50.*

a *hominum, animi sim.*: **α** *generatim (exempla selecta)*: TER. Ad. 57 pudore et -e liberos retinere satius esse ... quam metu ([DON.: -e ... regendi sunt, propter quod liberi dicuntur; '-e' autem 'bonitate' dicit]. AVG. serm. 13, 9 ut ... p. et -e erudiatur). RHET. Her. 4, 38, 50 largissimus fuit in amicos; quod signum -is est, quae contraria est avaritiae (CIC. Flacc. 89 non solum avaritiae crimen effugere, sed etiam -is laudem adsequi. PLIN. epist. 1, 8, 9. 9, 30, 2 quod huic donant, auferunt illi famamque -is avaritia petunt. paneg. 3, 4. APVL. Plat. 2, 4 p. 227 avaritia atque lascivia, quarum altera -em coercet, altera ... prodigit facultates [*cf. Aristot. eth. Nicom. 1107 b 9* ἐλευθεριότης]). CIC. Quinct. 41 *opp.* bonitatem. Q. Rosc. 24 qui tantas ... pecunias non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam -is repudiarit. part. 77 *animi magnitudinis* est -s in usu pecuniae. 81 et prudentiam malitia et ... -em effusio ... imitatur (AMBR. off. 2, 21, 109 largitatis ... duo sunt genera: unum -is, alterum prodigae effusionis. AVG. conf. 2, 6, 13 e. -is obtendit umbram. *cf. p. 1296, 27. 29*). off. 1, 48 cum duo genera -is sint, unum dandi beneficii, alterum reddendi. 1, 92 nec libidini potius luxuriaeque quam -i et beneficentiae pareat *res familiaris* (QVINT. inst. 4, 2, 77 luxuria -is, avaritia parsimoniae ... nomine lenietur. 8, 6, 36 *catachresin non esse*, cum ... pro luxuria -s dicatur; ... *nemo enim* putat [et] luxuriam et -em idem significare, verum id, quod fit, alius luxuriam esse dicit, alius -em. TAC. hist. 1, 30, 1 falluntur, quibus luxuria specie -is imponit. NOVELL. Theod. 22, 1, 1). 2, 63 temeritate ... remota gratissima est -s. Att. 12, 7, 1 velim magis (*corruptum; coniecerunt alii alia*) -e uti mea quam sua libertate *filium*. fam. 10, 3, 1 summam erga se -em. 13, 78, 1 est ... in eo summa probitas, ... summa in hospites -s et observantia. SALL. Catil. 35, 3 non quin aes alienum meis nominibus ... solvere non possem; et alienis nominibus -s Orestillae ... persolveret. 52, 11 (*verba Catonis*) vera vocabula rerum amisimus: quia bona aliena largiri -s ... vocatur. NEP. Att. 11, 3 illius -em neque temporariam neque callidam fuisse. VAL. MAX. 4, 8, 1 *-is* duo sunt maxime probabiles fontes, verum iudicium et honesta benivolentia. SEN. benef. 1, 9, 1 vides, quomodo animus inveniat -is materiam etiam inter angustias? (7, 4, 5. *cf. infra l. 37*). 1, 14, 2 tamquam reducam -em et frenis artioribus reprimam; illa vero, in quantum libet, exeat, sed eat, non erret (*simili imagine*: PLIN. epist. 5, 11, 3 nescit ... semel incitata stare). dial. 7, 24, 3 -em exercere, quae non quia liberis debetur, sed quia a libero animo proficiscitur, ita nominata est (*cf. p. 1295, 55*). epist. 81, 14 interest, donaveris an succurreris, servaverit illum tua -s an instruxerit. PETRON. 47, 7 gratias agimus -i indulgentiaeque *Trimalchionis.* MART. 8, 38, 2 qui praestat pietate pertinaci ... bona -is. QVINT. decl. 298 p. 179, 21 tu vivis aliena -e. PLIN. epist. 2, 4, 3 *-s* ita temperanda est, ne nimia profusione inarescat. APVL. met. 3, 20, 3 mihi ... de propria -e Photis puerile obtulit corollarium (CIL VIII 16812 [*aet. Diocletiani*] sua p. et civium -e. 17655 [*aet. eiusdem*]. INSCR. Afr. Gsell I 4011, 18 [*s. IV*] *statuam* p. -e posuerunt. FIRM. math. 6, 16, 4 cuicumque aliquid p. -e contulerint. CLAVD. DON. Aen. 5, 305 p. 457, 12). PAPIN. dig. 33, 1, 10, 1 ea videntur relicta, quae certam formam erogationis annuae, non incertam -is voluntatem habuerant. CLAVD. DON. Aen. 5, 305 p. 457, 14 benignitate ipsa -is suae. *al.* -s *prava, nimia sim.* (*cf. l. 77. p. 1297, 82*): RHET. Her. 3, 3, 6 quam is, qui contra dicet, iustitiam vocabit, nos demonstrabimus ignaviam esse et inertiam ac pravam -em. CIC. Verr. II 4, 136 nimia in istum non modo lenitudine, sed etiam -e (QVINT. decl. 260 p. 68, 22 FIRM. math. 5, 1, 2 VIR. ill. 66, 5). off. 1, 44 inest ... in tali -e (*sc. in qua benignitas maior sit quam facultates*) cupiditas plerumque rapiendi ..., ut ad largiendum suppetant copiae. ad Brut. 1, 3 (9, 9 Sj.), 3 dissolutior. PLIN. epist. 9, 30, 4 inperfectae -is exemplar. paneg. 38, 4 ambitio ... et iactantia et effusio et quidvis potius quam -s existimanda est, cui *sc. -i* ratio non constat. APVL. apol. 99, 8 prolixam. COD. Iust. 3, 29, 4 (*a. 286*) inmoderatae -is effusione. *al.*

β *speciatim in vita publica*: ① *magistratuum variorum, regum, gentium (exempla selecta)*: RHET. Her. 4, 9, 13 cui imperio omnes gentes, reges, nationes partim vi, partim voluntate consenserunt, cum aut armis aut -e a populo Romano superati essent (4, 13, 19 Poenos populus R. iustitia vicit, armis vicit, -e vicit. LIV. 42, 38, 4 si male meriti clementiam populi R. experti essent, bene merendo -em experirentur. PLIN. epist. 8, 6, 7 [*verba senatus consulti*] cum senatui populoque R. -is gratior repraesentari nulla materia possit, quam si *eqs. cf.* VAL. MAX. 4, 8, 5 Romanae -is). CIC. Verr. II 3, 189 ex -e et accommodatione magistratuum consuetudo aestimationis introducta est. Mur. 72 quod ... tempus fuit ..., quo haec, sive ambitio est sive -s, non fuerit, ut locus et in circo et in foro daretur amicis et tribulibus? (*cf.* de orat. 2, 105 -em atque benignitatem ab ambitu atque largitione seiungere). 77 nec candidatis ista benignitas adimenda est, quae -em magis significat quam largitionem. Planc. 45 neque vero tam durus in plebem noster ordo fuit, ut eam coli nostra modica -e noluerit (*cf.* 47 noli tollere ex ordine nostro -em). Tusc. 5, 91 *Xenocrates* triginta minas accepit, ne aspernari regis -em videretur (*Alexandri ut*: CVRT. 6, 6, 11 gratiam -e donisque reparare temptabat. 7, 11, 12. 8, 8, 9. 8, 12, 17. 10, 5, 28 -s saepe maiora tribuentis quam a dis petuntur, clementia in devictos *eqs.*). ad Q. fr. 1, 1, 12 rudis cum esses, videtur potuisse tua -s decipi *a cohorte praetoria.* BRVT. Cic. ad Brut. 1, 4a (9, 12 Sj.), 2 cautiorem ac moderatiorem -em desiderant; nihil enim senatus cuiquam dare debet, quod male cogitantibus ... praesidium sit. PLANC. Cic. fam. 10, 8, 6 legiones ... nostra -e nobis obsequentes. CAES. Gall. 1, 18, 3 Dumnorigem ... magna apud plebem propter -em gratia. civ. 2, 28, 3 pauca ad spem largitionis addidit *Varus*, quae ab sua -e ... expectare deberent *milites.* BELL. Alex. 49, 1 Cassius ... aes alienum gravissimis oneribus provinciae constituit exsolvere; et ut largitionis postulat consuetudo, per causam -is speciosam plura largitori quaerebantur. POMP. TROG. Iust. 38, 7, 10 iustitiae atque -is (*Mithridatis*). VAL. MAX. 4, 3, 9 Ptolemaei (AMM. 22, 16, 24 Cyrenas ... P. -e suscepimus). *al.*

② *Caesaris*: CIC. prov. 42 me, ut sibi essem legatus, ... rogavit *Caesar*; ne id quidem accepi; ... ergo ... est mihi verendum, ne mea superbia in illius -e ... reprendatur. Rab. Post. 41 C. Caesaris summa in omnes, incredibilis in hunc eadem -s (Marcell. 19 fam. 7, 17, 2). 44 ego ... hanc in tantis opibus, tanta fortuna -em in suos, memoriam amicitiae reliquis virtutibus omnibus antepono. Marcell. 16. Lig. 6 lux -is et sapientiae tuae. 23 vide, quid licentiae, Caesar, nobis tua -s det vel potius audaciae. 31. Att. 9, 3, 2. 9, 11^a, 3 *litteras* de tua -e beneficioque misit (CAES. Gall. 1, 43, 5 b. ac -e sua ac senatus. *cf.* CIC. fam. 7, 5, 3 *Trebatio* neque tribunatum ... neque ullius beneficii certum nomen peto, benevolentiam tuam et -em peto). fam. 1, 9, 12 humanitas eius ac -s. 1, 9, 18 divina Caesaris in me fratremque meum -s. 4, 9, 4. 7, 8, 1 studii, officii, -is. 9, 13, 4 eis Caesar vitam sua -e concessit. CATVLL. 29, 15 eone nomine, imperator unice, fuisti in ultima occidentis insula, ut ... *Mamurra* ducenties comesset aut trecenties? quid est alid sinistra -s? CAES. Cic. Att. 9, 7^c, 1 haec nova sit ratio vincendi, ut misericordia et -e nos muniamus. civ. 3, 6, 1. SALL. Catil. 49, 3 privatim egregia -e, publice maxumis muneribus grandem pecuniam debebat. SVET. Iul. 38, 2 adiecit ... duo prandia; nam cum prius parce neque pro -e sua praebitum iudicaret, ... aliud largissimum praebuit. ③ *imperatorum* (legis *p. 1297, 22*): Ⓐ *vario usu*: VELL. 2, 81, 2 *militum seditio* partim severitate, partim -e discussa principis. 2, 130, 2 qua -e ... iacturae patrimonio succurrit suo! INSCR. Rostowzew, tess.

[*Meijer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

plumb. 10 ex -e Ti. Claud(ii) Cae(saris) Aug(usti). SEN. benef. 2, 8, 2. 3, 27, 4 -em clementiae adiecit. PLIN. nat. 18, 37 divi Augusti. EPIST. imp. Dom. Plin. epist. 10, 58, 5 summam expensam -i meae feres. TAC. dial. 9, 5 eximiam Vespasiani -em, quod quingenta sestertia Basso donasset. hist. 3, 86, 2 *Vitellio* inerat ... simplicitas ac -s. PLIN. paneg. 25, 3 ne quis expers -is tuae fieret (27, 3. 51, 5. PANEG. 3, 18, 2 in me. *al.*). 33, 2 quam ... in edendo *munere* -em, quam iustitiam exhibuit. *al.* SVET. Nero 10, 1 neque -is neque clementiae, ne comitatis quidem exhibendae ullam occasionem omisit. *al.* CIL XIV 95 (= VI 972) colonia Ostia conservata et aucta omni indulgentia et -e eius *Hadriani*. LEX met. Vipasc. frg. 2, 5 secundum -em ... Hadriani. PANEG. 9, 3, 2 *divina* principum -s (COD. Iust. 11, 43, 5 *a. 440/1. cf. p. 1296, 73*). EPIST. impp. de Asia (Bruns, fontes⁷ p. 270) I 11 *nostra* iam -e detentat *fundum* (COD. Theod. 6, 27, 13 illud beneficio n. -is adiungimus. 10, 10, 12 pr. qui ... facultates *caducas* ex consensu n. -is acceperit [*eadem fere* 10, 10, 27 pr.]. 10, 10, 24. *al.*). COD. Theod. 11, 20, 1 sacra (11, 20, 2. 11, 28, 15). COD. Iust. 11, 25, 2 pr. (*a. 392*) *frumentum* insita *nostrae pietatis* -e tribuimus (12, 20, 6, 1 [*imp. Anast.*]. *cf.* 1, 51, 11 [*a. 444, eiusdem anni* 12, 9, 1 pr.] nostrae benevolentiae. 2, 7, 13, 1 [*a. 468*] nostrae serenitatis. 10, 15, 1, 1 [*a. 474*] imperatoriae magnanimitatis. 12, 20, 5, 1 [*imp. Leo*] nostrae mansuetudinis). *et saepius. transfertur ad legem ab imperatore datam*: COD. Iust. 8, 53, 36, 2 eandem -em nostrae legis indulgemus etiam his *eqs.* Ⓑ *inducitur -s tamquam agens* (*cf. p. 1295, 81. 1296, 8. 68*): TAC. ann. 14, 56, 1 (*verba Neronis*) nisi ..., quantum Volusio longa parsimonia quaesivit, tantum in te mea liber⟨ali⟩tas explere non potest. PLIN. paneg. 28, 4 *tot milia ingenuorum* -s principis nostri ... adscivit, *ut alerentur* (*cf.* PAVL. dig. 49, 16, 10, 1 donativa *non* accipit, nisi hoc -s principalis ei specialiter indulserit [NOVELL. Anth. 3, 1 quam *rem* principalis in eum -s iure contulerit]). 34, 3 licet ... cum fortuna tum -s tua visenda nobis praebuerit ... ingentia robora virorum *eqs.* (38, 2 muneri eius *Nervae* -s t. adstruxit, ut *eqs.*). COD. Theod. 5, 12 (15), 31, 1 *etsi* ultro -s ⟨nostra pr⟩ocesserit (6, 8, 1, 1 constituit. 10, 8, 4 quamvis facultates eorum ... -s n. largita sit. NOVELL. Theod. 25, 5 = COD. Iust. 12, 40, 9, 3 honor ... additus a n. -e. *al.*). NOVELL. Valent. 10, 3 haec ... superioris aetatis principes et divorum parentum nostrorum -s ... conferebant. Ⓒ *mera fere appellatione honorifica* (*huc vergunt exempla quaedam supra allata*): AVELL. p. 334, 22 (*ad Iustinianum*) piissima vestrae -is eloquia.

b *dei* (Sophiae *l. 41*): MIN. FEL. 38, 4 *nos* quieti, modesti, dei nostri -e securi. TERT. anim. 11, 3 spiritale semen ... de Sophiae matris occulta -e conlatum. adv. Marc. 4, 14 p. 461, 2 qui numquam de minoribus *promissionibus* prius fidem -is suae struxit. 4, 29 p. 519, 21 curam eorum (*victus sim.*) tamquam aemulam -is suae prohibet *deus*. 4, 39 p. 556, 22 (libertate *codd.*). orat. 7 p. 185, 17 ut observata dei -e (libertate *cod. Agobardinus*) etiam clementiam eius precaremur. paenit. 6, 11 quidam ... sic opinantur, quasi deus necesse habeat praestare etiam indignis quod spopondit, et -em (libertatem *var. l.*) eius faciunt servitutem. patient. 4 p. 5, 13. resurr. 57 p. 117, 5 *resuscitandi mortuos* et potestatem et -em. scorp. 6 p. 156, 5 *opp.* acerbitas. uxor. 1, 8 l. 16 quaedam sunt divinae -is, quaedam nostrae operationis. ARNOB. nat. 1, 44 dei -s principis. FIRM. err. 2, 8 haec omnia divina summi dei -e donata sunt. FILASTR. 93, 8 in tanta copiosa clementia ac -e. RVFIN. Orig. in gen. 8, 8 p. 84, 5 deum magnifica cum hominibus -e certantem. 13, 3 p. 118, 26. in num. 9, 7 p. 64, 30 -em dei largiorem etiam ipsis suis promissionibus edocere. *plur.*: ARNOB. in psalm. 148 p. 566ᴰ *Christus*, qui in tantum -bus his affluit, ut ipse imperet quod petatur, petite, inquit, et dabitur vobis (*Luc. 11, 9*).

c *per similitudinem*: EVSTATH. Basil. hex. 8, 5, 7 -s ..., quae senibus ciconiis a iunioribus exhibetur, sufficeret hominum filios ... amatores suorum reddere genitorum (*gr.* πρόνοια). COD. Iust. 6, 61, 6, 1 quae ex -e fortunae vel laboribus suis ad eum perveniant.

d *per prosopopoeiam* (*cf. p. 1296, 4*): VAL. MAX. 4, 8 ext. 2 Gillian, quem propemodum ipsius -is praecordia constat habuisse.

2 *rerum* (*res pro persona positas vel animantium potius qualitatem illustrantes v. sub 1*): TERT. pall. 6, 2 (*loq. pallium*) nec ... sola *philosophia* mecum est, habeo et alias artes ...; omnis -s studiorum (*fere pro* '*omnia studia liberalia*') quattuor meis angulis tegitur. CLAVD. DON. Aen. 5, 255 p. 451, 12 laus chlamydis dicta est propter honorem dantis ...; in praemiorum ... -e (*fere i. q. magnificentia, vix ad B*) ... largitor ipse laudatur, qui habere talia potuerit vel donare.

B *metonymice de actione hominis liberalis vel de ipsa re liberaliter concessa fere i. q. largitio, donatio vel beneficium, donum* (GLOSS. δωρεά. donatio, quae fit a divitibus. *afferuntur exempla certiora. accedit gen. rei donatae* TAC. ann. 2, 37, 1 PLIN. epist. 10, 4, 2 CIL VIII 6965, 7 TERT. anim. 47, 2. *al., maxime sub 3*): **1** *quorumlibet hominum*: **a** *sing.*: CIC. Att. 6, 6, 2 sed heus tu, πυρούς εἰς δῆμον Athenis? placet hoc tibi? ... non enim ista largitio fuit in cives, sed in hospites -s. 12, 7, 1 *Marcum filium* velle Hispaniam, requirere -em; de -e, dixi ..., quantum flamen Lentulus filio. NEP. Att. 2, 6 auxit hoc officium alia quoque -e: nam universos frumento donavit. VAL. MAX. 8, 2, 2 libidinosam -em (*i. summam amicae legatam*) debiti nomine colorando. PLIN. epist. 5, 11, 1 ut initium novae -is esset consummatio prioris. 10, 4, 2 mater Romani -em sestertii quadragies ... nondum satis legitime peregerat (*cf. ibid.* 4). PAPIN. frg. Vat. 256 testamento -em confirmatam. 261 tacita -s defuncti. CALL. dig. 35, 3, 6 ut ... a petitione -is ex testamento submoveantur. VLP. dig. 6, 2, 7, 3 qui -em *accepit* (42, 8, 6, 11. COD. Iust. 5, 16, 18 *a. 293*. COD. Theod. 16, 5, 58, 4 -em praedii vel domus). *al.* PAVL. dig. 22, 1, 16 -is in rem publicam *factae* usurae non exiguntur (COD. Iust. 8, 53, 24 [*a. 299*] facta ... -e titulo donationis. 5, 16, 27 pr.). COD. Iust. 5, 16, 6 pr. (*a. 229*) cum donatio ... mortua ea, quae -em excipit, irrita sit. 4, 6, 8 (*a. 294*) *titulo* -is res tuas in sponsam conferendo (8, 53, 19 *a. 294*. 8, 48, 6. COD. Theod. 16, 5, 7 pr. condito testamento vel cuiuslibet t. -is atque specie donationis. DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVIᵇ 11). 10, 34, 3, 1 (*imp. Zenone*) theatralis -is nomine. CIL VIII 6965, 7 (*s. II ex.?*) simulacrum aereum Veneris ... ex -e ... patris sui super aliam -em Romae aeternae ... dedit. *al.* *sublucente colore indulgentiae*: TERT. pudic. 1 p. 220, 7 pontifex ... maximus ... edicit: 'ego et moechiae et fornicationis funes (fornicationis ⟨delicta paenitentia⟩ functis *Gelenius*) dimitto'; ... et ubi proponetur -s ista? ibidem, opinor, in ipsis libidinum ianuis. **b** *plur.*: CIL II 4269 (*aet. Hadriani*) ob plurimas -es in rem public(am) suam. APVL. apol. 23, 2 crebris -bus modice imminutum *patrimonium*. TERT. adv. Val. 14 p. 193, 9 ex -bus quoque nomina accedere. VLP. dig. 38, 5, 1, 6 in ceteris ... -bus, quas ... admisit. IVL. VAL. 2, 29 p. 99, 24 frustra se illum *Darium* hisce in nos -bus iactitare, quod thesauros suos suaque regna pollicetur. FRG. Vat. 249, 9 (*imp. Constantin.*) -um honestas. DON. vita Verg. l. 41 Br. possedit prope centiens sestertium ex -bus amicorum. HEGES. 1, 35, 2 -es ... suas usque ad quinquennalia diffundens certamina. 1, 44, 8 p. 118, 15 cui tantum -bus tuis se bonorum effuderat. COD. Theod. 16, 5, 58, 4 quae *leges* promulgatae sunt ... circa interdictas novissimas voluntates aut -es (COD. Iust. 5, 3, 19 pr.). CASSIOD. var. 2, 2, 4 privata parcitas -es publicas enutrivit. COD. Iust. 1, 5, 19 pr. donationes seu alias -es ... accipere. CIL VIII 16556 ob ... -es, quas in cives suos exercuit. XI 6356 ob eximias -es et abundantissimas ... largitiones (*eadem* 6357). *al.*

2 *imperatorum* (*plur.*: SVET. Claud. 29, 1 Galba 15, 1. CIL XIV 4235 *a. 135*. SCAEV. dig. 32, 35 pr.): **a** *respicitur congiarium populo distributum* (*cf. Barbieri apud Ruggiero, Diz. epigr. IV 838 sqq.*): QVINT. inst. 6, 3, 52 *Fabius Maximus* incusans Augusti congiariorum ... exiguitatem, heminaria esse dixit; nam congiarium commune -is atque mensurae. INSCR. numm. Mattingly-Sydenham II p. 409 n. 552 (*a. 118*) -s Aug. (*item usque ad Constantinum imp., saepe addito numero, quo congiaria singula distinguebantur ut* p. 425 n. 648 -s Aug. IIII). **b** *respicitur donativum sim. militibus datum* (*cf. p. 1296, 83*): TAC. hist. 1, 18, 3 constat potuisse conciliari animos *militum* quantulacumque parci senis *Galbae* -e (*antea*: donativi necessitatem). CIL VIII 2554 a (*aet. Sept. Sev.*) ex largissimis stipendiis et -bus, quae in eos *optiones* conferunt (*item eiusdem fere aetatis* INSCR. Dessau 9099. 9100). TERT. coron. 1 l. 2 -s praestantissimorum imperatorum expungebatur in castris. CIL III 1378 ala ... indulgentiis eius *Caracallae* aucta -busque ditata (*item* INSCR. ann. épigr. 1958, 232 [*eiusdem imp.*]. CIL III 797 [*aet. Alex. Sev.*]). SPART. Sept. Sev. 7, 7 cum eos *milites seditiosos* voluisset comprimere Severus nec potuisset, tamen mitigatos addita -e dimisit. **c** *varia*: TAC. hist. 1, 20, 1 bis et vicies milies sestertium donationibus Nero effuderat: appellari singulos iussit *Galba*, decuma parte -is apud quemque eorum relicta (*de eadem re* SVET. Galba 15, 1). ann. 2, 37, 1 *Marcus Hortalus* inlectus a divo Augusto -e decies sestertii ducere uxorem. 2, 48, 1 magnificam ... largitionem *auxit* Caesar haud minus grata -e, quod bona Aemiliae ... tradidit M. Servilio (3, 8, 1 iuvenem sueta erga filios familiarum nobiles -e auget). 4, 20, 1 saevitum ... in bona *Silii*, ... -s Augusti avulsa, computatis singillatim quae fisco petebantur. SVET. Tib. 46 comites peregrinationum ... una modo -e ex indulgentia vitrici prosecutus, cum tribus classibus factis ... primae sescenta sestertia, secundae quadraginta distribuit *eqs.* 48, 2 ne provincias quidem -e ulla *sublevavit* (SPART. Hadr. 10, 1 -bus). Claud. 29, 1 revocatas -es eius (Galba 15, 1). vita Hor. p. 46, 2 una ... et altera -e locupletavit *Augustus Horatium*. CIL VI 967 (*a. 118*) qui ... remittendo ... debitum fiscis ... cives ... praestitit hac -es ecuros. XIV 4235 (*a. 135*) ⟨ob⟩ -es ... ⟨erg⟩a prov⟨inciam⟩ Hispaniam Baetic⟨am⟩. SCAEV. dig. 32, 35 pr. commoda et principales -es, quas libertus ex ... tribu ... consecuturus fuisset. TERT. apol. 29, 3 illis *deis* aliquid aut -is aut privilegii confert *imperator*. SPART. Hadr. 7, 8 pueris ac puellis, quibus etiam Traianus alimenta detulerat, incrementum -is adiecit. PANEG. 3, 22, 3 imperatoris nostri posterior -s vincit priorem. EVTR. 8, 8, 3 *Antoninus Pius* opes ... suas stipendiis militum et circa amicos -bus minuit. NOVELL. Theod. 19, 2 (= COD. Iust. 11, 66, 7, 3) quinquaginta pondo auri poenae nomine inferre ... aerario, nulla -e nostrae clementiae (*cf. p. 1297, 18*), nulla sanctione ... valitura, licet adnotatio vel divina pragmatica sit. COD. Iust. 1, 30, 3 (*a. 492*) officia et condiciones ... nemini liceat ... sine ulla subscriptionis -e peragere. MARCELL. chron. II p. 101, 521 famosissimum hunc consulatum Iustinianus consul ... munificentior his -bus edidit. *al.*

3 *dei* (*plur.*: DIG.): TERT. anim. 47, 2 quorum (*sc. somniorum a deo missorum*) -s soleat et in profanos destillare. adv. Marc. 4, 17 p. 474, 28 *creator* pro tanta elementorum -e facilius idolis quam sibi debitum gratiae referentes homines ... sustinet. resurr. 32 p. 71, 15 aut ... nihil in hominem destinatur, non -s regni, non severitas iudicii, non

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quodcumque est resurrectio, aut *eqs.* Ps. ORIG. tract. 1, 5 B. beneficio dei et -e resurrectionis immortalis efficitur *homo.* AMBR. hex. 4, 2, 6 deus pater . . . omnibus -em fertilitatis impertit (*antea*: fertilitas . . . divinae indulgentiae deputatur). MVTIAN. Chrysost. hom. 10 p. 307/8 'confidimus de vobis meliora' (*Hebr. 6, 9*): . . . sive de conversatione sive de -e haec dicit (*gr.* περὶ πολιτείας ἢ περὶ ἀντιδόσεως). DIG. de confirm. dig. pr. tanta circa nos divinae humanitatis est providentia, ut semper aeternis -bus nos sustentare dignetur.

? **II** *i. q.* *libertas* (*in versionibus e graeco factis, nisi erraverunt librarii ut saepe; apud ceteros auctores de confusione verborum non constat* [CASSIOD. var. 3, 29, 2. 4, 24, 2 *inepte huc traxit Zimmermann, Vocab. of the Variae 184*]): ITALA Hebr. 3, 6 (Lucif. non conv. 10 p. 20, 23) *dei* domus nos sumus, si tamen -em et exultationem spei tenuerimus (*gr.* παρρησίαν, *cod. d et alii* libertatem, *cf. Vulg.* fiduciam). Iac. 2, 12 (cod. ff) sic loquimini et sic facite, quasi a lege -is iuditium sperantes; iuditium autem non miserebitur ei, qui non fecit misericordiam (*gr.* ἐλευθερίας, *cf. Vulg.* libertatis. *fortasse 'legem misericordiae, humanitatis' sim. intellexit interpres vocem* ἐλευθερία *notione q. e.* ἐλευθεριότης *positam coniciens sicut e. g. Greg. Nyss. hom. in cant. 9 Migne gr. 44, 972*[A]).

in lusu verborum c. libertas CIC. Att. 12, 7, 1 *p. 1295, 77.*

compos.: illiberalitas. *cf. Onom.*

līberāliter *v.* liberalis. *Meijer.*

līberāmentum, -ī *n.* *a* liberare. *i. q. actus liberandi*: AVG. civ. 6, 9 p. 263, 4 D. Liberum a -o appellatum volunt, quod mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur (*sim.* ISID. orig. 8, 11, 43); hoc idem in feminis agere Liberam . . ., quod et ipsam (ipsas *var. l.*) perhibeant semina emittere.

*****līberātio,** -ōnis *f.* *a* liberare. GRAMM. suppl. 298, 4 haec et his similia per t litteram, non per c scribi debet. *inde a* CIC.; *transit in gr.* λιβερατίων. [*dub. trad.*: Ps. ORIG. tract. 5, 8 B. (*de Ioseph et Potiphar*) sine ullo conscio . . . occasio, quae maxima voluntas (voluptas *trad.*) est admittendi sceleris, dum -is (*an fere i. q. licentiae?* deliberationis *ed.*) occurrit impunitas.]

1 *i. q. actus liberandi vel status liberati* (*cf.* DON. Ter. Andr. 351, 2 ['hoc me libera . . . metu'] bene 'libera'; perfecta enim securitas -o nominatur. GLOSS. II 294, 52 ἐλευθερία libertas, -o. *distinguitur a voce q. e.* libertas *p. 1300, 18. usurpatur tam singulari quam plurali numero*): **a** *in iure liberantur homines*: α *a damnatione, poena*: CIC. Pis. 87 acerbissimas damnationes, libidinosissimas -es. DECL. in Catil. 114 aut . . . Catilinae supplicio . . . aut illius -e. AVG. in euang. Ioh. 33, 6 (*ad 8, 11*) diceret: nec ego te (*adulteram*) damnabo; vade, vive ut vis; de mea -e esto secura; ego te . . . ab omni poena . . . liberabo. in psalm. 142, 17 patronum quaeram propter -em? EDICT. imp. Iust. de fide p. 101, 2 quae . . . de haereticis proferuntur in synodis et pars gestorum fiunt, non ad -em inseruntur, sed ad maiorem condemnationem eorum (*gr.* ἐπὶ τῷ ἐλευθερωθῆναι). β *ab obligationibus variis* (*cf.* PAVL. dig. 50, 16, 47 -is verbum eandem vim habet quam solutionis): FEST. p. 165 nexum est . . . quodcumque per aes et libram geritur; . . . quo in genere sunt haec: testamenti factio, nexi datio, nexi -o (liberanto *trad.*). POMPON. dig. 38, 1, 3, 1 nec ei *liberto ad operam diurnam obligato* . . ., qui sex horis . . . antemeridianis praesto fuisset, -o eius diei contingit. SCAEV. dig. 34, 3, 28, 1 testamento facto debitoribus -em reliquerat. VLP. dig. 4, 2, 9, 4 rescissa acceptilatione vel alia -e (*cf.* 4, 2, 9, 7 si acceptilatione -o intervenit). 34, 3, 3 pr. -em debitori posse legari . . . certum est. 34, 3, 5, 2 maritum, cui uxor post divortium -em dotis legavit. PAVL. dig. 49, 14, 21 pignorum. MARCIAN. dig. 46, 3, 46, 1 res pro re soluta -em praestat. VLP. frg. Vat. 195 nepotes ⟨non⟩ prodesse ad tutelae -em (*cf. Mod. dig. 27, 1, 2, 7* ἄφεσιν ἐπιτροπῆς). COD. Iust. 2, 3, 22 (*a. 293*) tutores . . . praestant obligationis -em. γ *a servitute, captivitate*: Ps. AMBR. mans. 8 p. 19[A] de -e filiorum Israel a servitute Aegypti (AVG. civ. 18, 35 p. 311, 4 D. -is populi ex Babyloniae s. HESYCH. in lev. 19, 20/22 p. 1032[D] -em servitutis Aegyptiae). Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 533 eorum *captivorum* -em detrimento futuram (*gr.* ἄφεσιν).

b *vario usu*: CIC. ad Q. fr. 1, 1, 35 commoditatem conficiendi negotii et -em molestiae (fin. 1, 37 cum privamur dolore, ipsa -e et vacuitate omnis m. gaudemus). Lig. 1 cum . . . non -em culpae, sed errati veniam impetravissent. QVINT. inst. 5, 10, 33 bonorum . . . conservationem . . ., malorum evitationem, -em, imminutionem, tolerantiam. DECL. in Catil. 117 putate virgines Vestales atque ipsam maiestatem amplissimi numinis ob -em suam . . . vobis congratulaturam. ITALA num. 10, 9 (Lugd., *cf.* Ambr. exc. Sat. 2, 107 l. 27) -em habebitis ab adversariis vestris (*gr.* διασωθήσεσθε ἀπό, *Vulg.* ut eruamini de manibus). Iudith 12, 8 (Reg., *sim.* VVLG.) orabat dominum . . ., ut dirigeret viam eius in -em populi sui (*gr.* εἰς ἀνάστημα). ARNOB. nat. 2, 77 ista quam dicitis persecutionis asperitas -o nostra est . . ., nec poenam vexatio inferet, sed ad lucem libertatis educet. IVST. 5, 8, 12 ne . . . rem publicam sub obtentu -is invaderet *Alcibiades.* AVG. catech. rud. 21, 15 quem *liberatorem* non spiritaliter liberaturum intellegebant, sed pro -e carnali desiderabant *Iudaei. al.*

I -et *alicui i. q. libidini est, placet sim.* (POMP. gramm. V 237, 30 '-et mihi', non possum dicere '-et me', puta '-et me illud facere', non est latinum penitus [*sed v. eundem p. 1326, 54*], sed '-et mihi'. *exempla, quibus non indicatur, quis sentiat libidinem, huc congessimus, dubitanter maxime* FVLG. *p. 1325, 79 collata p. 1326, 22*): **A** *indicatur, quid quomodo facere (fieri) -at*: **1** *per structuram verbalem* (*usu q. d. vulgo impersonali*): **a** *verbum ponitur*: *α inf.*: (I) *solus* (*praes. passim inde a* PLAVTO, ENN., TER. *accedente dativo vel omisso. perf.*: VERG. georg. 3, 436 ne mihi ... sub divo carpere somnos neu ... -at iacuisse per herbas. LVCAN. 6, 426 SIL. 3, 532. 14, 263 MART. 6, 43, 7. *al.*): Ⓐ *in adlocutione*: ① *forma* '-et (mihi) dicere', *qua fere permissio auditoris petitur*: *vario modo* (*selecta*): PLAVT. Bacch. 986 -et perlegere has *tabulas*. :: perlege. Epid. 692 mihi magis -et ... te rogitare. :: at nil scies (696 rogita quod -et). Persa 316 inspicere morbum tuum -et. :: ah! ah! abi *eqs.* Trin. 932 -et audire, nisi molestumst. :: quin discupio dicere. CIC. orat. 41 quid de illo *Isocrate* augurer, -et dicere. :: quid tandem? (*Plat. Phaedr. 279a λέγειν ἐθέλω*). OV. met. 10, 556 '-et hac (*i. humo*) requiescere tecum'; et requievit. SEN. Phaedr. 637 -et loqui pigetque. :: quodnam istud malum est? CVRT. 4, 1, 25 '-et scire, inopiam qua patientia tuleris'. tum ille: *eqs. al.* *affertur propositum in prologo, capite orationis sim.*: PLAVT. Poen. 1 Achillem Aristarchi mihi commentari -et. CIC. Quinct. 48 ante quam doceo id factum non esse, -et mihi ... rem ipsam ... considerare. de orat. 2, 348. *al.* NEP. Pelop. 3, 1 hoc loco -et interponere, etsi seiunctum ab re proposita est, nimia fiducia quantae calamitati soleat esse. LIV. 5, 4, 1 quam hoc consilium ... necessarium fuerit, postea disseram; nunc de ipsa condicione dicere militantium -et. PLIN. nat. 22, 99 -et ... coquendi dare aliquas communes ... observationes ... : *eqs. al.* QVINT. inst. 1, 10, 28 decl. 247 p. 13, 6. *al.* TAC. ann. 3, 55, 1 causas eius mutationis quaerere -et: *eqs. al.* non -et *sim. in praeteritione*: CATO orig. 77 non -et scribere, quod in tabula apud pontificem maximum est. CIC. Cael. 43 ex quibus neminem mihi -et nominare. Phil. 8, 7 de proximo bello civili non -et dicere: ignoro causam, detestor exitum. *al.* OV. epist. 21, 103 neque ... meminive -etve, quidquid ibi vidi, dicere. Pont. 1, 5, 11 LAMPR. Heliog. 1, 3. *al.* ② *forma* 'cur (tibi) -et dicere?', *qua in licentiam auditoris inquiritur*: PLAVT. Cas. 262 qui, malum, homini scutigerulo dare -et? :: quia *eqs.* Curc. 136 quid est quod -et perditum dicere te esse? :: quia *eqs.* Epid. 333 qui tibi -et mihi male loqui? :: quippe *eqs. al.* VAL. FL. 7, 50 cur, age, non templis sacrata avellere dona ..., praedo, -et? Ⓑ *in proposito suo relinquendo*: PLAVT. Trin. 1041 -et adire atque appellare hunc; verum ... metuo, *eqs.* OV. epist. 14, 131 scribere plura -et, sed pondere lassa catenae est manus (19, 161 fast. 3, 723. *al.* VAL. MAX. 5, 2 praef. SEN. Herc. O. 962 SIL. 9, 650 STAT. silv. 5, 2, 81. *al.*).

(II) *acc. c. inf.*: TER. Andr. 958 mihi nunc sic esse hoc verum -et. VARRO Men. 90 (*nisi ad II*) -et me epigrammatia facere et quoniam nomina non memini, quod in solum mihi venerit, ponam. OV. epist. 13, 32 nec mihi pectendos cura est praebere capillos, nec -et aurata corpora veste tegi. PLIN. nat. 17, 68 haec ibi disponuntur, ubi -at esse eas. SVET. Claud. 25, 5 talis ..., qualem esse eum aut expediret illis aut -ret. *subi. infinitivi subauditur ex praedicato*: SEN. Herc. O. 344 (*loq. Deianira*) ire ire ad umbras Herculis nuptam -et, sed non inultam (*333* moriar Herculis ... coniunx). epist. 95, 71 -et admirantem ... dicere: *eqs.* PLIN. nat. 14, 102 sic fit ... sycites ... aut si dulce esse non -at *eqs.* (*cf. Diosc. 5, 31, 1 εἰ δὲ μὴ λίαν αὐτὸ γλυκὺ θέλοις εἶναι*). TERT. anim. 34, 3 ut nusquam discedere depretiatam -ret *sc. Helenam*.

β (sic), ut: SIDON. epist. 7, 9, 7 quoniam vestro sic -tum errori, ut ipse ... episcopum exquiram, *eqs.* GREG. TVR. Franc. praef. -uit ... animo, ut *eqs.*

b *verbum subauditur* (*e verbo primario in enunt. secund. maxime relativo [nisi ad B referas p. 1325, 8. 14. 23. 39sqq.]; exempla formae* 'quid -et, quod -et, quando -et' *sim. hic non invenies, nisi indicatur vel certius subauditur, cui quid quo tempore sim. facere -at, cetera v. sub compos.* quilibet *etc.*): *α forma* 'quid, quod' (*vix ad 2a*), 'quae -et' *sim.*: (I) *pendet ab imperativo, iussivo sim.*: quid: PLAVT. Amph. 396 ut -et q. tibi -et fac (*c. dat. ut*: Bacch. 866 [*postea*: quid vis]. Persa 398 quin tu me ducis ...? vel tu me vende vel face q. tibi -et. Trin. 570). Asin. 107 tu ... aliud cura q. -et. Cas. 301 machinare q. -et quo vis modo (*item* Truc. 676). *al.* TER. Haut. 464 faciat q. (quod *var. l.*) -et: sumat, consumat, perdat. AFRAN. com. 409. RHET. Her. 4, 29, 39 (*antea*: quo pacto vobis videbitur). CIC. fam. 9, 15, 2 (quod *var. l.*). SALL. (?) in Tull. 6 (*cf. Ps. Cic. in Sall. 15* quae volueris). *al.* *omittitur imperativus in responso*: PLAVT. Persa 604 volo ego hanc percontari. :: a terra ad caelum q. -et. quod: PLAVT. Asin. 232 est ... quod volo loqui. :: dic q. -et. Bacch. 693 compara, fabricare, finge q. -et, conglutina. Rud. 1333 q. tibi -et id mi impera (*c. dat. ut*: TER. Ad. 991 effundite, emite, facite q. vobis -et. CIC. Phil. 1, 33). *al.* TER. Haut. 464 (*var. l., v. supra*). CORNELIA epist. frg. 2 -bit. CIC. Verr. II 2, 70 (vobis *add. codd. plerique*). *al.* quidquid: SALL. Iug. 110, 4 arma, viros, pecuniam, postremo q. animo -et, sume utere. *al.* (II) *alia*: PLAVT. Aul. 751 si ... impune facere quod -at licet (TER. Haut. 643 nihil vident nisi q. -et [-ent *A*]. CIC. Tusc. 4, 44 nihil ... quemquam nisi q. -at praeclare facere posse. QVEROL. p. 3, 11 R. q. -tum foret, destruere. AMBROSIAST. in II Cor. 4, 2 ut id q. sibi -tum est, expleat. *al.*). Truc. 212 loquar ... quae volam et quae -bit (TER. Andr. 263 me ... passus est ... q. meo cumque animo -tumst facere. Phorm. 970 ubi q.[quod *var. l.*] tibi [*om. A*] -tum fuerit ... feceris. SALL. Iug. 31, 26. SALL. [?] rep. 1, 2, 5 omnia q. ... animo -bat. 2, 3, 3 [lug- *trad.*]. PLIN. epist. 9, 19, 5 -uisset. GELL. praef. 2 -tum erat. LACT. opif. 16, 9 omnia ... q.

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-uerit. HEGES. 1, 29, 7 -tum foret). CATO orig. 95b *ne* quidquid -ret faceremus (PETRON. 134, 12 vers. 14 [*interpol.?*]. GELL. 20, 1, 21 studio q. -tum est arguendi. *al.*). OV. trist. 3, 7, 41 dat id quodcumque -et fortuna rapitque (SEN. Tro. 335 IVV. 1, 152. *al.*). *al.*

β *forma* 'deam quam -bit' *sim.*: PLAVT. Asin. 180 *amatorem ut piscem* quo vis pacto condias ..., verses quo pacto -et. 781 deam invocet sibi quam -bit propitiam, deum nullum. Bacch. 703 quantum -et me poscitote aurum. TER. Haut. 542 mihi ... addit animum, quo -at magis (*sc. perficere proposita*). RHET. Her. 3, 17, 30. CIC. Att. 13, 28, 3 opto casum illum quem tum timebam, vel quem -bit. SALL. (?) rep. 2, 1, 4 consilium fuit ... quoius rei -et periculum facere. HOR. epist. 1, 6, 53 cui -et hic fascis dabit (*seq.* cui volet). PANEG. in Mess. 198 OV. Pont. 1, 7, 67 SEN. contr. 9, 2, 12 SCRIB. LARG. 47 PETRON. 18, 6 vers. 2. PLIN. nat. 8, 115 accensi *cornus* ... utrius -at odore. *al.* *structura permixta*: PLAVT. Rud. 587 quam *crapulam* potavi praeter animi quam -uit sententiam (*locutioni q. e.* praeter animi sententiam *coniungi videntur voces q. s.* praeter quam -uit).

γ *forma* 'quando, ut, si -et' *sim.*: ① *varia*: PLAVT. Amph. 123 *Iuppiter* in Amphitruonis vertit sese imaginem ..., versipellem se facit, quando -et. Asin. 110 ubi eris? :: ubicumque -tum erit animo meo. Aul. 453 coquite, facite, festinate nunciam quantum -et. *al.* Bacch. 751 quid istis ad istunc usust conscriptis modum, ut *eqs.* ...? :: quia mihi ita -et; ... mea fiducia opus conduxi et meo periclo rem gero (*pertinaciter dictum in responso ut*: Curc. 627 quia mi -tum est. Epid. 710 Poen. 1308 TER. Andr. 862. *cf. sub B*). *sim. passim, accedente dativo omissove.* ② ut, sicut -et: *pendet a verbo primario* (*saepius imperativo*): PLAVT. Amph. 396 ut -et quid tibi -et fac (*seq.* utut). 558 ut commodumst et -et quidque facias. 1047 quem omnes mortales ... ludificant ut -et. Asin. 239 ut voles, ut tibi -bit, nobis legem imponito (*c. dat. ut*: Mil. 706 vivo ... ut volo atque animo ut -et. Trin. 311. VARRO ling. 9, 34 -tum est. SALL. Iug. 38, 10 sicuti regi -uerat, pax convenit. *al.*). 711. Bacch. 1095 me ... laceravit, ... me ... spoliavit, is me ... attondit ..., ut -tumst. *al.* TER. Andr. 310 age, age ut -et. *al.* AFRAN. com. 169 tu ... cogita, tu finge fabricare ut -et. CIC. Brut. 44 sit sane, inquam, ut -et, de isto. Att. 15, 4, 3 CATVLL. 15, 11. *et saepe* (*augetur*: SEN. dial. 7, 17, 2 temere et ut -et. COLVM. 4, 16, 2 ut -et aut fortuito [HIER. hom. Orig. in Luc. 17 p. 109, 1]). *verbo omisso in responso fere i. q. 'bene est, consentio'*: PLAVT. Most. 856 iam ut -et. TER. Ad. 246 nusquam abeo. :: ut -et (DON.: neglegenter servus respondet). Haut. 738. 780. 934. CIC. Att. 5, 19, 3 'non credo', inquis; ut -et. 7, 1, 9 HOR. epist. 1, 7, 19. 1, 7, 70 ignovisse putato me tibi, si cenas hodie mecum. :: ut -et. QVEROL. p. 37, 20 R. BOETH. cons. 4, 6, 6 W. ③ si, nisi -et (SYNON. Cic. p. 445, 31 si -et, si videtur, si placet, si vacat, si commodum est, si fert animus): *varia*: PLAVT. Aul. 153 face quod te iubet soror. :: si -at *sc. mihi*, faciam. Bacch. 90. 99 ego nolo dare te quicquam. :: sine. :: sino equidem, si -et *sc. tibi*. Most. 1131 ego ibo pro te, si tibi non -et (*c. dat. ut*: Boeot. frg. 1, 7 non estur, nisi Soli -et. PROP. 2, 24b, 25 si -tum tibi erit. AMBR. c. Aux. 33 si -tum est imperatori). *al.* TER. Andr. 213 si -tum fuerit, causam ceperit. Phorm. 981. CIC. fin. 4, 72 illa ... non appello mala, sed, si -et, reiectanea. *al.* *pendet ab imperativo, iussivo sim., fere i. q. 'sīs' vel 'quaeso, oro'*: PLAVT. Cas. 1009 redde ... pallium. :: tene, si -et. Curc. 554 (vivet *trad.*). Epid. 731 Merc. 1002. Most. 772 inspicere volt. :: inspiciat, si -et. *al.* CIC. Tusc. 5, 45 adde ..., si -et, pernicitatem. LVCAN. 2, 514 CALP. ecl. 6, 59. CE 121, 1 viator audi, si -et, intus veni.

2 *per structuram nominalem*: **a** *pron. vel adi. neutr.*: α *sing.* (*exempla certiora, sc. inf. vix subaudiendo; cetera v. sub 1 b*): PLAVT. Cist. 214 quod -et non -et iam id continuo (CIC. Quinct. 94 sin et poterit Naevius id quod -et, et ei -bit id quod non licet, *eqs.* de orat. 2, 16 Cato 42. *adde* Att. 14, 19, 4 *v. infra*). Most. 296 quod tibi -et idem mihi -et (SEN. contr. 7, 3, 10 non semper i. miseris -et). Trin. 1032 nunc mores nihil⟨i⟩ faciunt quod licet, nisi quod -et (Cist. 214 *et* Most. 296 *v. supra*. RHET. Her. 4, 25, 34 si illis ... q. -et licet. CIC. Quinct. 94 *v. supra*. fin. 2, 5 PAVL. FEST. p. 116 SVET. Nero 15, 1. *al.; fere in parenthesi de eis, quae praecedunt vel sequuntur*: PLAVT. Aul. 260. CIC. fam. 1, 8, 3 id q. mihi maxime -et). OV. trist. 3, 2, 19 nil nisi flere -et. PETRON. 10, 6 quia hoc -et (*seq.* placet. COD. Iust. 10, 44, 3, 1). PLIN. epist. 9, 10, 2 his *in via scriptis* quaedam addidi in villa, cum aliud non -ret. *al.* *inf.*: PLAVT. Amph. 171 quodcumque homini accidit -ere, posse retur. CIC. Att. 14, 19, 4 *ei* facile persuasi mihi id quod rogaret, ne licere quidem, non modo non -ere. SEN. Tro. 336 minimum decet -ere cui multum licet. β *plur.* quae -ent: SVET. Iul. 20, 3 cetera item, q. cuique -uissent, dilargitus est. BASIL. hom. RevBén. 57, 1947 p. 75, 25 q. animis tuis -ta sunt (*seq.* quae laeta sunt ..., quae delectant). VITAE patr. 7, 44, 11 quaecumque. GREG. M. epist. 2, 50 p. 152, 9.

b *subst., pron. masc.* (*cf. p. 1326, 22*): FVLG. myth. 2, 1 p. 40, 12 sicut rosa delectat quidem, sed celeri motu temporis tollitur, ita et libido -et momentaliter, fugit perenniter. CASSIOD. var. 8, 16, 4 si amoeni recessus et provinciale otium forte -uissent, *eqs.* GREG. TVR. Franc. 3, 30 sumpserant ... consuetudinem, ut si quis eis de regibus non placuisset, gladio eum adpeterent, et qui -uisset animo, hunc sibi statuerent regem. VEN. FORT. carm. 5, 5, 128 cum -at vivo hostia viva deo. ISID. orig. 20, 2, 17 liba ... eo quod -ant et placeant.

B *quid quomodo facere (fieri) -at, non indicatur* (*huc referre possis etiam exempla p. 1324, 56 allata, quibus addas* IVV. 3, 159 sic -tum ... Othoni): PLAVT. Bacch. 1196 quid ago? :: quid agas, rogitas etiam? :: -et et metuo. Cas. 99 quid in urbe reptas? ... :: -et (*item pertinaciter dictum in responso*: Epid. 698sq. qua fiducia ausu's ... dicere? :: -uit, ea fiducia. :: ain tu, -uit? Persa 236 Pseud. 348. *al.* TER. Eun. 796 [DON.: superbum et meretricium verbum]). Curc. 129 dic isti. :: ah! :: quid est? ecquid -et? :: -et. *al.* OV. epist. 17, 179 et -et et timeo ...: in dubio pectora nostra labant. CALP. decl. 16 -uit et licuit; cuius haec, an regis oratio est? *al.* *inf.*: PLAVT. Persa 376sq. -ere tibi per me licere intellego; verum -ere hau liceat, si liceat mihi. *al.*

II -et *aliquem i. q. iuvat, delectat* (*sec. structuram horum verborum; ad usum v.* POMP. *p. 1323, 81; vix huc revocanda sunt exempla quaedam acc. c. inf. p. 1324, 40sqq. allata velut* VARRO Men. 90): **A** *c. inf.*: PRISCILL. tract. 3, 71 -et me unum clamare pro totis. AVG. c. acad. 3, 11, 24 p. 65, 1 ubi regnare vos -et. civ. 1, 3 p. 8, 9 D. non ... poetas -bat mentiri, sed cordatos homines cogebat veritas confiteri. 7, 24 p. 304, 9 (*iuxta*: piguit). 8, 19 p. 348, 26. 10, 16 p. 427, 13. conf. 3, 2, 3 cum miserum esse neminem -at. *al.* VICT. VIT. 2, 34 vobiscum ... nos -bat pergere, si liceret. CE 1439, 9 vivere me ... -uit ..., mors mihi sola placet. *al.* *inf. subaudito*: AVG. retract. 2, 25, 1 dicens, quidquid eum -uit. **B** *c. subst.*: FVLG. myth. 1 praef. p. 9, 10 -bat me mea captivitas, et licet nostrae vacuissent industriae. **C** *c. pron. neutr.*: AVG. conf. 2, 9, 17 me non -bat id quod furabar, sed quia furabar. contin. 3, 6 si nihil nos contra quod deceret -ret. ord. 2, 11, 34 p. 171, 30 quidquid iucunde sonat, illud ipsum auditum -et atque inlicit. c. Pelag. 1, 2, 5 hoc eis placet, quod eos -et. spir. et litt. 32, 56 quam *iustitiam* non -et nisi quod (*i. id, quod*) licet.

adi. libēns *'quod libet' v. p. 1327, 76.*

CAPVT ALTERVM: *subi. est animans libidinem sentiens*, -et *i. q. vult, cupit, desiderat sim.* (*nonnisi tertia pers., etiam plur.; fortasse huc spectant grammatici p. 1323, 36. 45*): **I** *ioco Plautino* (*de* TER. Haut. 643 *p. 1324, 77*): PLAVT. Aul. 491 quo -ant (iub- *var. l.*), nubant, dum dos ne fiat comes. Trin. 211 culpent quem velint, non flocci faciunt, dum illud quod -ant (*A* [*vel* iubeant], -at *cett.*) sciant. **II** *usu sec.* libens *novato*: AVG. civ. 14, 23 p. 48, 15 D. animus in ea libidine *amatoria* nec sibi efficaciter imperat, ut omnino non -at, nec ... corpori. ALC. AVIT. carm. 4, 12 licitum *esse* quod quisque -ret, credidit. REGVLA mag. 3, 91 ita sanctorum delectantur auditus, ut ... mens plus -at exultare. ISID. carm. 15, 2 en multos libros gestant haec scrinia nostra; qui cupis, ecce lege, si tua vota -ent.

partic. perf. **libitum.** 1 *plur.* (*pro subst.*): TAC. ann. 6, 1, 2 *servi a Tiberio ad conquirendos iuvenes praepositi* sua ... ipsi -a velut in captos exercebant. 12, 6, 2 abripi coniuges ad -a Caesarum. 14, 2, 2 *Agrippina* usque ad -a Pallantis provoluta. ITALA Is. 44, 9 (Tert. idol. 4 p. 34, 3) qui faciunt -a sibi, quae illis non proderunt (*gr.* τὰ καταθύμια αὐτῶν, *Vulg.* amantissima eorum). EPIST. pontif. 620 Schwartz p. 54, 20 *animas* contra fidem -is addicendas. 2 *sing.*: GLOSS. II 329, 53 θυμηρές -um. 340, 60 καταθύμιον -um, cordi est. *cf.* libitus.

deriv.: libido, libitus.

compos.: col-, perlibet; qua-, qualis-, quamlibet *et cetera indefinita* (*v. p. 1324, 57*). *cf.* ad-, col-, qualibescit; prolubium. *Keudel.*

eiusdem stirpis (*part. praes.*) ***libēns,** -entis *adi.* *de origine et formatione*: POMP. gramm. V 261, 19 -s ab eo quod est libet me *non debuit formari, sed usurpatur; cf.* PRISC. gramm. II 561, 3. *de scriptura*: lub- (*antiquam esse testatur* PRISC. gramm. II 25, 23) *in titulis*: CIL I^2 10 (= CE 8). 28. 29. 62. 364b (= CE 2). 388. 1531 (= CE 4). 1763. 1827. 1844. 2183 (= CE 331). 2226. 2289 *?*X 8249 (= TAB. devot. Audollent 190), 15. XI 6951 XIII 2246. XIV 4488, 6 (*carmen*). *in codd. antiquissimis: A* PLAVTI (*iuxta* lib-), *A* TER. lyb-: CIL V 6876 (= CE 873; *'pronuntiationi congruens ancipiti' Bücheler*). lib- *in titulis*: CIL I^2 33. 392. 1792 II 363. 4977 III 611. 1260 *et creberrime ut in codd. vel antiquissimis, e. g. A* PLAVTI (*iuxta* lub-), *MPR* VERG. leb-: CIL II 5728. (*ibid.* lev- *ut* GLOSS. V 536, 49). liv-: CIL VI 30890. X 6012. -bes: CIL I^2 1531 (-betes). II 363. 4977 III 7595 (-BHS, *vulgari scriptura*) *et saepe.* *?*-bns: CIL X 8249 (= TAB. devot. Audollent 190), 15. -bs: CIL I^2 62. 388 INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 99. 480. -biens: CIL II 5728 (*iuxta* levens; *'barbare scriptum' editor*). III 611. 3158b. 7493 (-bye). 10202. 10453 (-bies). VI 31001 (-bues). 32596. *abbrev. vel concise*: lub, lib: CIL I^2 1827. 2289 IX 761 X 1560 XI 6951. lbs: CIL II 4442. l: *in titulis inde ab antiquissimis in formula dedicationis q. e.* v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito) *vel sim. saepissime, etiam* l m *tantum, id quod raro perscribitur; sg.* -s *iuxta* solverunt CIL VI 710. *de formis: longe praevalent nom. sg.* -s *et abl. sg.* -e, -i. *gen. pl.* -ium AMM. 17, 8, 2. *abl.* -e *inde a* PLAVTO *iuxta pronomina passim, iuxta nomen* CE 1036, 8 (*s. I, in fine pentam. dactyl.*) -e animo (-i *a. saepe*). -i *inde a* PLAVTO *iuxta nomina. compar.* -tior, *superl.* -tissimus *inde a* PLAVTO. *cf.* -i satis animo PEREGR. Aeth. 20, 7, valde ... -s CONC.S I 5 p. 161, 32. *produci vid. prima syll. hexam. dactyl. ineunte, in carmine quidem quantitates non semel confundente* CE 1977, 7 libenter.

I *i. q. voluptate affectus, laetus, non invitus sim.* (GLOSS. II 250, 43 αὐθαίρετος -s. 323, 34 ἡδόμενος -s). *plus valet quam* aequus CIC. Cluent. 6 Att. 2, 4, 2 LIV. 29, 8, 6. *iuxta* laetus: *p. 885, 56sqq.* *[B.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

volens: PLAVT. Cas. 869 (*?*, solens *trad.*). SEN. epist. 37, 2 AVG. civ. 2, 11 p. 65, 22 D. trin. 1, 3, 5 FAVST. Aug. c. Faust. 10, 1 p. 310, 18. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 6, 460 p. 567, 18 -s aut voluptate. *subi. sunt homines vel animi, mentes sim.*, sol *quasi animans infra l. 54. accedit abl. limit. l. 26 sqq., instrum. l. 53.*

A *praedicative*: 1 *forma* '-s facio *aliquid*': CIL I² 28 dat -s merito (*saepissime, cf. p. 1326, 73*). LIV. ANDR. trag. 9 laudet -s. PLAVT. Amph. 531 non ego te hic -s relinquo. Asin. 615 facio -s (Aul. 420 Bacch. 46 Cas. 607 Poen. 1091. 1093 Trin. 341 TER. Phorm. 565 Ad. 887. 896. *al.*). 645 istud facias . . . :: ego vero et quidem edepol -s (*cf.* TER. Andr. 337 fugin hinc? :: ego vero ac -s [Haut. 763 Eun. 591. *cf. p. 1328, 18*]. *sine copula*: PLAVT. Stich. 373 vidisti? :: -s. Truc. 371 complectere! :: -s). Aul. 496 ausculto -s (Poen. 841 Pseud. 523 Truc. 400). Stich. 288ᵃ Pinacium lascivibundum tam -em (*A*, -ter *P*) currere. Truc. 653 accipio -s (BELL. Afr. 90, 2 SALL. Iug. 104, 3 VERG. Aen. 8, 155). CIC. Verr. II 3, 118 -es an inviti dabant? -es? amabant, credo, Apronium. Mil. 38 gloriam -s agnovisset. CVRIVS Cic. fam. 7, 29, 1 *ut possimus te* -es videre. VERG. Aen. 3, 438 Iunoni cane vota -s. 12, 145. HOR. carm. 3, 4, 29 -s . . . Bosporum temptabo. 3, 9, 24 tecum vivere amem, tecum obeam -s. epist. 1, 14, 44 -s . . . exerceat artem. TIB. 3, 11, 9 cape tura -s. PROP. 1, 2, 28. 2, 24, 27. OV. epist. 20 (21), 242 do . . . -s victas in tua vota manus. met. 9, 244 toto . . . -s mihi pectore grator. 14, 721. LIV. 22, 32, 8 animo ac voluntate eorum, qui -es darent. 27, 8, 5 causam . . . -s reticuissem. 29, 14, 9 traditum . . . -s posteris traderem. PHAEDR. app. 8, 30 corona . . . te dono -s. SEN. Ag. 405 cape dona -s. 806. 933. *al.* *acced. abl. limit.* animo (*cf. infra l. 35*): CIL II 363 INSCR. Eph. epigr. IX (*ad* CIL II) 221 CIL VI 31123. 31152 (*a. 145*). VIII 24152 X 1560 BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 32 p. 131, 23.

2 *forma* '-e *aliquo* fit *aliquid*': a *de ipsis hominibus*: PLAVT. Amph. 848 me -e facies (Curc. 665 Men. 272 Truc. 361. LVCIL. 1059 [-ter *trad.*]. CIC. de orat. 2, 295 rep. 1, 14 Att. 10, 4, 6. *cf.* CIC. fam. 13, 58 te [13, 59]). CIC. leg. agr. 2, 49 -e illo. Brut. 315 ipsis -bus. Att. 1, 14, 3 quae tam -i senatu laudarentur. 4, 2, 5 -issimis omnibus (ad Q. fr. 3, 3, 2). fam. 13, 65, 1 ut -issimis Graecis nutu quod velis consequare.

b *de rebus ad hominem pertinentibus*: animo: PLAVT. Cist. 12. Pseud. 1321 -issimo corde atque a. CIC. Verr. I 25 har. resp. 11 Att. 2, 4, 2. 16, 16, 13 BELL. Afr. 33, 1. CIL VI 31148 (*a. 115*). VIII 7956. ITALA II Macc. 3, 9 (rec. M, *cf.* B) bono -i a. (*gr.* φιλοφρόνως, *recc. LX* bono a., *rec. P et Vulg.* benigne). 14, 43 (recc. BM; *gr.* γενναίως, *rec. L et Vulg.* audenter). CAPITOL. Opil. 8, 3 PEREGR. Aeth. 5, 12. 20, 7, 21, 3 COD. Theod. 7, 24, 1. *al. cf. l. 26 sqq. 63. deficiente voce q. e.* a. (*ni fallimur*): CIL X 477, 20 (*in titulo gemino 476, 20* libenter). *plur.*: CIC. S. Rosc. 101 Cluent. 6 CAES. civ. 1, 15, 1 EPIT. Alex. 86. *aliis*: AMM. 26, 8, 14 se in . . . provincias effundere -i cunctorum adsensione (*cf.* 31, 6, 6 consensione). AVG. in psalm. 70 serm. 1, 2 deo tota et plena et -i voluntate serviendum est (*antea*: libenter serviendo se in corde liberum faciat). VITA Fulg. p. 11 L. impositam peregrinationem -i voluntate suscepit. 3 *forma* '*aliquem* -em facio': PLAVT. Asin. 268 *quaeram amicos meos*, ut ego illos -iores faciam quam Lubentiast. TER. Ad. 756 hilarum ac -em fac te gnati in nuptiis (DON.: bene addidit 'et -em', multi enim hilares simulantes se non -es sunt. GLOSS. V 536, 38 iocundum). 4 *forma* '*aliquis* -s est': PLAVT. Cist. 681 *viri*, qui semper malo muliebri sunt -es. TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 11 *in Scythia est* dies numquam patens, sol numquam -s (*'dicas hanc regionem a sole haud libenter aspici, tam male illic lucet' Rigaltius*; liber, liquens, lucens, ridens *coni. viri minus docti*). ITALA Marc. 14, 38 (cod. k) spiritus quidem -s (*gr.* πρόθυμον, *Vulg.* promptus), caro autem infirmis.

B *attributive* (*nomen subauditur ap.* LIV., PETR. CHRYS.): GRACCH. or. frg. (47 M.) Schol. Cic. Bob. p. 81, 24 haud ⟨scio⟩ an -bus a vobis impetrassem. LIV. 34, 52, 3 senatus extra urbem . . . datus est triumphusque meritus ab -bus decretus. GELL. 19, 9, 1 adulescens . . . ad rem musicam facili ingenio ac -i. TERT. apol. 28, 1 rei divinae faciundae -s animus indicitur (Scap. 2, 2 cum et hostiae ab animo -i expostulentur). ITIN. Alex. 16 Stratona . . . supplicem recipit -i cum venia suum factum. IVL. VAL. 2, 2 p. 68, 11 si praeceptis -em operam commodetis. AMM. 17, 8, 2 frumentum . . . umeris inposuit -ium militum. AVG. nupt. et concup. 1, 30, 33 *si legi dei oboedimus*, non . . . timor est torquens, sed amor -s; ibi sumus veraciter liberi, ubi non delectamur inviti. serm. coll. Morin p. 194, 25 videte -em et dolentem, divitem illum -em et pauperem illum dolentem (*infra*: transiit voluptas, transiit necessitas). AVELL. p. 652, 6 verba . . . -issimis suscipiet auribus. PETR. CHRYS. serm. 31 p. 288ᴬ penes vos (*Pharisaeos*) est de lege, non de voluntate ieiunium; ieiunium non ieiunantem respicit, sed -em; et quis vobis ieiunii fructus est, qui ieiunium ieiunatis invitum?

formas verbales -e(n)t *i. q. cupi(un)t sim. v. p. 1326, 30 sqq.*

II *usu sec.* libet *novato i. q. cum voluptate appetendum, iucundum, quod libet*: PS. AVG. serm. ed. Mai 1, 3 (= 72, 2) *femina est* pernicies delicata, malum -s, sapida iugulatio. CONC.ˢ II 3, 2 p. 118, 21 -ius est nos mori (*gr. II 1, 2 p. 113, 30* αἱρετώτερον).

adv. ***libenter**, *compar.* -ius (*inde a* PLAVTO), *superl.* -issimē (*inde a* RHET. Her.). [*corruptum* PRIAP. 46, 6.] *i. q. cum voluptate, voluptuose* (*cf.* VARRO ling. 7, 89 comiter: hilare ac -r. GLOSS. ἡδέως. *iuxta*: cupide CIC. Q. Rosc. 49, studiose CIC. div. in Caec. 39 Att. 16, 16, 15 fam. 15, 11, 1 Q. CIC. pet. 45, hilare CIC. fam. 16, 10, 2. VARRO *supra. cf.* PS. AVG. vit. christ. praef. vellem . . . et -r optarem): 1 *usu sollemni*: a *varia exempla*: PLAVT. Asin. 562 ubi . . . sciens -r periuraris. Aul. 537 nimium -r edi sermonem tuom. CATO agr. 4 ruri si recte habitaveris, -ius et saepius venies. CIC. Verr. II 5, 54 -r ait se facere . . .; quid, si hoc verbo non esses usus '-r'? nos . . . invitum te quaestum facere putaremus. *et passim.* -r habere *v. vol. VI 3, 2449, 42 sqq., adde*: ITALA Ier. 6, 20 (Somn. Neron. [Journ. Theol. Stud. 16, 1915] 21 PORPH. Hor. carm. 2, 2, 2 PEREGR. Aeth. 19, 5 FAVSTIN. trin. 2, 2 p. 50ᴮ CLAVD. DON. Aen. 6, 690 p. 598, 15 VEG. mil. 1 praef. HIER. tract. in Is. p. 105, 11 epist. 154, 2 RVFIN. Hier. adv. Rufin. 2, 18 AVG. in psalm. 30, 2 serm. 3, 1. *al.* b *notabiliora quaedam*: α *forma* non (haud) -r: PLAVT. Curc. 125 ENN. trag. 290 CIC. S. Rosc. 94. Cluent. 14 discedit . . . ut in tantis iniuriis non invita, ut a viro non -r (Att. 8, 10). Mur. 47 de orat. 2, 305 Att. 6, 1, 2. 13, 49, 1 NEP. Chabr. 3, 2 SEN. dial. 3, 2, 4. *cf.* minus -r CIC. Verr. II 2, 110 Pis. 99. parum -r SEN. epist. 7, 5. β *augetur adverbiis*: satis PLAVT. Pseud. 523ᵇ (*versu suspecto*). bene TER. Eun. 1074. plane CIC. Att. 6, 2, 10. perquam GELL. 16, 1, 1. γ *forma* 'atque (ac, et) -r *sc. illud facio*' (*cf. p. 1327, 11*): PLAVT. Epid. 380 abeamus . . . ad me. :: a. . . . -ius quam abs te sum egressus intus. TER. Eun. 1086 recipimus. :: ac -r. CIC. Phil. 14, 18 ego . . . malis sententiis vinci non possum, bonis forsitan possim et -r. Brut. 211 rep. 2, 64 Tusc. 2, 26 fam. 3, 6, 2 CAES. Cic. Att. 9, 7ᶜ, 1 NEP. Ages. 6, 3. δ *de gradibus*: -r *pro comparativo*: CLEM. ad Cor. 62, 3 haec tanto -r admonuimus, quoniam . . . sciebamus *eqs.* (*gr.* τοσούτῳ ἥδιον). *compar.* -ius *pro positivo*: CASSIOD. hist. 3, 7, 10 (*Socrat. 1, 34* ἀσμένως, *quam vocem etiam 3, 4 exstantem transtulit in* -r 6, 43, 2).

2 *colore voluptatis plus minusve debilitato*: MAXIMIN. hom. (RevBén. 40, 1928 73) 23, 27 (*ad Matth. 15, 27* etiam, domine) prout diceret '-r'. AVG. in euang. Ioh. 62, 4 (*ad 13, 27* quod facis, fac citius) o verbum -ius (*i. q. potius*) parati quam irati! o verbum non tam poenam exprimens . . . quam mercedem significans!

in lusu verb. c. 2. liber: PLAVT. Capt. 119 liberi -ius sumus quam servimus. CLAVD. 11, 29 quinon catenas arripiat -s colloque poscat vincula libero. AVG. *p. 1327, 68.*

deriv.: libentia, Libentina. *cf.* libido.

compos.: perlibens.

libīdinārius, -ī *m.* *a* libido. *i. q. homo libidinosus*: PS. AVG. serm. 195, 4 utrosque (*et puellas impudicas et filios verenda patris detegentes*) ergo -os hac Moyses sententia ferire voluit simulque adulteros perire mandavit (*affertur deut. 22, 21 sq.*).

libīdinitās (lub- *trad.*), -ātis *f.* *a* libido. *fere i. q. libido*: LABER. mim. 81 -e labitur (NON. p. 491, 3 *ad l.*: pro lubidine).

libīdinor, -ātus sum, -ārī. *a* libido. [*e coni. dub.*: PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 173, 1 cupiditas . . . mendicat in usum -andi (*ed. Bissaei*; laborandi, lavandi, livoris *codd.*).]

i. q. libidini indulgere (*sc. in rebus veneriis*): 1 *proprie*: PETRON. 138, 6 Paris, dearum -antium iudex (litigantium, licitantium, lividinantium, vitilitigantium *coni. viri docti*). MART. 7, 67, 13 *tribas* cum -atur, non fellat . . ., sed plane medias vorat puellas. SVET. Nero 28, 2 quotiens lectica cum matre veheretur, -tum inceste ac maculis vestis proditum affirmant. TERT. scorp. 3 p. 151, 15 abeunt -tum ad filias Moab (*Itala num. 25, 1 Lugd.* abiit populus fornicari ad filias M., *gr.* ἐκπορνεῦσαι). ITALA Ier. 5, 8 (Greg. Ilib. in cant. 2, 26 l. 204) equi -antes ad uxores proximi sui hinniebant (*gr.* ἵπποι θηλυμανεῖς, *Iren. 4, 41, 3 = 4, 68, 1 H.* furentes, *Hier. in Zach. 9, 9 p. 1484ᶜ* insanientes, *Vulg.* amatores et emissarii). PORPH. Hor. epod. 12, 11/12 subare proprie sues dicuntur, cum -antur (*cf.* NON. p. 90, 28 catulire: surire vel -ari). ANTH. 149, 11 (*ad causidicum, qui cum equa coierat*) expellas animo nimis . . . mores inlicite -antes. HIL. in psalm. 118 coph 10 p. 528, 11 cum inebriamur, cum -amur. FVLG. aet. mund. p. 165, 21 nec puduit illuc partem turpissimam -ans (-antis *var. l.*) obicere corporis. TRACT. Pelag. p. 126, 18 causa naturae, quae sine intervallo hominem -ari non patitur. IVLIAN. in Iob 24, 21 (Migne suppl. 1, 1638) non poterat animum -antis virtus humanitatis attingere. 2 *poesi vel recitatione impudica*: SCHOL. Pers. ed. Kurz 1, 1 videns Persius multos -ari in scribendo ad hoc tantum, ut favorem populi adquirerent, reprehendendo cum indignatione inchoat (*cf. Pers. 1, 18 sqq.* leges . . . patranti fractus ocello; tunc . . . videas . . . ingentis trepidare Titos, cum carmina lumbum intrant *eqs.*).

libīdinōsē *v.* libidinosus.

***libīdinōsus**, -a, -um. *a* libido. *cf.* VARRO ling. 6, 47 ab lubendo libido, -us. ISID. orig. 10, 160 -us ab eo, quod facit quod libet; -us a Libero, qui puellarum corpore pingitur (c. p. *deest in parte codd. loco corrupto vel manco*). *scrib. in codd.* lub- *hic illic*, libinos- CIC. Verr. II 3, 156 *cod. P.* COD. Theod. 4, 12 (13), 6. NOT. Tir. 42, 88. *legitur inde a* CIC., *ut etiam compar.* -ior, *superl.* -issimus.

1 *i. q. libidinis, voluptatis sim. plenus* (*cf.* LACT. inst. 6, 16, 10 non est . . . morbus . . . libidine commoveri, sed . . . -um esse; . . . qui -us *est*, etiam quod legibus vetatur adfectat. GLOSS. flagitiosus. ἀκόλαστος. ἡδυπαθής. ἀσελγής. *cum gen. rei appetitae* TERT. *p. 1329, 18. 20. 34. m. pro subst. passim*): a *generatim*: α *de hominibus* (*Fortuna* SEN.; *ceterum v. et p. 1329, 25*): CIC. Verr. I 13 hominis avarissimi et -issimi. II 1, 82 non legatum populi Romani, sed tyrannum

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-um crudelemque. 2, 192 hominem flagitiosissimum, -issimum nequissimumque. Sull. 71 semper audax, petulans, -us. p. red. in sen. 13 etiamsi agrestem et inhumanum existimares, tamen -um et perditum non putares. 14 quam -us, quam impurus, quam intemperans. Cael. 13 cum -is luxuriose vivere. 55 ex -a domo. Phil. 2, 115 -i, avari, facinerosi verae laudis gustum non habent. 3, 35 -is, petulantibus, impuris, impudicis. 8, 16 -um, impium, audacem, facinerosum. rep. 2, 68 -o et volutabundo in voluptatibus. Tusc. 4, 57 quis ... potest, in quo libido cupiditasve sit, non -us et cupidus esse *eqs.*? Att. 1, 19, 8 odia ... -ae et delicatae iuventutis. 6, 3, 1 levis, -us, tagax. *et saepius.* Q. Cic. pet. 8 ambo (*Catilina, Antonius*) a pueritia sicarii, ambo -i, ambo egentes. Nep. Alc. 1, 4 luxuriosus, dissolutus, -us, intemperans. reg. 2, 2 *Dionysius tyrannus Siciliae* minime -us, non luxuriosus. Sen. contr. 2, 7, 9. 9, 2, 16. Val. Max. 9, 2 ext. 3 *Mithridates male tractabat amicos* auctore Gauro spadone -us obsequio, scelestus imperio. Sen. dial. 4, 10, 7. 6, 10, 6 *Fortuna* varia et -a mancipiorumque suorum neglegens domina et poenis et muneribus errabit. 7, 19, 2 Qvint. decl. 293 p. 164, 22. Tert. apol. 47, 3 homines gloriae, ut diximus (*46, 7* qui gloriam captant) et eloquentiae solius -i (*cf. nat. 2, 2, 5* accedente libidine gloriae). resurr. 32 p. 71, 12 divinae potius sapientiae religiosus quam suae -us. Arnob. nat. 2, 48 (*seq.* inconstans, invalidus). *al.* *β de rebus ad homines pertinentibus* (*usus excusari videtur l. 31*): Cic. dom. 4 *tu hoc ad hos transferas,* quos ab inconstantia gravitas, a -a s e n t e n t i a certum ... ius religionum ... deterret? (Tusc. 3, 46 -as eius *Epicuri* fuisse sententias). Pis. 66 *hoc viro* nihil scitote esse luxuriosius, nihil -ius *eqs.* 87 liberationes. fin. 5, 62 adulescentiam (Cato 29). Ps. Cic. exil. 21 omnia perpeti, quae volet furor -us. Colvm. 10 praef. 2 cum ... nostra aetas dapibus -a (-e *A*) pretia constituerit. Petron. 113, 3 expilatum ... -a migratione navigium (*ad b?*). Qvint. inst. 5, 12, 20 libidinem iuvet ... effeminati sexus mendacium ..., quapropter eloquentiam, licet hanc (ut sentio enim, dicam) -am resupina voluptate auditoria probent, nullam esse. Apvl. Plat. 1, 18 furorem ... -a v i t a solere evenire (2, 3). Tert. virg. vel. 13, 5 ut hominum gratia fiat, utique primo illicitum, ut gloriae -um; gloria enim illicitum est eis *eqs.* Arnob. nat. 4, 18 -am ... fictionem *theologorum.* Avg. spir. et litt. 4, 6 non ad luminosae caritatis fructum, sed ad -ae cupiditatis adfectum. nupt. et concup. 1, 15, 17 -a crudelitas vel libido crudelis. 2, 14, 29 voluptatis (Chromat. in Matth. 4, 2 Pomer. 3, 19, 1). Val. Cem. hom. 6, 5 -ae vocis incitamenta. Salon. in eccles. p. 1003^{C} verba -a (*ad 5, 5* ne dederis os tuum *eqs.*). Max. Tavr. serm. 50 a, 4 M. (*ad psalm. 62, 3*) *ieiunantis corpus est terra* inaquosa -is illecebris. *n. pro subst.* Pallad. hist. mon. I 35 p. 321^{C} ad turpia ac -a transferri (*gr. p. 138, 1 B.* περιρραγῆναι ἀκολασίᾳ).

b *speciatim in rebus veneriis* (Gloss. ἐρωτικός. fornicator. *quaedam exempla supra allata velut p. 1328, 84 huc referri posse non negaverimus*): *α de ipsis hominibus, animalibus, partibus corporis*: Cic. Verr. II 3, 77 ad arbitrium -issimae m u l i e r i s (Cael. 70 ad m. -ae [libidines et *var. l.*] delicias. Petron. 113, 7. Cod. Theod. 4, 12 [13], 6 si apud -am mulierem plus valuit cupiditas quam libertas). Cael. 38 si vidua *Clodia* libere ... -a meretricio more viveret. Scaur. 8 matrem. Hor. epod. 10, 23 -us immolabitur caper (*de animali ut*: Firm. err. 9, 2 *et* 3 *de porcis.* Evstath. Basil. hex. 8, 3, 10 -a *est* columba domesticaque gallina [*gr.* λάγνοι]). Priap. 52, 3 stator hic -us. 63, 14 impudentiae signum, -o tenta pyramis nervo (*de parte corp. ut*: Mart. 12, 95, 6 manibus [Ps. Qvint. decl. 3, 9]. Min. Fel. 28, 10 ore). Sen. contr. 1, 2, 10 -orum turba ... concurrit ad meretricem novam. Val. Max. 6, 1, 11 -i centurionis supplicium (*qui iuvenem stupraverat*). Sen. dial. 2, 6, 7 perdiderunt ... -i amores suos et ... scorta. epist. 83, 20 -us ne cubiculum quidem exspectat. 88, 37 -ior Anacreon an ebriosior vixerit *quaerebat Didymus.* Petron. 94, 5. 129, 4 Circe Polyaeno salutem; si -a essem, quererer decepta. Plin. nat. 11, 229 hoc exemplo (*sc. leporum pilis large ornatorum*) -iores hominum quoque hirtos colligens. 11, 231 -is congeniti *pili* maturius defluunt. Mart. 4, 55, 6. Qvint. inst. 4, 2, 52 si personas convenientes eis, quae facta credi volemus, constituerimus, ut furti reum cupidum, adulterii -um. 6, 3, 64 (*exemplum sententiae praeter opinionem prolatae*) -ior es quam ullus spado. *al.*
β de variis rebus ad homines pertinentibus: Cic. Tusc. 4, 71 horum omnium (*Alcaei, Anacreontis al.*) -os esse a m o r e s videmus (Salon. in prov. p. 985^{C} [*27, 5* amor absconditus] amorem ... illicitum, id est -um). Val. Max. 4, 3 ext. 1 (*Pericles ad Sophoclem*) oculos a -o aspectu continentes esse debere. 8, 2, 2 trecenta milia nummum ab Otacilia ..., cum qua commercium libidinis habuerat, expensa fieri sibi passus est ..., -am liberalitatem debiti nomine colorando. 8, 11 ext. 4 *statuam Praxitelis* a -o cuiusdam complexu parum tutam. 9, 2 ext. 5 -ae amentiae taeterrimum exemplum. Petron. 26, 4 *Quartilla* lusum ... puerilem -a speculabatur diligentia. Mart. 12, 43, 1 *versus.* Tac. ann. 6, 4, 4 -is vigiliis marcidus. Lampr. Heliog. 19, 3 *vasa* schematibus -issimis inquinata. Vopisc. quatt. tyr. 12, 8 rem ... satis -am (*sc. se decem una nocte virgines inisse*). Arnob. nat. 4, 22 voluptatibus. 4, 26 furta *Iovis.* Potam. epist. ad Athan. (RevBén. 30, 1913 p. 280, 16) commercia. Prvd. perist. 10, 229 *Venus Adonin* -o plangit adfectu palam. Sidon. carm. 23. 158 carmina per -a notum *Ovidium.* Caes. Arel. serm. 41, 5 p. 175, 24 (*ad Matth. 5, 28*) dum aliquis mulierem animo -o considerat.

2 *i. q. libidinem, sc. in rebus veneriis, efficiens*: Priap. 47, 6 -is incitatus erucis (*cf. Plin. nat. 19, 154* concitatrix ... veneris).

3 *pro gen. obi.* libidinis: Decl. in Catil. 71 L. Sulpicium ... propter exiguam notam -ae suspicionis censores removendum e senatu ... putaverunt.

adv. **libīdinōsē**, *compar.* -ius (Tert.). *i. q. modo libidinoso, incontinenter, arbitrarie sim.*: 1 *generatim* (*cf.* Synon. Cic. p. 430, 25 inique ... vafre. -e. inaequaliter): Cic. div. in Caec. 38 quae ille -e, quae nefarie ... f e c e r i t (Verr. I 56 off. 1, 14. 3, 38). Verr. II 4, 84 *simulacrum sustulisti* quam audacter, quam -e, quam impudenter! rep. 2, 63 -e omni imperio ... praefuerunt *decemviri.* Sall. Catil. 51, 30 bonos et malos -e interficere. Liv. 3, 36, 7 in humiliores -e crudeliterque consulebatur *a decemviris.* Tert. monog. 16, 8 *illi nimio puerperio indulgentes* parent antichristo *ea,* in quae -ius saeviat. Iren. 1, 23, 4 (1, 16, 3 H.) horum *Simonianorum* mystici sacerdotes -e ... vivunt. Vopisc. quatt. tyr. 13, 1 cum etiam post honores militares [cum] se improbe, -e, tamen fortiter gereret (regeret *trad.*). Arnob. nat. 5, 4 (*prodigia capite quodam expiari posse*) -e hominis inhiatum est cruori. *v. etiam var. lect. p. 1329, 28.* 2 *speciatim in rebus veneriis*: Tert. idol. 2 p. 32, 1 adulterium etiam in concupiscentia designat (*Matth. 5, 28*), si oculum quis impegerit -e et animam commoverit impudice. Mar. Victorin. in Eph. 4, 19 p. 1278^{B} -e vivunt *gentes* et cum impudicitia exercentes ... voluptatem. Avg. civ. 1, 19 p. 31, 15 D. huius *Lucretiae* corpore cum ... Tarquinii regis filius -e potitus esset. doctr. christ. 3, 48 quidquid illorum temporum sancti *plurium uxorum mariti* non -e faciebant, quamvis ea facerent, quae hoc tempore nisi per libidinem fieri non possunt (*in eadem fere re* 3, 73 *opp.* officiose). serm. 51, 6, 9 quia -e diligeret *maritus uxorem.* Nicet. virg. laps. 41 -e corpora sua tractaverunt.

libidisco *v.* livedesco. *B.*

***libīdo**, -inis *f.* [*a* libet, *cf.* cupīdo *a* cupio. *Sch.*] *a* libendo *derivatur* Varro ling. 6, 47 frg. Non. p. 64, 15. *et saepe.* *de scriptura: in titulo* lib- (CIL V 5737, 13 = CE 701, 9 *a. 524. v. etiam l. 40*), *in codd. antiquissimis tam* lub- (*e. g. A* Plavti *ubique*) *quam* lib- (*e. g. A* Terentii *ubique praeter* Haut. 201, *V* Liv. 42, 23, 7); *cf.* Vel. gramm. VII 50, 3 libido an lubido? ... concedamus talia nomina per u scribere ⟨iis⟩, qui antiquorum voluntates sequuntur, ne tamen sic enuntient, quo modo scribunt. Cassiod. gramm. VII 150, 15 (*ex Cornuto*) in antiquiorum multo libris, quam Gaius Caesar est, per u pleraque scripta invenio: ... lubido (legundum *var. l.*) ...; melius tamen est et ad enuntiandum et ad scribendum i litteram pro u ponere, in quod iam consuetudo inclinavit. liv- *in titulo* Edict. imp. Diocl. I 20, *in codd. saepe* (*cf.* Prob. app. gramm. IV 201, 4 *de discrimine* inter -em et lividinem). *de formis*: -ei *dat. sing.* Sall. (?) rep. 1, 5, 5. -is *acc. pl.* Cic. Verr. II 3, 60 (*sec.* Non. p. 244, 20). Catvll. 45, 24. *secundam syllabam productam testantur* Prisc. gramm. II 122, 13 Gramm. suppl. 68, 33. 111, 6 (*sed* -o *pro dactylo* Comm. instr. 2, 18 [22], 3). Not. Tir. 42, 87. 88^{a}. *legitur inde a* Plavto (*deest ap.* Enn., Caes. [*et in corpore Caesariano*], Verg., Lvcan., Val. Fl., Stat.), *plur. inde a* L. Crass. or. frg. (45 M.) Cic. de orat. 2, 226 Varro Men. 309 Rhet. Her. 3, 3, 5 Cic. inv. 1, 32.

i. q. impetus appetens id quod libet (*hic illic significatur voluptas, quae -e explenda percipitur, nec non actio libidinosa, imprimis p. 1333, 67 sqq.; cf.* Prob. app. gramm. IV 201, 4 -em cupiditatem animi [Isid. diff. 1, 331]. Non. p. 453, 16 -em et adpetitum vel aemulationem etiam honestae rei possumus dicere, ut sit -o omne quod libuerit [*cf.* Gloss. V 308, 24 -o et bona est et mala]. *ponitur pro persona p. 1332, 38. 1333, 1; ceterum* Drac. Romul. 10, 570 *iuxta* Furor, Nefas, Impietas, Furiae, Luctus *sim.*): I *absolute*: A *respicitur impetus merus*: 1 *agit in animo*: Plavt. Mil. 1360 eheu, quom venit mi in mentem, ut mores mutandi sient ...:: fac sis frugi. :: iam non possum, amisi omnem -em. Poen. 145 sine te verberem ...:: si tibi -o est aut voluptati, sino. Ter. Haut. 201 fortasse aliquantum iniquior erat *pater* praeter eius *filii* -em. Phorm. 716 matura, dum -o eadem haec manet (Don : bene -em posuit pro voluntate hominis incerti ac levis). Hec. 245 scio ... meum ius esse, ut te cogam quae ego imperem facere, ego tamen patrio animo victus faciam, ut tibi concedam, neque tuae -i adversabor (Don.: -o est quaelibet voluntas temere suscepta). 534 adversum animi tui (*i. matris*) -em ... cum illo nupta *filia* (*cf. 538 sq.* negabas nuptam posse filiam tuam te pati cum eo *eqs.*). Cic. inv. 2, 132 ex suo ... consilio et ex ea ratione, quae in mentem aut in -em venerit, non ex communi praecepto civitatis. Quinct. 14 rationem reddere earum rerum, quas -e, non ratione gesserat. rep. 1, 63 noster populus in pace ... imperat et ipsis magistratibus ... in bello sic paret ut regi; valet enim salus plus quam -o (*antea*: in pace ... licet ... lascivire). Pvblil. L 9 -o, non iudicium est, quod levitas sapit. Lvcr. 4, 779 quaeritur ... quare, quod cuique -o venerit, extemplo mens cogitet eius id ipsum. Varro ling. 10, 56 in demonstrando quoniam potius proficisci oportet ... ab n a t u r a rerum quam ab -e hominum *eqs.* (*item in doctrina analogiae* [*syn.* voluntas *10, 51*]: 10, 60 homines imperiti ... vocabula rebus imponunt, quocumque eos -o invitavit, natura incorrupta ... est *eqs.* 10, 61 a natura -o humana corrigetur, non a -e natura). Sall. Iug. 86, 2 milites scribere non more maiorum neque ex classibus, sed uti cuiusque *militis* -o erat. Hor. sat. 1, 6, 111 quacumque -o est incedo solus *eqs.* 2, 6, 67 prout cuique -o est, siccat ... calices conviva solutus legibus insanis *eqs.* Porph. Hor. epist. 1, 18, 69 ('percontatorem fugito') eadem ... -e prodit et audita, ⟨qua⟩ (audit. et *codd.*), quae audire desiderat,

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perscrutatur. ITIN. Alex. 33 Besum ... Oxum flumen navibus superavisse, quas omnes incenderit, ne par sequentis sit -o. ARNOB. nat. 3, 34 non indocti ... viri neque quod induxerit -o garrientes *eqs.* PRVD. ham. 776 liber utrique (*sc. Loth uxorique eius*) animus, sed dispar utrique voluntas; dividit huc illuc rapiens sua quemque -o. AVG. civ. 4, 5 p. 152, 12 D. usi voluptatibus quibus voluerunt, quod suggessit -o fecerunt.

-o *fortunae* (*cf. p. 1336, 82*): SALL. Catil. 51, 25 quis reprehendet quod in parricidas rei publicae decretum erit? tempus, dies, fortuna, cuius -o gentibus moderatur. 2 *agit in corpore* (*cf. p. 1336, 50. 60*): CATO agr. 156, 4 (*156, 2* alvum si voles deicere superiorem *eqs.*) bibat sucum deambuletque ...; ubi -o veniet, nausia apprehendet, decumbat purgetque sese. SCRIB. LARG. 112 ('ad coeliacos et torminosos') hic *pastillus* etiam incitata -e ipsius morbi ... per clysterem immittitur (*seq.* qui graviter adflicti sunt). MART. 14, 23, 2 si tibi morosa prurigine verminat auris, arma damus tantis apta -bus (*cf.* SER. SAMM. 86 pruritus ... *levant* cocleae ... minutae, quarum contactu perimetur acerba -o).

B *respicitur impetus c. aliis affectibus, imprimis c. perturbationibus animi (saepe ad corpus spectantibus) vel vitiis connexus* (*ipsa -o passim hominis vice inducitur quasi agens*): 1 *definitiones et partitiones notabiliores*: CIC. inv. 1, 32 genus est omnium ... -um cupiditas, eius autem generis sine dubio pars est avaritia. fin. 3, 35 omnes ... eae *animi perturbationes* sunt genere quattuor, partibus plures, aegritudo, formido, -o, quamque Stoici ... ἡδονήν appellant, ego malo laetitiam appellare (*eadem partitione* Tusc. 3, 24 sq. 4, 11. 14. *cf. e. g. Zeno, Stoic. vet. frg. I 211* λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, ἡδονήν). Tusc. 3, 24 (*non eodem ordine verborum in omnibus codd.*) *perturbationes* duae sunt ex opinione boni, quarum ... altera, quae est inmoderata adpetitio opinati magni boni rationi non obtemperans, vel cupiditas recte vel -o dici potest (*sim.* 4, 11. 12. 14. *cf.* 4, 34 iidem *motus animi* inflammant adpetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum -em dicimus). 4, 12 voluntas est, quae quid cum ratione desiderat; quae autem a ratione aversa incitata est vehementius, ea -o est vel cupiditas effrenata, quae in omnibus stultis invenitur. 4, 16 subiecta sunt ... -i ira, excandescentia, odium, inimicitia, discordia, indigentia, desiderium et cetera eius modi (*quae partes -is explicantur* 4, 21 ut ira sit -o poeniendi eius, qui videatur laesisse iniuria *eqs. sim.* AVG. civ. 14, 15 p. 37, 30 D. sqq. ISID. diff. 1, 331. *cf. l. 20*). 4, 44 *Peripatetici non* solum hanc -em *i. iram* laudant ..., sed ipsum illud genus vel -is vel cupiditatis ad summam utilitatem esse dicunt a natura datum: nihil enim quemquam, nisi quod lubeat, praeclare facere posse (*quae doctrina refutatur* 4, 55. 57. *cf.* Ps. AVG. hypomn. 4, 1, 1 *Pelagiani* aiunt -em in homine naturale esse bonum, nec in ea esse quod pudeat; respondemus: -o ... *est* per peccatum primorum hominum accidens malum atque pudendum). AVG. civ. 14, 15 p. 37, 22 D. voluptatem ... praecedit appetitus quidam, qui sentitur in carne quasi cupiditas eius, sicut fames et sitis et ea, quae in genitalibus usitatius -o nominatur, cum hoc sit generale vocabulum omnis cupiditatis (*item coartari dicitur notio* 14, 16 p. 38, 10 D. ISID. diff. 1, 331. *cf. l. 52*). c. Iulian. 6, 18, 53 dixerunt eam *i. -em* quidam philosophi partem animi esse vitiosam; ... sed ego ipsum vitium ... -em dico (*cf.* OP. imperf. in Matth. 15 p. 718 sapientes omne peccatum -em vocant, quia omne peccatum cum delectatione committimus. ideo et circumcidebatur -is membrum *eqs.*). Ps. AVG. hypomn. 4, 2, 2 quaerendum est ..., cur hoc malum ... -o dicatur: sine dubio a libendo, id est a libitu per derivationem -o est nuncupata; sed ais mihi: ergo omne quod libet -o est? respondeo: non omne quod libet -o est, sed omne quod male libet -o est; in bono enim libitu -o dici non potest, sed voluntas; ... in malo vero libitu non voluntas est, sed voluptas.

2 *exempla varia selecta*: a *in universum* (*maxime c. respectu voluptatum, oblectationum quarumlibet. cf.* GLOSS. II 323, 35 ἡδονή. 323, 40 = III 143, 61 ἡδυπάθεια): TER. Andr. 78 ita ut ingeniumst omnium hominum ab labore proclive ad -em, accepit condicionem, dein quaestum *meretricis* occipit (*14* primo ... pudice vitam, parce ac duriter agebat). Haut. 216 *patres filios* ex sua -e moderantur, nunc quae est, non quae olim fuit. L. CRASS. or. frg. (45 M.) Cic. de orat. 2, 226 -es totum *patrimonium* dissipaverunt (*cf.* CIC. Pis. 48 cum partim [partem *var. l.*] eius praedae [praedam *var. l.*] profundae -es devorassent, partim ... luxuries. 67 *nihil* praeter -es sumptuosum. Rab. Post. 45 nihil profudisti, nihil ullam in -em contulisti? off. 1, 92 nec -i potius luxuriaeque quam liberalitati ... pareat *res familiaris*. SALL. Catil. 28, 4 -o atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerat. HOR. epist. 2, 1, 107 minori dicere, per quae crescere res posset, minui damnosa -o. *sim. al.*). CIC. inv. 2, 164 temperantia est rationis in -em atque in alios non rectos impetus animi ... dominatio. Verr. II 2, 55 *Epicrates* cum de Heraclio *fortunis spoliato* cogitaret et istius *Verris* -em nosset (*spectat ad avaritiam ut*: 2, 97 iste qui prae cupiditate neque offici sui ... rationem habuisset umquam, neque ... *patris* voluntatem anteponendam putavit -i suae. SALL. Iug. 15, 5 postquam videt regis largitionem ..., animum a consueta -e continuit [*antea*: avidus ... divitiarum]. *al. cf. supra l. 21*). Cluent. 36 fuit Avillius ... perdita nequitia ..., arte quadam praeditus ad -es adulescentulorum excitandas accommodata (*item respicitur iuvenum lascivia sim.*: dom. 126 adulescentiae [*cf.* iuventutis: Att. 1, 16, 1 DECL. in Catil. 29]. part. 34 adulescentiam procliviorem esse ad -em [*cf.* Cato 36 ut petulantia, ut -o magis est adulescentium quam senum]. off. 1, 122 *adulescentia* a -bus arcenda est exercendaque in labore. phil. frg. V 74 iuvenilem. SALL. [?] rep. 1, 5, 5 is incessit mos, ut homines adulescentuli ... nihil -ei ... denegare pulcherrimum putent. *al.*). Sull. 25 ita vivere, ut ... ne cupiditati quidem ulli servias, contemnere omnes -es, non auri, non argenti, non ceterarum rerum indigere. p. red. in sen. 15 his *Graeculis* utitur quasi praefectis -um suarum; hi voluptates omnes vestigant ..., hi sunt conditores ... convivii sententiamque dicunt et iudicant, quantum cuique -i tribuendum esse videatur *eqs.* Cael. 12 erant apud illum *Catilinam* inlecebrae -um multae, erant etiam industriae quidam stimuli ac laboris; flagrabant vitia -is apud illum, vigebant etiam studia rei militaris (LIV. 34, 4, 3 in Graeciam Asiamque transcendimus omnibus -um illecebris repletas et regias etiam adtrectamus gazas). Pis. 70 ut omnes hominis -es, omnia stupra, omnia cenarum conviviorumque genera, adulteria denique eius ... versibus expresserit. rep. 6, 1 graves ... dominae cogitationum -es *eqs.* 6, 29 impulsu ... -um voluptatibus oboedientium. PVBLIL. L 10 -o cunctos ... domat. SALL. Catil. 51, 2 haud facile animus verum providet, ubi illa *sc. odium, amicitia, ira, misericordia* officiunt, neque quisquam omnium -i simul et usui paruit; (3) ubi intenderis ingenium, valet, si -o possidet, ea dominatur, animus nihil valet; (4) magna mihi copia est memorandi ..., quae ... populi ira aut misericordia impulsi male consuluerint; sed ea malo dicere, quae maiores nostri contra -em animi sui recte ... fecere. Iug. 89, 8 cibus illis advorsus famem atque sitim, non -i neque luxuriae erat (*item spectat imprimis ad cibum e. g.*: TAC. hist. 2, 95, 2 prodigis epulis et sumptu ganeaque satiare inexplebiles Vitellii -es. FIRM. math. 8, 20, 4 erunt ... edaces gulae ventrisque -bus servientes). SEN. epist. 90, 19 *luxuria* animum corpori addixit et illius deservire -i iussit ...; itaque hinc textorum, hinc fabrorum officinae sunt, hinc odores coquentium, hinc molles corporis motus docentium mollesque cantus et infractos. TERT. adv. Marc. 1, 27 p. 329, 2 quid non in omnem -em ebullis *eqs.*? ... quid non frequentas ... voluptates circi furentis et caveae saevientis et scaenae lascivientis? (*cf.* CYPR. ad Donat. 7 paratur gladiatorius ludus, ut -em crudelium luminum sanguis oblectet). *et passim.*

b *spectat potius ad amorem, sexus concitationem* (*cf.* GLOSS.^{L} V Aa L 419 -o amor, desiderium. GLOSS. V 536, 48 -o amoris voluntas. 536, 51 -o amandi voluntas. *v. etiam p. 1331, 46 sqq.*): α *servata vi originaria* (*sc. de impetu, affectu sim.*): Ⓘ *hominum* (*deorum*): Ⓐ *in neutram partem* (*deae specie induitur*: DRAC. Romul. 6, 61 iusta -o ..., moderata Voluptas [*inter comites Amoris ut*: 10, 264 blanda]): TER. Andr. 308 quanto satiust te id dare operam, qui istum amorem ex animo amoveas [tuo], quam id loqui, quo magis -o frustra incendatur tua. 557 dum ... eius *amantis* -o occlusast contumeliis. Haut. 573 multa fert -o, ea facere prohibet tua praesentia. NOVIVS Atell. 106 huic puellae praecoquis -o inest. RHET. Her. 2, 2, 3 cupiditatem aut amoris aut eiusmodi -is ... explere (*cf.* CIC. Cael. 49 cum hac *Clodia* siqui adulescens forte fuerit, utrum hic tibi ... adulter an amator, expugnare pudicitiam an explere -em voluisse videatur?). CIC. Sest. 110 non -is causa, sed ut plebicola videretur, libertinam duxit uxorem. Scaur. 6 constat ... illam cum deformitate summa fuisse, tum etiam senectute; quare quae potest ... ulla -is aut amoris esse suspicio? CATVLL. 64, 147 simul ac cupidae mentis satiata -o est. LVCR. 4, 1046 inritata tument loca semine fitque voluntas eicere id, quo se contendit dira -o (*cf.* HOR. sat. 1, 2, 33 simul ac venas inflavit taetra -o, huc *i. ad fornicem* iuvenes aequum est descendere. PRIAP. 33, 3 Naidas antiqui ... habuere Priapi et quo tenta dei vena subiret erat; nunc ... adeo mea plena -o est *eqs.* 83, 42 rigente nervus excubet -e ... inguina arrigat tumor. OV. am. 2, 15, 25 [*loq. anulus*] te nuda mea membra -e surgent). 5, 964 conciliabat ... vel mutua quamque cupido vel violenta viri vis atque impensa -o. HOR. carm. 1, 25, 13 cum tibi flagrans amor et -o, quae solet matres furiare equorum, saeviet circa iecur (*item comparatur c. animalium -e*: OV. ars 1, 281 in pratis admugit femina tauro ...: parcior in nobis *hominibus* nec tam furiosa -o. ARNOB. nat. 3, 10 inmundorum quadrupedum ritu in -um furias gestire *deos*. HIER. epist. 64, 21, 4 in morem brutorum animalium -i expositi sunt. hom. Orig. in Luc. 8 p. 49, 18 *personam induimus* hirci, quando ad -em proniores *sumus*. *al.*). OV. fast. 1, 413 te ..., inextinctae Silene -is, urunt *Naides*. SEN. dial. 9, 9, 2 cibus famem domet ..., -o qua necesse est fluat. 11 (12), 13, 3 -em non voluptatis causa homini datam, sed propagandi generis (*cf.* ARNOB. nat. 7, 35 substituendis per -em prolibus *hominum animaliumque*. LACT. inst. 6, 19, 6 -o ad subolem propagandam *nobis data est*. epit. 57 [62], 3 -o extra legitimum torum non evagetur, sed creandis liberis serviat. HIER. epist. 54, 9, 2 -o insita a deo ob liberorum creationem, si fines suos egressa fuerit, redundat in vitium. *al.*). PLIN. nat. 20, 68 semine *lactucae* trito ex vino poto et -um imaginationes in somno compesci (*item de medicamentis sim. -em frenantibus vel excitantibus*: 22, 78 nisi -is causa expetenda *buprestis eqs.* 24, 58 folia *salicis* contrita et pota intemperantiam -is coercent. 26, 95 *orchis herba* ut ... ex aqua pota excitet -em. *al.*). TERT. ieiun. 1 p. 274, 15 spiritalem disciplinam ... gulae frenos imbuentem ... quemadmodum et -i per unicas nuptias. *al.* Ⓑ *in malam partem, pertinet ad impudicitiam, stuprum sim.* (*cf.* TERT. nat. 1, 16, 7 si qua gens concubitu ... ac sexus necessitate, ne dixerim -e et luxuria, caret. anim. 27, 4 concubitum -o, non condicio foedavit; excessus, non status est impudicus *eqs.* adv. Marc. 5, 15 p. 627, 23. *al.* GLOSS. III 454, 43 = 489, 55 ἀσέλγεια. *mu-*

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lieris specie induitur: HERM. vulg. sim. 9, 15 [= Pal. sim. 9, 15, 3. *gr.* ἀσέλγεια]. PRVD. psych. 42 Sodomita -o [*opp.* virgo Pudicitia]. 87 lutulenta [*inde* ALC. AVIT. carm. 6, 374 foeda]. 98 interfectae. *quaedam continent etiam respectum licentiae, e. g. l. 5 sqq.*): RHET. Her. 4, 8, 12 matribus familiis et ingenuis sub hostilem -em subiectis (*cf.* CIC. Verr. I 14 in stupris ... nefarias -es commemorare pudore deterreor [*postea*: liberos coniugesque ... integras ab istius petulantia conservare]. II 1, 62 [*ironice*] -es eius ratione aliqua ... continebantur; quam multis istum ingenuis, quam multis matribus familias ... vim attulisse existimatis? 1, 68 ut pudicitiam liberorum servare ab eorum -e tutam non liceret. Mil. 76 a liberis ... et a coniugibus vestris numquam ille effrenatas suas -es cohibuisset. LIV. 3, 45, 8 in liberos ... nostros coniugesque regnum vestrae -i datum. *sim. al.*). 4, 16, 23 nulla facilius ad id maleficium causa quam turpis amor et intemperans -o commovere potuit. CIC. Verr. II 2, 134 in mulierum corruptelis et in omni eius modi luxuria atque nequitia ... Timonidem ... ad istius flagitiosas -es ... natum atque aptum. 5, 32 cicatrices ... ex mulierum morsu, vestigia -is atque nequitiae. 5, 82 *uxorem* vir amabat, verum tamen huius *Verris* -i adversari non poterat ...; quis enim umquam istius -i obstitit? Cluent. 12 *mulieris* importunae nefaria -o (Cael. 47. *cf.* Cluent. 12 *Sassia* ita flagrare coepit amentia, sic inflammata ferri -e *eqs.* SALL. Catil. 25, 3 -o [-e *var. l.*] sic accensa, ut saepius peteret viros quam peteretur *Sempronia*. HOR. epod. 5, 41 masculae -is ... Foliam. *sim. saepe*). prov. 24 qui *Clodius* turpissima -e incensus duas res sanctissimas, religionem et pudicitiam, uno scelere violasset. har. resp. 42 primam ... aetatulam suam ad scurrarum locupletium -es detulit *Clodius* (*item respiciuntur cinaedi*: Planc. 30 ductum esse ab eo in provinciam aliquem -is causa. Phil. 2, 45 puer emptus -is causa. 13, 17 eius pueritia pertulerat -es eorum *eqs.* PHAEDR. 4, 15 [16], 14 -o pravo fruitur gaudio. SEN. frg. 34 in regiae -is voluptatem castrati sunt quidam. *sim. al.*). nat. deor. 1, 42 *poetae* -e furentes induxerunt deos feceruntque, ut eorum ... videremus ... effusas in omni intemperantia -es *eqs.* HOR. carm. 4, 12, 8 barbaras regum est ulta -es *Procne*. LIV. 1, 59, 8 de vi ac -e Sex. Tarquinii, de stupro infando Lucretiae. 3, 44, 1 aliud ... nefas ab -e ortum haud minus foedo eventu, quam quod per stuprum caedemque Lucretiae ... Tarquinios expulerat. SEN. epist. 99, 13 aspice illos, qui suam alienamque -em exercent mutuo impudici. PLIN. nat. 14, 140 quae vasa adulteriis caelata, tamquam per se parum doceat -es temulentia! ita vina ex -e hauriuntur. TERT. anim. 34, 2 de loco -is publicae (cult. fem. 2, 12, l. 5 mart. 2, 7 spect. 17 p. 19, 2 uxor. 2, 6 l. 5. *al.*). IREN. 4, 31 (48 H.), 1 sine carnis -e *concubuisse* ([*gr.* σαρκὸς ἡδονῆς]. Ps. HIL. hymn. 1, 26 mentis castitas c. vincat -es. RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 62, 18 AVG. civ. 1, 25 p. 40, 16 D. 14, 2 p. 6, 11. *al. cf.* 1, 25 p. 40, 11 -i subditum corpus. 13, 24 p. 599, 15 -o membrorum inoboedientium. *sim. al.*). *et saepius.*

(II) *animalium* (Centauri Ov.; *v. etiam p. 1332, 59 sqq. 69*): HOR. epod. 16, 30 quando ... nova ... monstra iunxerit -e mirus amor, iuvet ut tigres subsidere cervis *eqs.* Ov. met. 12, 221 quam vino pectus *Euryti* tam virgine visa ardet et ebrietas geminata -e regnat. PAVL. FEST. p. 101 hirquitalli ... a -e ... hircorum dicti. FEST. p. 310 sues ... ardentissimae -is. COLVM. 6, 24, 4 *vacca* quamvis plena fetu non expletur -e. 6, 27, 3 armentum ... -is exstimulatur furiis. 6, 27, 10 detrita scilla naturalia eius *equae* linuntur, quae res accendit -em (PLIN. nat. 8, 164 equarum -o exstinguitur iuba tonsa [*Aristot. hist. anim. p. 572 b 8* ἀποπαύονται τῆς ὁρμῆς]. PORPH. Hor. carm. 1, 25, 11). 6, 37, 1 admissarii furentis in -em (*cf.* 6, 37, 2 clementioris -is *admissarius*). 7, 6, 3 inmodicus -is ... matrem stupro supervenit *caper*. 8, 2, 3 *capi* castrati -is abolendae causa. 8, 2, 14 rixosae -is marem *pumilionem*; nam ... non patitur inire feminas, cum ipse pluribus sufficere non queat. 8, 11, 6 concitantibus -em cibis utriusque sexus *pavonum* accendenda venus est. PLIN. nat. 8, 108 *hyaenae* timent -is aemulos (*cf. ibid. hyaenae feminae* gaudent ... copia -is). 8, 112 *cervi* mares relicti *a feminis* rabie -is saeviunt (*de eisdem* 8, 113). *al.*

(III) *rerum*: PLIN. nat. 13, 29 incerta ... -e etiam mitioribus se miscent *palmae silvestres*. 17, 134 neque ... animalium tantum est ad coitus aviditas, sed multo maior est terrae ac satorum omnium -o *eqs.*

β transfertur ad: (I) *voluptates vel actiones libidinosas*: CATVLL. 45, 24 uno in Septimio fidelis Acme facit delicias -esque (SEN. epist. 77, 6 cogita, quamdiu iam idem facias: cibus, somnus, -o; per hunc circulum curritur. ITALA II Cor. 12, 21 [Cypr. epist. 15, 26] non egerunt paenitentiam de inmunditiis, quas fecerunt, et fornicationibus et -bus [*gr.* ἀσελγείᾳ, *Vulg.* impudicitia]). Ov. met. 9, 483 pro Venus ..., gaudia quanta tuli! quam me manifesta -o contigit! COLVM. 1 praef. 16 noctes ... -bus et ebrietatibus, dies ludo vel somno consumimus. PLIN. nat. 22, 86 *limoniam* venerem stimulare in vino ...; florente ea ... mulieres -is avidissimas virosque in coitum pigerrimos (*Hesiod. op. 586* μαχλόταται ... γυναῖκες). SVET. Tib. 11, 4 uxorem ob -es atque adulteria damnatam. Cal. 41, 1 misit circum fora ... nomenculatores ad invitandos ad -em iuvenes. FLOR. epit. 4, 11, 2 pretium -um Romanum imperium petit *Cleopatra ab Antonio* (*cf.* TERT. cult. fem. 1, 2 l. 20 mercedes pro -e *feminis datae gemmae sim.* LAMPR. Heliog. 32, 9 cum ... meretricibus sine effectu -is aureos donaret). APVL. met. 7, 21, 2 illicitas atque incognitas temptas -es (*sc. Lucius asinus erga feminam humani generis*). 10, 4, 5 promissae -is flagitat vadimonium. TERT. cult. fem. 1, 2 l. 30 post -um vaporata momenta. ITALA Rom. 13, 13 (Tert. ieiun. 17; *sim.* Iren. 4, 37, 4 [4, 60, 2 H.]) non in ebrietatibus nec in comissationibus nec in cubilibus et -bus *ambulemus* ([*gr.* ἀσελγείαις, *Vulg.* impudicitiis]. I Petr. 4, 3 [Aug. epist. 29, 10. *al.*] in -bus, desideriis, ebrietate, comissationibus *eqs.* [*gr. ut supra, Vulg.* luxuriis]). PORPH. Hor. sat. 1, 8, 39 Pediatius ... mollis evaserat, ut omnem -em cum voluptate pateretur. LAMPR. Heliog. 33, 1 -um genera ... invenit. FIRM. err. 12, 4 promissae -is praemia (CLAVD. DON. Aen. 1, 25 p. 15, 13 iudicium *Paridis* ... corruptum -is praemio. *cf.* 1, 75 p. 29, 23 Paris -is munere provocatus). IVST. 41, 3, 1 uxores dulcedine variae -is singuli plures habent (AMM. 23, 6, 76 per -es v. caritas dispersa torpescit). HIER. epist. 22, 8, 5 liberorum magis desiderio quam -is. 55, 4, 2 vim patior corporis mei, ad -em ardor impellit, ipsa organa membrorum genitalium et compositio corporis femineos quaerit amplexus. adv. Iovin. 1, 36 p. 260^C uxoris, ut ita dixerim, ardentissimam gulam fortuita -o restinguat. *-o corpus infirmat*: PROP. 2, 16, 14 nostro, Venus, o succurre dolori, rumpat ut assiduis membra -bus *rivalis*. SEN. contr. 2, 7, 2 quemadmodum adsidua satietate cottidianae per diem noctemque -is exhaustis viribus perierit *adulter*. CELS. praef. 52 interest ... fatigatio morbum ... fecerit an cibi vinique abundantia, an intemperantia -is. 70 praecipiunt, ut ... vitetur frigus, aestus, satietas, labor, -o (1, 10, 1 ut supra conprensum est, vitare ... -em [*1, 9, 2* venus semper inimica est]. *cf.* CAEL. AVR. chron. 4, 7, 105 erunt ... praecavenda ... quae passionem valeant refricare ut frigus, indigestio, -o). SEN. epist. 24, 16 voluptates in tormenta vertuntur, epulae cruditatem adferunt ..., -es pedum, manuum ... depravationes. 59, 17 cum fatigaverunt se vino ac -bus (COLVM. 7, 3, 4 fatigatus -e *aries*). PETRON. 81, 6 mutuis -bus attriti. PLIN. nat. 23, 48 nec a partu abortuve nec a -e aegrotantibus. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 29 -o venerea (*inter causas passionum ut* 5, 3, 53). *-es finguntur in artis operibus* (*cf. p. 1333, 39 et.* PLIN. nat. 35, 18 Gaius ... -e accensus *Atalanten et Helenam nudas in tabula videns*): PLIN. nat. 33, 4 in poculis -es caelare iuvit ac per obscenitates bibere. 35, 72 *Parrhasius* pinxit ... tabellis -es, eo genere petulantis ioci se reficiens. (II) *semen virile* (*cf. p. 1332, 67; dubia*: SEN. contr. 1, 2, 23 *virgo prostituta* dum repellit -em *militis*, manibus excepit [*huc traxit Hagendahl, La prose métrique d'Arnobe 149*]. SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 45 salaces dicuntur libidinosi, quia -o dicitur salsa esse): TERT. resurr. 61 p. 122, 18 forata sunt inferna in viro et in femina, nimirum qua -es fluitent, cur non magis qua ⌊potuum defruta⌋ colentur? (⌊ ⌋ *Gelenius*, potus de fructu *cod. Trecensis*, defluxura *cett.*; *cf.* HIER. c. Ioh. 26 p. 377^C [*ex Origene*] ut per inferiores partes vel stercora vel -es effluant). spect. 9 p. 11, 8 Ericthonius Minervae et Vulcani filius et quidem de caduca in terram -e (*in eadem fabula*: SCHOL. Verg. Bern. georg. 3, 113 [*e Gaudentio*] de Vulcano et Minerva reluctante et -em proiciente in terram puer ... procreatur [*aliter* SERV.: effectum -is proiecit in terram]). ARNOB. nat. 5, 9 effusa -o (*5, 10* semina ... effusa).

c *spectat potius ad iram, odium, invidiam sim.* (*cf. p. 1331, 33 sqq.*): GRACCH. or. frg. (49 M.) Gell. 10, 3, 5 quanta -o quantaque intemperantia sit hominum adulescentium, unum exemplum vobis ostendam: ... ubi id *dictum iocosum cuiusdam bubulci* audivit, ... struppis ... usque adeo verberari iussit, dum animam efflavit. RHET. Her. 2, 12, 17 aerarium ... conservavi, -i malorum restiti, maiestatem omnem interire non passus sum (*spectat ad factiones ut*: CIC. rep. 1, 65 populus ... si ... optimatium sanguinem gustavit ac totam rem publicam substravit -i suae *eqs.* SALL. Iug. 40, 3 plebes ... quanta ... vi rogationem iusserit, magis odio nobilitatis ... quam cura rei publicae: tanta -o in partibus erat. 40, 5 quaestio exercita aspere violenterque ex ... -e plebis. 41, 5 nobilitas dignitatem, populus libertatem in -em vortere.) CIC. Flacc. 26 nihil religione testatum ... contraque omnia corrupta -e, iracundia, studio ... reperientur. Cael. 2 nisi alicuius intolerabili -e et nimis acerbo odio niteretur *accusator*. PETRON. 108, 8 rabies *certaminis* -e perditorum collecta (*cf.* 119 vers. 60 furor et bellum ferroque excita [excisa *codd.*] -o. SIL. 11, 310 sacra -o *Hannibalis interficiendi*. FLOR. epit. 4, 2, 46 -em ac rabiem, qua pugnaverat, ipsa novitate volneris praeferebat). TAC. hist. 2, 31, 1 minus Vitellii ignavae voluptates quam Othonis flagrantissimae -es timebantur; addiderat huic terrorem atque odium caedes Galbae *eqs.* ann. 1, 72, 3 Augustus cognitionem de famosis libellis ... tractavit commotus Cassii Severi -e, qua viros feminasque inlustres procacibus scriptis diffamaverat (*item spectat ad maledicendum sim.*: 4, 35, 1 non attingo Graecos, quorum non modo libertas, etiam -o impunita; aut, si quis advertit, dictis dicta ultus est [*postea*: odio aut gratiae]. 5, 4, 3 exercentibus plerisque per occultum atque eo procacius -em ingeniorum. PHYSIOGN. 11 p. 20, 4). ARNOB. nat. 1, 26 cum -o incesserit saeva, exuitis nos bonis, ... torquetis, dilaceratis, exuritis *eqs.*? *-o gladii*: SEN. Tro. 285 hoc fecit dolor ... gladiusque ..., cuius infecti semel vecors -o est. *-o ipsius irae*: SEN. dial. 3, 9, 2 *ira* si ... repugnat et non ubi iussa est quiescit, sed -e ferociaque provehitur.

d *spectat potius ad licentiam, superbiam sim.*: *α magistratuum aliorumve hominum publica potestate praeditorum*: L. CRASS. or. frg. (41 M.) Cic. de orat. 3, 4 (*alloq. consulem*) qua *lingua* vel evolsa spiritu ipso -em tuam libertas mea refutabit. CIC. div. in Caec. 9 in hac -e hominum nocentissimorum (*cf.* 7 populatae, vexatae, funditus ever-

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sae provinciae *eqs.*). 57 ad quaestoris -em coercendam (*item attributo indicatur magistratus sim.*: Verr. II 3, 220 ab aratorum voluntate res ad praetoris -em translata est. Cluent. 61 quis tantam -em iudicum ferre potuisset? leg. agr. 2, 14 vis tribunicia ... -i restitit consulari. dom. 106 -i tribuniciae [LIV. 6, 38, 6 vos t. -o, non potestas regit]. Rab. Post. 1 potestati regiae -ique [25. TAC. ann. 6, 42, 2 populi imperium iuxta libertatem, paucorum dominatio r. -i propior est]. 22 regis [IVST. 2, 7, 3]. IVST. 38, 2, 1 praefectorum). Verr. II 1, 120 quae -o istius in iure dicendo fuerit (2, 39). 2, 9 *Siculi* cum omnia sua commoda, iura ... unius scelere ac -e perdidissent. 2, 40 negavit se ⌊iudices e⌋ (*om. pars codd.*) lege Rupilia sortiturum. quinque iudices, quos commodum ipsi fuit, dedit; ... quod supplicium dignum -e eius invenias? (*cf.* Pis. 94 iudices iudicabunt ii, quos lex ipsa, non quos hominum -o delegerit). 3, 6 qui iure aequo omnes putat esse oportere, is tibi non infestissimus sit, cum cogitet varietatem -emque decretorum tuorum? 3, 16 te ... possessiones hereditatum ... a legibus ad -em tuam transtulisse (*item opp. lex, vel -o pro lege est*: 3, 82 tu, qui omnibus legibus implicatus tenebare, -em tibi tuam pro lege esse voluisti? 3, 117 ut lex esset -o tua. Pis. 94 *supra.* Att. 7, 9, 4 praeteriit tempus non legis, sed -is tuae *i. Caesaris.* SALL. Iug. 31, 7 non lex, verum -o. SALL. [?] rep. 2, 3, 4 -e ac licentia sua pro legibus utuntur. LIV. 3, 9, 5 non ipsos *consules* -em ac licentiam suam pro lege habituros. *al.*). 3, 95 tu sic ordinem senatorium despexisti, sic ad iniurias -esque tuas omnia coaequasti *eqs.* 3, 207 locus ... iam nullus est ..., quo non ... nostrorum hominum -o iniquitasque pervaserit. Manil. 65 difficile est dictu ... quanto in odio simus apud exteras nationes propter eorum, quos ad eas ... cum imperio misimus, -es et iniurias. leg. agr. 2, 55 permittitur decemviris ut vendant ...; o perturbatam rationem, o -em refrenandam *eqs.*! Rab. Post. 11 (*alloq. iudices*) potestis tollere e civitate quem vultis; tabella est, quae dat potestatem; occultat eadem -em. Att. 6, 1, 2 illo imperante exhaustam esse ... iacturis provinciam ...; quid dicam ... de rapinis, de -bus, de contumeliis? fam. 9, 16, 3 quod *futurum* positum sit in alterius (*sc. Caesaris*) voluntate, ne dicam -e. SALL. (?) rep. 2, 11, 6 homines nobiles ... quaecumque libuit, probare, reprehendere, decernere, ea, uti -o tulit, fecere (*7* superbiam). LIV. 34, 54, 7 quid ... factum *est,* cur immisceri sibi in cavea patres plebem nollent? ... novam, superbam -em *eqs.*! IVV. 8, 135 si ... rapit ambitio atque -o, si frangis virgas sociorum in sanguine *eqs.* TAC. hist. 5, 9, 3 Antonius Felix per omnem saevitiam ac -em ius regium ... exercuit. FLOR. epit. 4, 12, 31 Vari Quintili -em ac superbiam haud secus quam saevitiam odisse. COD. Theod. 11, 16, 3 ne -i et commodo potiorum multitudo mediocrium subiecta gravibus ... adficiatur iniuriis. β *variorum hominum*: RHET. Her. 4, 13, 19 cum istos, ut absolvant te, rogas, ut peiurent, rogas, ... ut leges populi Romani tuae -i largiantur, rogas (*cf.* CIC. S. Rosc. 54 quid est aliud ... legibus ... abuti ad quaestum atque -em nisi hoc modo accusare?). CIC. Caecin. 76 -is *vox* (*opp.* iuris *ut ibid. iterum et* 77). Flacc. 51 novi genus hominum ..., novi -em (*postea*: totum ... convertet atque alia finget *testis. cf.* ARNOB. nat. 4, 19 adrogantis est dicere id, quod tibi placeat, esse verum, quod verum animum laedit, id -is et falsitatis arguere). LIV. 28, 24, 9 ab signis abibant *milites*; omnia -e ac licentia militum, nihil instituto ac disciplina militiae gerebatur. SEN. benef. 3, 22, 3 de iniuriis dominorum in servos qui audiat positus est, qui et saevitiam et -em et in praebendis ad victum necessariis avaritiam compescat (*de servorum -e*: COD. Iust. 4, 27, 2, 1 neque ... malignitati servorum indulgendum est, ut liceat eis domini iussione contempta sua -e facere stipulationem *eqs.*). TERT. nat. 1, 10, 15 contumeliosissimum admissum est in arbitrio et -e sententiae humanae ⟨loca⟩re honorem divinitatis *eqs.* (*cf.* 2, 8, 1 *populos deorum* -e sumptos, non pro n⟨ec⟩ess⟨itate⟩ veritatis. AVR. VICT. Caes. 33, 25 pari -e in caelestium numerum referuntur aegre exsequiis digni. PRVD. apoth. praef. 17 quid non -o mentis humanae struat *eqs.*? statum lacessunt ... dei calumniosis litibus *eqs.* AVG. civ. 7, 22 p. 300, 11 D. nisi ut ... sola -e animae prostitutae multiplicaretur invitatio daemoniorum. *ibid.* l. 17 exaestuans in multa numina -o vesana).

c *spectat potius ad luxuriam, aviditatem rerum pretiosarum*: CIC. Verr. II 4, 14 (*syn.* cupiditas) difficile est finem facere pretio *signorum*, nisi -i feceris (*cf.* CVRT. 8, 9, 19 *gemmae margaritaeque* aestimantur ... pretio, quod -o constituit. PLIN. nat. 37, 85 singulorum *hominum* ... -o pretia singulis facit *gemmis*). 4, 39 similis *Eriphylae* istius *Verris* cupiditas, hoc etiam acrior ... quod illa cupiebat id quod viderat, huius -es non solum oculis, sed etiam auribus excitabantur. 4, 47 ut non unius -em, ... sed omnium cupidissimorum insanias ... expleret *artis opera corripiens.* leg. 3, 31 quis ... ferret istos, cum viderent eorum villas signis et tabulis refertas ..., quis non frangeret eorum -es *eqs.*? VARRO rust. 1, 13, 6 fructuosior est ... fundus propter aedificia, si potius ad anticorum diligentiam quam ad horum luxuriam derigas aedificationem; illi enim faciebant ad fructuum rationem, hi faciunt ad -es indomitas. SALL. Catil. 20, 12 quom tabulas, signa, toreumata emunt ..., tamen summa -e divitias suas vincere nequeunt. NEP. Ages. 7, 4 quam *domum* qui intrarat, nullum signum -is, nullum luxuriae videre poterat, contra ea plurima patientiae atque abstinentiae. HOR. epist. 1, 1, 85 cui si vitiosa -o fecerit auspicium, *dicit* 'cras ferramenta Teanum tolletis, fabri' (*81* esto aliis alios rebus studiisque teneri). LIV. 34, 6, 10 ut finiret *lex* -em muliebrem (*15* in luxuria et ornatu matronae occupatae erant. *cf.* TERT. cult. fem. 2, 10 l. 17 feminarum). *al.*

II *accedunt structurae indicantes*: **A** *quid libeat, vel quid (quis) -e appetatur*: **1** *inf.* (*sub I v. locos, ubi inf. supplendus esse videtur, ut e. g.* PLAVT. Poen. 145 LVCR. 4, 779): **a** -o (-is; in -e TERT., *ubi praeparatur inf. pronomine*) est: PLAVT. Bacch. 416 est -o homini, suo animo obsequi. Epid. 97 qui -ost male loqui? (Poen. 1322 inclementer). 240 id -ost scire. Men. 83 maior -o est fugere et facere nequiter (*cf.* Trin. 865 magis -ost opservare). Persa 121 -o extemplo coepere est convivium. 188 perdere. 808 inridere. Pseud. 552 ludos ... spectare. Trin. 626 orationem audire. CIC. Tusc. 4, 55 -em ... laudare cuius est -is? (*item gen.*: TERT. virg. vel. 2, 5 eiusdem -is est videri et videre). CATVLL. frg. 2 ligurrire. CIRIS 13 modo sit tibi velle -o. Ov. am. 2, 7, 19 peccasse. TERT. anim. 49, 2 erit ... hoc in daemonum -bus tam auferre somnia quam inferre. ARNOB. nat. 1, 22 contendere. 1, 65 quaenam est haec feritas ..., quae -o tam carnifex, inexpiabile bellum indicere *eqs.*? AVSON. 417, 58 p. 278 P. vexare. MARTYR. gramm. VII 174, 5 quae *verba* si -o fuerit adhibere (*N*, libitum f. adhiberi *P*).
b *varia*: SALL. Iug. 3, 4 nisi ... quem ... perniciosa -o tenet potentiae paucorum ... libertatem suam gratificari. SIL. 7, 427 cur scire futura -o? AVR. VICT. Caes. 3, 15 cives ... externos barbarosque in exercitum cogere -o incessit.

2 *gen.*: **a** *gerund.*: PLAVT. Trin. 746 huic ducendi *uxorem* interea abscesserit -o. CIC. div. in Caec. 63 violandae necessitudinis. Verr. II 5, 145 crudelitatis exercendae. leg. 3, 34 suffragandi. parad. 6 augendi. Tusc. 3, 11 sic ... definitur: iracundia ulciscendi -o (4, 44. 79 AVG. quaest. hept. 3, 70). 4, 21 ira sit -o poeniendi ..., desiderium -o eius, qui nondum adsit, videndi. nat. deor. 2, 128 conmiscendorum corporum (*cf.* LIV. 1, 57, 10 mala -o Lucretiae ... stuprandae [3, 44, 1 virginis ... s.]. SCHOL. Hor. epod. 5, 41 coeundi [AVG. civ. 15, 23 p. 110, 14 D.]. AVG. civ. 15, 16 p. 93, 3 D. concumbendi. gen. ad litt. 3, 13 in -e sive fornicandi sive ipso coniugio inmoderatius abutendi [*opp.* in officio gignendi filios]). off. 1, 54 procreandi. 2, 84 peccandi (AVG. civ. 13, 5 p. 562, 21 D.). SALL. Catil. 2, 2 dominandi (AVG. civ. 1 pr. p. 4, 5 D. 1, 30 p. 47, 29. *al. cf.* SALL. Iug. 81, 1 imperitandi. CLAVD. 20, 560 regnandi). 5, 6 rei publicae capiundae. Iug. 24, 2 extinguendi me. 84, 3 cum Mario eundi. SALL. (?) rep. 2, 13, 6 bona -o ... gratificandi. LIV. 4, 44, 4 usurpandi. 5, 42, 1 delendi urbem. 28, 24, 1 alendi ... rumores. SEN. dial. 12 (11), 4, 1 ab ... amara quadam -e dolendi animus recipiendus est. epist. 24, 25 moriendi (AVG. epist. 124, 2). *al.*

b *subst.*: α *rerum*: SISENNA hist. 13 amoris nefarii (*cf.* SALL. Catil. 13, 3 stupri, ganeae ceterique cultus. PLIN. nat. 8, 42 coitus. TERT. pudic. 13 p. 244, 6 fornicationis. LACT. opif. 14, 5 rerum venereiarum. FIRM. math. 3, 6, 30 lecti. AVG. in psalm. 57, 17 l. 49 adulterii. DRAC. laud. dei 2, 313 incesti). RHET. Her. 3, 3, 5 nimias -es honoris, pecuniae, similium rerum (*cf.* TERT. nat. 2, 2, 5 gloriae [GREG. M. moral. 15, 11]. AVG. conf. 2, 3, 7 libebat facere *res turpes* non solum -e facti verum etiam laudis). CIC. Verr. II 3, 23 ad omnium flagitiorum nefarias -es. Cael. 44 conviviorum ac lustrorum (*cf.* TAC. hist. 2, 62, 1 epularum. GELL. 15, 2, 2 vini. TERT. carn. 4 l. 8 fastidii et gulae. AVR. VICT. Caes. 42, 23 cibi). Tusc. 3, 4 qui pecuniae cupiditate, qui voluptatum -e feruntur (Cato 40 AVG. c. Iulian. 4, 14, 66). CARM. de bell. Aeg. 46 mortis. MELA 2, 83 mendacii ([mendaciis *A*]. TERT. nat. 1, 7, 2. *cf.* ARNOB. nat. 1, 4 calumniarum. AMM. 15, 5, 13 falsitatis). PETRON. 53, 1 saltationis. PLIN. nat. 7, 5 rerum omnium (*cf.* AVG. civ. 14, 16 p. 38, 9 D. multarum ... rerum. l. 10 cuius rei). 30, 14 citharae tragicique cantus. 35, 106 impetus animi et quaedam artis -o. SIL. 5, 640 -o ... rabiesque fugae. 11, 597 armorum. TAC. hist. 1, 30, 1 haec (*i. stupra, commissationes, feminae*) ..., quorum -o ac voluptas penes ipsum sit. GELL. 19, 4, 3 *ut eum* -o urinae lacessat. *al.* β *hominum* (*cf. l. 59*): COD. Iust. 5, 5, 3, 1 ne decuriones in gremia potentissimarum domorum -e ⌊servarum⌋ (*deest* Theod. 12, 1, 6) ducente confugiant.

B *qua in re -o posita sit*: SALL. Catil. 7, 4 magis ... in decoris armis ... quam in scortis atque conviviis -em habebant (DICT. 5, 15 quis *regibus* magis -o desideriumque in femina quam summa militiae potiora forent. *aliter p. 1335, 9*).

C *quo -o tendat*: SIL. 14, 531 vultus in ira semper et ad caedes Cyclopia corde -o (SPART. Pesc. 1, 4 -is effrenatae ad omne genus cupiditatum). SVET. Claud. 33, 2 -is in feminas profusissimae, marum omnino expers *Claudius* (Galba 22 -is in mares pronior *Galba* [*vix ad* pronior *ut* DON. vita Verg. l. 28 Br. -is in pueros pronioris *Vergilius*]. gramm. 23, 5 flagrabat -bus in mulieres *Palaemon.* AVR. VICT. Caes. 2, 1 quaesitissimis in omnem fere aetatem sexumque -bus *Tiberius*). RVFIN. hist. 9, 5, 2 cognita imperatoris ... erga Christianos -e.

III *iuncturae quasi adverbiales c. praepos. factae, notione q. e. fere 'ut libet'* (*is cui libet saepe pronomine vel gen. indicatur*): CIC. S. Rosc. 141 ut ad -em suam liberti ... nobilium bona ... vexare possent (Verr. I 30 ad nostrum arbitrium -emque. Font. 36 ad illorum -em. fin. 1, 19. LIV. 9, 30, 2 ad gratiam ac -em. 25, 21, 5 PLIN. nat. 7, 145. *al.*). Verr. II 2, 41 iudicibus nulla lege ..., ex -e istius datis (CATVLL. 17, 5 bonus ex tua pons -e fiat. SALL. Catil. 8, 1 res cunctas ex -e magis quam ex vero celebrat [*sc. fortuna ut* SALL. (?) rep. 2, 1, 2]. Iug. 42, 4. 54, 5 or. Phil. 17 SALL. [?] rep. 2, 11, 1 SEN. dial. 3, 17, 7 MELA 3, 27. *al.*). SALL. (?) rep. 1, 1, 1 quasi per -em data *bona varia* (LIV. 25,

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

21, 5 instruitur ... acies ad -em militum forte procurrentium ..., deinde per -em aut metum deserentium locum. 39, 47, 2 de iure ... dicto per -em). TERT. adv. Marc. 2, 22 p. 366, 4 secundum -em suam, non secundum religionem dei celebrando *sabbata*. spect. 21 p. 22, 1 malum et bonum pro arbitrio et -e interpretantur (CAPITOL. Gord. 24, 3 aut interemptos aut liberatos pro -e atque mercede. FIRM. err. 8, 3 me pro -e vestra dividitis, pro arbitrii vestri cupiditate laceratis. COD. Theod. 7, 4, 35. 7, 7, 2 pr. NOVELL. Theod. 5, 2 pr. OROS. hist. 2, 8, 5).

homoeoprophora: licentia: CIC. Verr. II 3, 77. 210 LABER. mim. 42 SALL. (?) rep. 2, 3, 4 LIV. 3, 9, 5. 28, 24, 9 SEN. contr. 1, 2, 11 TAC. hist. 1, 12, 2. CENS. 4, 12 licentiae ... -o (*cf.* AVG. in Gal. 51 -is ... licentiam). luxuria, luxuries: CIC. Verr. II 5, 80 Cael. 25. 57 off. 1, 92 SALL. Catil. 28, 4 Iug. 89, 8 VELL. 2, 100, 3 VAL. MAX. 9, 1, 7 QVINT. inst. 12, 1, 8. 12, 10, 47 SVET. Nero 26, 1 Vesp. 11. *al. cf.* luxus: LIV. praef. 12 SEN. nat. 1, 17, 5 FLOR. epit. 4, 11, 1 ARNOB. in psalm. 62 p. 411[A] -is luxum. levitas: CIC. Sest. 20. laetitia: CIC. Tusc. 4, 24. 60. languor: CIC. fam. 16, 27, 1. libertas: TAC. ann. 4, 35, 1.

deriv.: libidinarius, libidinitas, libidinor, libidinosus. *Kuhlmann.*

libiēns *v.* libens. **libitīna** *v. Onom.*

libitīnārius, (-a, -um). *a* Libitina. [*suppletur* LEX locat. Put. (Rend. Ac. Arch. Nap. 41, 1966, 210 sqq.) tit. ⟨de munere publi⟩co libitina⟨rio⟩ (*s. I a. Chr. ex.*).] *m. pro subst. i. qui res ad funus necessarias instruit* (GLOSS.[L] II Philox. LI 22 -us: ἐνταφιαστής. *ad rem cf. Wickert, RE XIII 114. Kaufmann, Die altröm. Miete, 1964, 75sqq.*): SEN. benef. 6, 38, 4 *eos*, qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere quae dissignatores et -os vota? PETRON. 38, 14 (*11* ille, qui libertini loco iacet, quam bene se habuit) quam honestam negotiationem exercuit, quod illum sic vides! -us fuit; solebat sic cenare quomodo rex *eqs.* (*idem* 78, 6 servus -i [libertinarii *trad.*] illius, qui inter hos [collibertos, suos, omnes *coni. viri docti*] honestissimus erat). VLP. dig. 14, 3, 5, 8 idem *Labeo* ait, si -us (quos graece νεκροθάπτας vocant *inseruit F²*. *cf.* GLOSS. *infra*) servum pollinctorem habuerit isque mortuum spoliaverit, dandam in eum quasi institoriam actionem *eqs.* GLOSS. II 300, 19 ἐνταφιοπώλης -us. 375, 32 νεκροθάπτης vispillio, -us. *pro adi. l. 22.*

libitum *v.* libet.

*__libitus,__ *sg. acc.* -um, *abl.* -u, *pl. gen.* -uum, *acc.* -ūs *m.* *a* libet (libitum). *scriptura* lub- *in codd. non exstare vid., cf.* GLOSS. V 506, 44 lubitus: libitus *et s. v.* libet *p. 1323, 42.* *sg. abl.* -u *variat in codd. hic illic c.* -o, *ita ut ea quoque exempla, quibus* -o *sine varia lectione tradi vid., hic congesserimus.*

